BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
25 G
8

E. II. nº 33.

E.IV. nº 16

Digitized by Google

12-25-G-8

Ad Vsum fris Andreę Angeletti Carmelitę

Digitized by Google

Digitized by Google

12-25-G-8







PHILOSOPHIA NATVRALIS

DE PHYSICO AVDITV

Ariſtotelis, et interpretum eius.

SS. P P. AVGVSTINI, ET THOMÆ

Doctrinæ valde conformis:

Diſpoſita, et illuſtrata a P. Franciſco

Gonçalez Sanctacrucio

SOCIETATIS IESV.

SS. D. N. Papæ ad S. Petrum Ap.


Pœnitentiario Hiſpano;

Dedicata EXCELLENTISS.[mo] DNO

D. EMMANVELI DE MORA

MARCHIONI DE CASTEL RODRIGO

BELGII GVBERNATORI.



Romæ Typis Hieronymi Barberi.

12.25.g.8

Digitized by Google

EXCELLENTISS.MO DOMINO,

D. EMMANVELI DE MORA CORTE REAL,

Marchioni de Caſtel Rodrigo, Comiti de Lumiares, Hiſpaniarum Magnati, Militiæ Chriſti magno Commendatori, Auratæ clauis Regis Catholici Cubiculario, & ſuo Belgij Gubernatori.

RES maximæ, Digniſſime GVBERNATOR, præſertim ſi loco excelſo collocatæ ſint, nequeunt niſi à Cæcis non videri, idque contingit, non tam ob perſpicaciam oculorum Intuentium, quàm ob præſtantiam rerum obiectarum. Excellentiæ veſtræ obliuiſci non poſſumus etiam obliuioſiſſimi, quando tam dubijs, turbatiſque temporibus, & tam procelloſo mari, ſemper Eandem conſpicimus, ac Sui ſimilem, hoc eſt, ſublimem magis, & omni fortuna Superiorem. olim Catholici Regis PHILIPPI IIII. Orator Romæ ad Pontificem Maximum VRBANVM VIII. Viennæ poſt, ad Cæſarem Auguſtum FERDINANDVM III. nunc etiam, vt celſiore faſtigio, eo periculoſiori, conſtitutus es: vbi Tuarum virtutum, quæ quidem non obſcurè expreſſæ ſunt, vel in ipſo Tuo Nomi-

ne, vel in propoſito Stemmate Priorum Tuorum, & Poſterorum, vſus eſt, non minus vt Te ipſum firmo, & immoto gradu ſuſtentes, quàm vt Cæteros Humero Athlantico.

Vna verò res eſt, quæ ad præſentis officij complementum, vim habere potiſſimam mihi in hoc tempore, & occaſione videtur; quam vulgò *Concordiam*, ſeu Capitis, Corporiſque Conſenſionem dicimus, quæ quo pacto propriùs in Tè locum nacta ſit, ibi in loco Gubernationis Tuæ, prorſus facillimum, paucis abſoluam, & ſine adulatione, maxime quia antiqua, in Vrbe, Togatæ Gentis ſanxit Authoritas, *Sermone breui, & vero alloquendum eſſe Principem*. miſſas ſubinde facio nunc priſcas illas artes bonas, quibus tibi conſueuiſti vel maximè alienos adiungere, Comitatem Indolis, & Beneuolentiam, mitiſſimam Humanitatem in omnes quidem, ſed in Minores præcipuam, Gratitudinem, Liberalitatem, & quod caput eſt Iuſtitiam, qua collocas vnumquemque, quo ſua illum merita prouexerunt, non quo ſæpius prouehere moliuntur Indignos, ſub ſpecioſo virtutis ſimulacro, vacui omnis meriti boni, importuni, & coemptitij Fauores, qui ſenſim quidem in principio, ſed tandem funditus euertunt Imperia, ſed accedo propiùs ad rem propoſitam, hic Concionator non ſum, inuectus fruſtra contra iſtas vanas vmbras, quas lepidè dixeris, ſed latinè,

Per-

Perſonas illuſtres, pellucentes fuco.

Euolui ſuperioribus annis Annales Maiorum Tuorum, vt Logicæ meæ Nomen D.C.D. FRANCISCI Filij Tui, accommodatè præſcriberem, & comperi Fundatorem Nominis, ac Magnitudinis Tuæ, Belgam videri, & fuiſſe Antiquiſſimum CHILDIVM ROLINVM *Principem Belgicum*, vt ſcitè quartò ſuorum Annalium tomo, *R. P. Lucas Vvadingus*, quem Tibi inſcripſit, admonuit. eadem in arbore Generis Tui micat inter alias ſecundi ſexus, Præcellentes, BEATRIX de TAVORA ducens originem paterna linea à RAMIRO II. Rege Legionis. Belgium quippe, quod nemo ignorat, Leo eſt fortiſſimus. Et ecce iam Te hac æſtate conſpicimus, non mentior, Te totus inſpectat Orbis in acie ſub Leone, vtroque ex ſanguine Leonem inclytum, Leoninum Caput in Corpore Leonino. Vis maxima Sanguinis eſt, & ſimilitudinis ad *Concordiam*, & conſenſionem, cum Philoſopho, imo SPIRITV SANCTO Authore. *Omne animal ſibi ſimile diligat*. & *ſimilitudo ſit Mater amoris*. Ergo iunctis id genus Leonibus, compoſitiſque per Conſenſum in vnum corpus, aciem conſtituent vndequaque formidoloſam hoſtibus quantumuis confertiſsimis, & molitionibus eorum inuictam, & impenetrabilem, Numine votis annuente.

Cæterũ quando per acerbitatẽ temporũ, eò deducta res eſt, vt ſupra conſiliũ hominũ, atq; opes noſtras eſſe

eſſe videatur, & humano maius auxiliũ, Dei, ſcilicet; præſentiſsimũ, quod eſt, EMMANVELIS, omnino expoſcere; nõ deſiſtã ex meo Sacerdotis, & Capellani Tui munere, ſanctos Apoſtolorum Principes primùm hic corã, deinde Sanctorũ Reliquos prætextos in frõte libri, quẽ mei fidelis ſeruitij, Tuæque Fidei æternũ monumentũ defero, appellare, vt Tua ſecũdent Cõſilia, & Vigilantiam. Hic enim Romæ circumfertur Belgij Gubernatorem ſemper Vigilẽ, in perpetuo motu eſſe vbiq; Præſentiſſimũ ſuis. Anne quia exiſtit & re ipſa, & nomine EMMANVEL? ita ſane. Principem item ſæculi vocarunt Apoſtoli *locum Dei Tenentem, Vices Gerentem* eius, & veluti *terreſtrem Deum*, nec hic dormire vnquã debuit, oculis niſi dormiat apertis. Sic communia, & Publica rebus præfers optimè Tuis. Nã Tuæ Domus confirmatiò, augmentũ, atq. defenſio, illi vni curæ erit & eſt, qui eam ab antiquis tẽporibus, explicatis olim à me, in Dedicatione C. D. FRANCISCI, præcitata, Fundamentis impoſuit per Progenitores Tuos, quando nec Tu in aliavlla impendis animum, & cogitationes Tuas. Deus eam ſtabiliat, & perennare faciat eã proſperitate, quam ego illi ſummam exopto. Vale. Romæ 15. Auguſti in ipſa die S. MARIAE DEIPARAE VIRGINIS Aſſumptæ. Anno D. 1645.

MV-

Digitized by Google

MVTIVS VITELLESCVS SOCIETATIS IESV PRAEPOSITVS GENERALIS.

CVM Diſputationes in octo libros Phyſicorum P. Franciſci Gonzalez noſtræ Societatis, aliquot eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandentur, ſi ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. in quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Romæ 13. Nouembris. 1642.

Locus † Sigilli.

Mutius Vitelleſcus.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Magiſtro Sac. Pal. Apoſt.

Io: Bapt. Alterius Epiſ. Camerin. Viceſgerens.

CENSVRA OPERIS.

IVSSV Reuerendiſsimi Patris Fr. Michaelis Mazarini Ordinis S Dominici Sacri Pal tij Apoſtolici Magiſtri, peruidi Commentarios P. Franciſci Gonzalez ex Societate IESV, ſuper octo libros Phyſicorum Ariſtotelis, qui reſpondent Authoris nomini, iam in logicis lucubrationibus probato. Pauci ſunt clari, faciles, fundati, longe ab inſolentibus opinionibus: illuſtrant quoque phyſicum inſtitutum, necnon promouent Vetera, perinde ac Nouiſsima, quæ hactenus lucem aſpexerunt, philoſcholis congruenti. & quia nihil continent, Fidei, & bonis moribus aduerſum cenſeo dignos, qui publici Iuris fiant ad ornamentum rei literariæ & præ ipſam Philoſophiæ Candidatorum vtilitatem. Romæ in Domo Profeſſa Societatis IESV, 7. Nouemb Anno D. 1643.

Melchior Inchofer eiuſdem Societatis.

Imprimatur.

Fr Hyacint Serronius M. & Socius Reu P. Fr. Michaelis Mazarini Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri, Ord Prædicat.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTA HAEC PHYSICA
A ME, VEL INVENTA,
VEL NOVITER ILLVSTRATA
PRAESENTO CORRIGENDA
LECTORIBVS.

I. DIuiſio, & explicatio Partium Philoſophiæ, & obiectorum cuiuslibet, a num.4.

II. Philoſophiam ſcientiam eſſe, tametſi indicatiua plerumque ſit, & verſetur circa ſingularia, & entia per accidens, a nu.37.

III. Eandem ex parte eſſe practicam, actiuam, & factiuam. a nu.48.

IV. Diſputata de Corpore, a n.60. ac de Materiæ capacitate, & reſpectibus, a nu.136.

V. Compoſitum nec ratione poſſe diſtingui a ſuis partibus. a nu.328.

VI. Dicta contra Antimodiſtas de Chriſto mirabili Compoſito, ex occaſione doctrinæ Entium per ſe, & per accidens a num.356.

VII. Explicatus facilis concurſus Dei cum Cauſis liberis. a nu.451. & defenſio Decreti, quo vult Deus concurrere cum ijs, ſi velint ipſæ. a nu.436.

VIII. Explicatio Cauſalitatum Materiæ, & Formæ. a n.513. & mutuæ earum cauſationis a priori. a nu.608. & Paſsionis num.528. & a n.834.

IX. Ratio Finis motiua, ſeu quæ finalizat, eſt arbitraria. a nu.566. ſicut & ratio Exemplaris a nu.582. & 592. de quo amplius dubitari non poteſt.

X. Qualis ſit Cauſalitas metaphorica Finis, a nu.539. & Exemplaris. a nu.586.

XI. Motum eſſe, & quietem quamuis operationem Naturæ. a nu.640.

XII. Infinitum ſyncategorematicum dari, nec rerum multitudinem, aut menſuram certa quantitate concludi. a n.659.

XIII. Infinitum eſſe non poſſe, quod finem habeat, a nu.700.

XIV. Duratio aſſerta à noſtris Præceptoribus vt diſtincta, quia ea eſt tempus ſecundum ipſos num.803. ſed non eſt modus aut formula, a nu.791.

XV. Spatium imaginarium, niſi fingatur, nihil eſt præter ſpatium reale poſsibile. a n. 773.

XVI. Partes Continui ſunt infinitæ, atque diſtinctæ. a nu.838, manifeſtè videntur æquales eſſe inter ſe, etiam quæ ſunt trine dimenſæ, a nu.860.

Reliqua ſtilo facili ſunt diſpoſita pro Tyronum captu, & obſequio, cuncta fermè fundata in doctrina antiqua, & ſolida *Ariſtotelis, S. Auguſtini, S. Thomæ,* & Authorum claſſicorum. qui vero diſſentiat, rationibus repugnet, nam qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, quæ ad rem non pertinent, nec collimant ad Victoriam. lector item dum incidat in mendum impreſſoris, recurrat ad errata correcta in fine libri,

PRAE-

PRÆFATIO IN PHILOSOPHIAM VNIVERSAM.

Vbi Procemiales Quæſtiones per aliquot Capita, & Sectiones expediuntur, ſed prius pauca de illius Scriptoribus præſertim Ariſtotele, & SS.PP. Auguſtino, & Thoma; ac demùm de noſtro ſtylo, induſtria, & intentione; & opus hoc offertur Scholaſticis Societatis IESV.

1 DEVS, inquit Epictetus (ſic præfabar olim ad meos Au- *Epictetus*
ditores) *Hominem in hunc mundũ induxit inſpectorẽ,*
& arbitrum ſui, & ſuorum operũ, idcirco *omnis homo*
naturaliter ſcire deſiderat, atque eidẽ eſt pluſquam na-
turalis Philoſophia, ideſt, *notitia humanarũ rerum, ac* *S. Auguſt. l. 1. c. Aca*
Diuinarum: Verumtamen Tria ſunt, quæ potiſsimum *c. 6.*
ſapientiæ aditum in animos hominum occludunt, & quæ ſapientiã vio-
lenter propellunt è Regali animorum ſolio, ac de ſede propria deturbãt.
Primum eſt peccatũ. *Quoniam in maleuolã animã non introibit ſapien-*
tia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Secundum eſt Diſcentium *S. Thomas 1. in l. 1.*
ignauia, & laboris, & operoſæ difficultatis fuga ingloria, nempe *difficilli-*
ma quæ pulchra. Tertium eſt eorum in ludicra, vel etiã ſeria alia negotia,
nimium diffuſa diſtractio, etenim *pluribus intentus minor eſt ad ſingula* *Ariſtoteles 2. de cælo c. 63.*
ſenſus, ideoque *difficile aut multa, aut rectè ſæpe agere.*

Ego verò, qui pro ſuſceptæ vitæ à primis annis adoleſcentiæ meæ, ho-
neſtiſſima ratione, maxime procuro vt Adoleſcentes, ac Diſcipuli cum
rerum ſcientia virtutem, pietatemque coniungant, precatus ſum cæleſte
Numen, vt ex veſtri omnium animis ſuperuacanea omnia, & ea, quæ ad
rem non pertinent, abſcedant quam longiſſimè, quò totum pectus vacet
ſapientiæ, non enim ſe dat in anguſtias regia ſcientia, amplum ſpatium
res ampla deſiderat, interdum, & opportune concutiente corda veſtra ti-
more Domini, qui procul abigit omne malum, & qui propterea dicitur
initium eſſe ſapientiæ, ac deſuper veniente gratia Spiritus ſancti, à vobis
inertem omninò, ac tardam deſidiam propulſante, *neſcit* enim *tarda mo-*
limina Spiritus ſancti gratia, & ſubinde tandem, Deo bene iuuante, ac
votis noſtris annuente, fiet, vt ſciendi veſtrum natiuum deſiderium ſatie-
tur ſapientia cumulatiſſimè, nec meum fuerit irritum votum, nec vacua *S. Auguſt.*
poſtulatio, nimirum, ſapientiſsimos Philoſophos omnes vos eſſe, &, *11 de Ciu.*
quod caput eſt, viros probos, ac ſanctos, ſalutis veſtræ in primis, ac de- *Dei c. 27.*
inde Chriſtianę gentis induſtrios, ac diligẽtes Curatores, & vtrique Rei-
publicæ optimè conſulentes ad Dei maiorem gloriam, & honorem.

2 Authores huius Philoſophiæ, quos præſertim imitari debemus, ſunt *Ariſtoteles*
Scholarum Principes *Ariſtoteles,* & SS.PP. *Auguſtinus,* & *Thomas,* qui *S. Auguſt.*
maxime locis allegandis eam illuſtrarunt, Suppetias quoque ferent In- *S. Thomas.*

terpretes alij, qui Philoſophiam, elucidarunt: eos in principio librorum horũ, adducemus. Scripſerunt verò Proœmia ad ſcientias omnes, doctè, & eruditè ante alios, *PP. Pererius, Rubius, Conimbricenſes*, ac *Ferrarius.*

Et quidem ingenuum eſt fateri per quem quiſque profecerit, idcirco fateor ingenue, profeciſſe me per eos Authores, quos maxime allego, &, quod euenire ſolet, per eos magis, quos magis impugno, tum quia vnum contrarium alterius vires excitat, & exacuit, nempe *vexatio dat intellectũ:* tum quia plurima nullo modo melius, quã contrario diſcuntur; nam dũ animus propoſita ſibi, & oppoſita falſa aliorũ placita refugit, & refutat, rectius ad veriora cõfugit; ſed taceo de induſtria ſæpe iſtorũ nomina, ne in homines potius inuehi, quã cõtra mẽdacia agere ꝓ veritate videar.

Sed quoniam, vt ſcribit Hieronymus *periculoſum opus eſt, & obtrectatorum latratibus patẽs, noua pro veteribus cudere*, ſiue quidquam de nouo Philoſophiæ ſuperaddere, præſertim hoc tẽpore, quando ſcientiæ omnes Florentiſsimarũ Academiarũ, & virorum multorũ fœlici labore, & induſtria, ad tam alta culmina peruenerunt, vt quo attollantur altius, videantur non habere, *tentabimus*, vt ſic loquar cum modeſtiſsimo, & Angelico Doctore, *cum confidentia diuini auxilij ea, quæ ad doctrinam pertinent, breuiter, ac dilucide proſequi ſecundum quod materia patietur*, ſubtilitates eorum, qui fuerunt ante nos, explanabimus, & vel Tyronibus cognobiles dabimus, ac, ſi valebimus libros *acroamaticos* reddemus *exotericos*, ſtylo præclaro, ac facili methodo cuncta digerente.

S. Hieron.

S. Thomas initio 1. p. initio.

Grandia enim iſthæc naturalia opera Dei, mente, & calamo tractaturi conati fuimus, ipſorum omnium Conditorem, & Moderatorem Deum æmulari, qui cum Cœlum creaſſet, & terram; nec vlla vtriſque gratia, vel pulchritudo ineſſe poſſet ſine luce, omniaque eſſent tenebris obuoluta, ipſaque terra inanis, & vacua, opportunè conſuluit, vt primum omnium in ipſis rerum principijs lucem crearet, cuius fulgore tam quæ facta eſſent, quàm etiam, quæ eſſent facienda niteſcerent.

3 Quo facto culpandi non erimus præterquam ab Rege *Alexandro* Philoſophi diſcipulo, & ab ſimilis architecturæ hominibus, ingenioſis quidem, ſed adhuc Peripateticis tenebris, & antiquis arcanis addictiſsimis, pro quibus videbitur illud dixiſſe Auguſtinus *ipſa quippe mutatio conſuetudinis, etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat*, quibus reſponſum iam dedimus in *Tripartitæ* Dedicatoria, circa finem, & alibi frequenter; & nunc hic ſuperaddimus dictum fuiſſe ſapienter à Tertuliano *Chriſtum Dominũ ſe in Euangelio nominaſſe veritatẽ, non conſuetudinẽ.*

S. Auguſt. l. 3. ep. 158.

Tertulian. l. de Vel. virginibus.

Vobis tandem, ò lectiſsimi Scholarum noſtrarum Auditores, ſcribitur, & item inſcribitur hoc Phyſiologiæ reconditæ, & abſtruſæ pellucidum Commentarium; Ad vos mihi deinceps, ne hic ſim longior, totius operis ab ipſa præfatione decurſu, frequens ſermo erit; Vos igitur hoc in rem veſtram elaboratum opus, eo animi candore, quo offertur, accipite, & quem inde ad veſtros animos ex ſingulari methodo fructum peruenturum ſpero, colligite, paruo, & facili labore, magnum, ſcilicet, operæpretium facturi; quando verò dictum hoc meum, factũ ſit veſtrum, vos eritis iudices, laudine, an vitio, duci factum oporteat.

CA

CAPVT I.

De Exiſtentia, Eſſentia, & diuiſionibus, ſeu partibus Philoſophiæ, de earum cauſis, & obiectis; vbi prius de illius nomine, vtilitate, & excellentia.

P*Ythagoras* ſummam rerum multarum notitiam aſſecutus, rogatus quò nomine vocari vellet, reſpondit, vt refert *S. Aug.* ſe non *Sophum*, ſiue Sapientem, (Sophos enim, id eſt Sapientes, Græci olim nominabant, qui rerum intelligentia, atque doctrina cæteris præſtarent) ſed *Philoſophum*, hoc eſt, amatorem ſophiæ, vel ſapientiæ, nominandum: vnde factum eſt, vt Sapientes quique *Philoſophi* dicantur, & ſcientia, qua Sapientes ſunt, *Philoſophia* nuncupetur.

Quæ de vtilitate, & excellentia Philoſophiæ dici poſſent, multa, & magna ſunt, ſed quia breui percenſeri non poſſunt, prætermittenda. conſulentur eius Commentatores, ſpeciatim *Auerroes* in proœmio Phyſicorum, circa vtilitates plurimas, quæ ex Philoſophia naſcuntur, & alij paſſim Interpretes, qui eam maxime extollunt, atque pro meritis; illud ſat erit nobis dixiſſe compendio, Philoſophiam eſſe animi noſtri grande, & illuſtriſſimum ornamentum.

SECTIO I.

Declarat magis, an ſit, quid ſit, quotuplex, & propter quid Philoſophia, & reliquas eius cauſas; vbi actus intellectus omnes, qui ſpectant, ac reducuntur ad ſingulas ſcientias particulares, præclare diſcernuntur, & exponuntur.

SAnè Philoſophiam exiſtere manifeſtum eſt, ſiquidem extitiſſe quoſdam, & nunc exiſtere rerum multarum peritiſſimos audiuimus, & nos ipſi videmus oculis noſtris: illam vero ſic definio ex *Auguſtino*, Philoſophia *eſt rerum humanarum, diuinarumque ſcientia*, ita ſunt hi actus, *Deus eſt vnus, infinitus, & optimus. Homo eſt animal mortale*; & alij innumerabiles, ſi tamen ſint certi, & euidentes, & habeant conditiones ad ſcientiam requiſitas in Logica à n.1198.& quidem iſti actus dicuntur *Philoſophia actualis*; habitus autem, qui generati ab ipſis remanent, & perſeuerant in intellectu, dicuntur *Philoſophia habitualis*, vt quoque dixi in Logica n.1197.

S. Auguſt. to.1. l con. Ac. c.6.

Nomine *diuinarum rerum*, intelligo cũ *Ammonio*, res ſempiternas, vt ſunt Angeli, Animæ rationales, Cœli, materia prima, & huiuſmodi; imo, & ipſum Deum, ſaltem vt eſt author naturæ, & Cauſa prima; nomine vero *humanarum*, corruptibilia, omnia, & contingentia; ſed alij nomine illo primo intelligunt res inuiſibiles, & incorporeas, & ſecundo, res corporeas viſibiles, accipe tu ea nomina, vt voles, memento tamen te poſitum eſſe in hoc mũdo *Dei inſpectorem, & operum eius*, ac tuæ ſapientiæ fore obiectum ſcibilia omnia, quæ ſunt in Vniuerſo, aut poſſunt eſſe, atque ipſum eius Conditorem.

Sexcuplex eſt Philoſophia. Prima eſt, ac dicitur *Theologia*, ſecunda *Logica*, tertia *Phyſica*, ſiue Philoſophia naturalis, quarta *Ethica*, ſiue Moralis, quinta *Mathematica*. ſexta *Metaphyſica*; quas dilucide enumeraui in *Tripartita* n.1224. & breuiter declaraui n.1228. Eaſdem hic vberius explanaturos, indicando ipſarum obiecta, ipſa inter ſe diuerſificantia, & ſpecificantia, & qui, & quales actus pertineant ad ſingulas ſcientias directè, quique reductiuè, quod vt præſtem euidentius,

Aduerto primò ex *Epicteto* ſupra, res ſciendas ab eo, qui ſapiens dicendus erit, eſſe Deum, & opera eius, decem, nimirum, rerum prædicamenta, præſertim vt iacent, & ſunt res ſingulares exiſtentes in re, ob quarum rerum perfectam cognitionem Deus, Angeli, & homines ſapientiſſimi dicuntur, & ſunt, vt ſapienter annotauit P. D. Ruiz de ſcientia Dei diſp.9. ſect.4. & exploratum eſt.

Sed quia nobis hominibus corporea, 5
ac terreſtri hac mole præpeditis, impoſſibile eſt ſcire, vt ante me aduertit *Ariſtoteles*, ſingularium prope infinitam multitudinem; qui enim, vel quorum miniſterio ea omnia præſentabuntur noſtris ſenſibus, à quibus præ noſtra imperfecta conditione, incipit noſtra ſcientia, & per quos de neceſſitate ad animam intrat; idcirco ſapientiores quondam Philoſophi, ſpeciatim *Socrates, Ariſtoteles*, & alij priores, & poſteriores, ſummo labore, & induſtria modum ſciendi res omnes faciliùs, inue-

Ariſtoteles 1. Rh. c.2. & Met. c.1 S. Thomas lect.1.

Digitized by Google

nerunt, nempe præciſiones, & abſtractiones Prædicabilium, & Vniuerſalium, quo ſic de pluribus ſingularibus ratio vna ſumpta communis fieret, eaque vt illorum eſſentia tota, vel vt pars eſſentiæ, vel vt affectio cognoſceretur; vti annotaui in *Tripartita* n. 539. & ſic tandem ex parte noſtrum ſciendi omnia, deſiderium ſatiaretur, & ſapientia acquireretur, *quam omnis anima concupiſcit*.

Ariſtoteles
S. Thomas

Aduerto ſecundo, inter Entitates ſingulares prædicamentorum eſſe magnam differentiam; etenim aliæ alias longe ſuperant in perfectione, & prædicatis; & ideo ait S. *Auguſtinus*, ſubſtantiam *reliquas nouem accidentales categorias ſuſtinere*, id eſt, in ſe habere; illud vero commune eſt omnibus, vt de qualibet dici, & prædicari poſſint quinque prædicabilia, quibus rite prædicatis, certo, & euidenter prædicamenta quæque noſcuntur.

S. Auguſt. l. 1. cat. c. 8.

Vnde apparet quam merito *Porphyrius* quinque prædicabilia tradidit, ac præſcribi voluit ad facile res omnes diffinitiuè cognoſcendas: ſunt enim prædicationes prædicabilium rite factæ, iudicia certa immediata, certæ ſcientiæ, & veluti prima principia, & præmiſſæ certiores ſubinde, concluſione ſpectant quippe ad quinque prædicabilia, quæcumque alia prædicata, quæ rebus attribuimus certo, vel etiam probabiliter, etiam complexa, vt videre eſt in *Logica* à n. 760. Quoniam vero ſciendæ res tot, tantæ, & tam variæ ſunt, placidum eſt magiſtris, ne cognitiones omnes earum rerum componerent vnam ſolam magnam ſcientiam, ſed plures, propter rationes poſitas à nobis in Logica n. 1220. & mihi placuit ita ſcientias diſſecare, diſtinguere, ac declarare.

6 *Metaphyſica* ergo eſt, vt colligo ex *Damaſceno* in Dialectica cap. 3. *Cognitio rerum vt ſunt*, id eſt cognoſcens rem, vel ſubiectum quoduis ſecundum ſua eſſentialia, vel identificata ſecum prædicata, ſiue eius modi cognitio ſit *definitio*, aut comprehenſio totius eſſe rei, ſiue partis eſſentiæ Phyſicæ, vel Metaphyſicæ: vti ſunt hæ cognitiones. *Deus eſt intelligens, & volens infinitus & bonus; Petrus conſtat anima, & corpore ſingularibus; Homo eſt animal; Bucephalus eſt viuens*; & huiuſmodi innumerabiles, nempe quotquot apprehendunt, vel iudicantes prædicant de ſubiecto quolibet aliquod eſſentiale prædicatum, id, quod eſt, quod circumfertur, & expreſſit *Suarez* in met. d. 6. ſect. 4 nempe metaphyſicam habere pro obiecto *Ens, vt ens*, vel vt eſt, id eſt, *conſiderare res ſecundum conditiones eſſendi*. & ob hoc Metaphyſica differt à reliquis ſcientijs, vti tradunt *Ariſtoteles* 11. Met. c. 3. & 4 & ibi *S. Thomas* lect. 3. & 4. & ego proſequebar legendus in *Logica* n. 1228. vbi dixi ad metaphyſicam ſpectare prædicationes primi, ſecundi, tertij, & ex parte quarti prędicabilis, ac definitionis, & rationum tranſcendentium. Ex quibus fiunt prima principia, & propoſitiones per ſe notæ.

Ariſtoteles 3. Met. 3. & 7. t. 35.
S. Thomas ibi.

Ariſtoteles
S. Thomas
4. m l. 5. & 2. Phy. t. 26

Philoſophia vero *Naturalis*, ſeu *Phyſica*, de qua nunc agimus, vt colligitur ex *Ariſtotele* 11. Met. c. 3. & 4. & *S. Thoma* ibidem lect. 3. & 4. *eſt cognitio rerum, vt mobiles, aut motæ ſunt, vel mouentur*, id eſt, cognoſcens rem, vel ſubiectum quoduis ſecundum prædicata accidentalia, & extra eius eſſentiam, per quę illud aliter ſe quondam habuit, aut nunc mutatur, aut poteſt mutari; quare eiuſmodi cognitio licet certa ſit, non tamen eſt rei definitio, aut comprehenſio, ſed ſcientia certa alicuius perfectionis, aut imperfectionis conuenientis rei, ipſi congruæ, coniunctæ, vel diſiunctæ, & diſſentaneæ; veluti ſunt hæc iudicia; *Deus creat Angelos, Angeli Deum amant, mouent Cælos; Petrus currit, intelligit; Antonius eſt albus vel niger*, & huiuſmodi, nępe omnes prædicationes quinti prædicabilis, & ex parte quarti.

Ariſtoteles
S. Thomas
S. Auguſt. de ciuit. l. 8 c. 6.

Præterea ad ſcientiæ huius naturalis integritatem ſpectant apprehenſiones omnes, quæ præcedunt ad eiuſmodi prædicationes, & ſic veniunt intelligendi Philoſophi, qui ſapienter dicunt *Phyſicam* verſari tanquam circa proprium obiectum, *circa ens*, vel *corpus mobile, vt mobile*, id eſt, circa Prædicamentorum res omnes etiam ſingulares, de quibus poſſis prædicare, quod actiuè moueant alias, vel quæ intrinſece, ac paſſiuè ipſæ moueantur, vel alterentur; ſiue hæ prædicationes afferant, & afferant expreſsè formam mouentem, ſiue ſolum tacitè; vt vides ibi. *Petrus currit, Ioannes mouetur, Cæli* item *mouentur*, vbi expreſsè motus cognoſcitur, & affertur; & ibi, *Petrus amat, Ioannes odio habet, materia recipit formam, elementa alterata producunt mixta*; vbi tacitè motus prædicantur, vt magis declaratur inferius, & in *Logica* à n. 1228. & indicat *S. Thomas* 1. Phyſ. lect. 1. 7

Ariſtoteles 11 met c. 3 & 4.
S. Thomas lect. 3. & 4

S. Thomas.

Tertio *Philoſophia Ethica*, ſiue moralis

eſt

Digitized by Google

eſt item cognitio actionum humanarum,
ſecundum quod ordinari poſſunt, vel ordinantur ſecundum rectam rationem, ideſt ſunt regulæ, & præcepta practice præſcribentia modum ſeruandum hominibus in operationibus ſuis; ita ſunt leges diuinæ, & humanæ vtriuſque Iuris, quæ benè ordinatæ ſunt; regulæ Religionum, & quædam generaliora principia, vti ſunt hæc. *Suſtine & abſtine*. *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*. Et ſimilia.

Pertinent ad huius ſcientiæ complementum quædam ſpeculationes, quæ conſiderant actiones humanas, vt factibiles, vel factas iudicant eſſe legibus conformes, & ſpeciatim iudicia *Sacra Rota*, & *Sacra Congregationis* deputatæ pro Canonizatione Sanctorum, quibus iudicant, ac decernunt ſeruos Dei dignos eſſe cultu, & veneratione, quia viderint eorum opera extitiſſe conformia præceptis, conſilijſque diuinis. Indirecte vero complent iſtam ſcientiam complures actus Meta-
Ariſtoteles phyſicæ, quibus *Ariſtoteles*, & Commentatores præſertim Theologi definiũt actus humanos, eorum principia, & circumſtantias, voluntarium, & inuoluntarium, & huiuſmodi, neque enim Ethica tradi potuit ab alia ſcientia ſeparata, & auulſa.

8 Quarto *Logica* ſimiliter eſt cognitio vocum, rerum, & conceptuum, ſecundum quod ea rite poſſunt diſponi, adaptari, dirigi, & ordinari, ſiue ſunt regulæ, & præcepta præſcribentia eorum obiectorum, ordinationem, & rectum vſum in prædicationibus. Et quidem Logicæ obiectum tam amplum eſt, ac Metaphyſicæ vti in Logica an. 70. & alibi ſæpe, ex *Ariſtotele*,
Ariſtoteles *S. Auguſtino*, & *S Thoma*, & rationibus de-
S. Auguſt. monſtratum eſt.
S. Thomas

Quinto *Mathematica* eſt cognitio vnius prædicamenti in rigore loquendo, nempe *quantitatis*; ſecundum quod eſt continua, & poteſt menſurari, aut numerari,
Ariſtoteles vti tradit *Ariſtoteles* 11. Met. cap. 4. & ibi
S. Thomas *S Thomas* lect. 4. & declaraui in *Logica* n. 1221. & n. 1228. de qua videantur eius ſcientiæ Profeſſores.

Sexto *Theologiam* hic dico ſcientiam, quam Deus habet, quæ *ſcientia diuina* dicitur, & infinita ſapientia, ſed proprius ad propoſitum, cognitionem creatam de diuinis etiam ſi ea ſit fides, vel Theologorum certa ſcientia, quæ ſi prædicet de Deo prædicatum intrinſecum, quod ſit quaſi definitio Dei, quaſi primum, quaſi ſecundum, quaſi tertium, aut quaſi quartum prædicabile, vel aliquid aliud his affine, erit reducenda ad Metaphyſicam: ſi autem prædicet prædicatum extrinſecum de Deo, reducatur ad Phyſicam; ac tandem cognitiones, quæ Deum, ac diuina valeant conſiderare ſecundum formalem rationem intentam à qualibet ſcientia, ad ipſam reſpectiuè reducantur. Quare hæc eſt cognitio Metaphyſicæ, *Deus eſt intellectiuus*; hæc Phyſicæ, *Deus creauit Cœlum, & terram*; hæc Logicæ, *quidquid prædicas de eſſentia Dei, prædicabis de Patre Deo*; hæc quaſi Mathematicæ, *Deus eſt immenſus, habet infinitam virtutis quantitatem*; hæc Ethicæ *decreta, conſilia, & opera Dei ſunt recta rationi conformia*, & huiuſmodi.

Hic vero circa finem duo maxime vtilia notanda ſunt, primum eſt, in rigore loquendo pertinere ad aceruum Metaphyſicæ actuum, quoſcunque rerum definitiones, & eſſentiales prædicationes, 9
iuxta quod dictum eſt; ſed tamen vſus
obtinuit accedente *Ariſtotelis*, *S. Thomæ*, *Ariſtoteles*
S. Auguſtini, & communi Interpretum *S. Thomas*
vſu & conſenſu, vt multæ definitiones, *S. Auguſt.*
& eſſentiales prædicationes, & aliæ item concernentes rerum proprietates cum rebus identificatas, quaſi auferantur à Metaphyſica, ſiue, vt rectius loquar, mutuentur ab ipſa, vt reliquis ſcientijs aggregentur, & attribuantur; ſiquidem multæ ſcientiæ aliæ conſiderant prædicata eſſentialia ſuorum obiectorum, & aliquando ea definiunt ſin minus per actus propriè ſuos, ſaltem per alienos . . . . a Metaphyſica præſtitos ſibi, aut mutuatos; vt hic verum quoque ſit, quod alibi dixit *Suarez* Metaphyſicam auxiliari *Logicæ*, imo & reliquis omnibus ſcientijs.

Secundum eſt oportere Amatores ſapientiæ, ideſt, omnium ſcientiarum Candidatos, reflexionem facere, & notare in lectione librorum, in concionibus, in ſermonibus domeſticis, & familiaribus hominum, quinimmo in Scripturis diuinis, & Verbis Dei, orationes, & propoſitiones, eaſque prout doctrina, & regulis præcedentibus edocti ſunt, diſtinguere, ac ſcire, ad quam ſcientiarum claſſem pertineant; in quo quidem maxime proficient, ac diſponent eggregiè cerebri, & imaginatiuæ ſpecies, & ſubinde intellectuales, ad facile ſciendum, & magis proficiendum in dies.

Denique Philoſophiæ, ſicut & cæterarum rerum, cauſæ ſunt quatuor, quæ tacitè 10

iam

Digitized by Google

iam declaratæ manent. Prima eſt *efficiens*, ea quæ eſt intellectus, qui facit ſcientes cognitiones. Secunda cauſa eſt *formalis*, quæ eſt ipſa cognitio philoſophicam. Tertia eſt *materialis*, quæ item eſt intellectus recipiens, ac retinens ipſe veluti mater in gremio cognitiones, vti formas, & fætus ſuos, quibus adornatur, & ſapiens efficitur. Quarta cauſa eſt *finalis*, ſeu finis. Finis ergo Philoſophiæ eſt ſcire obiectam, quæ repræſentat, & reddere perſonam habente in ſe, ſapientem, ditare diuitijs ſpiritualibus, & adornare; ideo dicebamus ſuperius extollendo Philoſophiæ vtilitatem, & excellentiam, ipſam eſſe animi noſtri perutile, & illuſtriſſimum ornamentum.

Ariſtoteles 2. Phy. à t.18.
S. Thomas 1.2. q. 27. à 3.

SECTIO II.

Reſpondet obiectis contra traditam philoſophiæ definitionem, ac diuiſionem in quinque, aut ſex partes: vbi earum obiecta materialia, & formalia vberius elucidantur.

SEd opponis primo. Philoſophia eſt ſcientia; ergo ita debuit definiri, *Philoſophia eſt diuinarum, humanarumque rerum cognitio habita per demonſtrationem*, ſiue per ſuas cauſas poſitas in præmiſſis certis, & euidentibus; ergo curta eſt definitio *Auguſtini*, & *Damaſceni*, approbata à nobis ſupra n.4.

S. Auguſt.

Reſpondetur ſapienter fuiſſe, ac de induſtria definitam Philoſophiam ab ijs SS PP. per illa ſola verba, eſt *cognitio diuinarum humanarumque rerum*, quo ſic non tantum ſcientia diſcurſiua, ſed iudicatiua, ac definitiua, quæ longe illa perfectior eſt, præſertim primorum principiorũ & regularum, comprehenderetur, vti annotaui in *Logica* n.24. & probaui n. 163 & 1565. & repeto infra à n.39. eſt ergo Philoſophia ſcientia perfecta, dummodo ſit rei cuiuſcumque vera, ac certa comprehenſio, ſiue ea ſit concluſio, ſiue præmiſſa, aut iudicium, vel cognitio per cauſas, extra præmiſſas, primum principium, vel ad inſtar; & inconcuſſa manet ſententia *Auguſtini*, & *Damaſceni*, ac ſcientia Dei, & Angelorum, quæ diſcurſiua non eſt.

11 Opponis ſecundo. Aliter diuiſit *S. Auguſtinus* Philoſophiam in communi; ergo noſtra diuiſio bona non eſt; antecedens patet legenti lib.8. de Ciuit. Dei cap.4. vbi S.Pater diuiſit illam in *naturalem*, *moralem*, & *rationalem*; nempe Naturalis eſt Phyſica, quæ verſatur circa ens mobile. moralis verſatur circa compoſitionem morum. Rationalis eſt Logica, quæ verſatur circa ordinationem vocum, rerum, & conceptuum. Conſentit omnino huic diuiſioni *Auguſtini*, diſcipulus eius S.*Thomas* eamque illuſtrat in commentario lib.1. Ethic. ad *Nicomacum*.

S. Auguſt.

S. Thomas

Reſpondeo cum *S. Thoma* ipſo dicente, vt *ſub Philoſophia naturali comprehendamus Metaphyſicam*, quod ſuſpicor non eſſe alienum à mente *Auguſtini*; ac ſub eadem, cum *Conimbricenſibus* in Proœm. Phyſicorum reor comprehenſas ab *Auguſtino* mathematicas diſciplinas. Theologiam ſupra n.8. reduxi ad quinque enumeratas ſcientias, intelligendo eo nomine quamcumque collectionem actuum certorum verſantium circa Deum, & diuina. tametſi arbitrarium videatur, vt notaui in Logica n.1220. facere, aut dicere Theologiam hanc, ſextam ſcientiam.

S. Auguſt.

Opponis tertio. *Quælibet diſtincta ſcientia debet habere diſtinctum obiectum materiale, & formale*; tale non habent quinque, aut ſex prædictæ ſcientiæ; ergo nec ſunt quinque, nec ſex. Minor à nobis conceditur, quia diximus ab eis ſcientijs omnibus, aut pleriſque conſiderari Deum, & opera eius, decem prædicamenta.

Ariſtoteles 1. poſt. c. 23.
S. Thomas lect. 41.

Reſpondetur ex dictis in *Logica* n 81. & 98. ſcientias ſufficienter diſcriminari penes obiectum formale diſtinctum, quod in propoſitis ſcientijs ſemper ita eſſe contingit, vt apparet actus ſingulares ipſarum contemplanti, vbi aduertet diuerſum prædicatum tribui etiam eidem communi ſubiecto à Metaphyſica, atque à Phyſica, ac cæteris, vt vides in his exemplis. *Petrus eſt animal; Petrus mouetur; Petrus eſt inferius animalis; Petrus habet vlnam longitudinis*; & in huiuſmodi; ergo, vt præclarè dictum eſt in *Tripartita*, non inconuenit, ſed plerumque neceſſarium eſt obiectam materialia ſcientiarum eſſe eadem, formalia vero diuerſa, vti conteſtantur ibidem S.*Thomas*, & alij complures. Vocamus autem frequenter ob claritatem doctrinæ, formalia obiecta, *prædicata*, quæ de ſubiectis in quantis ſcientia dicuntur, prædicatione nimirum directa, & naturali; Prædicata enim ſunt formæ, & rationes formales, ſecundum quas ſubiectum cogno-

12

S. Thomas

ſcitur,

Digitized by Google

ſcitur, quod vocant alij *rationes ſub quibus*. Legantur, quæ de his ſcripta ſunt in *Logica* à n.29.

Opponis quartò. Philoſophia ita ſcatet actibus incertis, & opinionibus, vt maiori ex parte ſit opinatiua, ergo abuſiuè ſcientia dicitur; antecedens non diſſimulauit *Auguſtinus* dicens Philoſophos antiquos plura opinatos fuiſſe, quàm ſciuiſſe, etiam *in eis, quæ ſe inueniſſe gloriantur*; & confirmatur, quia ſcientia non eſt rerum contingentium, ſed æternorum, ſiue eorum, quæ neceſſario ſunt, & immutabilia; vt tradit vbique *Ariſtoteles*, etenim ſcientia ipſa dicitur, & debet eſſe immutabilis, firma, & imperturbabilis, quomodo eſſe non poterit, ſi contingat obiectum eius eſſe mutabile; certum verò videtur, & à nobis ſupra conceſſum, multorum actuum Philoſophiæ obiecta eſſe mutabilia, & contingentia. Reſpondeo huic argumento commodius infra à num. 42. quando probauero Philoſophiam naturalem eſſe ſcientiam perfectam, quod in præſenti ad me pertinet, ſicut pertinuit olim probare Logicam ſcientiam eſſe; alias Philoſophiæ partes ſcientias item eſſe oſtendant earum Profeſſores.

S. Auguſt. l.1. Ench. c.9.

Ariſtoteles 1.Poſt. t.5.

S. Thomas lect.4.

13 Opponis quinto. Scientia neceſſario haberi debet per ſyllogiſmum demonſtratiuum, quod videtur eſſe axioma Philoſophi receptum ab omnibus, præſertim Recentioribus, qui neſciunt paſſum dare ſine ſimilibus ſyllogiſmis, vt probent diſciplinas ſcientias eſſe, ergo illi actus, ex quibus ſcientiæ a nobis componuntur, ſcientiæ nō ſunt, ſed valde opinatiuæ cognitiones.

Ariſtoteles 1.Poſt.c.2.

Reſpondeo, & nego antecedens, Scientia enim eſt quæuis *cognitio rei per cauſas*, etiam ſi merum enthymema ſit, & materialis augmentatio, quoties nimirum eſt connexio neceſſaria prædicati cum ſubiecto. Scientia quoque eſt cognitio immediata prædicans prædicatum de ſubiecto, quod illi ineſſe patenter vident oculi, aut ſentiunt alij ſenſus, licet ſit contingens, nam pro tempore, quo ineſſe aſſeritur nequit mutari, aut aliter ſe habere, vti dixi ſe in *Logica*, num. 1143. Quare ars ſyllogiſtica ad ſciendum ſimpliciter neceſſaria non eſt, licet ſeruiat maximè ſplendori, & conuincendo aduerſario; quia verò *Ariſtoteles* gloriatur ſe eam inueniſſe, ideo eā mirificè extollit, ſiquidem *pulchrum vnicuique ſuum eſt*.

Ariſtoteles 1.Poſt.c.2.

Ariſtoteles 2.Elen.ſin.

Recentiores verò non obſeruarunt omnia, neque ſua propria olim à ſe tradita, cum obſeruare deberent, quæ docuerint de definitione, de materia propoſitionum, de præmiſſis, de primis principijs, & axiomatibus, & legere locos *Ariſtotelis* in facili noſtra *Tripartita*, & hæc a nobis inuenta, aut venia, vel multa proſequi gratia.

CAPVT II.

De Philoſophia naturali, ſeu Phyſica, de ipſius partibus, cauſis, obiectis, & nominibus, poſtquam nonnulla præmiſſa fuerint de doctrinæ cohærentia. & phyſicis libris editis ab Ariſtotele.

QVamuis ordine naturæ ſcientia noſtra incipiat a ſingularibus rebus, vel confuſe cognitis, quas oculis, aut alio ſenſu vſurpamus, vt rectè annotauit in *Tripartita* n.500. cum *Boetio*, *S.Thomas*, & ab experientia comprobat *Ariſtoteles* lib.2 Poſt.cap.8.tex.22. Verum tamen ordine artis, ſiue doctrinæ, plerumque incipit ab vniuerſalibus, & prius ab vniuerſalioribus, quam a minus vniuerſalibus, vt manifeſtat vſus communis Magiſtrorum, ſecutus doctrinam Philoſophi ex 1. Phyſ. cap.3. *de modo ordinis Doctrinæ*; prius enim, & nos tractauimus de Logica in communi; de ſcientia, & Philoſophia in communi, & poſtmodum, de earum rerum partibus, id quod ſapienter ſit propter dicta ſupra numero 5. ergo in præſenti [illegible] dimus ad augendum de Philoſophia naturali, quæ eſt quaſi vna pars [illegible] interius Philoſophiæ in communi, licet ex alia parte illa ſuperior quo [illegible] reſpectu aliarum partium Philoſophiæ [illegible] quas [illegible] libros Phyſ[illegible] libris ab *Ariſtotele* [illegible]tur. 14

S. Thomas

Ariſtot.

Ariſt.

Ariſtoteles [illegible] vniuerſam Philoſophiam naturalem [illegible] libris explanauit, & primo in his [illegible] *libris* egit de corpore naturali in communi, Secundo in *quatuor libris de Cælo, & Mundo*, de corpore incorruptibili, nempe de vniuerſa mundali machina, & quatuor elementis. Tertio in *duobus libris de Ortu, & Interitu* diſſeruit de corpore generali, & corruptibili. Quarto in *tribus libris de Anima*, diſputauit de Anima in communi, ac de ipſius ſpeciebus. Quinto in quibuſdam opuſculis, qui inſcribuntur *de ſenſu, & ſenſili, de ſomno,*

Ariſtoteles

Digitized by Google

ſomno, & vigilia, de iuuentute, & ſenectute, de vita, & morte, ſermonem fecit de quibuſdam proprietatibus corporum viuentium. Sexto in *quatuor libris metheororum,* de mixtis corporeis imperfectis, quæ in ſublimi apparent. Septimo in 38. *Problematibus* varia, & mirabilia naturæ arcana aperuit. Denique tractatum admirabilem nobis reliquit diſtributum in tres partes, Prima eſt de *Hiſtoria Animantium,* ſecunda de *eorum generatione,* tertia de *ipſorum partibus.*

15 Eandem Philoſophiam maximè illuſtrarunt *S. Auguſtinus* pluribus locis à nobis opportunè allegandis, & vberius *S. Thomas* ſemper legendus in commentarijs Angelicis ſuper prædictos ferè omnes libros *Ariſtotelis,* qui tomo primo operum ipſius continentur; tractat quoque Phyſica S. Doctor opuſ.42. cap.14. & alibi frequenter. Vt item videre eſt in eius Philoſophia pulchrè congeſta ab *Alamanio.*

S. Auguſt. *S. Thomas*

SECTIO I.

Determinat an ſit, quid, quotuplex, & propter quid Philoſophia naturalis, declarat eius nomina, & obiecta materialia, & formalia aggregationis, attributionis, & cauſas.

OMiſſis pro nunc alijs ſcientiis, quæ item *Philoſophiæ* nominantur, ſermonem tantum facio de Philoſophia, *naturali,* dicta, aut *Phyſica,* quia tractat de rebus naturalibus in communi, vt mobiles ea ſunt, id eſt, de *natura,* quæ definitur principium motus, & quies, quæ item *Phyſiologia* dicitur, hoc eſt, *ſermo de natura,* nam Græcum φύσις naturam λόγος verò ſermonem ſignificat.

Et quidem Phyſiologiam exiſtere manifeſtum eſt, ſiquidem extiterunt, & exiſtunt naturalium rerum peritiſſimi viri; eaque ſic definiri debuit ex Philoſopho 11. M. c.3. & 4. *Philoſophia naturalis eſt cognitio rei naturalis, vt mobilis, vel motæ, cognita immediatè per ſe, vel etiam per ſuas cauſas naturales;* vt ſunt, hæc, & ſimiles, *Petrus mouetur, Ioannes calfit; Paulus concionatur; Antonius eſt albus;* ſed quoniam iſta ſcientia ex bona parte eſt practica, vti probatur infra, additur hæc alia defi-

Ariſtoteles *S. Thomas* *lect.3. & 3*

nitio, *Philoſophia naturalis practica eſt regula certa docens quomodo fiat aliquod artefactum;* vti ſunt regulæ inferius reponendæ.

Non ergo eſt iſta pars Philoſophiæ *vna ſimplex qualitas,* vna ſpeculatio, aut vna 16 ſola regula, ſed complurium numeroſa congeries, nempè quot verſari poſſunt circa Deum, ac decē prædicamenta, etiam *ſingularia,* vt monuit *Ariſtoteles* 11. M. c.4. ea omnia conſiderando ſub prædicato, ſiue ſub ratione motus, eiſdem extrinſecè, vel etiam intrinſecè, vti appoſite ad captum incipientium, declaratū eſt ſupra n.6.

Ariſtoteles *S. Thomas*

Sed hic loquutus ſum de Philoſophia actuali, quæ magis modo ad rem pertinet. *Habitualis autem eſt qualitas permanens in intellectu, producta ab actuali Phyſiologia facilitans & inclinans ipſum ad producendos actus alios ſimiles ijs, à quibus illa producta fuit;* vt alibi probandum eſt, & declaratum in *Logica* n.1197.

Vnde colligitur primo Philoſophiam naturalem aliam eſſe actualem, aliam habitualem, aliam ſpeculatiuam, aliam practicam; ac diuidi etiam poſſet in naturalem, & ſupernaturalem; diuinam, & creatam, Angelicam, & humanam; conformiter ad ea, quæ dicta ſunt de Logica, in *Tripartita* à n.19. quamuis in rigore loquendo, membra diuidentia hanc Philoſophiam naturalē, naturalia oportet eſſe.

Colligitur ſecundo elucidatio textuum *Ariſtotelis,* & S. *Thomæ,* & Recentiorum aſſignantium huic ſcientiæ *obiecta materialia, formalia & attributionis.* dicit enim Philoſophus 6 Met. tex.1. Philoſophiam naturalem, quam ipſe *Phyſicam* appellat, verſari *circa tale ens, quod eſt poſſibile moueri Naturalis enim ſcientia* addit ibi in lect.1. *S. Thomas non eſt circa ens ſimpliciter, ſed circa quoddam genus entis ſcilicet,* 17 *circa ſubſtantiam naturalem quod habet in ſe principium motus, & quietis.* & infra. *Ens enim mobile eſt ſubiectum naturalis Philoſophiæ,* & in opuſc.42. c.14. & 1. Poſt. lect.41. & in proœm. Phyſic. l.1. ait Phyſicam eſſe *de ente, vel corpore mobili,* & ens materiale, ſiue corporeum mobile, eſſe ipſius ſubiectum, vel obiectum. clarius autem *Ariſtoteles, & S. Thomas* 11. Met. c.3. & 4. & lect.3. & 4. exprimunt obiectum Phyſiologiæ eſſe *particularia entis in quantum mota vel mouentur,* ſed præſertim inſinuant vbique obiectum Phyſicæ eſſe *compoſitum ſubſtantiale corporeum,* in quo eſt principium motus, & quietis, & in quan-

Ariſtoteles *S. Thomas* *S. Thomas*

Digitized by Google

quantum tale eſt, id quod libenter admittunt Philoſophi recentiores.

Ego verò conſiderata magna varietate actuum huius ſcientiæ, & textuum *Ariſtotelis, & S. Thomæ*, vt eos cum veritate conciliem, repeto aſſerta à me ſupra n.6. nempe obiectum aggregationis adæquatum, eius eſſe *ens vt mobile*, ideſt, *Nominalium* more, omne ens ſub ratione motus, aut operationis alicuius ſuæ in fieri, vel etiam in facto, & eſſe quieto, ſiue id ens moueat alia, ſiue ipſum moueatur, nimirum, *quidquid mobile actiuè, aut paſſiuè eſt*, ſiue id ſit ens completum, vel incompletum, ſubſtantiale, vel accidentale, viuens, aut non viuens, corruptibile, vel incorruptibile, creatum, vel increatum, ſpirituale, vel corporeum, ſingulare, vel vniuerſale, aut aliter quomodolibet; nam, vt reflectenti ſupra ſuos actus patet, de his omnibus entibus ſigillatim tractant varij Philoſophiæ huius actus, ac de eis prædicant motus varios, & quietes, & hoc eſſe ad mentem *Philoſophi, & S. Thomæ* multis textibus conuincit P. *Alamannius* 1.2.p.ſum.Phi. q.a.1.c. & ideo eos imitantur Thomiſtæ omnes *Ferrarienſ, Iauellus, Caietan. Soncinas, Sotus, Gratia Dei, Aquarius, Landun. in Ferrar.* d.1.a.3. *Rubeus*. hic n.11. *Conimbricenſ*.q.4. procem. a.1. *Curſ. Compl*.q.1. & Communis.

Ariſtoteles
S. Thomas

Fatendum tamen, ac dandum tantis Doctoribus, obiectum voluntarium ex parte, principale, & attributionis, excluſis Deo, & alijs creaturis excipiendis, preſertim ſpiritualibus, eſſe compoſitum materiale ſubſtantiale, in quo reperitur *natura*, quæ definitur *principium præcipuum motus, & quietis*; Quis enim negare auſit iſtas cognitiones ſpectare ad Phyſicam, *calor produxit alium calorem, Albedo dealbat parietem; Colores immutant potentiam viſiuam, & tangibiles qualitates ſonora, & alia reſpectiuè ſenſus ſuos*; & alios innumerabiles, quos obſeruare poteſt diligens Tyro in libris, & ſermonibus ſapientium, & inſipientium, iuxta regulam generalem pro multum proficiendo, propoſitam ſupra n.9. & aduertere diligenter ſubiecta ipſorum actuum eſſe obiecta materialia, prædicata verò formalia, & vtraque ſpecificare actus eoſdem, iuxta dicta in *Logica* n.29. & à n.1204. quæ omnino recolenda erunt.

Finis autem propter quem ſit Philoſophia naturalis contenta in illis omnibus libris *Ariſtotelis*, enumeratis nu.14. & eius cauſæ manent declaratæ ſupra nu.10. declaremus nunc hanc Philoſophiam dictã *libri Phyſicorũ*, ſiue in ijs in octo libris contentam, dictam quoque de *Phyſico auditur, & phyſica auſcultatione*, ideſt, poſtulantem in diſcentibus, quibus audientibus tradita fuit, magnam attentionem, quia annumeratur inter libros *Acroamaticos Ariſtotelis*, hoc eſt difficilis, ac reconditæ diſciplinæ, qui propterea tempore matutino, quando aptiora ſunt ad intelligendum ingenia, à Philoſopho tradebantur: Alij vero libri, qui ab eodem explicabantur tempore veſpertino, quia captu faciliores erant, & quaſi populares, nempe Hiſtorici, & ſimiles, *Exoterici* dicuntur. Curabimus nos, Deo bene iuuanti, præfacilitate ſtili noſtri, acroamaticos libros reddere exotericos.

Si cui autem diſpliceat reflexio noſtra circa actus Phyſicæ, noua, ſed neceſſaria ad notitiam, diſcretionem, ſcientiarum, & applicationem obiectorum ſingulis, oro reflectat ipſe ſupra ſuam Phyſicam, & clarius ediſſerat nobis quid ea formaliter ſit, & quibus actibus conſtet, & confeſtim, ſi ipſam non decurtet, comperiet ſuarum enunciationum adæquatum obiectum eſſe Deum, & opera eius, ideſt, Deũ, ac decem rerum prædicamenta ſub ratione, vel prædicato motus, vti iam declaro.

SECTIO II.

De ſpeciali, & partiali obiecto correſpondenti his octo libris Phyſicorum, ſiue Philoſophiæ in ijs contentæ; vbi iterum quid ſint formaliter libri Phyſicorum.

SVnt ergo, formaliter loquendo, libri 19
Phyſicorum, Philoſophia naturalis, quæ in eis traditur, & continetur; nempe numeroſa collectio habituum, & actuum intellectus tum ſpeculatiuorum, tum etiam practicorum verſantium circa Deum, & opera eius, Decem rerum prædicamenta, tanquam circa materiam ſubiectam, ſiue ſubiecta, in quibus, & de quibus cognoſcendo prædicant aliquam operationem, aut quaſi operationem, aliquem motum, & quietem, qui propterea omnes ſunt prædicationes ſpectantes plerumque ad *prædicabile quintum*, & aliquando

Digitized by Google

quando ad *quartum*, ſiquidem fere ſemper operationes ſunt accidentia, quæ contingenter conueniunt ſuis ſubiectis, vt manifeſtè apparet in his exemplis, & alijs proferendis in totius Phyſicæ decurſu.

Deus in principio creauit Cœlum, & terram, & omnia reliqua; ea conſeruat; eſt cauſa prima comproducens effectus cum cauſis ſecundis; mouet omnia, ſed ipſe non mouetur. Angeli Deum cognoſcunt, amant, & reuerentur; mouent Cęlos, & cauſare poſſunt, & cauſant varios impetus, & motus locales, atque arte, ſeu regulis huius artis poſſunt producere multos, & mirabiles effectus.

Probabile eſt, quod vna ſubſtantia immediatè producit aliam ſubſtantiam, quod infinitum corpus moueri non poſſit omni motu locali. quod omnia creata habeant vbi, & durationes modos intrinſecos realiter diſtinctos productos ab illis emanatiuè. Grauia, & leuia accurrunt ad replendum vacuum. Quidquid mouetur ab alio mouetur, excluſo primo motore Deo, qui immotus in ſe permanens mouet certo quodam modo reliqua omnia. ſatis probabile eſt, ſi non eſt certum, in vacuo poſſe dari motum ſucceſſiuum. Materia prima recipit formas. Quantitas recipit qualitates, & retinet, diuidi ſolet in partes, & rare fit, ac denſatur. Qualitates operatoriæ ſunt, & producunt effectus alios, vt cauſæ principales, alios, tanquam cauſæ inſtrumentales; producere ſolent ſpecies quoſdam, quibus immutant ſenſus noſtros.

20 Qualibet entitas creata producit in ſe, vt aiunt, per emanationem reliqua ſex prædicamenta, ſi tamen ea omnia vera entia ſuos, v.g. hic Homo producit ſuum vbi, ſitum, habitum, relationem, & ſolet in ſe habere actionem, & paſſionem, & his omnibus immutari; vt annotaui in *Logica* n.790. miſſos facio alios actus, quia infinitum erit velle omnia percenſere, ſed vt preſſius ex dictis colligendo declarem obiecta Phyſicorum.

Dico primò, *obiectum materiale Phyſicorum eſt ens cognoſcibile, quaſi tam amplè, atque eſt obiectum Metaphyſicæ*, quod dixerunt ante me *Ariſtoteles* 12. met. c. 3. & 4. & *S. Thomas* ibi lect. 3. & 4. & conſentire debent Doctores allati ſupra n. 17. ideſt, eſt quaſi omne ens creatum, ſiue increatum, ſpirituale, ſiue corporeum, ſubſtantiale, ſiue accidentale, & aliter quomodo libet; vel quod alijs terminis dici ſolet, ens ab ijs omnibus eſſendi modis determinatis abſtrahens; quia, nimirum, Phyſica determinatè non poſtulat agere de ente ſolo corporeo, vel ſpirituali, corruptibili, vel incorruptibili, aut determinato alio, ſed omnia complectitur materialiter, ſub prædicato, & formali obiecto iam declarando.

Ariſtoteles / *S. Thomas*

Et probatur manifeſtè. Etenim obiectum materiale ſcientiæ, vt in *Logica* n. 29. & alibi ſæpe dictum eſt, eſt ſubiectum propoſitionum eius ſcientiæ, & quod recipit, aut quaſi recipit formale, quod de eo prædicatur, ſed ſubiectum propoſitionum Phyſicæ, eſt omne ens, atque id ipſũ recipit, aut quaſi recipit formale, quod de ipſo prædicatur; ergo obiectum materiale Phyſicæ eſt quaſi omne ens; Maior, & conſequentia ſunt claræ, minor patet contẽplanti phyſicas propoſitiones paulo antea præſcriptas, & præſcribendas in toto Phyſicorum decurſu, ac demonſtratur in dicto ſequenti.

21 Dico ſecundo. *Obiectum formale Phyſicorum eſt motus, & quies*, vel operatio, aut quaſi operatio, quibus mutantur, aut quaſi mutantur intrinſecè, vel etiam extrinſecè omnia entia, etiam ſingularia, quæ ad Phyſicam pertinent. Probatur, quia obiectum formale ſcientiæ eſt illud, quod tangunt actus eius, ex parte prædicati, ſiue quod prædicant de materiali, quod ſub tali, & ſecundum tale prædicatum cognoſcitur; ſed actus Phyſicorum omnes tangunt ex parte prædicati, ſiue prædicant de ijs omnibus entibus, motũ, quietem, vel operationem, aut quaſi operationem ipſorum; ergo ſimiles effectus ſunt huius ſcientię obiectum formale. Et hoc eſt, quod circumfertur communiter alijs terminis ab *Ariſtotele, S. Thoma*, & Philoſophis, nempe Phyſicam conſiderare *ens mobile*, aut *ens vt mobile*, vt ſupra n. 6. declaratum eſt, & in ſimili in *Logica* n. 29. 75. & alibi frequenter.

Ariſtoteles / *S. Thomas*

Dico tertio *Obiectum aggregationis huius Philoſophiæ eſſe res omnes etiã ſingulares*, quę quoquo modo mobiles ſunt, & in quantũ mobiles, & ipſos etiam motus, ſeu mutationes, quibus illæ res mouentur, aut aliquando motę fuerunt; quod dictum tenere videtur *P. Rubius* cum allegatis à me ſupra *Ariſtotele*, *S. Thoma*, in Procem. Phy. n. 11. & 18. & Thomiſtis communiter, vt vides n. 17. & probatur, quia illud eſt

Ariſtoteles / *S. Thomas*

obiec-

Digitized by Google

obiectum adęquatū aggregationis ſcien-
tię, de quo omni, & ſolo tractat ſcientia;
ſed Philoſophia hęc tractat de his rebus
omnibus mobilibus, & ſolis, vt hę mobi-
les, aut mouentes ſunt; ergo hę res omnes
ſunt obiectum adęquatum, & aggrega-
tionis Phyſicorum. Maior eſt bona defi-
nitio obiecti adęquati aggregationis tra-
dita in *Tripartita* n.31. Conſequentia eſt
legitima. Minor manifeſte apparet ex
terminos.

22 Sed cautè aduertendum eſt illos actus,
ex hic enumeratis, alios integraliter eſſe
Phyſicos, & ad Phyſicam hanc pertinere,
nempe illos omnes, quorum ſubiecta ſint
obiecta, & res, quas in his libris tractant,
ac definiunt *Ariſtoteles*, & eius interpretes;
illos autem, quorum ſubiecta ſint Cœlum,
animę, & alię res, quę in libris alijs ſequē-
tibus definiuntur, directe ad eos reſpecti-
uè libros pertinere, ad Phyſicam vero
ſumptos præciſe, vt repreſentant ex parte
ſubiecti principium mobile, & ceteras ra-
tiones, hos libros Phyſicorum concer-
nentes, de quibus infra iterum tracta-
bimus.

Dico quarto *Obiectum attributionis Phy-
ſica eſſe Deum Authorem natura dictum
cauſam primam, & naturam naturantem,
ſiue creantem*. Et probatur ratione, &
congruentijs, licet aſſignatio ſimilis obie-
cti plerumque ſoleat eſſe quaſi arbitraria,
iuxta dicta in *Tripartita* n.31. Etenim ſup-
ponendo, quod negare non poſſumus,
quod bona pars Philoſophię huius verſe-
tur circa Deum, vt primum mouens eſt,
ipſe eſt ſcientiæ huius obiectum principa-
lius, atque *omnis ars, & ſcientia*, ait *Ari-
ſtoteles* 6.Top c.3. *ad id quod præſtantiſſimum*
Ariſtoteles *habet, referri debet*, pręſertim ſi ad tale
obiectum, vel ex natura ſua, reliqua
omnia, quę ſcientia conſiderat, ordinen-
tur, vel etiam ex intentione talem ſcien-
tiam habentium; exploratum verò eſt
creaturas omnes eſſe Dei opera, ad ipſum
ordinata ex conditione ſua, *omnia enim
propter ſemetipſum operatus eſt Deus*, dicitur
Prouer.16. & Philoſophi pręſertim Chri-
ſtiani, ſuam ſcientiam de rebus hiſce na-
turalibus, aſſumunt vt medium, vt tan-
dem veniant in cognitionem Dei, &
merito, *inuiſibilia enim ipſius à creatura
mundi per ea, qua facta ſunt intellecta con-
ſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, &
diuinitas*; ſcribebat *Apoſtolus* ad Ro-
manos.

Poſtremo dico, videnda omnino eſſe, 23
quę ſcripſi in *Tripartita*, à nu.27. de alijs
modis obiecti, quę facili negotio applica-
buntur propoſitio, ne nos ea repetere
cogamur; & notandum forſan ſine ne-
ceſſitate defēdi S.*Thomam* per PP.*Conimb.*
hic q.4.a.1. ab *Scotiſtis*, quaſi illi imponen-
tibus poſuiſſe ipſum pro obiecto Phyſio-
logię *compoſitum per accidens*, quoniam id
aſſertum non eſt impoſtura, ſed ſententia
vera *Ariſtotelis, & S Thoma*, quod vides in
hoc actu *Hoc vinum eſt dulce*, cuius obie- *Ariſtoteles*
ctum eſt ſubſtantia vini, & dulcedo, quod *S. Thomas*
eſt accidens, & ſic contingit fere in obie-
ctis omnibus mobilibus, vel motis. & in
eorum prędicationibus. Secus reſoluetur
fermè tota Phyſica in apprehenſiones
ſimplicis prędicati, ideſt, motus. & nul-
lum in ea erit iudicium, vel diſcurſus,
quod cordatus nemo dixerit.

*Altera pars Sectionis declarat abū-
dantius, eſſentiam, obiecta, & di-
ſtinctionum librorum horum ab
alijs omnibus, & intentionem
Philoſophorum in eis præmitten-
dis, ex aliquibus ad interrogata
reſponſis.*

PRimò quęret aliquis, quæ cauſa fuit,
vt Phyſicę huic aſſignaremus obie-
ctum tam vaſtum, & amplum, ac eſt Me-
taphyſicę, & Logicę, nempe *omne ens*, *Ariſtoteles*
vti dicebant in *Tripartita* noſtro magiſtri *S. Auguſt.*
relati à nu.69. an ne ſcientia hęc eſt pars *S. Thomas*
Metaphyſicę? nempe per ſingulas ſectio-
nes multa eſſentialiter definiuntur; quod
ſi pars metaphyſicę non eſt, neque con-
ſiderat eſſentias rerum, ſed dumtaxat ea-
rum motus, proprietates, & accidentia,
quare in hac ſcientia immorandum nobis
erit, & non ſtatim ad metaphyſicam con-
uolandum, vbi confeſtim eſſentias rerum
definientes cognoſcamus, & ſapientes fia-
mus; quid prętendimus mediante hac im-
perfecta ſcientia, quę rerum non intima,
ſed extima ſola cognoſcit.

Reſpondeo ad primum, cauſam aſſi- 24
gnationis obiecti tam ampli, fuiſſe com-
munem Vſum Sapientum vtilitatem, &
neceſſitatem; etenim Philoſophi omnes
recentes hic tractant de decem prędica-
mentis, de omnibus cauſis, & effectis, ac
item de Deo cauſa vniuerſali, & prima, &

quidem non ſolum, vt ipſe eſt cauſa, & author naturę, ſed & effectuum pluſquam naturalium, vt ex dicendis circa Potentiam abſolutam Dei, & quam *obedientialem* vocant, apparebit. Et ſanè meritò ita ſit ob vtilitatem noſtram, vt in ingreſſu ſapientię incipiamus proficere mediante aliquali notitia omnium rerum, eas cognoſcendo ſecundum quod mobilia ſunt, & operantur, incipiendo rerum intima ſcire à facilioribus, qualiter ſunt hęc effecta, quę vel ſenſibus peruia ſunt, & manifeſta; vt pulchrè notauit *S. Thomas* 1. p. queſt. 18. art. 2.

Ad ſecundum dico Phyſicam non eſſe partem Metaphyſicę, quia licet illa, vt hęc conſideret cauſam primam, & reliquas ſuperiores, non curat de ipſarum primis, & eſſentialibus prędicatis, ob quorum definientem conſiderationem opinor nominatam Metaphyſicam ab *Ariſtotele* in 4. metaph. tex. 5. & alibi, & *S Thoma* in principio phyſ. quaſi per antonomaſiam *Philoſophiam primam.*

Ariſtoteles *S. Thomas ibi.* Sed verò qui leget Phyſicam *Ariſtotelis*, pręſertim in 1. Phyſicorum, comperiet Metaphyſicam oppoſito modo, videri bonam partem Phyſicę, quoniam ibi Philoſophus procedit definiendo principia, & elementa eſſentialia omnium rerum; Id tamen ſic fieri conuenit, & in vſu eſt, vti ſupra n. 9 annotabam, tum propter ſcientiarum concatenationem; tum quia ordo doctrinæ, & naturę poſtulat vt prius cognoſcamus quodammodo ſubiectum, quam prędicatum, prius principia, & cauſas in ordine ad ſe, quam in ordine ad ſuas operationes, à quibus facto regreſſu, & vtili circulo regrediamur ad cauſas ipſas intimios percalendum; vel etiam quia placitum fuit *Ariſtoteli* hic pertractare, quę fuſius in Metaphyſica pertractanda fuerant, vt pręſtaret & hic principia ſua probata, & ſcita Phyſicis.

25 Vtitur ergo Phyſica auxilio Metaphyſicę in definiendis principijs ſuis, & in quęſtionibus de ipſorum poſſibilitate, aut exiſtentia; etenim communiter circumfertur attinere ad quamuis ſcientiam, ſi nimus probare, ſcire tamen eſſentiam, & proprietates ſui obiecti, & ſubinde ea conſiderare ſecundum conditionem eſſendi, ſiue id faciat per actus proprios, ſiue per actus alienos, ſibi pro tunc attributos.

Atque ex his ad dubium tertium dicendum, nos quidem prętendere ſapientiam, ac ſcientiam definitiuam rerum, quas a *Priori* non poſſumus, ſic facile penetrare, nec ſemper patent intimi ipſarum receſſus ſenſibus externis, & ideo arte Logica ductante, a *Poſteriori* earum eſſentias inueſtigare tentamus, prędicando nimirum de ipſis operationes ſuas, vt poſtmodum regreſſu facto, quaſi a fructibus earum cognoſcamus eas; & ea cauſa fuit cur ante difficilem Metaphyſicam prę mittamus faciliorem hanc ſcientiam, licet ob ſcientiarum ſummam, coniunctionem, & indigentiam mutuã, ſępe Metaphyſica hic vtamur atque in Metaphyſica vtamur quoq; Phyſica, ſicut ſęper & vbiq; vtimur Logica artificiali, vel naturali. Vnde non poterimus Phyſicam auulſam tradere.

Secundo quęri poteſt, quo pacto Deus poteſt eſſe obiectum Philoſophię naturalis, ſi ipſe eſt ens omnino ſupernaturale, ideſt, ſupra omnem naturam? Reſpondetur Deum, qui eſt ſuarum creaturarum principium, dupliciter poſſe conſiderari, primo vt eſt author, & principium rerum naturalium, cauſa vniuerſalis, & prima, cooperans cum cauſis ſecundis naturalibus, & in hac conſideratione eſt, ac dicitur ens quodammodo *naturale*, & poteſt ſufficienter eſſe vnum, ex obiectis Philoſophię naturalis, quia ſic principium mobile eſt actiuè, & efficienter, ideſt, cauſa prima efficiens, & magis operatrix motuum, & operationum naturalium ad extra, quam reliquę omnes cauſę inferiores, & ideo meritò de ipſius ſapientia, *Sapientiæ* 7. ſcriptum eſt, *Omnium mobilium, mobilior eſt ſapientia*. effectiuè videlicet, vt author eſt *Auguſtinus*. *S. Auguſt.*

Pręterquam quod hi actus, qui aliundè ſunt certi, & euidentes. *Deus omnia creauit, atque conſeruat, & poteſt multa alia facere, quæ non facit, malos punieт, & bonos afficiet præmio*, & alij innumerabiles, qui conſiderant ens infinitum vt mobile naturaliter, atque ipſos motus naturales, tanquam prędicata, & obiecta formalia, aliquam ſcientiam pertinere debent; atqui ad nullam aliam, quam ad hanc, congruentius reducentur. 26

Secundò conſideratur Deus vt eſt author rerum ſupernaturalium, nempe gratię, glorię, & donorum huiuſmodi, vel etiam effectuum naturalium quidem, ſed modo pręter naturali productorum, quomodo obiectum eſt Philoſophię in-

nomi-

Digitized by Google

nominatæ, quæ dici poterit ſupernaturalis, aut præternaturalis, cuius actus quotieſcunque fuerint, vt poſſunt, entitatis naturalis, & aliunde conſiderent Deum vt obiectum mobile effectiue, connumerari poſſunt inter Phyſicę noſtrę naturalis, vt ipſa magis ſuccreſcat, & ornetur. Huc etiam reduci poterunt actus fidei, & Theologici, quotquot prædicant de ſubiectis motum, quietem, vel quamuis formã, quæ vel ſubiectum immutet, vel ipſi conueniat contingenter, velut hi, & ſimiles. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, &c. Chriſtus loquutus eſt, Chriſtus eſt riſibilis, & pro nobis potuit pati, & mori, & reſurgere à mortuis.*

Tertio interrogabit alius, ſciẽtię de *Cœlo*, ac *Generatione* de *metheoris*, de *mineralibus*, de *Anima*, & aliæ quę tradũtur in libris ſequentibus, poſt Phyſicos, ſunt ne partes ſcientiæ huius naturalis ſimilares, vel diſſimilares. Etenim ſimilares videntur, quia

S. Thomas vt tradit *S. Thomas* 1. Phyſ. lect. 1. omnes percurrendo, eæ omnes conſiderant *ens mobile, vt mobile*, non ſecus, ac noſtra Phyſica: Vnde dicendum erit omnes iſtas partes cum libris Phyſicorum, eſſe partes ſimilares integrales vnius, & eiuſdem ſcientiæ; quia vnum obiectum formale, vnam tantum ſcientiam facit, & *vnius ſcientia vnum obiectum oportet eſſe, & vnũ*

Ariſtoteles *obiecti genus*, vt loquitur *Ariſtoteles* 1 Poſt.

S. Thomas c. 23 & ibid. *S. Thomas*.

27 Reſpondeo omnes præfatos libros, & ſcientias ipſis contentas, pertinere ad integritatem Philoſophiæ naturalis, vti indicaui ſupra à n. 15. ſed verò eſſe partes diſſimilares, & valde inter ſe inuicem, & ab hac Phyſica differentes, ſin minus ratione obiecti formalis, quod vbique eſt motus, & operatio; ratione ſaltem ſubiecti, ſeu obiecti materialis, quod proprium ſingulis, ac valde diuerſum eſt; & cum ea diuerſitate conſideratur, & poſtulatur ab eis partibus ſcientiæ, vt patet euidenter, breuiter, & perſpicuè diſcurrendo per ſingulas.

Etenim Phyſica per ſe, ac directè ſolum conſiderat in ſubiecto ſuo mobilitatem, ſeu motum, nec curat an illud ſit corruptibile, aut incorruptibile, ſimplex, aut mixtum, viuens, vel non viuens, corporeum, aut ſpirituale, nec aliter; quemadmodum, neque quid illud ſit, quamuis ea omnia, quando in ſuo ſubiecto ſunt, materialiter attingat, atque cognoſcat; Relinquitur enim Metaphyſicæ cura tractandi, vel cognoſcendi quid quod libet Ens ſubiectum eſt; Libris de Cœlo corpus incorruptibile mobile; libris de Generatione, corruptibile; Libris de Anima, conſiderare Ens ſubſtantiale viuens, & rationale mobile; & reliquis ſcientiæ partibus relinquitur conſideratio de alijs mobilibus particularibus, vti ſapienter proſequitur *S. Thomas* 1. Phyſ. lect. 1. *S. Thomas*

Neque inconuenit diuerſificari collectiones actuum ſcientiæ vnius penes obiecta materialia, ſicut neque ab eiſdem ſpecificari, vti moſtrabam olim in *Tripartita* à num. 1204. & repetam infra num. 36. præterquam quod ijdem libri ſemper habent ex-parte obiecti formalis, ſiue prædicati, motum, vel operationem peculiariter debitam ſubiecto proprio, & per ſe ab actibus ipſorum poſtulatam, vt apparet ibi, *Homo intelligit. Cœli influunt.* qui motus ſunt inter ſe valde differentes. Concludo ergo conſtare ex *Logica* n. 1220. Scientiarum diuiſionem eſſe voluntariam, & ſubinde aſſignationem obiectorum pro ipſis; & noſtram eſſe vſui communi, & veritati magis conformem.

SECTIO III.

Reſpondet obiectionibus contra dicta de eſſentia obiectis, & Diſtinctione Phyſicæ huius, ac totius Phyſiologiæ, ab alijs ſcientijs; vbi aliorum diuerſæ opiniones referuntur, & refelluntur.

28 PRo primo argumento contra veram doctrinam obijciuntur nobis aliorum opiniones cum ſuis fundamentis. Prima opinio eſt *Auicennæ, Algacelis*, & aliorũ, quos allegant P. *Rubius* in Procem. Phy. n. 9. & ſequitur *Ferrarius* d. 1. a. 4. qui dixerunt Phyſiologiæ obiectum eſſe *corpus naturale*, ſeu *mobile*; quorum ratio eſt, quia illud eſt ſcientiæ huius obiectum, quod proxime mobile eſt, & mouetur; *Ariſtoteles 1. M. o. L.* ſed corpus mobile eſt, & mouetur, & non ens, niſi remotè; ergo eius obiectum eſt corpur mobile, & non ens mobile.

Secunda opinio eſt *Toleti* in Procem. Phyſ. *Maioris* hic, & aliorum, qui putarunt obiectum Phyſicæ eſſe *ens naturale*, eorum ratio eſt, quia illud eſt obiectum Philoſophiæ naturalis, quod magis pro-

xime

ximè exprimit, & præſefert principium, & cauſam motus, quod eſt natura, ſed ens naturale, id magis proximè exprimit, & præſefert, & non ſic ens, aut corpus mobile; ergo ens naturale eſt obiectum Philoſophiæ naturalis.

Tertia opinio eſt communis inter Modernos docentes obiectum Philoſophiæ huius contentæ his octo libris eſſe *corpus completum ſubſtantiale mobile*; quia, nimirum, ſimile corpus tantum eſt principium motus, & quietis, & conſequenter mobile, & propterea de eo potiſſimum tractat Philoſophiæ hæc prima pars, & reliqua, quæ tractat ad idem ſubſtantiale compoſitum reducuntur; quo item innuitur id eſſe obiectum attributionis, & ex parte voluntarium. His Authoribus maximè fauent *Ariſtoteles*, & *S.Thomas* relati ſupra à num.16.

Ariſtoteles *S.Thomas*

Quarta opinio, & nouiſſima videtur item arbitraria, eſt Patris *Arriaga* in Proœmio dicentis eum *Hurtado* hic §.2. Philoſophiæ naturalis vniuerſæ obiectum attributionis eſſe quidem compoſitum corporeum ſubſtantiale completum, Phyſicorū verò *hominem*, & *Cælum*, quatenus Phyſica doctrina in his libris contenta, ad cognitionem hominis, & Cœli tantum vltimò ordinatur; licet *Hurtado* ſuperaddat illam item ad cognitionem omnium particularium ſpecierum, quæ ſub genere *corpus ſubſtantiale*, continentur, ordinari.

29 Porrò præfatæ opiniones obſcurè procedunt; neque Appollo quidem ſatis intelligat an loquatur de ſubiecto, ſiue obiecto materiali, an de formali, de Ente radicaliter mobili, an de formaliter mobili, aut mouenti ſe, vel de motu; de obiecto ente per ſe, vel complexo ente per accidens, coalito ex ſubiecto, & prædicato; de obiecto attributionis, vel aggregationis: nobis propterea incumbit onus, dilucidius exponendi omnia, quod & fecimus & faciemus; in eo autem videntur conuenire illarū plerique Authores, vt aſſignare velint obiectum commune omnibus partibus Philoſophiæ naturalis, nec tantum octo libris Phyſicorum.

Verumtamen ſupponendo quod omnes eæ opiniones ritè intellectæ, ritè loquantur, omnes poſſunt cum noſtra ſententia conciliari, ſi dicamus illarum Authores loquutos fuiſſe de aliquibus partibus Philoſophiæ naturalis, non de omnibus, aut pro omnibus aſſignaſſe materiale obiectū, quod credebant commune attributionis; quare in primis verè dixerunt *Auicenna*, & *Algazel*, & eorum ſequaces, quia bona Philoſophiæ pars tractat de corpore mobili, & præſertim ſi tota ipſorum Philoſophia naturalis de alio mobili non tractabat. Deinde *Toletus* cum ſocijs, non malè opinatur obiectum Phyſiologiæ eſſe ens naturale, quod ſine dubio valet Idem, quod ens mobile, & quod eſt quoquo modo principium motus, & quietis, ſiue operandi, iuxta dicta à n.21.

30 Tertiò Recentiores verè ſentiunt, ſi loquantur de Phyſica, vt tradita eſt ab *Ariſtotele*, qui, & potiſſimum tractauit de compoſito ſubſtantiali corporeo mobili, & ad ipſum reduxiſſe, & in ordine ad ipſum explicandum, & cognoſcendum ordinaſſe videbitur, tractatus ſuos de alijs rebus, & prædicamentis; ſi verò loquantur, vti debent, de Phyſica, vt ab ipſis locupletata eſt, dictis deſtruunt, quod factis ſuis adſtruunt; ſiquidem tractant de Deo cauſa prima cooperante cum cauſis ſecundis; de intelligentijs, quæ mouent Cœlos; de Quantitate, Qualitate vbi, actione, & de huiuſmodi; ac ſubinde credere debent ſequentes, & ſimiles actus eſſe Philoſophiæ naturalis.

Ariſtoteles *S.Thomas*

Deus eſt primum mobile, omnia creat, atque conſeruat per actiones ſuas, concurrit ſimultaneo concurſu cum cauſis inferioribus, poteſt producere infinita varia. Angeli mouent Cœlos. Anima ſeparata mouetur, intelligit, & amat. cauſa inſtrumentalis attingit effectum ſuæ cauſæ principalis, aut ſaltem diſpoſitiones ad ipſum. impetus producit motum, & alios plures reponendos in Phyſicæ decurſu, qui nullo modo tangunt compoſitum ſubſtantiale, ſed vel primum Motorem, vel alias cauſas ſpirituales, vel corporeas accidentales, ad quam enim aliam ſcientiam reducendi erunt, aut cur Philoſophia naturalis ſuis iſtis actibus, & nobilioribus obiectis ſpolianda? & ſimili modo interpretandi benignè erunt PP. *Arriaga*, *Hurtado*, & *Ouiedo*, qui quoque in ſenſu prudenti ſuo, benè arbitrantur, licet curto, & limitato modo, ſicut cœteri anteriores.

31 Quod ſi prædicti Authores plus velint, vt aliqui velle videntur, & adhuc contendant adæquatum obiectum aggregationis totius Phyſiologiæ, vel horum librorum, vel etiam obiectum attributionis eſſe, & fore, quod ipſi aſſignant, & nihil aliud,

omnino

Digitized by Google

omnino falluntur: nam in aceruo, & collectione actuum pertinẽtium ad Phyſicam dantur complures, qui non curant de corpore mobili, ſed de ſpiritu mobili; & multi, qui non attingunt, neque explicant ens naturale, ſed ens operatiuum, ſe, vel alia mouens; & tandem alij, qui non cognoſcunt, nec repræſentant corpus ſubſtantiale completum; ſed ſpirituales ſubſtantias, vel ſpiritualia accidentia: quos vides ſupra n.19. & 30. & tu metipſe potes elicere, nemo eſt, qui prohibeat, experire.

Declaro me magis per iſtam ſimilitudinem. Si quis dicat Logicæ obiectum eſſe *voces*, verum dicet; & qui dicat eſſe *res*, ac demum qui dicat eſſe *conceptus*, ſimiliter vera dicet; Sunt enim in Logica variæ partes, & regulæ mentales verſantes circa ea tria obiecta, & ea cognoſcentes; ſi autẽ qui aſſeruit voces eſſe Logicæ obiectum, excludat ab vniuerſæ Logicæ obiecto res, & conceptus, fallitur, quia regulas nobiliores ad Logicam pertinentes relinquit ſine proprijs obiectis; ita res ſe habet in propoſito, & ſapienter ſenſit *Ariſtoteles* 2. met.t.1. & alibi dicens obiecta huius ſciẽtiæ eſſe *ens mobile*, & ſubſtantiam, & *corpus mobile*; quando enim aſſerit vnum, nõ excludit reliquum, ſed omnia gregatim pro obiectis comprehendit, vt bene quoque *Ferrarius* annotauit d.1.a.3.

Ariſtoteles & Thomas ibi.

Reſpondeo nunc in forma ad rationes illarum quatuor opinionum, & primò ad primam, conceſſa maiori, negando minorem; quia nomen *ens mobile* etiam ſignificat quidquid ſingulare mobile eſt; ſingularia verò proxime mouentur. præter quam quod, argumentum eſt contra ſuos Auctores; nam neque *corpus mobile*, quod ipſi dicunt obiectum, proximè mouetur, ſiquidem eſt ratio communis, non minus quam ens mobile in communi, & ſolum realiter mouetur ad motum indiuidui ſe mouentis: pete aliud reſponſum ex Logica num.31. & 32.

32 Occaſione huius argumenti venit in mentem diſputare, an Phyſiologia præſcindat; ſiue verſari etiam poſſit circa rationes communes, ſicut verſantur Logica, & Metaphyſica, & videbitur affirmatiuè decidendum, quoniam ſcribit S.Thomas 3 p. q.4.a.4 c. rationes communes eſſe *Metaphyſica* principia, & radices operationum item in communi; Vnde illi videntur Phyſicæ actus, *Animal eſt radix quinque ſenſuum. Compoſitum eſt principium multorum effectuum. Homo poteſt ratiocinari intelligere, & amare. quod vni nocet, alij medicina eſt.* & huiuſmodi enunciationes ſine numero.

S.Thomas

Ad rationem *Toleti*, emiſſa maiori, nègo minorem; quia vt vocabula præſeferunt, æque vel magis exprimit cauſam, & principium motus, *Ens mobile*, quam *principium naturale*, vt patet audienti terminos, deinde *ens mobile* æque proxime accedit ad motum ſuum, atque ens corporeum ad ſuum, ſiquidem id vtrumque eſt immediata, radix motus reſpectiuè ſui.

Ad rationem tertiæ opinionis Recentiorum dico, vnum ex obiectis principalibus Phyſiologiæ, præſertim vt traditur ab *Ariſtotele*, & S.*Thoma*, eſſe corpus completum ſubſtantiale mobile, quia ipſum eſt naturale principium motus, & quietis, in rigoroſo ſenſu Philoſophi declarando in 2.Phyſicorum, ſed neque id oportere eſſe, aut obiectum adæquatum aggregationis huius nobiliſſimæ ſcientiæ, neque attributionis; vt ſuperius ſæpe demonſtratum eſt; & ſimili modo reſpondendum ad P.*Arriaga*, & *Hurtado*, quatenus fecerint quarta opinionem, vel quintam.

Ariſtoteles S Thomas

Secundo obijcitur ex *Ariſtotele* 1.Poſt. c.1.& S.*Thoma* 1.Phy.lect.1. nulla ſcientia probat exiſtentiam, neque eſſentiam ſui obiecti, licet ipſam ſciat, atque conſideret cum paſſionibus ſuis, vt item ijdem Doctores tradunt in *Tripartita* n.32. ſed Phyſiologia à principio Phyſicorum probat exiſtentiam ſui obiecti, & inueſtigat definitiones eius, & paſſionum ſuarum, nempe determinat exiſtere, & taliter eſſe *materiam formam, unionem, cauſas, cauſalitates*, & reliqua prædicamenta, etiam ſæpe deſcendendo ad entia particularia, nempe *Deum, Angelos, Cœlos, & homines*; & horum *animas rationales*. Ergo huiuſmodi res non ſunt obiectum Philoſophiæ naturalis, etiã vt mobiles eæ ſunt. 33

Ariſtoteles. S. Thomas

Reſpondi ſæpe in *Tripartita* ſimilibus obiectis, & modo reſponſionem ſimilem inuenio in terminis huius argumenti in *Ariſtotele, Auicenna*, & *Caietano*, quos allegant, & imitantur *Conimbricenſ.* hic in Prooem.q.4.a.3 §. *ſi quis verò*. nempe non raro Logicos, & Philoſophos naturales induere perſonam metaphyſici magiſtri in propria ſcientia, ac probare ſuæ ſcientiæ obiecti exiſtentiam; & eſſentiam; iteram redituri ad intentum Logicę, & Phyſiologiæ;

Ariſtoteles

logiæ; quare ſcientia, quæ determinat hic exiſtere, & taliter eſſe illa prædicamenta enumerata in argumento, non eſt Phyſica, ſed Metaphyſica, cuius auxilio vtitur Phyſica, & ideo neganda eſt conſequētia.

Tertio obijcitur. Si foret obiectum ſcientiæ huius corpus, vel ens mobile, ipſa non eſſet ſcientia, quia ens mobile quodlibet eſt complexum ex ſubiecto mobili, & prædicato, per quod motum dicitur, & conſequenter ens per accidens; atqui tradunt *Philoſophus*, & *S. Thomas* relati à nobis in Logica n. 427. & 1201. *de ente per accidens non poſſe ſcientiam eſſe*. Sed veró dato, quod obiectum Phyſiologiæ ſit complexum, & ens per accidens, adhuc ſciri poſſe, & eſſe obiectum ſcientiæ probatū manet ijs numeris allegatis, & n. 421. & elucidabitur magis infra, quando probauero Phyſiologiam eſſe ſcientiam. *(margin: Ariſtoteles S. Thomas)*

Quartó obijcitur. obiectum Philoſophiæ naturalis vniuerſæ, ideſt, omnium partium eius, eſt ens mobile vt mobile, ergo id ipſum non eſt obiectum Phyſicorum. patet conſequentia, quia vnicuique parti ſcientiæ debet correſpondere particulare obiectum, quo ab alijs diſcernatur.

34 Reſpondeo Philoſophiæ naturali in communi, quo pacto ipſa dicit vnam rationem communem ſeptem, vel octo illis partibus Phyſiologiæ enumeratis ſupra n. 14. eſſe quidem ens mobile vt mobile item in communi, cœterum Philoſophiæ eidem, vt aſſert, *Nominalium* more, collectionem illarum partium, non eſſe obiectum præcisè ens mobile in communi, ſed varia entia magis particularia; nempe librorum de *Cœlo* obiectum eſt ens incorruptibile mobile vt mobile, librorū de *Generatione* ens corruptibile, mobile vt tale; & ſic reſpectiuè cœteri reſpiciunt ſua particularia ſubiecta, ſeu obiecta materialia, propter quæ potuerunt inter ſe, & ab alijs ſufficienter diſcriminari, vti n. 27. oſtenſum eſt.

Phyſicorum veró obiectum eſt præcisè ens mobile in communi, ſiue vt ait *S. Thomas* hic lect. 1. *ſimpliciter vt mobile*, ſiue quidquid mobile eſt, ſecundum rationem motus poſſibilis, vel actualis, namque illa voce *mobile* in præſēti ſignificari volumus tum motum actualem, & poſſibilem, tum potentiam in ſubiecto ad eum vtrumque motum; ſicut alibi in Logica n. 804. nomine *menſurabilitas* ſignificauimus cum multis, potentiam paſſiuam menſurandi, & menſurationis actū; ita quod hæc pars Philoſophiæ reſpiciat pro ſuo proprio obiecto materiali proximo, ens mobile quodcunque illud ſit, modo id ſit corruptibile, modo incorruptibile, modo aliter quæ tamen conſiderat ſecundum rationem communem entis mobilis, & moti, vt dictum eſt ſuperius n. 20. *(margin: S. Thomas)*

Sed vrges. nullum eſt in veſtra ſententia obiectum materiale pro ſcientijs; ergo falſa eſt ſolutio, probas antecedens, Omne obiectum, quod ab actu, & ſcientia tangitur, ſpecificat ipſam, ſed nullum obiectum materiale ſpecificat, ergo omne obiectum eſt formale, & nullum erit materiale.

Reſpondeo negando antecedens; etenim nos putamus, & clare explicauimus in Logica n. 31. dupliciter eſſe obiectum materiale, alterum proximum, quod eſt illud, quod ab enunciatiuo actu tangitur ex parte ſubiecti, quod quidem *materiale* dicitur, & merito, non quia non ſpecificet actus, & ſcientias, & item quandoque non diuerſificet ſimul cum ſuo obiecto formali, aut prædicato, ſed quia ſolet eſſe commune multis ſcientijs etiam integris; & quia propterea correſpondet, & aſſimilatur materiæ primæ, quæ reperitur vt commune ſubiectum in pluribus compoſitis, ſuſtentando varias formas, vt apparet in his actibus, *Petrus habet animam, & corpus; currit, intelligit, & amat, ac ſentit varios dolores*, quorum prior eſt metaphyſicus, reliqui phyſici, quorum omnium prædicata recipiuntur in ſubiecto, ſiue materiali obiecto, quod eſt idem *Petrus*. 35 *(margin: Ariſtoteles 2. Phy. t. 16 S. Thomas)*

Illæ quippe eædem res, (nota hoc diligenter) quæ in re, vel nullo intellectu conſiderante, dicuntur, & ſunt ſubiecta, & formæ, mutant quodammodo nomina hæc, ob reſpectum intellectus, ipſas cognoſcentis, ac dicuntur obiecta, vnumquodque videlicet, iuxta modum ſuum; ſubiectum, n mirum, *obiectum materiale*, quia re vera ſubiectum receptiuum plerumque eſt in re, vel ſaltem indifferens, vt prædicentur de ipſo varia; forma veró dicitur *obiectum formale*, quia re vera forma illius ſubiecti eſt, vel ex modo cognoſcendi.

Notabis proinde, per metaphoram, & latam nominum acceptionem, fundatam in aliqua ſimilitudine, dici abſolutè obiecta materialia, & formalia, item illa, quæ neque aliunde ſunt ſubiecta reſpecti- 36

ua,

Digitized by Google

& receptiua, neq; formę informãtes ſubiecta, de quibus dicuntur; taliter tamen nominãtur, quia talia videntur eſſe ex modo noſtro cognoſcendi, & prædicandi, vt vides ibi. ***Deus conſeruat Michaelem***, & in ſimilibus, in quibus ſubiectum, obiectum materiale actus dicitur, quod tamen in ſe non recipit prædicatum, nec enim conſeruatio Michaelis, quæ dicitur, & eſt forma, informare potuit, aut afficere Deum; ſecus immutaret immutabilem.

Sed verò, vt ad reliquias argumenti reſpondeam, non dicitur obiectum materiale tale, quod non ſpecificet, nec diuerſificet quandoque ſuum actum, ſine dubio enim illum ſpecificat, & quando diuerſum eſt, diuerſificat; quemadmodum non ſola forma compoſiti naturalis, quaſi ſpecificat, & diuerſum facit ipſum, ſed materia ſimul facit vtrumque, vt manifeſtè probatum eſt in ***Tripartita*** à n. 1204. Obiectum verò materiale, quod non tangitur ab actu, nullo modo pertinet ad ipſum, & ſubinde neque eum ſpecificat, nec diuerſificat, vt monſtratum eſt ibidem.

SECTIO IV.

Logica demonſtrat Philoſophiam vniuerſam eſſe ſcientiam, & raras in ea opiniones eſſe, ſi cautè, & prudenter eius enunciationes fiant, ideſt, ſecundum regulas Logicæ docentis.

37 AVdiamus aliquando prius Magiſtros recentiores, & ſequamur conſuetudinem ſuam, nam ***mutatio conſuetudinis***, aiebat S. Auguſtinus, ***etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat***.

Ariſtoteles Dicunt illi ***Phyſiologia eſt ſcientia***, in
S. Auguſt. quo dicto cõſentiunt ***Ariſtoteles*** in 6. met.
S. Thomas t. 2. & 3. & ibi & l. 4. ***S. Thomas***, & in principio Phyſicorum, ***S. Auguſtinus*** l. 8. de Ciuit. Dei c. 4. t. 5. ***Conimb.*** hic q. 2. a. 2. ***Rubius*** n. 5. ***Ferrarius*** d. 1. 2. 5. ***Pererius***, ***Hurtado***, ***Arriaga***, & ***Complutenſ. curſus***, & Cõmunis.

Et Probant hac ratione; etenim illa eſt ſcientia, quæ conſtat pluribus concluſionibus certis, & euidentibus deductis ex præmiſſis ſimiliter certis, & euidentibus; ſed huiuſmodi concluſionibus conſtat Phyſiologia; ergo eſt ſcientia: maior, & conſequentia ſunt claræ; minor monſtratur ab exemplis his, hæ ſunt concluſiones euidentes. ***Homo eſt capax diſciplinæ; hoc lignum diuidi poteſt per medium***; & ſimiles, quæ deducuntur ex illis præmiſſis euidentibus, Sic, ***quiſquis habet intellectum, & voluntatem, eſt capax diſciplinæ; Homo habet intellectum, & voluntatem; ergo Homo eſt capax diſciplinæ; Omne continuum poteſt diuidi per medium; hoc lignum eſt continuum, ergo ſcindi poteſt per medium***: & fortaſſe minus caute ſubiungent iſti Authores; ſunt item actus Philoſophiæ naturalis actus alij, qui fuerint rerum naturalium mobilium definitiones, quia ad ſcientiam pertinet cognoſcere eſſentiam, & proprietates ſui obiecti.

Non diſplicet omnino iſte modus pro- 38
cedendi, & intentum probandi; imo confirmo illum ex Logica, ad quam pertinet ex officio examinare, quæ ſit ſcientia, & quæ nõ, vt videre eſt in ***Tripartita*** n. 1225. nam præfati ſyllogiſmi ſunt Logica vtentes, ideſt, regulas infallibiles ſeruant pro demonſtratione, & ſubinde ſcientiam concludunt, ac generant, vt ibi fuſius proſequebar; ſed quid dicemus de antiquis Philoſophis, qui ante ***Ariſtotelem*** ſyllogi-
ſticæ artis ***inuentorem***, floruere, & ipſo ſa- *Ariſtoteles*
pientiores fuere; an ne audebimus dicere *2. Elen fine*
Salomonem, & alios ſcientia naturalium rerum, omnino caruiſſe? id ego non dixero, ſed ex alijs generalioribus principijs, & regulis Logicæ naturalis, vel etiam artificialibus antiquioribus, probo ad ipſum intentum.

Quod vt præſtem euidentius, & cum maiori vtilitate lectorum, premitto res huius Vniuerſi omnes, ideſt, Deum, ac decem rerum prædicamenta, tripliciter inter ſeſe habere reſpectiuè ac Philoſophiã naturalem, quæ tantum ipſas debet conſiderare, vt ***mobiles***, ſiue vt ***operatorias***, per conſiderationes, & prædicationes ſuas pertinentes ad Prædicabile quartum, & quintum, ***Proprium***, & ***Accidens***; nam alias conſiderationes, & prædicationes Primi, Secundi, Tertij, Definitionis, & quæ ad eas reducuntur, ad Metaphyſicam pertinent; quamuis ex his hic in Phyſica ſit maxima abundantia, furto quaſi ablata, Domino tamen Philoſopho vidente, & conſentiente, imo hici, & ipſo auferente.

Res ergo, quæ ſpectant ad Phyſiologiã, *Ariſtoteles*
quæ omnes debent eſſe mobiles, mouentes, aut motus, ſiue effectus, ſunt triplicis modi, aut generis; Primum genus eſt

Digitized by Google

eorum effectuum, qui cum ſuo ſubiecto mobili naturalem connexionem, & conſequentiam habent. Secundum eſt aliorum, qui cum ſubiecto præſuppoſito habent connexionem moralem, aut quaſi Phyſicam. Tertium genus eſt illorum, qui ſubiecto omnino accidentario, & cōtingenter ſuperueniunt; ac proinde actus intellectus enunciatiuè verſantes circa res eiuſmodi, ab ipſis hauriunt materiam ſuam, nempe, naturalem, aut contingentem, vt in *Logica* declaratum eſt nu.330. ac demum inde etiam ſumunt ſuam certitudinem, cui non obſtant materiæ contingentes, vt manifeſte apparet in actibus fidei credentibus futura contingentia, & in alijs multis.

His poſitis, hi ſunt actus certi, & eui-
39 dentes verſantes circa res primi generis, *Sol adeſt, ergo lucem producit: Sol aderit, ergo lucem producet. Anima rationalis exiſtit, ergo habet intellectum, & voluntatem. Compoſitum ſubſtantiale eſt, ergo producere poteſt motum, & quietem. Petrus eſt animal rationale, ergo eſt intellectiuus per apprehenſionem, iudicium, & diſcurſum, & ſentire poteſt miniſterio quinque ſenſuum. Ignis calefacit. aqua infrigidat. omne agens intendit aſſimilare ſibi paſſum.* & ſimili modo ſunt reliqui, qui proprietate de radice, aut de ſubiecto aliunde exiſtente, aut præſuppoſito affirmant immediatè, vel per enthymema.

Eſſe vero prædictos actus ſcientificos, probatur primò, quia omnes ſunt actus neceſſarij, & materiæ naturalis, enunciantes prædicatum cōnaturale ſubiecto, vel ab ipſo neceſſario conſequutum; ſecundo, quia ſunt cognitiones rerum per ſuas cauſas neceſſarias; tertio, quia ijdem actus ſunt Logica vtentes, ideſt recti conformiter ad certiſſimas regulas docentes ſecurè, ac certo duci argumentum ab eiuſmodi cauſis, & antecedentibus, vt habes in *Tripartita*, vbi de locis, *rectè vere ſe habet, quod ſecundum artem fit*, vt tradunt
Aristoteles *Plato, & Ariſtoteles*, quaſi per prouerbium.

Huc ſpectant regulæ generales *Medicorum, Magorum*, & *Mathematicorum*, quibus ij ſapientes Philoſophi aſſumentes, quæ ſibi proſunt ex hac ſcientia, iubent mixta, vel quæ vocant ipſi *ſimplicia*, commiſceri, & taliter attemperata applicari, ex quorum applicatione neceſſario reſultant varij motus, & effectus, aliquando boni, & proſperi, aliquando mali, & aduerſi; nam medicamenta artefacta, & applicata ſine dubio cauſant varias qualitates iuxta genus ſuum; deinde ex varia commixtione ſimplicium, & mixtorum facta ſecundum regulas Phyſiologiæ, generantur, ac reſultant effecta mirabilia, vt vides, vel in *Magis Pharaonis*, & infra demonſtratur.

Demum exiſtunt in hac ſcientia regulę,
quibus vtuntur *Mathematici* quotidie, ad 40
efficienda varia miracula naturæ; atque ex earum directione efficere audent motum quaſi æternum; grauia ſurſum aſcendere etiam naturaliter ad vacuum per artem cauſatum, replendum; atque in Mortalium perniciem extremam, facere docuerunt Bombardarum exploſiones, motus, & impetus horribiles, mediante puluere tormentario, ac etiam ſine illo, cum aere ſolo. Regulæ vero iſtæ ſine dubio certæ ſunt, quia, ſi obſeruantur, nunquam ſinent nos errare, & ad hanc ſcientiam ſpectant, quia conſiderant ens vt mobile, vel vt motum, vt manifeſtum eſt.

Ad ſecundum genus motuum pertinent illi actus, *qui lupis adhæret, lupinos contrahet mores. Si mater eſt, diliget filium ſuum. Petrus efficaciter deſiderat ſanitatem, ergo ſumet medicamenta. Verbum voluit ſatisfacere patri ex toto rigore iuſtitiæ pro peccatis noſtris, ergo debuit incarnari, aut aliud medium proportionatum aſſumere*; & alij complures, qui conſideranti iſtos, facile occurrent, quorum alij ſunt certi, alij tantum probabiles, ſed poterunt reddi certi addendo in aſſerto, *vt in plurimum, probabiliter*, vel quid ſimile, vt ibi. *mater vt in plurimum diligit filium*, vti videbis in Logica in locis de *Fine*, & *Antecedentibus*, & n.1024.

Ad Tertium genus ſpectant hæ propoſitiones merè contingentes, ſed certæ omnino, quia ipſarum obiecta patent oculis, vel alijs ſenſibus, per quos immediatè trāſeunt ad intellectum, ſine alijs principijs. *Cælum influit in hæc inferiora. Sol illuminat Orbem. Petrus currit. Ioannes loquitur. grauia deſcendunt. leuia aſcendunt. corpus hoc leue eſt; illud aſperum; illud frigeſit; aliud caleſit: illud quieſcit: illud aliud eſt in continuo motu: dolor capitis me torquet: maxime doleo de peccatis meis: cibus hic habet bonum ſaporem; ille inſipidus eſt;* atque hos actus eſſe certos, & euidentes non dubito, neque putandum eſt ſenſus noſtros ſemper arte diabolica

S. Thomas 1. p. q. 17. a.3.c.

eludi.

eludi, quod nõ ſinet Diuina Prouidentia.

41 Poſtremò aduerto duo. Primum eſt medicinam, & eſſe ſcientiam perfectam, iuxta dicta in *Logica* n.1223. & partem ſubiectam Phyſiologiæ; ad quam enim aliam ſcientiam pertinebit ſcientia de Homine ſanabili, ſanando, aut ſano, ſiue mobili, aut moto, per qualitates eius naturæ conuenientes, niſi ad hanc, ad quam pertinet ſcientia de ſpeciali item obiecto *Homine*, videlicet, vel anima rationali? Vnde & Medici vulgo, ſed merito *Phyſici* dicuntur, & medicina *Phyſica* abſolute nominatur c ſuper ſpecula *ne Clerici, vel Monachi*, & c.ad aures *de etat. & qualitat. ordin.* neque oppoſitum perſuadent *Conimb.* hic q.3.a.3 *Ferrarius*, nec *Alamanius* q.1 a.3. (atque idem dico de Magia, & Agricultura) vt apparet infra in ſolutione ſui communis fundamenti, à num.53. quoniam & ipſa verſatur generalius circa entia, vt *mobilia*, vt ex dictis patet euidenter.

S. Thomas op.70. q.4. a.1.

Secundum eſt, raras fore in hac ſcientia opiniones, ſi non temerè, ſed cum prudenti cautela conſiderentur principia, & motus, & item ea ſingularia, quæ patent ſenſibus, nimirum, tria prædicta rerum genera, quæ terminare ſolent actus huius ſcientiæ, præſertim, quæ ad ſecundum genus ſpectant, quæ quia cum cauſis non connectuntur magis obnoxia ſunt falſitati; in quorum enunciatione procedere conuenit, quaſi ad modum, quo procedunt quidam ſcrupuloſi in enarrandis ijs, quæ vel ipſi audierunt, aut viderunt, ſeu in libris legerunt, qui omnino de nihilo audent determinatam ferre ſententiam.

Sic & nos, quos non decet vnquam abuti locis à *communiter accidentibus*, quemadmodum abutuntur aliqui temerarij Aſtrologi, vt habes in *Tripartita* nu. 1032.in dubijs rebus ita nos gerere debemus, præſertim quando occurrit tractare de futuris contingentibus, & liberis, vt aſſertiones noſtras alioqui incertas, & coniecturales, certas efficiamus, vt ex Logica indicaui ſupra, v.g. ſic, *Si Petrus habet bonos magiſtros, & ſtudet, probabile eſt, quod euadet doctus. Si Ioannes prouocetur iniurijs, fortaſſe vindictam ſumet. Si Turca dormiat, contingere poteſt, quod ego orem. Si me vocaueris, fortaſſe reſpondebo. Hoc anno erit fertilitas terræ, ſi alia cauſa occulta mihi non inuertant cauſas ordinarias.* Illud verò

42 ſcientiæ huius obiectum certiſſimè aſſeri. tur, *ſi vocas Ioannem reſpondebit, vel non reſpondebit*, & huiuſmodi veritates patẽtes.

Atqui ex his doctrinis operoſum non erit reſpondere argumentis, ſi quæ tibi contra eas obijciant Recentiores. Vtere ergo labore ſummo meo, ſine vllo tuo, quæ didici ſine inuidia communico; ſed verò *quid inuidemus, ſi veritas hæc huius temporis ætate maturuit*, dixit *Minutius in Octauio*.

SECTIO V.

Reſpondet argumentis quorundam, qui putarunt Phyſiologiam non eſſe ſcientiam.

PRo Antiquis Philoſophis relatis à *Conimb.* hic in q.2.a.1. qui tenuerunt Phyſiologiam ſcientiã non eſſe, Obijcitur primo Authoritas Philoſophi decernentis 1.*Poſter.*c.2. & 24.6. *Ethic.*c.3. & 6. *Metaph.*c.3.tex.4. & lib.11.c.7. & ſæpe alibi cui conſonat Sacer Interpres ſuper eos textus, obiectum ſcientiæ debere eſſe neceſſarium, ſiue perpetuum, & vniuerſale, neque poſſe eſſe ſingulare corruptibile, neque cauſale, aut contingens, neque ens complexum, ſiue per accidens; ergo hæc Philoſophia non eſt ſcientia; patet cõſequentia; quia eius obiecta pleraq; ſunt mutabilia, & tẽporanea, ſingularia, contingẽtia, & entia per accidens, vt apparet legenti actus ſcientiæ huius ſupra ſæpe enumeratos. Quippe ſciri nequeunt entia per accidens, quia carẽt genere, ac differentia, per quæ ſola res ſciuntur, contingentia vero, & corruptibilia, cum ipſa mutabilia ſint, & in aliquo tempore durent, & in alio non, mutabunt & ipſam ſcientiam ſui, ac de vera reddent falſam. Singularia demum certo ſciri poſſe non videntur, tum quia, & ipſa mutantur per horas; tum quia cum eorum cognitio intret per ſenſus, & hi ſæpe falluntur, nihil ex eis certi capi poterit.

Ariſtoteles S. Thomas

Reſpondetur ex dictis in *Tripartita* nu.1201. decretum illud Philoſophi eſſe valde rigidum in illis locis, cum tamen in alijs ipſe definiat entia per accidens, nempe *relationem, definitionem, Rethorem bonũ*, & alia, & ſignatè aduertat non eſſe neceſſe quod omnis ſcientia ſui obiecti eſſentiam integrè cognoſcat, ſed ſat eſſe quod vnaquæque ſciat, & quaſi ſumat, quod ſibi 43

Ariſtoteles 6 Top. c.3.

Digitized by Google

contingit. Rurſus ſcientiam vocat, quæ colligit quemlibet effectum ex cauſa; ſi quis præterea neget ſingularia contingenter calefieri, frigefieri, aut aliter moueri, vel operari, quando id cernit oculis ſuis, aut alio ſenſu; aut dicat eiuſmodi operationes certo non dici de ſubiecto, cum præſertim dixerit *Ariſtoteles* 11. met. c. 4. *[Ariſtoteles. S. Thomas ibi.]* Naturalem verſari circa *ſingularia entia inquantum mota ſunt, vel mouentur?*

Neque timendum ſcientiam ſingularium, aut etiam contingentium, vnquam variandam, quia ipſa tempus determinat aſſertionis ſuæ, in quo tempore res contingens ita eſt; *[Ariſtoteles]* *Omne autem quod eſt, ex ſuppoſitione quod eſt, neceſſe eſt eſſe*, quæ neceſſitas ſat eſt ad obiectum ſcientiæ, lege in *Logica* illo n. 1201. & 1145. & nota fortaſſe *Ariſtotelem* negaſſe ſcientiam ſingularium, & fortuitorum, ſiue contingentium, quia ea vtpote ſubiecta mutationi, mutare quoque poſſent cognitionem certam ſui; in quo tamen falli crederetur, quia & ipſe homo fuit, & in aliquibus non ſe bene omninò declarat, ſed ſibi videtur contrariari, vt videre eſt in præcedentibus, & in ſequentibus.

44 Reſpondeo ergò ſecundo *Ariſtotelem* fuiſſe locutum de ſcientia perfectiſſima, quæ neceſſaria eſt tam ex parte ſui, quam ex parte ſui obiecti. Certum enim videtur, & ipſe ignorare non potuit, ſciri à nobis euidenter res complures corruptibiles, & non neceſſarias, etiam ſine connexione ipſarum cum cauſis, & ſine connexione prædicatorum cum ſubiectis; vti ſunt hæ, quas ſenſibus ſentimus. *Petrus eſt albus, Ioannes loquitur, caput dolet, aut ſtomachus*, & vt exemplicem in Philoſophi doctrina, quam ipſe certam putat. *[Ariſtoteles]* *Philoſophi non tantum opiniones, ſed ſcientias plures habemus*, quod ipſemet ſæpe afferit contra *Heraclitum*, & *Cratylum*, & alios negentes Phyſiologiam eſſe ſcientiã.

Atque hinc redargui poſſet *Ariſtoteles*, ſi re vera credidit de ſingularibus, & contingentibus, aut entibus per accidens nõ eſſe ſcientiam; ipſe enim reflectens ſupra ſe, ſuamque ſapientiam, ſine dubio aſſeruit aliquando, *Ego ſum, ergo habeo in me habitus, vel actus Logicos, metaphyſicos, phyſicos, & alios bonos, & malos, & item varios affectus, ac dolores;* quos quilibet, ſi facit reflexionem, videt in ſe certo, & euidenter, ac de bonis quandoque ſe laudat, de malis ſe accuſat, & non raró dolet vicem ſuam, & miſeriam, ſibi benè notam. & alibi ad quæſtionem *an ſit*, ſapienter *[Ariſtoteles]* reſpondit affirmanter aut neganter: nam quodlibet exiſtit, vel non exiſtit. Et ideo ſcite dixit *P. D. Ruiz* in to. de *Scientia* Dei d. 9. ſect. 4. ad perfectiſſimam ſcientiam Dei, Angelorum, & Hominum item, pertinere cognitionem non tantum generum, & ſpecierum, ſed etiam indiuiduorũ.

Aduerte Amice quam certum ſit certò poſſe ſciri ſingularia, contingentia, corruptibilia, & eiuſmodi, ſin minus ſemper definitiuè per Metaphyſicam, ſaltem per Phyſiologiam, nempe, ſecundum prædicatum mobilis, aut motus, bene, vel male afficientis ſubiectum, diu ibi durantis, vel citò tranſeuntis; præterquam quod *Ariſtoteles* 11. metaph. c. 3. & 4. expreſſit *[Ariſtoteles. S. Thomas ibi.]* ſcientiam naturalem eſſe de ſingularibus, eaque ſpeculari, prout mouentur, aut mota quondam fuere; quod ſi adhuc negarit aliquis Peripateticus, fuſte fortiter percutiendus eſſet, quouſque confiteretur ſe dolorem ſingularem ſentire, & certò ſcire grandem eſſe, & valde ſingularem, ſiquidem vniuerſalia non ſentimus, & *actiones ad ſingularia terminantur*, & ab ijs *[Ariſtoteles 1. m. c. 1.]* proficiſcuntur.

Conſiderat tamen præterea Phyſiologia obiecta alia complura vniuerſalia, 45 licet negare hoc videatur Philoſophus 1. de Part. Anim. c. 1. dicens *rem à materia abſtractam nullam poteſt ſcientia naturalis contemplari*, *[Ariſtoteles]* neceſſaria, æterna, & incorruptibilia, & ſic connaturaliter connexa, nõ quidem ad modum connexionis prędicatorum eſſentialium, quæ ſola tangit Metaphyſica, ſed ad modum connexionis propriæ paſſionis cum ſubiecto. Vti præclarè cernitur ſupra n. 6. & 38. namque illi quoque videntur actus ſcientiæ alicuius, & non alterius, niſi huius. *Homo eſt capax ſcientiæ; compoſitum vt ſic mobile eſt; Igni debentur vt paſſiones ſiccitas, & calor;* & alij innumerabiles, qui tamen non abſtrahunt à materia ſenſibili, ſaltem communi, quod ſolum prætendit Philoſophus, & nos diximus in *Tripartita* num. 1226.

Sed vrges, cuilibet ſcientię debetur ſuũ determinatum, & vnicũ obiectũ, quo diſcernatur ab alijs ſciẽtijs, vt author eſt *Ariſtot. in Tripartita* n. 32. *[Ariſtoteles]* ſed huius ſciẽtiæ tale obiectũ non eſt; ergo ea ſciẽtia nõ eſt. Probatur minor; quoniã aliqui actus Phyſiologię verſãtur circa entia per accidens, nẽpe

circa

circa ſubiectum, & prædicatum, quæ faciunt ens per accidens, vt hi, *Petrus calfit, Ioannes eſt albus*; nam *Petrus*, & *calor* licet vniantur, ſicut & vniuntur *Ioannes*, & *albedo*, non ſunt entia per ſe, quia non ſpectant extrema vnita ad idem prædicamentum; deinde alij actus conſiderant proprietates ſubiecti, quæ ab ipſo fiunt in ſe ipſo, quarum pleræque ſunt item accidentia, ac tandem alij cognoſcunt eſſentialia ſubiecti, vt hi, *Anima eſt ſenſitiua, intellectiua*, & huiuſmodi aliter potens operari, ac mobilis; eiuſmodi vero potentiæ, ſi radicaliter ſumantur, ſunt prædicata eſſentialia ipſius animæ; ex quo vlterius fiet partem Phyſiologiæ ſaltaſſe extra chorum, & tranſiſſe ad claſſem Metaphyſicæ ſine licentia *Ariſtotelis*, & Philoſophorum.

46 Reſpondeo concedendo eam actuum varietatem, & obiectorum, ſed dico omnia conuenire in *ens mobile*, quod ab ipſis abſtrahitur, quod vnum ſufficienter eſt ad ſpecificandam, & diſcernendam ſcientiam Phyſicam ab alijs, vti declaratum eſt ſupra n.6. & 12. ad conſectarium, admitto aliquos actus Phyſiologiæ tangere poſſe item eſſentialia ſubiecti ſui, non abſolutè, & in ordine ad rei definitionem, ſed in ordine ad motum, & operationem, vti olim aduerti ex *Suarez* de Logicæ regulis in *Tripartita* legendis n.776.

Ariſtoteles *S. Thomas ibi.*

Vrges ſecundo, *nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu*, quod eſt axioma ex Philoſopho lib.3. de Anima tex.30. vnde communiter dicitur *omnem noſtram cognitionem incipere à ſenſibus*; ſed ſenſus ſæpe falluntur, & præbent intellectui occaſionem errandi, & ideo *Auguſtinus* t.1. l.1. ſoll. c.3. *omne teſtimonium ſenſuum*, inquit, *prorſus reſpuo*, ergo & intellectus in rerum cognitione fallitur, & errat, ergo hæc Philoſophia, quæ plerumque verſatur circa quæ percipiunt ſenſus, & ab eis pendet, non poteſt eſſe vera, ac certa ſcientia, ſed vel error, vel opinio. minorem reuincunt quotidiana experientia, & fides ex parte, etenim fide ſuppoſita, non eſt ſubſtantia panis, nec vini in Euchariſtia.

S. Auguſt.

S. Thomas op 30. q 4. a.2. ad 9. & 10.

Tunc ſi arguitur, illa accidentia, quæ ibi remanent, eodem modo determinant ſemper ſenſus, quando adeſt ſubſtantia panis, & vini, atque quando non adeſt; & pari modo ſenſus determinant, ac certiorant intellectum in vtroque euentu; ſed quando non adeſt, non determinant intellectum ad actum ſcientiæ, ergo neque quando adeſt: *infirma* ergo eſt, & formidine plena, & *vilis*, vt indicat *Auguſtinus*, quæuis cognitio, quæ incipit à ſenſibus, & in eis habet fundamentum.

S. Auguſt.

47 Argumentum conuincit, quod nos negare non poſſumus, nimirum, falli ſæpe intellectum, & errare propter dependentiam à ſenſibus, ſed ſemper falli, & ſcientiam nullam eſſe, non probat; quia non poſſumus credere ſenſus noſtros rite applicatos ſemper falli circa propria ſenſibilia obiecta verſantes: neque aſſentimur *Academicis*, qui ſenſibus fidem, & veritatem omnem denegarunt, & diuinam Prouidentiam, quod rebus intelligendis, fallaces internuntios præfecerit, inſipienter reprehenderunt. preterquam quod etiam ſenſum errantem corrigere poteſt, & ſolet intellectus, vti facit dum videt oculus arundinem aquis immiſſam, quaſi curuam, & alia corpora mediante aliquo vitro, aut intermedio, illa quaſi immutante.

S. Auguſt. 19 de ciu. c.18.

Actus vero ille rarus, & ſingularis, quo quis ignorans, aut infidelis, viſa hoſtia conſecrata, iudicaret ex determinatione ſenſuum, ibi eſſe ſubſtantiam panis, eſſet euidens euidentia non vera, ſed apparenti; eſſet enim falſus abſolutè, falſitas autem videtur ſtare non poſſe cum euidentia vera, iuxta dicta in *Tripartita* nu 1199. quamuis *Hurtado* dixerit in diſp.8. de Anima ſect.3. actum phyſicè euidentem poſſe eſſe ſimul falſum. *Auguſtinus* putandus loqui de obiectis non bene applicatis ſenſui, ſiquidem ipſe alibi ait, credi *ſenſibus in rei cuiuſque euidentia*; & miſere falli *qui nunquam putat eis eſſe credendum* cui conſonat S. *Thomas* in *Alamanie* q.1.a.1.ad 5.

S. Auguſt. 19 de Ciu. c.18.

S. Thomas 4.m. l.14.

Obijcitur ſecundo. Phyſiologia ſcatet multis opinionibus, ergo opinio eſt, & non ſcientia, antecedens eſt manifeſtum legenti libros Philoſophiæ vniuerſæ, vnde ſcitè dixit *Auguſtinus* Philoſophos antiquos extitiſſe *in eis, quæ inueniſſe gloriantur plura opinantes, quam ſcientes*. Huic argumento reſpondi in Logica à num.22. dato enim, quod plures opiniones eſſent in Phyſiologia, quam actus certi ab his tota *ſcientia* dici potuit, ac debuit. Sed vero credo raras eſſe opiniones in hac ſcientia, propter dicta ſupra à n.39. ſiquidem actus naturales poſſimus certos facere iuxta regulam ibidem ſtatutam, quando non habemus ſecurum principium, de quo affirmemus motũ, addendo

S. Auguſt. Enchi. c 9.

nimi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

nimirum in prædicatione, ita *vt in plurimum* euenire, vel aliam oportunam particulam.

48 Cautè tamen aduerte in libris huius Philoſophiæ reperiri infinitas opiniones, & ſine dubio plures, quam actus certos, ſed illæ non pertinent ad ipſam, ſed ad Metaphyſicam, quia prætendunt definire Prædicamenta, vel ipſorum poſſibilitatem, vel exiſtentiam, quæ valde obſcurè cernuntur; vt obſeruabimus in Philoſophiæ decurſu, quare actus incertos errantes, & falſos, quos eliciunt Philoſophiæ Candidati, aut Tyrones, Diuinatores, Aſtrologi, & alij, qui temerè aſſerunt de ſubiectis motus, qui in eis verè non ſunt, ſed apparenter, fæcem procul amandandã ab hac perfecta *ſcientia* iudicamus; quoniam ipſa non verſatur circa motus à cognoſcente fictos, fucatos, & apparentes,
S. Thomas ſed circa reales, & veros. alijs replicis reſpondet *S Thomas*, quem libenter legent Iuniores in *Alamanio* citato.

SECTIO VI.

Demonſtrat Philoſophiam Naturalem eſſe ſcientiam partim ſpeculatiuam, partim pacticam, effectiuam item, & actiuam.

Ariſtoteles S. Thomas 1. p. q. 79. a. 11. S. Auguſt. 8. de ciuit. c. 4.

*S*Cientia ſpeculatiua eſt, vt habes in *Tripartita* à n.1221. *quæ ſiſtit in contemplatione veritatis ſui obiecti*, & ex ſe, de opere faciundo non curat, vt hæc, Petrus mouetur; *practica vero*, quæ item ars dicitur, eſt *illa*, *quæ tendit ad opus*, & ad opus dirigit artificem, in quo eſt; vt hæc, quando voles liquida corpora ſurſum trahere, attrahes aerem hoc, vel illo modo, per fiſtulam, & tunc continuo vinum, vel aqua aſcendent ad replendum vacuum, & euacuabitur dolium, vel nauis, & huiuſmodi; *ſcientia* item *practica actiua* dicitur, dum dirigit ad opus manens intra artificem ipſum, *Factiua* vero quando manet artefactum extra ipſum. Hæc tota eſt Doctrina plana *Ariſtotelis*, & *S. Thomæ*, pluribus in locis, quæ congeſſit *P. Alaman.* hic q.34.a.5. His poſitis,

Ariſtotelis 1. Met. c. 1. S. Thomas 1. 2. q. 57. a. 3. & 11. & a. 17.

Dico primo, *Scientia hæc habet multos actus ſpeculatiuos*, & probatur, quia plerique actus naturalis Philoſophię ſiſtunt in contemplatione ſui obiecti, quos vides ſupra num.6. & 19.

Dico ſecundo, *habet item iſta ſcientia multos actus practicos*, fauent mihi *S Thomas* 1. p. q.14. a.16. *P. Hurtado* in Proœm. Phy. & docti Recentiores; & probatur etenim practici ſunt illi actus, qui inſtar regularum, dirigendo docent artificem, in quo ſunt, efficere aliquod opus; ſed multi actus ſcientiæ huius ita procedunt; ergo multi ſunt practici. Minorem demonſtrat illa regula, quam modo ſcripſi, & illæ complures præſcriptæ ſupra nu.39. & 40. quæ omnes verè, & intrinſecè practicę ſunt, ac dirigendo docent efficere varios effectus, & motus; & ad hanc ſcientiam integrandam pertinent; ſiquidem, vt manifeſtum eſt, verſantur circa ens mobile vt mobile. Sed vero notare debes diligenter, quod aduerti in *Tripartita* n.142. opera, & effecta hæc naturalia, quæ concernunt illæ intellectuales regulæ, fieri quidem ſemper effectiuè à natura, ſiue à ſua cauſa naturali, quandoque ſola, quandoque adiuta ab his regulis concurrentibus tantum in genere cauſæ dirigentis. 49 S. Thomas

Dictum hoc colligo euidenter ex SS. PP. *Auguſtino*, *Hieronymo*, & *Iſidoro*; ex *Galeno*, *Plinio*, *Abulenſi* & *Valleſio*, quos allegat, & imitatur *Cornelius* Geneſ. 30. v. 37. vt probet *Iacobum* edoctum ab Angelo artem ſpectantem ad hanc ſcientiam, ita diſpoſuiſſe virgas decorticatas, inter alias non decorticatas, iuxta aquas, vt diuerſi colores apparerent, quas videntes in congreſſu, omnium greges, fœtus conciperent diuerſi coloris, ea enim eſt vis imaginatiuæ generantium, vt cauſare ſoleat ſimile imaginatæ rei, vt fusè, & varijs exemplis comprobant præſcripti PP. & Philoſophi. S. Auguſt.

Rurſus poſſe Angelos, ſiue bonos, ſiue malos, per motum localem, aut aliter, efficere varias operationes accidentales, nempe ſanitatem, ægritudinem, ſapores, odores, ſonos, & alias qualitates, & item ſubſtantiales, non quidem eas effectiuè ſemper producendo, ſed ſæpe arte, applicando actiua paſſiuis, in confeſſo eſt apud omnes, & videre eſt in PP. *Delrio* de Magia lib.6 diſp.9.c.2 *Pererio* diſp.3.c.7. Exodi & ibi item *Cornelio* v.11. & 12. & *Bubalo* de Angelis q.51 art.1. diff.2.q.2. & conſentit *S. Auguſtinus*, quem citat, & ſequitur *S Thomas* 1. p. q.114. & ſuper Matth. c.24. vbi ij SS. Doctores tradunt Magos poſſe arte ſua, & regulis facere multa prodigia, non vera miracula; ſed tamen vera entia, nec ſolum S. Auguſt. S. Thomas

vana,

Digitized by Google

vana, & apparentia, nimirum, arte à ſe ipſis ſtudio acquiſita, ſiue ab aliquo Angelo tradita.

50 Denique Sapientia, & Scientia Dei (quod practicum Imperium dictum eſt à meis in Thelogia magiſtris PP. *Georgio Hemelman, Roderico de Figueroa*, & *Michaele de Eſpinoſa*) de ente mobili creabili, practica eſt, quod item docet S. *Thomas* 1.p.q.14. a.16. *Corpore*. ſiquidem ab ipſa quaſi directus, & inſtructus Deus producit omnes ſuas operationes ad extra; nec indecens eſt Deum vti arte, de cuius Sapientia, *Sapientiæ* 8. ſcriptum eſt, *quis horum, quæ ſunt, magis quam illa, eſt artifex*. Scientia vero hæc, quia verſatur circa Deum, vt quaſi naturale principium mobile, aut mouens, ſeu creās eſt & circa effectus ad extra modo quaſi artificioſo faciendos, dixi ſupra n.11. quod reducere poteſt ad Philoſophiam naturalem.

S. Thomas

Poſtremo audiui ſepe extitiſſe in Bætica Prouincia hominem quendam, qui arte docebat mutos a natiuitate, articulate loqui ſaltem aliquot verba. Atque Angelos Prouinciarum, in quas diuiſi fuerunt ædificatores Turris Babel, inuentores fuiſſe linguarum variarum, quibus illi inſtructi, confuſiſque ſunt, dixi olim in *Tripartita* n.219. doctrina autem, qua iſti edocti ſunt formare ore ſuo varios ſonos, varioſque ſermones, ſine dubio eſt practica, & pertinet ad iſtam Philoſophiam, ſiquidem verſatur circa linguam, & alia inſtrumenta vocis, vt mobilia ſunt, & producere ſonos.

Dico tertio, ex actibus iis practicis, alij ſunt *Scientiæ Actiuæ*, alij *Factiuæ*, ad Actiuam pertinent regulæ, quæ docent confortare caput, fouere ſtomachum, ſedare alios dolores corporis per artificioſam productionem qualitatum animali conuenientium, ex regularum medicorum Imperio, vel Medico ipſi, quando curaret ſe ipſum.

51 Ad Factiuam verò pertinent regulæ, quæ dirigant ad artificioſos effectus, foras producendos extra artificem; ita ſunt regulæ ſupra indicatæ, quibus addantur aliæ, quæ docent ignem educere ex ſilice ea varia colliſſione corporum, & applicatione fomitis generari, & produci mixta varia ſubſtantialia, etiam viuentia perfecta, ſapores, odores, colores, & alia mirabilia opera naturæ, facta quidem à ſuis cauſis naturalibus, ſed item arte concurrente.

Quod adeò certum eſt, vt aliquando obſeruanti mihi, & reflectenti ſupra actiones humanas mechanicas, viſa fuerint propè infinita effecta naturalia, tum ſubſtantialia, tum etiam accidentalia de facto fieri, aut ſaltem poſſe fieri cum maiori commoditate, per regulas artis; atqui plerumque fiunt iſtiuſmodi effectus interueniente motu locali, ex parte noſtra, vt conſideranti, quæ fiunt quotidie, domi, in foro, in officinis, in agro, in hortis, quando præſertim fiunt artificioſæ inſitiones, fiet manifeſtum; poſtquam verò opus artefactum obſeruauerit, facilè tradet quiſque regulam generalem pro illo, aut ſimili opere reproducendo, Quis vero negare auſit eiuſmodi regulas pertinere ad Philoſophiam naturalem, ſi viderit ipſas verſari circa res mobiles, vt mobiles, & circa ipſos motus, qui ſæpe ſunt res, & effectus iidem, qui naturaliter, & ſine arte fiunt, & ſunt obiecta euidenter Phyſiologiæ ſpeculatiuæ.

Ariſtoteles S. Thomas. in Tripartita à n.159

SECTIO VII.

Communis opinio eſt Phyſiologiam eſſe omnino ſpeculatiuam, ſed reijcitur cum ſuis fundamentis.

SEd contra ſtat communis ſchola afferens Philoſophiam naturalem vniuerſam eſſe ſpeculatiuam, ita tradunt 52
Ariſtoteles lib.6. Metaph. c.1. tex.1. & lib.11.c.6. & *S.Thomas* lect.1. ſuper 6. & ſuper 11. lec.7 & S. *Auguſtinus* lib.8. de Ciuit. Dei c.4. *Conimb.* in Proœm.q.3.a.2. *Rubius* item in Proœm.n.5. *Arriaga* in fine Proœm. Phyſ. *P.Ferrarius* diſp.1.art 6. ac cæteri Philoſophi, aiunt *Conimbricenſes*, communi conſenſu.

Ariſtoteles S. Thomas S. Auguſt.

Fundamentum *Conimbricenſium* hoc eſt, Philoſophia naturalis in ſola rerum Phyſicarum natura explicanda verſatur, nec vllas operis faciendi regulas exhibet, vt ipſius inſtitutum, ac progreſſum intuentibus conſpicuum eſt; nec refert quod ab aliquo referatur ad lucrum, quandoquidem ipſa ex natura ſua ad id, neque ad aliud factibile ordinata ſit. Sed reſpondetur negando Antecedens, regulas enim habet iſta ſcientia de ſe ordinatas ad opus, vt ſupra ſcriptas intuentibus conſpicuum erit.

P. Rubij

Digitized by Google

P. *Rubij* fundamentum eſt idem, tantum addit eſſe *euidens*, quod vocarunt *Conimb.* conſpicuum, atque P. *Arriaga* ſuperaddidit Philoſophiam eſſe omnino ſpeculatiuam, quia obiectum eius non pendet per ſe vllo modo, neque fieri poteſt, aut dirigi a ſcientia de illo, vt patebit diſcurrenti per ſingula illius obiecta. Concedo, vel do quod motus, vel effectus ſubſtantialis, ſiue accidentalis per ſe nullo modo pendeat ab arte, aut ſui ſcientia; quia generaliter loquendo ſcibile etiam practicè, à ſcientia non pendet; ſed vero ars ipſa, & ſcientia per ſe poteſt ordinari ad artificioſam effectionem obiecti ſui; non ita, quod ab ipſa id fiat pluſquam directiue; vt hoc ipſum præclare proſequebar in *Tripartita* nu. 143. vnde redargui poterit doctus iſte Pater, ſiquidem Logicam totam credit practicam, & quæ ſubinde concurret practicè ad efficientiam artificioſam definitionem, vel ſyllogiſmi, vel alterius ſui obiecti; quod ſine dubio à regulis Logicæ per ſe non pendet, vt ibidem demonſtraui.

Sed obijci poteſt ex PP. *Conimb.* hic q. 3.
53 a. 3. & *Alamannio* 1. 2. p. ſum. Phil. q. 1. a. 3.
qui profitetur tenere verba, & mentem
S. *Thomæ*, ſic hæc Philoſophia ex nulla
parte poteſt eſſe practica. Probatur primo,
quoniam tota iſta ſcientia eſt propter ſe, ideſt, propter cognitionem veritatis, & profectum, & ornatum intellectus, tanquam propter finem, & nullo modo propter opus externum præſertim illiberale, & mechanicum.

S. *Thomas* 6. *m. l.* 1 & 11. *m. l.* 7.

Secundo, quia nulla huius ſcientiæ pars eſt *actiua*, nec *factiua*, ſiquidem nulla dirigit habentem ad efficiendum actionem menſuram intra ipſum, quod ſolent facere artes actiuæ; neque ad opus extra ipſum producendum, quod ſolent facere factiuæ, iuxta dicta ſuperius n. 48.

Tertio probatur, quia nec Medicina, nec Magia, neque Agricultura, nec Chymica, nec huiuſmodi, ſunt partes ſubiectæ huius ſcientiæ, licet ipſi ſubalternentur; quamuis cuim regulę medicinæ E.C. verſentur circa corpus naturale ſanabile, ſeu mobile ad qualitates animali conuenientes, hoc eſt, ad ſanitatem; tendunt ad ipſum vt ſanabile, non per naturam, ſed per artem; & hæc eſt intentio Medicorum, nimirum ſanare per artem; & ad ſanabile per artem, ſuos aphoriſmos, ſiue præcepta dirigunt; & idem dicendum de Magia, Agricultura, & reliquis artibus circa mobilia verſantibus.

Reſpondetur negando antecedens, & ad antecedens primæ probationis, dico Phyſiologiam ſpeculatiuam eſſe quidem propter ſe, in illis dictis ſenſibus, ſed & item Practicam eſſe tum propter ſe, quatenus & ipſa eſt cognitio veritatis, tum vlterius propter opus externum, ad quod ex ſe, & ex modo ſuo tendendi practico ordinatur; ad ſecundam probationem dic bonam partem Phyſiologiæ ex parte eſſe actiuam quodammodo, & ex parte factiuam vti declaraui ſupra à n. 50.

Ad tertiam probationem aſſero eas ar-
tes, & huiuſmodi, eſſe verè, & propriè 54
partes ſcientiæ hujus, quia euidenter participant de obiecto mobili, vt mobili, etiam ſi id dicatur *arte mobile*; etenim ens mobile, arte adiuuante naturam, vel natura ſola, idem omnino obiectiuè eſt, & intrinſecè; neque quia terminat artem, ſiue regulam practicam, in ipſo elucet, aut in id refunditur aliquid nouum intrinſecum, quod actum ſpeculatiuum non terminet; quare nec habet tale obiectum aliquid, per quod ita diuerſificet actum practicum ab ſpeculatiuo, vt illum extrahat ab hac ſcientia, & reponat in alia. Habent quidem actus practici, & ſpeculatiui modos tendendi diſtinctos, ob quos diuerſificantur, vti dictum eſt in Logica à n. 1210. Sed vero ſi aliunde tendunt in idem commune obiectum, ad eandem ſcientiam pertinent, vt cernitur in actibus practicis, & ſpeculatiuis Logicæ, & Ethicæ, quarum qualibet actuum eorum vtroque genere abundat, quod tenet verior opinio.

S. *Thomas* 1. *p. q.* 14. *a.* 16.

Demum ordinatio Medicorum ſcientię ſuæ ad curationes animalis ſanabilis, non immutat ſcientiam, neque obiectum eius, vti ipſi *Conimbricenſes* falſi ſunt in ſimili, in principio articuli ſecundi dicentes, *non enim artium, ſcientiarumuè diſtinctio, ex fine, quem ſibi quiſque arbitratu ſuo conſtituit, ſed ex eo, ad quem ipſa per ſe referuntur, ſumenda eſt.*

Sed vrgebis, quando plures cauſæ concurrunt ad vnum effectum, in eo elucent partes, aut quaſi partes correſpondentes quodammodo ſingulares ſuis cauſis, vti dicam ad 2. Phyſicorum; ergo regulæ Medici concurrenti cum pharmaco, ſeu cum alijs cauſis naturalibus, per eam ægro applicatis, correſpondent in effectu, ſiue

ſani-

ſanitate, aliquid proprium diſtinctum ab enti mobili, quod exprimatur voce *ſanabile per artem*; & confirmas, quia ſaltem in animali ſanabili per artem, poterit diſtingui formalitas ratione diſtincta, qua illud transcẽdentaliter reſpicit regulam intellectualem medicæ artis, quemadmodum omne ſcibile per diuerſas ſcibilitates tranſcendentaliter refertur ad ſui poſſibiles ſcientias, illa vero formalitas vſque nunc innominata, dici poterit deinceps *arte ſanabilitas*. vnde concludetur Medicinam habere non ſolùm modum tendendi diuerſum ab ſpeculationibus Phyſiologiæ, ſed etiam obiectum eſſentialiter diſtinctũ terminans aliam diuerſam ſcientiam practicam.

S. Thomas op. 70. q. 4. a. 1. 5.

55 Reſpondeo conceſſo pro nunc antecedenti, alibi magis expendendo, negando conſequentiam; quoniam ars non eſt cauſa phyſica, phyſicè influens. ſed quaſi moralis, & ſolum concurrens directiuè ad effectum ſanitatis, quod totaliter fit à natura; & ideo ipſi nihil correſpondere debuit in effectu; ad hæc, eadem ſanitas, quæ fit à natura cum auxilio artis, poteſt, & ſolet fieri a ſola natura, licet aliquando tardius quod & ipſi Medici confitentur, & nos ſæpe experimur, quando nolumus nos ponere cum qualibet febricula, in manibus Medici; quinimo caſu, & repentè contingit quem ſanari, vel naturaliter, vel miraculosè: temperies verò iſta qualitatum diſpoſita ad pondus, vel ad iuſtitiam, eadem omnino numero, vel ſpecie eſt, ac quæ fit vel fieri potuit per artem, non ergo ars ponit in ſua ſanitate nouam entitatem, qua eſſentialiter diſtinguatur à ſanitate, quæ fit per naturam, aut per miraculum.

S Thomas 1. p. q. 117. a. 1. c.

Ad confirmationem neganda omnino eſt cum *Ariſtotele S. Auguſtino, S. Thoma*, & Communi, vt videre eſt in *Tripartita* à n. 937. relatio tranſcendentalis obiecti cuiuſpiam ſcibilis, ſiue practicè, ſiue aliter, ad ſui ſcientiam, vel artem, præſertim quando tale obiectum nullo ex capite pẽdet à tali ſcientia, vel arte, quocirca non eſt in *enti ſanabili* formalitas, quæ nominari queat *entis ſanabilitas per artem*, niſi fingatur. ſecus adnumerandæ erunt pluſquam decem claſſes ſcientiarum, ſiquidẽ ex vna parte actus, & regulę Magiæ, Agriculturæ, Chymicæ, & aliarum, ſunt certæ & euidentes, vti aduerti in *Logica* n. 1223. & ex alia parte poſſunt illis aſſignari proportionata obiecta valde diuerſa, nempe Magiæ. *Ens naturale mirabiliter factibile per artem*. Agriculturæ, *ens naturale productibile ex artificio Agricolæ* Chymicæ *aurum factibile per artem*; & huiuſmodi, quæ omnia figmenta cuiuis videbuntur, dicantur ergo eæ artes naturalis huius Phyloſophiæ partes, ſubiectæ.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

Vltimo obijcitur, quod dixerit S. *Thomas* differentias *practicum*; & *ſpeculatiuum* ſufficere ad efficiendas claſſes ſcientiarum differentes; ergo nequeunt ad Phyſicam pertinere actus practici; antecedens tenet ac probat *Pererius* lib. 1. cap. 3. illuſtri teſtimonio S. *Thomæ* 1. p. q. 1. a. 4. ſic ſcribentis *Licet in ſcientijs Phyloſophicis alia ſit ſpeculatiua, alia practica, ſacra tamen Doctrina*, ideſt Theologia, *comprehendit ſub ſe vtramque, ſicut, & Deus eadem ſcientia ſe cognoſcit, & ea, quæ facit.* 56

S. Thomas

Reſpondetur opinari S. *Thomam* ſcientias practicas differre ab ſpeculatiuis, non titulo ſolo praxis, & ſpeculationis, ſed ratione obiectorum formalium differẽtium, quæ credebat habere ſic diſtincta, eiuſmodi ſcientias; nec enim potuit ignorare ineſſe in aliqua ſcientia humana, aliquos actus practicos, & aliquos ſpeculatiuos; quinimo id expreſſit 1. p. q. 14. a. 16. ibi *reſpondeo dicendum quod aliqua ſcientia eſt ſpeculatiua tantùm, aliqua practica tantum aliqua verò ſecundum aliquid ſpeculatiua, & ſecundum aliquid practica*, vti eſſe in *Logica* alibi à nobis demonſtratum eſt, & hic in hac Philoſophia ſimiliter eſſe, probare intendimus eodem planè diſcurſu, atque ſimilibus exemplis, ac vſus eſt in eo articulo Angelicus Doctor in *Corpore*. Licet oppoſitum videatur tradere in *Alaman* 1. p. q. 33. a. 3.

S. Thomas

Vt puta inquit ille *ſi ædificator conſideret domum definiendo diuidendo, & conſiderando prædicata vniuerſalia ipſius, hoc ſiquidem eſt operabilia, modo ſpeculatiuo conſiderare, & non ſecundum quod operabilia ſunt*; ideſt nõ per regulas architecturæ docentes formã ędificij in materiam inducere, quare cum in Phyſica voluntarium quoque ſit conſiderare obiecta eius ſpeculatiuè, & practicè, quando ea operabilia ſunt quo modo pleraque ſunt, euidenter conuincitur Phyſiologiam eſſe ex parte ſpeculatiuam, & ex parte practicam; ſiquidem ita eſſe, & fieri pendet à libero arbitrio.

S. Thomas 1. p. q. 79. a. 11.

57 Difficilius inuenio quid reſpondeam meis tribus Præceptoribus *Ariſtoteli*, & SS. PP. *Auguſtino*, & *Thomæ*, qui tam clarè fa-

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

Digitized by Google

tentur locis ſuperius allegatis, Phyſiologiam eſſe ſpeculatricem, & nullo modo practicam, nec actiuè, nec factiuè ſed tamen quoniam in *Tripartita* n.6. ipſi me docuerunt, quod *diſſentire in paruis, quaſi non videtur eſſe diſſenſus*, & *Platoni* amico veritatem præferendam eſſe; atque iidem alibi aliud me docuerunt, nolui diu immorari in concordandis, vel explicandis textibus.

CAPVT III.

Definit Ens naturale mobile, & itẽ Ens corporeum in communi, quod dictum ſupra eſt, eſſe obiectum Philoſophiæ naturalis; ſed prius colligit compendio dicta in hac Præfatione, quo facilius doctrina cohærentia capiatur.

Dixi in ſuperioribus obiectum materiale ſcientiæ vt ſic, ſeu ſcientiarum omnium; eſſe *Ens ſcibile*, quod Metaphyſica cõſiderat *vt eſt* id eſt ſecundum eſſentiam. Logica *ut artificioſe cognoſcibile*. Phiſiologia *vt mobile*, aut *motum* quod & pulchre tradiderunt *Ariſtoteles* 11. Metap. cap. 3. & 4. S. *Thomas* ibidem lect. 3. & 4. nec diſſenſit *Auguſtinus* 8. de Ciuit. D. c. 4.

Ariſtoteles
S. *Thomas*
S. *Auguſt.*

Quoniã vero hic potiſſimum tracto de Philoſophia naturali, quæ cõtinetur in octo libris Phyſicorum, quæ *Phyſica* dicitur, cuius obiectũ eſt Ens naturale mobile, vt ſic & item Ens naturale mobile corporeũ, & Ens naturale mobile corporeũ ſubſtãtiale, & Ens naturale mobile corporeũ ſubſtãtiale cõpletũ, & incõpletum & finitum, & finitũ, & fortaſſe aliter, intelligẽdo nomine *Mobile*, quidquid actiue, & paſſiuè, ac formaliter mouẽs, & mobile eſt, nempe Deũ, ac decẽ rerum pręedicamenta etiam ſingularia, ſeu fundamentaliter ſumpta, quæ hic ſcire pretendimus plerumque ſecundum ipſorum extranea; & accidentalia prædicata; prius cum Metaphyſica diſputamus de ijs omnibus, ſecundum quod ſunt, id eſt inueſtigantes ipſorum eſſentias, principia, & elementa; quomodo ſunt Obiecta materialia huius Philoſophiæ, vt morem geramus *Ariſtoteli*, qui voluit hic prius exponi, ac definiri, & probata dare huic ſcientiæ principia, & cauſas, vnde ipſa deducat & colligat facilius motus ſuos.

Ariſtoteles
1. *Phyſ. a t.*
16.
S *Thomas*.

SECTIO I.

Declarat quid ſit Ens naturale mobile in communi, & quotuplex, & iterum qua diuerſitate tangatur a varijs Scientiis.

ENs *mobile naturale in communi eſt Principium effectiuum, ſiue receptiuum alicuius motus, vel operationis naturalis*; vti Angelus, qui efficit actum intellectus, & eum in ſe recipit, & motum producit in ſe, & in cæleſti ſphæra, & *materia prima*, quæ in ſe recipit formas naturales. 58

Multiplex eſt Ens mobile; aliud enim eſt increatũ, vt *Deus*. de cuius ſapientia ſcriptum eſt Sap. 7. *omnium mobilium mobilior eſt ſapientia*, effectiue videlicet, quatenus efficit ad extra plures operationes, & effectus, quam quodlibet aliud mobile creatum; eſt quippe Deus mobilior cunctis cauſis creatis non loci mutatione, ſed efficacitate, & celeritate, tum in productione rerum nouarum, tum in conſeruatione omnium vt recte ex S. *Auguſtino* to. 3. l. 4. c. 12. explicuit quoque *Tirinus* dicitur verò Principium naturale Deus propter effectus naturales, quos facit, ipſe enim intrinſecè eſt omnino ſupra naturam, & ſupernaturalis.

S. *Auguſt.*
l. med. c.
19.

Aliud ergo eſt mobilę creatum; ſic eſt quæuis creatura potens aliquid efficere, vel recipere; quæ multipliciter eſt, Alia enim eſt mobile ſubſtantiale, vt ignis; Alia accidentale, vt calor; Alia ſpirituale, vt Angelus; Alia corporeum vt equus; Alia conpletum vt Homo; Alia incompletum vt materia; & Forma; Alia incorruptibile vt Cælum; Alia corruptibile, vt Leo; Alia eſt ſimplex mobile, vt S. Michael; Alia compoſitum, vt eſt quidquid materia, & forma componitur, Aliud eſt mobile actiuum, aut effectiuum; vti ſunt cauſæ omnes efficientes, vt tales: Aliud receptiuum vt ſunt omnes cauſæ materiales, & *immanentes* ita nominatæ, quia recipiunt in ſe formas, vel effectus, quos producunt intra ſe manentes, id eſt immanenter. Omitto ceteros mobilium modos inuentu faciles.

Sed ad claritatem Doctrinæ aduerto duo. Primum eſt, non ita diſſidere inter ſe prædicta mobilia, vt nequeant ſimul eſſe in eadem re ſæpe vel omnia, vel ſaltem plura; Nam Anima rationalis v. g. eſt Ens

mobi-

Digitized by Google

mobile creatum, ſubſtantiale, ſpirituale, incorruptibile, incompletum, ſimplex, effectiuum, immanens, & aliter multis modis, quos edocebit obſeruatio; & ita ſunt alia proportione ſua.

59 Secundum eſt illos omnes mobilium modos, ſiue rationes, ideſt, rationes Entis, ſubſtantiæ, ſpiritus, ſimplicitatis, incorrupti, & alios, eſſe obiecta plerumque remota, & non tacta ab actibus Phyſicæ huius, qui, ſi purè phyſici ſunt, non debent tangere ex parte ſubiecti niſi rem, quæ ſit Principium motus, ſiue rem mobilem, vti notaui ſupra n.27. vnde hic actus, *anima intelligit*, ſolum exprimit Animam eſſe principium intellectionis, reliqua quæ habet, implicitè, & remotè tangit, & expreſsè tangendum relinquit alijs ſcientiæ huius partibus, & Metaphyſicæ.

Quod ſi actum efformes ſic, *Anima eſt incorruptibilis, amat, & ipſa eſt ſpiritus*, is erit actus mixtus; nam qua parte tangit animæ eſſentiam, eſt metaphyſicus; qua vero parte motum; eſt phyſicus; atque animaſticus eſt, quia de ſpeciali principio mobili, nempe de anima rationali prædicat motum, & ita ſunt reſpectiuè reliqui; ſed quia ſemper contingit in rebus omnibus eſſe incluſas aliquot, vel omnes illas rationes, & modos eſſendi enumeratos num.20. & ſubinde res alias eſſe obiecta materialia librorum de *Cælo*; alias librorũ de *Anima*; alias reſpectiuè aliorum; hanc regulam, & diſcretionem damus, vt tunc ſint actus *Phyſicæ* huius; quando enuncient motum de aliquo ſubiecto mobili contento intra gregem Entium illorum, quæ in his libris tractant; ac definiunt *Ariſtoteles*, & Interpretes eius; quomodo ſunt elementa Compoſiti naturalis ſubſtantialis corporei; quatuor genera Cauſarum; Infinita; Continua; & huiuſmodi; tunc vero erunt actus librorum de *Cælo*, de *Anima*, & cæterorum, quando habeant pro ſubiecto Cælos, Animas, & cætera, de quibus ij libri prędicant motus ſuos; quamuis, & hi etiam actus ſpectare poſſunt ad Phyſicos, ſumpti ſecundum quod repræſentant præcisè principium mobile ſubſtantiale corporeum, & item forſan ſpirituale, & motum; licet quia nos corporei ſumus facilius ad tractandum de Corpore animum appellimus, ac de Corpore in his libris fuſior eſt noſtra tractatio. *Ariſtoteles.*

SECTIO II.

De Ente naturali mobili corporeo, ſiue de Corpore in cõmuni prout diſtinguitur ab Spiritu, ſed prius de nomine Corpus.

60 NOmen *Corpus* videtur æquiuocum, ſi non eſt analogum ab vno; ſignificat enim plura vt plura, ſine reſpectu inter ſe, vel etiam cum aliquali, & impropria ſimilitudine illorum cum ſignificato, vel analogato principali; ea vero ſignificata claritatis gratia reduxi ad quinque, vel quatuor.

Primò ergo *Corpus* ſignificat Mundum hunc vniuerſum, quod ſenſibus corporeis ſentimus, nam Cælum, & Terra, & omnia, quæ in eis circumſcripta continentur, corpora rite vocamus cum *Auguſtino* t.3. lib. de Fide ad P.c.3. ſed vero non credimus reliqua creata omnia præter Deum, eſſe corporea, vti ipſi non verè, aliquando lib. de Eccl. Dogm. c.3. dixiſſe imponitur, à qua calumnia S. Doctorem liberat *Bubalus* de Angelis q.50.a.1.q.5. dif.1.9.4. cum *S.Thoma* quodlib.12.a.11. *S.Auguſt.* *S.Thomas*

Secundo ſignificat maſſam, ſiue molem cuiuſcumque animantis rationalis, vel irrationalis, partibus diſſimilaribus compactum, quod communiter in ſcholis, *corpus organicum* appellant, ac præſertim ſi ſit corpus humanum, ſiue viuum, ſiue defunctum; & ita nos compellamus cum *Apoſtolo* Rom. 12.4. *Auguſtino* to.3. li.7. de Gen. ad lit. c.13. & de Spi. & lit. c.15. *Ariſtotele*, & *S.Thoma*, & vſu communi, nempe quod aſſerit *Chriſtus* D. carnem, & oſſa habere, quæ ſpiritus non haberet. & quod ab *Athanaſio* caro dicitur ibi. *Sicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo*, *S. Auguſt.* *Ariſtoteles* *S. Thomas*

Tertiò *Corpus* ſignificat communitates; nam corpus collegij, & exercitus, ciuitatis, huiuſmodi cætuum, *corpora* dicuntur. Quarto ſignificat ſcripta volumina, ſeu libros; & aliquando paucos verſus, in quibus exiſtit reſolutio Authoris, ſic volumina; & Codices vtriuſque Iuris, vocamus *corpora Iuris*. & ſpecialiter locum, vbi in corporibus S. *Thomæ* ponitur eius ſententia, vocant ſcholæ omnes *Corpus*, citantes ipſum ſic *S.Thomas* 1.p.q.18.ar.2. *Corpore*, nimirum, eius articuli, quod ſolent citare per ſimplex C. Videantur hæc, & alia Corporis ſignificata in Biblia, *Calepino*,

& *Lexico* nouo Iuris *Ioannis Calui* , verbo *Corpus*, & *Corporalia*.

S. Thomas 1. Peri.l.2. Ariſtoteles S. Auguſt.

61 Denique nos nomen iſtud facimus vni nocem, referendo illud, vti nos docuit cum *Porphyrio S.Thomas*, ad vnam rem ſignificandam, quam vocant Mathematici, *Ariſtoteles*, *Auguſtinus*, & *S.Thomas* infra, latam, longam, altam, ſiue profundam, ideſt, trine dimenſam, & quidem hoc ipſum ex parte Vulgus *corpus* appellat, quando enim quis aliquo ſenſu, præſertim tactu, & guſtu, rem laneam, aut ſericam, liquorem, vel quid ſimile attrectat, corpus rem talem habere continuò dicit, quia percipit eius rei aliquam dimenſionem. Et licet à Mathematicis corpus ſolùm appelletur obiectum ſcientiæ ſuæ, quod eſt ſola Quantitas trinè dimenſa, a nobis Phyſicis nomine *Corpus*, & ſignificantur ipſamet Quantitas, & alia Prædicamenta, ſeu quidquid Spiritus non erit.

Sed vero hoc eſt admirabile, quod corpora multa nos circumducunt, ſuſtentant, & adornant, ipſa geſtamus, & in eis viuimus, mouemur, & ſumus, & quia corporei ſumus, & corpore præpedimur, & nec nos, nec noſtra penitus cognoſcimus, corpus definire certo neſcimus.

Prima pars Sectionis determinat an ſit Corpus, quid ſit, & quotuplex, prout ab Spiritu diſtinguitur; & quid interſit inter Corpus, & Corporeum; Spiritum, & Spirituale.

NOn tantum eſſe poſſibile Corpus, verum etiam de facto exiſtere certũ eſt, habetur enim c. firmiter de Summa Trinitate, & Fide catholica, *Deum ab initio temporis vtramque de nihilo condidiſſe creaturam ſpiritualem, & corporalem, Angelicam, videlicet, & mundanam;* atque id ipſum conuincunt ſæpe *ſacra Scriptura*, & ratio naturalis, quia manifeſtum, ac peruium ſenſibus eſt, quid verò illud ſit definire hoc opus, hic labor eſt.

S. Auguſt. l. 2. Soliloq. c. 17. & 18

62 *Corpus* ergo prout diſtinguitur ab Spiritu, *eſt quidquid habet trinam partium dimenſionem, & quidquid ad eam componendam ordinatur,* v.g. palmaris *quantitas* eſt corpus, quoniam habet trinam dimenſionem, nempe longitudinem, latitudinem, & profunditatem; *ſuperficies* vero, quæ tantum habet longitudinem, & latitudinem; & *linea*, quæ ſolùm longitudinem; & *punctum*, quod nullam dimenſionem habet, corpora ſunt, quoniam ad componendam, & complendam rem trinè dimenſam ordinantur.

Sed nota peti à definitione, debere rem, vt corpus ſit, habere trinam dimenſionem, vel ad trinam dimenſionem ordinari; quare ſat erit ſi diuiſiuè res habeat trinam, vel ſi duplicem, vel vnam, vel nullam, ad compoſitionem dimenſionis trinæ deſtinetur. pars quidem quælibet continui cuiuſcumque, vti declarant *Ariſtoteles* 1. de Cælo tex. 2. & ibi *S. Thomas*, eſt trine dimenſa, ideſt, habet longitudinem, latitudinem, & profunditatem; ſuperficies autem, quæ eſt vnio partium, eſt ſolum lata, & longa, linea longa tantum eſt; punctum vero eſt omnino indiuiſibile. ſed ea omnia, ſiue ſint ſubſtantiæ, ſiue accidentia, vere corpus ſunt, vt item indicat *S. Thomas* p. 1. q. 18. a. 2. c. & in Alamanio 1. 2. p. 5. Phyſ. q. 14. a. 4. ad 4. & q. 19. art. 1. initio..

Ariſtoteles 4. Phy to. 8. S. Thomas 4. Phy l. 2.

S. Thomas

Bonam eſſe eam definitionem oſtendo primo, quia eſt conformis *Ariſtoteli*, & *S. Thomæ* vbi ſupra, vbi definiunt ſic, *Corpus enim eſt, quod omniquaque dimenſionem habet; & omniquaque diuiſibile eſt*, & clarius 1. p. q. 3. a. 1. initio, ibi. *corpus eſt, quod habet trinam dimenſionem*; & *Auguſtinus* addit. t. 1. lib. de *Quant. Ani.* c. 4. corpora non eſſe, neque intelligi poſſe corpora eſſe, quæ modo ſuo non habeant aliquam longitudinem, latitudinem, & altitudinem, ſiue profunditatem, & c. 3. predixerat ſpiritum oppoſito modo eſſe, ideſt, nullam partium dimenſionem habere, atque in Epiſt. 28. inter alia ad propoſitum ſic habet. *Porro ſi corpus non eſt, niſi quod per loci ſpatium aliqua longitudine, latitudine, altitudine, ita ſiſtitur, vel mouetur, vt maiori ſui parte, maiorem locum occupet, & breuiore breuiorem, minuſque ſit in parte, quam in toto, non eſt corpus anima.* & de Categor. c. 10. *& quantitatem Corpus* dixit, & *tres dimenſiones corpus perficere.* Loquuntur ſine dubio noſtri Præceptores de Corpore mathematicè completo, quod adintegrant, atque componunt partes ſuæ, & vniones ſuarum partium, quæ non poſſunt non corpora incompleta ſaltem eſſe.

Ariſtoteles 3 Phy t. 43

S. Auguſt.

Secũdò, quia nulla alia melior, nec in re tam abſtruſa facilior definitio tradi poteſt. 63

Tertiò, quia conuenit omnibus corporibus,

bus, vt patet ſingula conſideranti. Quartò quoniam non conuenit alijs a definito, nulli enim ſpiritui poteſt conuenire; *Spiritus* enim oppoſito prorſus modo eſt, vti *S. Auguſt.* ſupra dicebat *Auguſtinus*, nempe *quidquid nullam habet dimenſionem, & ad nullam dimenſionem componendam ordinatur.* Quintò ſuadent ſufficientiam definitionis, ſolutiones argumentorum, & refutationes aliarum opinionum infra, & conſenſus grauium Magiſtrorum, quibus fauent *Vaſquez* 1. p. d. 188. c. 7. n. 3. *Bubalus* de Angel. q. 50. a. 1. q. 3. dif. 1. §. 2. & q. 52. a. 1. q. 2. d. vlt. & 3. *Rubius* 1. Phy. c. 3. q. 2. & ibi, & in *Suarez* lib. 1. de Anima c. 13. *Scotus, Durand. Capreol. Marſilius. Aegid. Pomponat. Mimica, Iandunus, Apollinaris. Saxonia*, & alij. qui tradunt Animas corporeas eſſe neceſſario diuiſibiles, & extenſas, quia corporeæ ſunt, & *Maior. Henriquus, Venetus, Baſolis, Aſtudillo, Fonſeca*, *Conimb.* & Moderni ferè omnes ponentes omnes ſubſtantias diuiſibiles, quia corporeæ ſunt, & ſubinde debeant habere extenſionem partium, *Granado* item de Angel. tract. 9. d. 3. ſect. 3. n. 18. & expreſsè *Zabar.* l. 2. de Mat. c. 17.

Atque *Apoſtolus* ad Epheſ. 3. videbitur exiſtimaſſe ſic eſſe, vti nos dicimus, eſſentiam corporis, quando declaraturus nobis corporeis, rationem, & ſubſtantiam redemptionis noſtræ; & Theſaurorum Chriſti, & Dei, ita eloquitur cum reſpectu, & analogia ad rationem, & modum corporum, *vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum*, ideſt altitudo, ſiue profunditas. Legantur quæ de hoc propoſito appoſitè ſcribit S. *Thom.* 1 p. q. 3. a. 1

S. Thomas Et tandem ratio efficax eſt, etenim nihil erit non corpus, aut ſaltem materiale, & corporeum, cui noſtra definitio conuenerit, Spiritus enim nequit habere partes dimenſas, neque ad componendam aliquam dimenſionem ordinari, vt omnes plane confitentur: Corpus ergo eſt, vt à nobis declaratum eſt, & non aliter.

64 Multiplex eſt corpus. aliud eſt completum, vt materia, & quidquid trinam dimenſionem habet; aliud incompletum, vt linea, ſuperficies, & puncta. Aliud eſt ſubſtantiale, vt Leo; aliud accidentale, vt calor. Aliud ens, & corpus abſolutum dicitur; aliud modale, vt ſunt forma equi, & vbicationes. Aliud nominatur corpus phyſicum; aliud mathematicum, ita dictum per extrinſecam denominationem deriuatam à Phyſica, & Matheſi, prout ſcilicet ei vtrique ſcientiæ obiectum eſt, & vt tale ab vtraque conſideratur.

S. Thomas op. 42 c. 18 Rurſus corpus aliud dicitur a S. Thoma *ſimplex*, aliud *mixtum*. Simplex eſt, quodlibet ex quatuor Elementis, mixtum vero vt Leo, vel aurum, nempe omnia compoſita phyſica, ideo *mixta* nominata, quia ex Elementorum qualitatibus attemperatis conſtant. Aliud vocant alij corpus ſimplex, vt materia, quæ non eſt compoſita ex alia materia, & forma; aliud compoſitum, quia ex materia, & forma componitur; Aliud eſt corpus phyſicum; aliud metaphyſicum, illud eſt quod materiale ſingulare eſt; hoc vero ſunt rationes vniuerſales communes corporibus ſingularibus. Aliud eſt corpus naturale, aliud ſupernaturale; naturale eſt quidquid naturæ debetur; ſupernaturale, quod naturæ non debetur; Aliud eſt penetrabile cum alio ente quolibet, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſæ ſpeciei, vt materia, forma, calor, & huiuſmodi; aliud impenetrabile ſaltem cum Entibus eiuſdem ſpeciei, vt quantitas.

Aliud eſt corpus organicum, aliud non; hoc eſt quod homogeneum eſt, & ſimilare, vt argentum, vel aurum; Aliud eſt heterogeneum, & diſſimilare, ideſt, habens diuerſitatem diſpoſitionum, & membrorum, vti eſt corpus noſtrum, ac viuentium cæterorum; atque corpus organicũ diſtinguitur in organicum ſubſtantialiter, & accidentaliter; illud eſt materia variegata ratione formæ, vel vnionis ſubſtantialis; Hoc eſt ipſa materia varietatem habens, ratione diuerſorum accidentium, varia ſituatione diſpoſitorum. Aliud denique eſt corpus infinitum, aliud finitum; & aliter multis modis, vti docebit vſus, & obſeruatio.

Ex dictis collige primò, idem corpus 65
dici, & eſſe ijs multis modis. Hic Leo, v.g. eſt corpus ſubſtantiale, completum phyſicè, & mathematicè, eſt mixtum, ideſt, ex quatuor qualitatibus primis, & alijs congeſtum, compoſitum phyſicum, ideſt, reale, & ſingulare, naturale, impenetrabile, & item penetrabile. finitum, & forſan aliter. & ſic de reliquis corporibus cuiuſuis prædicamenti dicendum. Sed vero abſolutè corpus completum eſt quidquid trine dimenſum eſt, licet contingat eſſe ens incompletum; ſicut dicemus infra n. 365. de completa Natura.

Collige ſecundò, rationem corporis eſſe quaſi

Digitized by Google

quaſi genericâ, atque verè vniuocè communem decem prædicamentis, eiſque, ipſorumque fundamentis, ideſt rebus omnibus ſingularibus habentibus aliquam, vel aliquas dimenſiones, & ad aliquam complendam ordinatis conuenire directè, vt prædicatum intrinſecum, vt benè explicuit, vbi ſupra *Bubalus*, nec ſolum dici punctum, v.g. corporeum, quia ad corpus pertinet, quaſi de nomine deſumpto a re, cuius punctum eſt: quare voces *Corpus*, *Corporeum*, *materia*, & *materiale* ſynonyma ſunt, & perinde ſignificant, & ſolum apud Grammaticos ratione variæ declinationis ſunt differentes, veluti ſunt *Ens*, & *Entitas*; ac de vocibus *Spiritus*, *Spiritualis*, ſimiliter dicendum; & ideo ritè dicimus, & idem, his repetitis nominibus, *Materia eſt corpus*, *materia eſt corporea*. *Deus eſt Spiritus*, *Deus eſt immaterialis*, & S. Thomas *ſpiritualis*. his conſonat *S.Thomas* vbi ſupra in *Alamanio*.

Secunda pars Sectionis proponit, & examinat aliorum definitiones circa Corpus; eas repellit, & impugnat.

66 PRima corporis definitio ſic traditur communiter. *Corpus eſt illud, quod ad exiſtendum poſtulat neceſſario partes, aliquo modo ſibi intrinſecas, quarum vna petat eſſe extra locum alterius, vel pendet à re habente eiuſmodi partes*, vel vt colligas ex *Hurtado* diſp.2. de Ani. ſect. 4. & 5 *Corpus eſt Ens penetrabile, ſiue impenetrabile conſtans partibus integrantibus, & quod ad eius compoſitionem pertinet*, ita eſt in horum opinione corpus, hæc quantitas, ſiquidem componitur partibus multis natura ſua exiſtentibus in locis diuerſis, & ſuperficies illius item eſt corpus, quia ab ſuis partibus pendet, & ſuſtentatur; licet non videatur multùm curare *Hurtadus*, ſi partes ſuæ integrantes, debeant ſe loco inuicem excludere.

Non placet hæc vtraque, ſi non eſt vna definitio; quia tota integra competit alicui ſpiritui, nempe *vbi* ſucceſſiuo Angeli mouentis ſe localiter, quod quidem ſine dubio habet plures partes integrantes, quarum quælibet petit eſſe extra locum alterius, vt manifeſtum eſt; neque enim per vnum ſolum *vbi*, aut per vnam partem vbicationis ſucceſſiue fit præſens Angelus pluribus locis, vel in toto ſpatio, quod pertranſit, quod omnes plane fatentur.

Reſpondent Neoterici *vbi* Angelicum eſſe ſpirituale, quãuis habeat partes extra partes, quia eius ſubiectum, videlicet, Angelus, eſt Spiritus omni dimẽſione carens, quibus ego adhuc obijcio, eidem *vbi* conuenire ſuam definitionẽ corporis. P. *Hurtado* dicit à 9.82. ex vna parte eneruе eſſe hoc argumẽtum de *vbi* Angelico, ſed ipſe, vt illud ſoluat, in omne latus opinionum ſe vertit, & tandem concludit tale *vbi* non eſſe propriè ens continuum, ſed tantùm impropriè, & virtualiter, & ſubinde partes proportionales, quibus quaſi componitur, ſpiritui non repugnare, neque poſſe conſtituere corpus.

Sed ego dico tale *vbi* abſolutè eſſe, ac 67
dici debere propriè ens, & continuum ſucceſſiuum, ſicut tale eſt *vbi* ſucceſſiuum Corporum, & tale propriè dicitur, etiam non attenta mole, qua commenſuratur cum corpore ſuo, & ſpatio extenſis, ac trine dimenſis; ea enim eſt definitio, eſſentia, & modus ſucceſſiui continui, vt ita eius partes ſibi ſuccedant, vt illarum vnio nullam tangat, licet eas vere modo ſuo, illiſque debito, & proportionato continuet; ideo ſapienter P. *Granado* 3. p. C. de Incarnat. diſp.2. tempus, & huiuſmodi, vocat continua ſuo modo propria, licet eorum vniones non afficiant extrema ſua, vnde colligit ſuum intentum, nempe non eſſe de eſſentia modi vnitiui, modificare rem, quam vnit, & ſic vnionem hypoſtaticam vnire vere Deum cũ humanitate, & facere vnum per ſe compoſitũm, quin tamen Deum afficiat, modificet, aut immutet. Eſt ergo *vbi* illud Angelicum verè continuum modo ſuo, atque ita eſſe tradunt ipſe *Granado* p.1. con. de Angelis tract.9. diſp.4. n.6. & ibi *S.Thomas*, *Caietanus*, *Molina*, *Zumel*. *Bannez*, *Valentia*, *Vaſquez*, *Scotus*, *Gregorius*, *Ferrara & Maratius* tract. de Ang. diſp.15. num.1. & alij communiter.

Doctus P. *Arriaga* è regione ſe opponit Patri *Hurtado*, & diſp.1. de Anima à n.61. multis probat cum *Suarez* rem ſpiritualem poſſe conſtare partibus, & ſubinde deſtruere intendit definitionem Corporis ſupra traditam, præſertim *Hurtadi*, nos illius rationes, quatenus nos quoque, qui parum diſſentimus ab *Hurtado*, tangant, diluemus inferius.

Secunda definitio Corporis ſic eſt, *illud*

illud eſt partium diuiſibilitas. hæc item eſt non bona, tum quia conuenit alijs, à definito, nimirum *vbi* ſucceſſiuo Angelico, & habitibus ſpiritualibus, qui *partes intenſionis* habent; tum quia, non conuenit omni corpori, ſiquidem puncto quantitatis non quadrat, quod tamen corpus verè eſt.

S. Thomas 12 q.52.

68 Tertia definitio ſic traditur, *Corpus eſt quod impenetrabile eſt cum alio corpore*. Sed reſellitur primo, quia calor, & ſiccitas, multæ ſubſtantiæ, & alia innumera accidentia in me penetrata ſunt inter ſe, & tamen corpora ſunt. Secundo, quoniam ſic ſola quantitas corpus eſſet, ſiquidem ipſi ſoli ea definitio conuenit; quod ſi definitioni addas, *cum alio corpore ſimili, aut eiuſdem ſpeciei*, adhuc falſa eſt aſſerta definitio, ſiquidem multa corpora penetrantur cum ſibi ſimilibus, vt apparet in ſonis varijs cauſatis ex varia colliſione corporum, campanarum, v.g. & in ſpeciebus audibilibus, & viſualibus, nam ſonos multarum campanarum, & Cantorum ſimul exiſtentium, & ſonantium diſtinguimus, dum audimus; & duos homines albos æqualiter videmus per varias eorum ſenſibilium ſpecies, inter ſe ſolo numero diſſidentes, & penetratas in ſphæra, aut medio, & ſubinde continuò item fit, eſſe ſimul penetratos in ſenſu duos, aut plures actus viſus, & auditus corporeos eiuſdem ſpeciei, & totidem in imaginatiua, item ſimiles inter ſe, atque corporeos, & corpora.

Quarta definitio eſt, *Corpus eſt ens naturaliter petens dependere ſecundum ſuam entitatem per influxum verum, & realem ab aliqua cauſa corporea*; ſed non placet, quia cauſa iſta corporea per cuius dependentiam conſtituitur corpus, vel dependet ipſa ſimiliter, vt & ipſa corpus ſit, ab alia cauſa corporea, vel non; ſi dicatur primũ, datur proceſſus ſine fine; nam de ea altera cauſa corporea, iterum interrogo, an ab alia dependeat, vt ſit corpus, & ſic de reliquis. Si dicatur ſecundum, nempe cauſam illam eſſe corpus, & corpoream quin ab alio, vt talis ſit, pendeat; ſic argumentorum: Ergo talis cauſa corpus eſt ex alio capite, & non, quia ab alia per influxum dependeat, quod caput dico ego trinè dimenſum, vel ordinatum ad ipſum.

Quintam definitionem ſic tradunt quidam Recentiores.
69 *Corpus eſt compoſitum ſubſtantiale completum, neceſſariò exigens quantitatem, partes vero eius & adiacentia, Corporea ſunt, non Corpora*. fauet fortaſſe illis *P. Suarez* lib.1. de Ani. c.9. nu. 2. & 3. & 3.p. to.3. diſp.51. ſect.4. P. *Conınc.* de Euchar. quæſt.76. art.1. dub. vnico, num.6. & 24. & clarius P. *Ferrarius* hic diſp.2. ar.9. Sed vero ſi ea non declaretur amplius, ſuſtineri poſſe, non videtur; quoniam cuiuis æquo Iudici videbitur eſſe contra *Sacram Scripturam, Concilia, & Patres*; contra fere omnes Interpretes, & Theologos; Contra *Ariſtotelem* Philoſophos antiquos, & modernos, ac etiam fortaſſe contra ipſius definitionis Inuentores, ſi non recurrant ad formas Corporeitatis, & alias ſubſtantiales organizantes corpora, quas ipſi alibi reiecerint; id quod breuiſſime, ac facilè oſtendo, ſed aduerto prius me maximè æſtimare lucem, vel modicam petitam ab *Scriptura*, pro tantis Philoſophiæ tenebris, vtcumque ablegandis.

Etenim ſimpliciter, & abſolute *Sacra Scriptura*, vt videbis in Bibliæ Concordantijs, ſæpe vocat *corpus* materiam noſtram organicam, loquendo de illa ſola, & ſine reſpectu ad Compoſitum, vnde *Salomon* Sapient.8. *veni*, inquit, *ad Corpus incoinquinatum*; & Sap.9. dicitur *Corpus aggrauare Animam*; & Chriſtus D. dixit Marci 14. Magdalena *præuenit vngere Corpus meum*; & inſtituens Euchariſtiam, iterum dicit, *Hoc eſt Corpus meum*; quæ verba, licet re uera præſentent Chriſtum viuum & integrum in Sacramento, Veruntamen ſignificare alteram partem humanitatis Chriſti; nempe materiam primam tradunt *Gabriel, Marſilius, Aegidius, Paludanus* apud *Suarez* infra, organizatam credo ego, & vt eſt Corpus humanum, vti explicatius tradit *P. Lugo* to. de Euchar. diſp.8. ſect.4. à n.78. & ſequitur quantum neceſſarium nobis eſt, & omnino conſentit *Tridentinum* ſeſſ.13. cap.4. *Tirino* interprete, & Authore, Marci 14. ibi, *porro vi, ideſt, ſignificatione verborum ponitur ſub ſpeciebus panis Corpus Chriſti, ſed concomitanter* (*vt Tridentinum loquitur*) *totus Chriſtus, vti conſtat anima, & corpore*; quidquid dicat *Suarez* tom.3. in 3.p. d.50. ſect.4. vbi contendit Corpus ſubſtantiale non eſſe materiam primam, neque ſubinde ſolam ſignificari à Chriſto D. nomine *Corpus*, ſed coniunctam, ideſt, compoſitum aliquo modo ex ea materia, & forma communi animæ Chriſti, vel cadaueris; quæ reſolutio difficile intelligitur, nam vt ipſe

Digitized by Google

ipſe fatetur lib. 1. de Anima c. 2. n. 24. in ſimili, *Hæc ſententia eſt ſatis probabilis, non caret tamen difficultate, & contradictione*, & ideo merito reijcitur a Patribus *Lugo* nu. 60. & *Coninc.* de Euc. q. 76. a. 1. a n. 7.

70 Quoniam negari non debet materiam, præſertim organicã perfecte, hoc eſt, quãtitate, & alijs qualitatibus præcedentibus ad animã, & ipſam conſequentibus diſpoſitam, verè eſſe corpus; ſiquidem id eſt, quod ad *Hebr.* 10. aſſerebat Chriſtus ſibi adaptatum, ibi, *Corpus autem aptaſti mihi*, atque id ipſum eſt, quod *corrumpitur*, ac *diſſoluitur*, non anima immortalis, & Apoſtolus 1. ad *Corint.* 5. terream hanc, & materialem partem noſtram ſecernens ab Spiritu, Corpus appellat ibi, *ego quidem abſens corpore, præſens autem Spiritu*, & euidentius ipſam corpus eſſe demonſtrat 2. *Corint.* 5. docens Corpus noſtrum eſſe animi, & ſpiritus domum terreſtrem diſſoluendam, Veſtem, Tabernaculum, in quo grauati ingemiſcimus, & modo in corpore exiſtentes peregrinari a Domino, & poſtmodum peregrinaturos à Corpore animos noſtros, & præſentes fore ad Dominum; & alibi dixit de ſe *Corint.* 2. 12 *Scio hominem raptum vſque ad tertium Cælum, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio.* Vide in hæc loca SS.PP. & Interpretes, & crede Corpus eſſe, corpus hoc mortale noſtrum, ideſt partem organicam, ſiue totum id, ob quod corruptibiles dicimur & Corporei communiter formaliter nominamur, & ſumus.

S. Thomas 22. q. 175. a. 5.

S. Auguſt.

Ariſtoteles

Rurſus *Ariſtoteles* 2. de Anim. c. 1. & 2. Anima, inquit, eſt *actus primus ſubſtantialis corporis phyſici organici, potentia vitam habentis*; id eſt materiæ quantitate, & reliquis neceſſarijs circumſtantijs diſpoſitæ ad ingreſſum formæ, vt ibidem tex. 4. lect. 1. l. d. tradit S. *Thomas*. *perſpicuum enim eſt*, ait Philoſophus 7. Met. c. 11. tex. 39. *Animam ſubſtantiam eſſe primam, corpus materiam, hominem vero, aut animal eſſe id quod ex vtriſque conſtat*; ac idem repetit l. 2 de Ani. to. 4. conſonat *Auguſtinus* to. 3. lib. *de Spir. & vita* cap. 15. & conſentiunt *Greg. Argentin. Fonſeca, & Communis*, quam ſequuntur hic *Hurtado*, & *Arriaga* d. 1 de Anima, *Conimb.* c. 1. q. 1. a. 1. in 2. de Ani. & P. *Suarez* lib. 1. de Ani. c. 2. num. 1. credit ſententiam eſſe valde probabilem, & ego credo certam eſſe, & conformem principijs fidei, & ſimplici modo loquendi *Sacra Scriptura*; vnde ſapienter concludit S. *Thomas* 2. de Anima lect. 1. cum *Ariſtotele*, ſubiectum, ſiue illam partem compoſiti, quæ eſt materia, & recipit Animam, eſſe corpus, & rectè de ea ſola prædicari corpus. conſonat 3. d. 5. q. 1. a. 2. ad 3. & *Opuſ.* 21. cap. 2. & 5 *Met.* lect. 2. fine. & 3. p. q. 2. a. 4. ad 3.

S. Thomas

S. Thomas

S. Auguſt.

71 Ad hæc, iſti Authores, quibus cum decertamus, & communiter Philoſophi, quod fatetur *Suarez*, præſertim in Summulis diuidentes definitionem in Phyſicam, & Metaphyſicam, ſic exemplificant, vt *Petrus conſtat anima, & corpore*; atque ſic item *Eccleſia* loquitur ibi, *qui glorioſæ Virginis Matris Mariæ corpus, & Animam*; & quidem quam precise, & propriè ad propoſitum vtantur locis allegatis *Sacra Scriptura, Concilia*, & reliqui Doctores nomine *Corpus*, & patet ex eo, quod molem hanc materialem extenſam, plerumque ſenſibilem, ac palpabilem eo nomine ſignificent, & ex dicendis infra in ſolutione argumentorum.

S. Auguſt. 839. q. 7.

Rationibus etiam impugno, quia in nobis eſt corpus, & tale anima non eſt, ergo reliquum. dicitur quidem anima eminenter corpus, quia virtute ſua informare poteſt corpus extenſum, & producere actiones corporeas, ſed neque informando dare poteſt materiæ eſſe corpus, quod non habet, licet poſſit efficienter corpora producere, quibus organizetur corpus reſidentiæ ſuæ, vti fuſius alibi proſequor, deinde lapis dicitur compoſitum ſubſtantiale, & corpus completum, ergo eius partes erunt corporeæ prædicato intrinſeco corporis; ſicuti ſubſtantia completa conſtat incompleta duplici, ad modum, quo ait S. *Thomas* ſupra in 3, materia eſt pars naturæ, & forma altera pars, & totum natura completa, Tertiò, compoſitum exigens quantitatem eſt corpus cõpletum, ergo materia, vel forma exigens quantitatem eſt corpus ſaltem incompletum; nam gratis dicetur Corpus debere ſẽper completum eſſe, vel ſubſtantiam cõpletam. demum opinionem *Scoti* circa corpus tractamus infra, quia continet ſpeciales difficultates alibi examinandas congruentius.

S. Thomas

Deſ.

Digitized by Google

Definitio alia Corporis, quam nouiſſimè illuſtrauit P. Arriaga, proponitur, & impugnatur, ac declaratur magis quid ſit Spiritus.

72 SExta Definitio eſt hac tempeſtate celebrior, cuius meminit P. *Hurtado* in illa diſp. 2. ſect. 3. §. 25. & quam ſequitur & illuſtrat P. *Arriaga* diſ. 1. de An. à n. 100. ibi, *dicendum cenſeo Corpus eſſe ſubſtantiam per ſe impenetrabilem cum alia eiuſdem ſpeciei*: exempli gratia, materia prima eſt Corpus, quia partes habet petentes natura ſua non penetrari cum alijs materiæ partibus; quantitas vero corporea eſt, quia ipſa eſt impenetrabilis, radix, & ratio, ob quam reliqua ſibi coniuncta impenetrabilia ſunt; Corporea etiam ſunt, & non Corpora cætera omnia, tam ſubſtantialia, quam accidentalia, quia ex natura ſua, & conditione pendent ab illa materia; quare in hac opinione Corpus limitatur ad materiam primam, ipſa enim ſola eſt ſubſtantia impenetrabilis modo dicto, per reſpectum ad quantitatem, vel ratione ipſius, cum qua eſt inſeparabiliter coniuncta; & corpus vere diceretur quæcumque ſubſtantia per ſe impenetrabilis, quantumuis indiuiſibilis eſſet, & partes extenſas non haberet; reliqua adiacentia corporea, non corpora ſunt, quatenus corpori ſunt coniuncta, aut debita.

Minus placet iſta definitio, primò, quia arbitrariè ponitur, & ſine ſufficienti ratione. Secundo, quia ſic neque quantitas, neque albedo, nec aliud accidens, quinimo nulla ſubſtantia præter materiã primam erit Corpus, quod videbitur gratis dictum: cur enim alligatur Corpus Prædicamento ſubſtantiæ, & reſtringitur ad ignobilius eius indiuiduum, Ens valde imperfectum, & incompletum phyſicè? vel tantæ molis eſt conſtruere Corpus, vt eius ſtructuræ ſubſtantia debeat eſſe fundamentum? quid ni vagatur Corpus per reliqua prædicamenta, ſi titulus, & ratio ſint pares? vnde ſubſtantia habet ſola id priuilegium, vt ipſa ſola ſit Corpus?

In primis Quantitas, quare Corpus non erit? cum ipſa per ſe formaliter, vel ſaltem reſpecta vt terminus, faciat alia Corpus, id eſt, reddat impenetrabilia, cum præſertim ea hoc ſpeciale indultum habeat à natura, à Deo, & hominibus ſibi ſoli conceſſum, vt reddat non ſolum ſubiecta ſua quanta, & impenetrabilia, ſed etiam ſe ipſam cum alia diſtincta à ſe, & cum ſuiſmet partibus, vt adnotaui in *Tripartita* nu. 808. in qua propterea, ad literam impletur axioma, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*; ponamus ergo Corpora alia prædicamenta, ſi quoque ſint ipſa impenetrabilia per ſe, vel ratione quantitatis, præſertim illa, quæ cum ipſa, & ab ipſa maiorem connexionem, & dependentiam habuerint, quam materia prima; eſſe enim rem ſubſtantiam, vel accidens, non eſt titulus, qui officiat, nec qui proficiat corpori, niſi voluntariè fingatur. *Ariſtoteles 1. Poſt. c. 2.*

Quocirca ſic argumentor. Materia prima eſt Corpus per ſe, quia vel per ſe eſt impenetrabilis, vel ratione quantitatis, a qua per ſe pendet; Ergo quæcumque aliæ Entitates, quæ ſimilem titulum dependentiæ ab eadem quantitate, vel ſtrictiorem, & propter eam ſint impenetrabiles cum alijs ſecum eiuſdem ſpeciei, Corpora item erunt; tales ſunt actio, qua fit quantitas, extenſio, vel eius vbi, ſitus, relatio, duratio, & ſi quæ ſunt eiuſmodi, quæ ſunt dicto modo impenetrabilia per quantitatem, à qua ſtrictius dependent, quam materia, ſiquidem illa pendent à *priori*, hæc à *poſteriori*, illa veluti à cauſa, hæc veluti ab effectu, & paſſione; vel per propriam impenetrabilitatem à ſe hauſtam, & quaſi ſibi extractam per ordinem ad quantitatem. 73

Et ſimiliter concludi poteſt corpora eſſe formas ſubſtantiales, & qualitates, & reliquas entitates, quæ vel inhærent quãtitati, vel ei adhærent, & connaturaliter coniunctæ ſunt; nempe quotquot ab ea neceſſario dependeant, ſaltem eæ, quæ cum alijs ſimilibus ſint impenetrabiles, vti videntur eſſe ſubſiſtentia, vnio, formæ, potentiæ, & ſenſus vitales, & aliæ; neque enim prodeſt reſpondere materiam dependentem eſſe ſubſtantiam, & reliqua dependentia, licet ſtrictè magis, eſſe accidentia; quia voluntaria reſponſio videtur; præter quam quod reperiuntur & aliæ ſubſtantiæ etiam, & modales, æqualiter, aut magis dependentes.

Ad hæc, abſurdum videtur videre alicubi differentiam eſſentialem corporis, & negare ibi corpus adeſſe; atqui in duabus hoſtijs conſecratis videmus aperte

impenetrabilitatem inter ſe, ergo ibidem eſt Corpus, etiam abſente ſubſtantia; præſertim, quia duorum generum non ſubalternatim poſitorum, non inconuenit rationem Corporis, ſicut neque ſpiritus, eſſe communem: Corpus ergo poteſt eſſe, & accidens, & ſubſtantia, ſi quit vtrumque eſſe impenetrabile, ſemper enim dare volumus impenetrabilitatem pro corpore conſtruendo huic ſententiæ, licet falſam eſſe putemus.

74 Tertio diſplicet, nam in ea opinione corpus erit complexum, & ens per accidens, nempe materia, & paſſio ſimul; illa ſubſtantia, vt genus, hæc, vt differentia; itaque Corpus erit materia, & quantitas, vt eſt complexum *videns, & impediens me vi, ne intrem in templum*; & probatur, hęc duo ſunt ſynonyma, & velut definitio, ac definitum, in ea nimirùm ſententia, *Corpus formaliter; ſubſtantia formaliter impenetrabilis cum ſimili*, ſed hoc ſecundum eſt materia, & quantitas, ergo idem eſt illud prius.

Probatur minor; quoniam ſubſtantia ſola, vel materia eſt tantum radicaliter impenetrabilis, nec dici debet per ſe impenetrabilis, quod ſonat formaliter per ſe, ſuamque eſſentiam eſſe talem, licet ritè dicatur *per ſe*, ideſt naturali nexu per ſe petito ab ipſa, coniuncta cum impenetrabilitate, ſua paſſione, quæ eſt ſola quantitas, cuius materia eſt radix naturalis; ſiquidem huius impenetrabilitatis ſubſtantialis, nullum ſignum habemus, neque experientiam, ſed in contrarium habemus, quod dicunt omnes, nempe radices nullatenus habere formaliter, aut pluſquam eminenter, eſſentiam paſſionis ſuæ, neque eius effectus primarios, aut ſecundarios; & ideo ignis, v.g. formaliter non eſt calor, aut ſiccitas, neque calefacit per ſe, nec per ſe opponitur frigori.

Sed & vlterius dicunt doctiſſimi viri in propoſito noſtro, materiam, & quāuis *S. Thomas 4 d 10. q. 1 art. 2 ad 2. q. 2.* aliam ſubſtantiam corpoream ſpoliatam quantitate, fluxuram connaturaliter ad breuius ſpatium, vel ad *punctum*, & ibi retenturam partes ſuas, & materiam ſuam radicalem impenetrabilitatem; *Ariſtoteles lib. 1. c. 15.* quia, vt benè docet *Suarez* diſp. 40. ſect. 1 num. 10. ſubſtantia quantitate carens, non eſt impenetrabilis: ſumunt quippe radices, ait communis ſchola, à paſſionibus ſpeciem, vel perfectionem, & perſiſtentiam in eſſe, ſed modum eſſendi illarum, nunquam. in quo non nego materiam ſumere à quantitate, ſin minus extenſionem impenetrabilitatem, quatenus eius beneficio eſt impenetrabilis, non ſuo.

Quod ſi dicas cum *Arriaga* alibi hoc doceute, materiam eſſe ſimul quantitatem, & ab ea indiſtinctam, præterquam quod contradices Communi, & vt ratus ſum in *Tripartita* num. 808. *Ariſtoteli*, & SS. PP. *Auguſtino*, & *Thomæ* relatis ibi, cogeris dicere ipſam adhuc ſolam eſſe formaliter corpus, & reliqua omnia quantumuis per ſe connexa cum tua *materi-quantitate*, corporea eſſe, non corpora; ſi non es conceſſurus, quod forſan euitare curaſti, quando materiam cum quantitate identificaſti, Corpora pleraque eſſe complexa, imo, & relationes, ita quod differentia, qua forma ſit Corpus, ſit iſta materia impenetrabilis, ad modum, quo S. *Thomas* in noſtra Logica nu. 841. aſſerebat terminum relationis eſſe differentiā, qua ipſa differt a reliquis prædicamentis, quæ non duo, ſed vnum ſunt; faciens vero corpus complexum, vel relationem, nihil intento proficis; quoniam impenetrabilitas non conueniet fundamento, ſed tantum termino, ſeu quantitati, ex qua ſolum redundabit nomen impenetrabilitatis ſubiecto, & oppones te *Auguſtino* dicenti lib. 9. de Trin. c. 4. *mens enim, & Spiritus non relatiuè dicuntur, ſed eſſentiam demonſtrant*, quod neceſſario applicandum item eſt corpori, ſpiritui oppoſito, nam iuxta regulam logicam *Ariſtotelis* tum alibi, tum 6. Top. c. 13. *Vnum oppoſitorum tot modis dicitur quod alterum*. 75

Ariſtoteles hic c. 15. S. Auguſt. C. c 10. S. Thomas 4. d. 10. q. 1 ar. 2. S. Thomas S. Auguſt. Ariſtoteles 1. Top. c. 14.

Quartò impugnari poteſt ea definitio, quia dicere quis poſſet propter ſimile fundamentum, Animā rationalem indiuiſibilē quidem eſſe, & ſine partibus, ſed impenetrabilem per ſe eſſe, aut per ordinē ad materiam, & ſubinde Corpus, vel certè Corpoream; quod probaret ex eo, quod anima ſit compars materiæ, ipſam petens, & appetens innato ordine tranſcendentali, cum ipſa faciens vnum per ſe, ipſius connaturalis actus, &, quod caput eſt, ab ipſa ſpeciem ſumens, & taliter cum ipſa coniuncta, vt nunquam cum alia ſimili viſa ſit penetrari; quid ni ergo propter eiuſmodi connexionem cum materiquātitate, non ſibi aſſumet, inde anima impenetrabilitatem cum ſimili; quam conſequentiam concedere non eſſet improbabile, ne dum erroneum, eos, qui non

ponunt

ponunt rationem ſpiritus in penetrabilitate; neque in impenetrabilitate rationē Corporis.

76 Nec facilè refelleretur ab Aſſertoribus impenetrabilitatis huius definitionis, huiuſmodi temeraria opinatio; quoniam licet Anima rationalis à materia non pendeat, tanquam à ſuſtentante, eiuſmodi ſuſtentatio, dicet ille, ac dependentia, aut erit titulus inſufficiens, ſicut apud vos liquet in vbicationibus materiæ, & quātitatis, & earum actionibus, quibus vt ſint verè corpus, ſuſtentatio, & ſtrictior dependentia non ſatis eſt; vel erit vnus titulus non adæquatus, & vnicus, ob quem forma equi ſit Corpus, vel corporea, & rationes connexionis, & ordines ſupra dicti facient alium titulum ſufficiētem, vt anima rationalis per ſe, vel per ordinem ad materiquantitatem, ſit impenetrabilis, cum Anima ſimili, & ſit Corpus, vt Anima equi, quæ ſine dubio corporea ſaltem eſſet, etiamſi à materia non dependeret, nec ſuſtentaretur, ſiquidem actio, qua crearetur albedo, ſi non eſſet corpus, corporea eſſet, & tamen nec penderet, nec à materia ſuſtentaretur, taliter tamen eſſet, quia cum Corpore coniungeretur, & commenſuraretur.

Quod ſi illi obijcias, ſine dubio Anima ſeparata Petri poteſt penetrari cum tua, ſicut cum ea penetratur Angelus bonus, vel malus; continuò ille negabit, ac dicet iam ſe probaſſe Animas illas ambas eſſe Corpora, & ſic impenetrabiles, vel ſi penetrabiles voles, cuius nullum ſignum vides, vocabit illas corporeas, vt ſunt animæ Bucephali, & Brunelli, quas P. *Arriaga* permittit penetrari, ſi tantum Corporeæ dicantur, & ſint.

Quocirca opinor inſufficienter definiri Corpus ab iſta ſexta ſententia, quam aliter impugnant quoque P. *Hurtado* diſp. 1. de Anima ſect. 4. à 9.61. ad 65. atque Doctrina Patris *Suarez* in metaphyſ. diſp. 40.
Ariſtoteles ſect. 4. n. 20 quæ ſic habet; *non eſt reijcienda*
S. Thomas *reſponſio dicentium materiam ſpoliatam*
ſupra n. 74 *quantitatē, fluxuram ad punctum, quia ſine dubio poſſet Deus in puncto conſtituere totam illam ſubſtantiam, abſque nouo miraculo, quia iam non eſſet repugnantia naturalis*; ideſt impenetrabilitas, *inter partes eius*, auferendo nimirum *vbi* antiquum extenſum, atque nu. 26. dicitur eiuſmodi ſubſtantiam materialem penetrari poſſe cum alijs quibuslibet corporibus, & ſubinde etiam eiuſdem cum illa ſpeciei; in quo conſentit P. *Rubius* cum Antiquis, & Modernis communiter 1. Phyſ. c. 3. num. 77. licet neget P. *Lugo* de Eu. d. 5. ſect. 7. n. 167. legendus, quia nititur curioſo fundamento.

77 Rurſus P. *Suarez* lib. 1. de Anima, cap. 2. per totum, & vberius t. 3. in 3. p. diſp. 50. ſect. 4. expreſsè aſſeruit materiam etiam quantitate affectam, & effectam extenſam, & impenetrabilem, adhuc Corpus non eſſe, neque organicum, nec inorganicum, ſed neceſſario Corpus debere eſſe compoſitum ex tali materia, & anima; neque in re eſſe poſſe aliquid corpus ſine materia, & forma; neque ſignificari poſſe nomine *Corpus* materiam etiam organicam ſolitariam, & quin ibi veniat aliqua forma ſaltem communis, quod eſt mirabile aſſertum, ſi doctiſſimus Pater non loquitur, vt videtur, de Corpore ſubſtantiali phyſicè cōpleto, negare enim Corpora accidentalia, & incompleta non audeo propter dicta ſupra, præſertim à num. 61 & 70.

Quinto impugno, etenim in iſta opinione ſpiritus oppoſito modo erit, nempe *ſubſtantia penetrabilis cum alia eiuſdem ſpeciei licet aliunde foret compoſita partibus trinè dimenſis*. Hoc autem videtur eſſe contra magnos Autores, quibus reſpectum debemus, qui nimirum, ex eo principio colligunt Deum O. M. Angelos, & Animas noſtras indiuiſibiles eſſe, quia ſpiritus ſunt, eo ipſo credentes de eſſentia ſpiritus ſubſtantialis eſſe indiuiſibilitatem formalem, & carere partibus; ita procedunt plerique, ſi non omnes Doctiores.

Ita pro omnibus loquutus eſt vnus *Au-* *S. Auguſt.*
guſtinus to. 4. lib. 2. de *Incarnat.* probando Deum ſpiritum eſſe, quia indiuiſibilis ſit, *impoſſibile namque eſt de incorporeo diuiſionem aliquam fieri*; nempe de quocunque ſubſtantiali ſpiritu, atque idem *Auguſtinus*, quia credidit Animam noſtram ſpiritualem eſſe, dixit t. 1. de Quant. Animæ cap. 4. *non enim vllo modo, aut longa, aut lata, aut quaſi valida ſuſpicanda eſt Anima corporea iſta ſunt; vt mihi videtur, & de conſuetudine corporum; ſic Animam quærimus*.

S. Auguſtinum imitantur *S. Thomas* 1. p. 78
q. 3. a. 1. & 7. vbi ex eo probat *Deum* non *S. Thomas*
eſſe trinè dimenſum, aut diuiſibilem, ſed omnino ſimplicem; quia ſit ſpiritus, & non corpus; & ibi omnes Interpretes;

Digitized by Google

atque *Angelos*, quia incorporei ſunt, ideſt ſpirituales, non habere partes trine dimenſas, nec alias, ſed eſſe ſubſtantias omnino indiuiſibiles, tradunt *Bubalus* de Angelis q.50.a.1.q.3.§.2. & 10.& ibi *S.Thomas*, S.*Bonau*. & *Theologi* omnes fundati in teſtimonio *de Sum. Trinit.* citato ſupra num.87.& *Animaſtici*, apud quos ea eſt fida argumentatio, *Anima rationalis eſt ſpiritus, ergo indiuiſibilis;* licet non hæc, *Anima eſt indiuiſibilis, ergo non corporea:* & magis directe ad propoſitum P.*Vazquez*, quem allegat, & ſequitur P. *Hurtado* de Anima diſp.2. ſect.5.§.75. vbi probat de conceptu Spiritus eſſe carere compoſitione partium integrantium, qui facile ſe poſſet liberare ab impugnationibus Patris *Arriaga*, declarando ſe loqui de ſpiritu ſubſtantiali, in quo nulla eſt diſſenſio; atque ſpiritualibus alijs rebus, ideſt, ordinatis ad Spiritum, non inconuenire partes habere; quemadmodum reſpondet P.*Arriaga*, quando illi opponis aliquot qualitates corporeas penetrarij, quas propterea dicit corporeas eſſe, non corpora.

S. Thomas

Demum de facto penetrantur ſuperficies loci, & locati, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, nempe ſuperficies materiæ vaſis, cum ſuperficie materiæ liquoris inibi contenti; & ſimili modo penetratæ inexiſtunt ſuperficies duæ quantitatum, & tamen ea corpora ſunt, ergo. Maior probatur à communi ſententia paſſim; & alibi à nobis demonſtranda erit.

79 Sanè iſta opinio de *Corpore impenetrabili*, videtur adinuenta ab ingenioſis Viris, non alia ratione, niſi quia ſic eorum variæ opiniones cohærenter ſibi conſtarent; quemadmodum ab aliquibus Aſtrologis inuecta eſt opinio de circulis, ſiue Epyciclis Planetarum, quò ſic eorum motus varios, & apparitiones facilè declararent. Maneat ergo ſtabilitum Corpus eſſe, quod habet trinam dimenſionem, vel ad eam complendam quoquomodo ordinatur; & Spiritum oppoſito modo eſſe; licet fatendum ſit corpori huic conuenire tanquam proprietates, vel accidentia connaturalia, illa prædicata, quæ in aliorum definitionibus continentur.

Tertia pars Sectionis reſpondet validiſſimis grauium Doctorum argumentis, contra ſtatutam corporis definitionem.

OBijcitur nobis primò. *Vbi* ſucceſſiuũ Angelicum, vel Animæ rationalis, eſt longum, & conſequenter eſt veluti linea habens partes longitudinis, ſectiles in infinitum, non minus quam linea quãtitatis, & tamen eſt ſpirituale; ergo non repugnat ſpiritui habere dimenſiones; neque Corporis definitio bona eſt. Reſpondeo conceſſa maiori, & minori, negando conſequentiam; quia non ſatis eſt ad Corpus perficiendum, vt loquitur *Auguſtinus*, habere longitudinem tantum, ſed vlterius requiritur ordinari ad componendum Corpus trine dimenſum, vel eſſe trine dimenſum.

S. Auguſt.

Obijcitur ſecundò. Quoduis *Vbi* ſpirituale creatum, ſiue Angelicum, ſiue noſtri Animi, eſt trine dimenſum, omnino commenſuratum ſpatio, cui præſens eſt Angelus, quod ſolet, vel poteſt eſſe ſatis amplum, & grande; ergo vel id *vbi* eſt Corpus, aut ſi Spiritus, definitio noſtra conuenit alijs à definito Corpore. Antecedens tenent Patres *Suarez* in Met. diſt.40. ſect.1. num.10. & tomo de Angelis lib.4. cap.17. per totum, *Bubalus* de Angelis quæſt.52.art.1. quæſito 2. difficultate vltima, & *Arriaga* diſp.1. de Anima ſect.4. à num.61. *Tollez* d.64. ſect.4 & ibi *Arrubal. F. Amicus, Tannerus, Barthol. Amicus*. Et probant vrgenter ex abſurdis, quæ ex oppoſito conſequuntur, quæ vero nos poſſunt tangere, hæc ſunt.

Primo, quia ſi vbicationes ſpirituales, 80
partes non habeant, ad modum, quo habent corporeæ, ſequitur manifeſtè produci ab Angelo mouente ſe, infinitas Vbicationes, non inter ſe vnitas, neque communicantes; ſiquidem dum ſe mouet motu, ſiue latione continua, tot integras vbicationes in ſe producit, quot ſunt loci, aut temporis partes, cui Angelus correſpondet, vel motus eius; eæ vero partes infinitæ ſunt, ſicut, & ſunt puncta loci, & temporis inſtantia quoque infinita, in quibus item producit Angelus ſimiliter vbicationes ſuas.

Atqui infinita hæc Vbicationum clarius adhuc, & abundantius viſuntur in

Anima

Anima noſtra, corpus informante; ipſa enim perpetuò vbicationes mutat, ſi eæ partes non habent, non tantum quando Cor pulſat, vel Caput, aut alia Corporis pars præ aliquo tremore cõtinuò cietur; vel etiam ſucceſſiuè mouemur de loco vno in alium, vti mouebatur Angelus; verum etiam quando nutrimur, & conuertimus ſubſtantiam alimenti in ſubſtãtiam aliti, ſiue noſtram; etenim, vt alibi dicemus, nutritio ſucceſſiuè fit, & ſubinde Anima locum mutat, ſiue loci partes acquirit correſpondenter ad temporis infinitas; ita quod in ſe producat tot *vbi*, quot ſunt temporis partes, & inſtantia; hæc autem infinita ſunt, vt nos planè cõfitemur; quod ſi ſimul Anima moueatur localiter, & nutriat acquirẽdo nouas partes materiæ, & eæ partes ipſi vnitæ in tempore, continuò terminari dicantur ante inſtans, apparent continuò ab Anima fieri plura ſimul infinita.

Secundo videtur facere contra noſtras opiniones caſus hic, nimirùm Angelus adeſt, qui potens occupare totum hoc cubiculum, cohibet ſe, & continet in dimidio, pro aliquo tempore; poſtmodum vero vult quaſi extendi, & mouendo ſe complere totum cubiculum, ita tamen, vt non deſerat, nec locum primum, neque *vbi*, quo inerat ibi. Ecce Angelus habebit vbicationem longam ſectilem in partes, nempe partem primam priſtinam, & ſecundam nouam; nam habere ſimul duas totales vbicationes eſt impoſſibile; ſiquidem nihil ſimul poteſt naturaliter eſſe in multis totalibus locis; ad hæc, etiam in iſto caſu apparebit infinitudo vbicationum, quaſi ſucceſſiuarum, ſi Angelus motu continuo, & non diſcreto ſe extenderit ad reliquum cubiculi.

81 Reſponderent facile huic argumento, & ab eius grandi vi ſe liberarent *Ariſtoteles*, *S. Auguſtinus*, *S. Thomas*, & alij complures, qui, vt legiſti in *Tripartita*, à nu. 958. negarunt iſtas modales vbicationes diſtinctas à locis, & locatis: ſed vero datis ijs, & conceſſis propter *Torrentem* Recentiorum, ſatius eſſe iudicaui admittere infinitudines enumeratas earum, quam confundere corpus cum ſpiritu, id eſt, cõtra *Ariſtotelem*, *SS. Patres*, & fortaſſe *S. Scripturam*, facere ſpiritum trina dimenſum, hoc eſt, Corpus.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas
Ariſtoteles

Quocirca in forma nego totum Enthymema, & concedo ſequelas, quæ abſurdæ non ſunt, quia item ab Aduerſarijs ſimiles conceduntur, ſiquidem omnes concedimus in vbicationibus ſucceſſiuis rerum, tam ſpiritualium, quam corporalium, interſeri ſua continuatiua partium, indiuiſibilia, quæ ſunt *vbi* integra, commenſurata mouenti ſe, eaque eſſe infinita inter ſe æqualia, correſpondentia nimirum infinitis inſtantibus temporis; temperamus verò duriuſculam iſtam aſſertionem, dicentes eiuſmodi entitates parum durare, nunquam ſimul eſſe, vel ſaltem duas; ordinatas eſſe ad conſtituendum quidpiam finitum, & limitatum, & exiſtens in minimo, vel non infinito ſpatio; neque eiuſmodi infinita magnæ molis eſſe, aut difficilia factu; neque Angeli, vel animi perfectionem excedere; neque enim per vnius *vbi* productionem, vel infinitorum, imminuta eſt earum cauſarum virtus, aut potentia.

Hæc tamen ego proſequor cõmodius ad 3. Phyſicorum, vbi oſtendo eiuſmodi infinita non implicare.

Legantur item P. *Hurtado* d. 2. de Anima ſect. 4. a. §. 77. vbi bene reſpondet eiuſmodi argumentis; neque recuſat admittere iſtas vbicationes infinitas, quemadmodum, inquit §. 85. P. *Suarez admiſit infinita puncta componentia quantitatem finitam*, nec P. *Prapoſitus* 1. p. q. 52. ar. 1. dub. 2. nec alij, quibus conſonant *Granado* de Angelis tract. 9. d. 3. ſect. 3. nu. 18. *Vazquez* d. 188. c. 7. nu. 3. *Mendoza* d. 12. Metaphyſ. ſect. 6. num. 57. *Maratius* tract. de Angelis d. 15. *Herico* 1. p. d. 48. nu. 40. *Albertin.* de *vbi*. Bætici mei Magiſtri *Hemelman*. *Eſpinoſa*. *Auiles* in M. S. & communiter Recentiores, quotquot opinantur *vbi* Angelicum eſſe omnino indiuiſibile inſtar ſubiecti. quod ſupponit item P. D. *Ruiz* de Trinit. d. 27. ſect. 2. nu. 1. & *Lugo* de Euch. d. 5 nu. 75.

Ad illud ſecundum de motu Angeli diſcreto, vel ſucceſſiuo, ad nouum ſpatium, priori retẽto, dico id debere fieri per *vbi* 82
indiuiſibile nouum, quod eminẽter quaſi impleat, & occupet totum cubiculum, deſtructo *vbi* priori; ac ſimile *vbi* quaſi repetendum erit toto tempore, quo non ſiſtat Angelus, licet infinita *vbi* producenda fuerint, quemadmodum contingit quando tu ſedes, & ſucceſſiuè aſſurgis, vel ſedens manum ſurſum eleuas, tunc enim tot *vbi* totalia ſpiritualia producis, quot ſunt partes, & inſtantia temporis, & quot.

ſunt

ſunt partes, & puncta loci, quem de nouo occupas, licet ea debeant eſſe infinita. Hic diligẽter nota duo, primum eſt, nunquam poſſe euenire, quod Angelus, vel Anima careat *vbi* ſuo, nam in ipſo inſtanti, aut parte temporis, qua perit vnum, adeſt aliud nouum. Secundum eſt, perinde eſſe concedere in motu rei ſpiritualis infinitas vbicationes æquales, quæ ſunt veluti inſertæ vniones partium ſucceſſiuarum, quas Aduerſarij admittunt, atque concedere partes ſimiliter eſſe; quid enim intereſt, ſi vnum infinitum numeri tu admittas, & ego duo, aut quatuor, præſertim quod tuum eſt indiuiduorum formaliter conſtantium partibus trine dimenſis; noſtra verò indiuiſibilium formaliter; quarè æqua, ſiqua eſt, abſurditas in vtriſque.

Objicitur tertiò. Actus, & habitus ſpirituales ſolent habere partes *intenſionis*, quinimo, & *extenſionis*, ergo habere eiuſmodi partes, non eſt proprium Corporum; antecedens, quod attinet ad partes intenſionis, non habet difficultatem, cuncti eam admittimus; extenſionem verò negare non poſſunt in primis, qui ponunt judicium, atque diſcurſum eſſe congeries apprehenſionum, ſi eæ vniantur; neque, qui credunt per actum vnum poſſe cognoſci plura; maximè, ſi aliquot ex eis cognoſcantur clarè, & euidenter; aliquot credantur, vel confusè tangantur.

S. Thomas 12. q. 52. & q. 54. art. 4. ad 3.

83 Reſpondeo omittendo antecedens, ſit vti voles, etiam quod continetur in eius probatione, quod alibi examino; ad propoſitum ſufficit mihi reſpondere eiuſmodi actus, & habitus quantumuis intenſos, & extenſos, eſſe non poſſe trine dimenſos; id quod de intẽſione eſt manifeſtum; de extenſione probatur; quia eſſe actum extenſum ad ſummum, nil eſt aliud, niſi habere particulas realiter diſtinctas, deſtinatas ad varia obiecta cognoſcenda; quoniam vero eæ particulæ inexiſtunt in ſubiecto impartibili, vti eſt intellectus, nullam habent molis extenſionem, etiam ſi intellectus ſit præſens animæ in toto noſtro corpore, vbi ipſa eſt, & ſicut ipſa, etiam in calcaneo, eiuſmodi enim exiſtentia, & coexiſtentia ſit eminenter, non formaliter; ſed neque formalem hanc partium extenſionem prætendit argumentum; ſed tantum integrantem, quam illi nos impune concedimus.

Objicias quartò, pro ſatisfactione Tyronum, multæ res ſpirituales habent trinam dimenſionem, ergo non eſt Corpus quidquid eſt longum, latum, & profundũ; Antecedens probas primo, quia Iumentorum animæ, aer, & ventus, teſtante Deo, ſunt res ſpirituales, legimus enim in Eccleſiaſte cap. 3. 21. *Quis nouit ſi Spiritus filiorum Adam, aſcendat ſurſum, & Spiritus iumentorum deſcendat deorſum*, & Gen. 8. *adduxit Deus Spiritum ſuper terram, & imminuta ſunt aquæ*; & aliunde ſunt trinè dimenſa. Secundo, nam caſu, quo Angelus meus pro ſua perfectione occupet ſuo *vbi*, ſiue præſentia, totum hoc gymnaſium, id eſt latitudinem eius, longitudinem, & profunditatem, non poteſt non *vbi* hoc habere eaſdem, vel ſimiles dimẽſiones, vt pote quod locum totum hunc impleat, & illi omnino accommodetur; ſicut habet totidem dimẽſiones lux hæc, quæ, & quia implet idem ſpatium, & ei accommodatur. Tertiò probatur, quoniam cognitio Angelica de materia prima, vel de quantitate, videtur neceſſario habitura trinam dimenſionem, ſiquidem ad viuum exprimit, & repræſentat res trinè dimenſas, & cum ipſis habet ſtrictiſſimam connexionem.

Reſpondeo negando antecedens, ad cuius primam probationem dico ibi à Deo, dum non loquitur de Anima ſpirituali filiorum Adam, nomine *Spiritus* ſignificari tum vitam, ſeu animam brutorum viuentem, ac reſpiratione vtentem; tum etiam ventum, præſertim vrentem, & exſiccantem, ac vehementem, ita rite dictum præ ſubtilitate, ac celeritate; qui propterea in ſacra *Scriptura* expreſsè *vehemens* dicitur ibi. *Factus eſt*, ait *Lucas* Act. 2. *repente de Cælo ſonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis*. 84

S. Thomas 1. p. q. 36. a. 1. c. & 1. d. 10. a. 4. c.

Ad ſecundam probationem, negandum eſt *vbi* angelicum habere trinam dimenſionem formaliter; fatendum vero correſpondere illi ſpatio ſolum eminenter; ea enim eſt Eminentia *vbi* illius; imo, & ſubſtantiæ Angelicæ, vt coexiſtere poſſit loco extenſo, ac trinè dimenſo, ipſumque implere ſine vlla partium integrantium multitudine; ſicut Anima noſtra coexiſtit corpori, ac Deus omnino indiuiſibilis, qui de ſe dicit, *Cælum, & Terram ego impleo*.

Quod ſi percipi poteſt quo pacto ſubſtantia indiuiſibilis Angeli coexiſtat ſpatio diuiſibili, & extenſo, ſine formali extenſione, cum ſola virtuali, & eminentiali,

li, percipiatur etiam quo modo vbicationes ſpiritualium ſubſtantiarũ careant formali partium dimenſione, etiam quando correſpondeant corporibus trina dimenſione extenſis,

Tertia probatio non vrget, quia probat plus iuſto, nempè diuinam Sapientiam fore corpoream, vt cognoſcit corpora, & accidentalem, vt cognoſcit accidẽtia, quod eſt omnino falſum; quare dicendum cognitionem Angeli verſantem circa trinè dimenſa, non eſſe trinè dimenſam; quia licet corpora repręſentet, non tamen cum eis ita connectitur intrinſecè, vt ad ipſorum trinam dimenſionem componẽdam ordinetur, aut ſeruiat ſed potius valde extrinſeca illis eſt, neque ijs vllo modo inhæret, vel vnitur.

85 Sed inde inſtabis, ergo Anima rationalis eſt corpus; patet conſequẽtia; quoniam ipſa ex natura, & conditione ſua ordinata eſt ad complendam rem corpoream, trinè dimenſam, nempè materiam primam, quod quidem facit intrinſecè vniendo ſe cum illa. Sed nego conſequentiam, & ad probationem dico, dato quod Anima noſtra ordinetur modo dicto ad complendam materiam, & cum illa vnita compoſitum componat, nõ ideo eſt corpus, quia ipſa non habet trinam dimenſionem, neque ad eam componẽdam ordinatur; ordinari enim ad complendam, ſiue ſatiandam illius capacitatem, in ordine ad compoſitum faciendum, eſt munus valdè diuerſum ab eo, quod eſt ordinari ad componendum dimenſiones, vt liquidum eſt: quarè primum, quod habet Anima non obeſt ſpiritui, qui ob eminentiam quit coexiſtere, & aſſiſtere Corpori trinè dimenſo, vti declaratum eſt; ſecundum verò obeſt, quo caret Anima.

Quarta pars Sectionis ſatisfacit reliquis argumentis cõtra noſtram definitionem Corporis.

OBijcitur quintò, multa Corpora de facto exiſtunt, & multa poſſunt eſſe omninò indiuiſibilia formaliter, ac ſine trina dimenſione; ergo non eſt de definitione Corporis trina dimenſio; Antecedens tenent grauiſſimi Authores. Primò P. *Suarez* lib. 1. de Anima cap. 13. n. 9. & 7. & ibi S. *Auguſtinus*, S. *Thomas*, S. *Bonauentura*, *Caietanus*, *Albertus Magnus*, *Abulenſis*, *Iauellus*, & apud *Conimb.* 2. de Anima c. 1. q. 8. a. 2. *Alexander*, *Hernaus*, *Alenſis*, *Ferrariens*, plerique Thomiſtæ, & alij multi defendũt Animas Animalium perfectorum Leonis, equi, & huiuſmodi, eſſe quidem corporeas, ſed omninò ſine partibus, & indiuiſibiles.

S. Auguſt.

S. Thomas

Secundò in *Suarez* ſupra n. 2. & *Conimbricenſ.* art. 1. opinati ſunt animas omnes corporeas etiam arborum, & plantarum eſſe indiuiſibiles, & ſine partibus S. *Nemeſius*, *Marſilius*, qui putat idem tradidiſſe *Platonem*, *Amonium*, *Plotinum*, & *Porphyrium Tianenſis*, *Pompanatius* citans pro ſe *Hugonem Senenſem*, & S. *Auguſtinum* lib. de Immort. Animæ cap. vlt. S. *Gregorius Niſſenus*, *Simplicius*, & alij. quiuimo materiam, & formas ſubſtantiales, indiuiſibiles eſſe opinantur *Capreol. Caiet. Ferrar. Soncin. Niphus*, *Sotus Tolet. Durand. Alber. Mag.* apud *Rubium* 1. Phyſ, cap. 3. q. 2. S. Auguſt.

Tertiò docti Recentiores credunt non implicare Corpus indiuiſibile, atqui Magiſter meus in M.S. Diſp. de *Modis*, ſect. 12. aſſeruit eſſe poſſibile *vbi* Corporeum, quo res corporea, ac diuiſibilis redigeretur, & conſtitueretur in pũcto, ad modum, quo multi dicunt futuram natura ſua ſubſtantiam, ſeparata quantitate. addidit verò tale *vbi* habiturum neceſſario partes entitatiuas integrantes. 86

S. Thomas 4. con Gen. c. 65.

Sed verò P. *Arriaga* preſſius rem tractat, & multis probare intendit diſp. 1. de Anima, tota ſect. 5. non eſſe de ratione Corporis partes habere, & nu. 157. ait, *non repugnat de potentia abſoluta forma aliqua materialis, ſiue corporea indiuiſibilis*; vt nimirum ponuntur formæ viuentes à præcitatis Authoribus; ratio ergo eorum omnium eſt, quam adducit *Suarez* num. 13. quia non eſt de eſſentia formæ corporeæ, extenſio partium, ſed dependentia à ſubiecto materiali, quæ ſola dependentia facit, vt prædictæ formæ viuentes, ſpirituales non ſint, licet ſint omnino indiuiſibiles.

Reſpondeo, & nego antecedẽs; ad eius probationem petitam ab authoritate, dico plures Authores eſſe pro nobis, vt videbis ſupra num. 63. & lib. 1. de *Anima*, quando de hoc puncto tractemus, & in *Conimb.* & *Tellez* d. 78. ſect. 5. ad rationem dic probaſſe nos ſupra Corpus eſſe non poſſe ſine ſua eſſentia, quæ petit dimenſiones, & extenſionem partium, vel ordinem ad ipſas, vti ſuperius declaratum eſt;

vnde

Digitized by Google

vnde vlterius ſit implicare etiam de potentia abſoluta fieri corpus inextenſum, ideſt, ſine corporis eſſentia; & quidem *vbi* Euchariſtiæ, quo, videlicet, Chriſtus ibi indiuiſibiliter exiſtit, trinè quoque dimenſum, ſi Corpus erit, debet eſſe, vt optime declarat *Granado* videndus in ea Controuerſia.

87 Objicitur ſextò, veſtra Corporis definitio traditur per diſiunctum, vel coniunctum, ſiquidem dicitis Corpus eſſe quidquid habet trinam dimenſionem, vel ſi duas, aut vnam, ad trinam illam componendam ordinatur; qui modus definiendi communiter, & item à S. *Auguſtino* reprehenditur, ergo ea definitio nõ eſt bona; ſed concedo antecedens, & nego conſequentiam; bona enim definitio eſt, quomodolibet tradita, ſi ſufficienter declaret rei ignotæ eſſentiam, quomodo noſtra declarat eſſentiam Corporis, & ideo vt bona recipitur in ſcholis hæc definitio *Ariſtotelis* tradita per diſiunctum, vel cõiunctum in 2. de Anima cap. 2. dicentis: *Anima autem illud eſt, quo viuimus, & ſentimus & mouemur & intelligimus primo.*

S. Auguſt. l. de Ord. & de quantit. an. c. 25.

Quæ Animæ definitio non ita intelligenda eſt, vt ab omni anima oriantur illæ omnes operationes copulatiue, ſed diſiunctè, vel diuiſiuè vnaquæque ab vnaquaque, ita vt Anima ſit, quæ ſentit, vel mouet ſe, vel intelligit, vel viuit, vel ſi copulatiuè ſumatur, eius ſenſus ſit, nullam illarum operationum prodire ab alio quod non ſit anima; ita quod anima ſola ſit, quæ ſentit, & quæ viuit, & quæ mouet ſe, & intelligit, atque eodem modo contingit in propoſito; Corpus enim eſt quod habet trinam dimenſionem, & quod habet duas, & quod habet vnam; vel illud, vel hæc, quæ tamen alias ad illud trinè dimenſum complendum ordinentur. fateor ingenuè eiuſmodi definitiones imperfectas eſſe, ſicut ſimiliter eſſe ſuas confitentur ingenuè aduerſæ partis Authores; ſed hæc eſt hominum ſcientia, & intellectus noſtri corpore præpediti ignorantia, qui non ſemper optimas definitiones etiam rei, qua circumdatur, obuias habeat, quid quæſo luce clarius, & tamen eius definitionem ingenia lucidiſſima, quaſi ignorare cõperies?

88 Objicitur ſeptimo, lux hæc Solis diffuſa per orbem, eſt trinè dimenſa; & tamen corpus non eſt, ergo non eſt corpus quidquid eſt trinè dimenſum, ſi præterea ſubſtantia, aut quantitas, vel id vtrumque non eſt. Antecedens fusè probat S. *Thomas* 1. p. q. 67. a. 2. c. vbi reſpondet *dicendum quod impoſſibile eſt lumen*, ſeu lucem, *eſſe Corpus*, quia nimirum longè, lateque diffuſum, penetratum eſt cum alio corpore, nempe aere, *at non eſt poſſibile ſecundum naturam duo corpora eſſe ſimul in eodem loco, qualiacumque corpora ſunt*; ſed nego lucem non eſſe corpus ſimplex accidentale, cum ſit trinè dimenſa, neque contradicit *S. Thomas*, qui ſolum contendit lumen non eſſe corpus aliquod naturale, ſiue ſubſtantiale compoſitum, ſiue ſimplex quantitatiuum, pertinens ad prædicamentum ſubſtantiæ, vt colligo ex contextu, & articulo 3. ſequenti, vbi probat lucem, qualitatem eſſe, quæ ſine dubio nequit non eſſe corporea, ſi non eſt corpus. *S. Thom.*

Hæc eſt mens Angelici Doctoris, qui lucem videbat penetrabilem, & ſpiritualem ſciebat non eſſe, veruntamen ibi cõtra ſe ſibi objicit *Ariſtotelem*, & *Auguſtinum*, quod hic dixerit lib. 3. de lib. arb. c. 5. lucem in corporibus, primum tenere locum: & ille lumen eſſe ſpeciem ignis; quos in ſuam ſententiam trahit explicando loqui *Auguſtinum* de ignis lucidiſſimo elemento; *Philoſophum* vero, de igne, aut flamma acceńsa, ideſt, de materia ſuccenſa, vt manifeſtum nobis fiat iſtos tres illuſtriſſimos magiſtros nondum clarè declaraſſe an lux dicenda ſit corpus. ſatis ergo nobis ſit ea, quæ confusè, & opinanter ſcimus, præclaro ſtilo dicere; nam quæ confuſa, & obſcura valde ſunt, confuſa quadam, & indigeſta methodo, & dicendi ratione, quantumuis ſubtili adſerta, edicere, cerebrum proſcindit, intellectum confundit, & animum legentium ab ſtudio auertit. *Ariſtoteles* *S. Auguſt.*

Octauo objicitur. Corpus trinè dimẽſum eſt mathematicum, non phyſicum, de quo in Phyſica tractamus; ergo hoc aliter definiendum fuit, vt ab iſto diſtinguatur; ſiquidem ſupra num. 64 diuidebamus corpus in ea duo membra. Reſpondeo corpus trinè dimenſum tale debere eſſe, prout diſtinguitur ab Spiritu, & ſic ſecundum ſe indifferens eſt, vt dicatur mathematicum, aut phyſicum, mathematicum dicetur, vt menſurabile, quo pacto à Mathematica conſideratur; Phyſicum vero vt eſt mobile, quo modo à Phyſica attenditur; quemadmodum de

vni-

Digitized by Google

vniuerſali nominando *Logico*, aut *Metaphyſico*, olim dixi in *Tripartita* nu.634.

89 Poſtremò Authores quintæ definitionis, viderunt impugnationes noſtras, & objiciunt mirabilia; primum eſt nomen *Corpus* in Scriptura ſacra, & Patribus æquiuocum eſſe, neque ſignificare poſſe Corpus Logicum, aut Phyſicum Scholaſtico more. Secundo mirantur, quod dixerimus Corpus vagari per omnia prædicamenta, & Corpora dici Lapidem, Vbi, Quantitatem, Qualitates, & cætera, quod abſurdum putant, quia ſi ſic eſt, inquiunt, Corpus in Communi non erit genus, quia nihil eſt commune vniuocè decem prædicamentis, atque ineptè poſitum erit tanquam genus in *Tripartita* noſtra in arbore prædicamentali ſubſtantiæ, præſertim quia *S.Thomas* 1.p.q.18.a.2 c. dixit *nomen Corpus impoſitum eſt ad ſignificandum quoddam genus ſubſtantiarum, ex eo quod inueniantur in eis tres dimenſiones*. *S. Thomas*

Tertiò, vt ſe tueantur à teſtimonijs S.Scripturæ, Eccleſiæ, Concilij, & SS.Patrum, recurrunt ad Aſyla Philoſophica quædam, nempe ad *Corporeitatem* Scoticam; & ad quaſdam formas carnis, oſſis, cartilaginum, & huiuſmodi, quas adſtruunt in humano corpore, vt ipſum etiam ſine anima, aut, ea non intellecta, adhuc ſit compoſitum ſubſtantiale exigens quantitatem, hoc eſt ſuum Corpus, non Corpus Chriſti, aut noſtrum, quod dicunt *Ariſtoteles S.Thomas*, & communiter *Animaſtici*, eſſe ſolam materiam, quam informat Anima. *Ariſtoteles* *S. Thomas* Quartò opponunt, ex PP. *Suarez*, qui tenuit *Corpus* in verbis Chriſti conſecrantis ſignificare materiam primam, & rationem formæ communem viuæ, & mortuæ; & *Vazquez*, qui opinatus eſt ſignificare præter materiam, formam illam vtramque ſub diſiunctione, nimirum, vnam, aut alterã, cui non cõtradicit P.C.*Lugo*, & ego gaudeo ſuper hoc, quia video exploratum eſſe ac certum *Scripturam* loqui de ſpecie Corporis preſſe, & propriè, ſiquidem omnes hi Doctores, & item Iuniores confugiunt ad propriam definitionem, & acceptionem Corporis, quo declarent Chriſti D. verba propria, & mentem, vnuſquiſque, videlicet, iuxta modum ſuum, & opinionem de Corpore.

90 Sed ego reſpondeo ad primum, concedendo æquiuocam vocem eſſe in Scripturis nomen *Corpus*, ſed iam à nobis factam eſſe vniuocam ex regula *S.Thoma* ſupra num.61. referendo illam ad vniuocatum Corpus, de quo item loquuntur frequenter *Scriptura*, & PP. tum alibi, tum locis à me adductis, quod verum eſſe, vel ipſi Aduerſarij demonſtrant facto ſuo, vt paulo ante annotaui videndo *Scotum*, & eius diſcipulos, *S.Thomam*, & Thomiſtas relatos pro ſe à *Suarez*, ipſum *Suarez*, *Vazquez*, Eminentiſs. *Lugo*, & iſtos Modernos recurrere ad proprias opiniones de Corpore, vt Chriſtum intelligant loquentem de Corpore ſuo. *S. Thomas.*

Ad ſecundum dicit *S.Thomas* in genere 1.p.q.3.a.1. in principio, *Corpus eſt quod habet trinam dimenſionem*; quid ni ergo corpus erit quidquid trinam dimenſionem habeat; aut cur corpus alligandum eſt prædicamẽto ſubſtantiæ, cũ nec Deus, neque diuinum aliquod ſit; ſiquidẽ Spiritus tranſcendit quoque multa prædicamenta; namque Spiritus eſt Angelus, eius intellectus, & vbi, & huiuſmodi; ex quo inferas rationem communiſſimam Corporis, genus propriè non eſſe, quia tranſcendit differentias, ſeu modos ſuos, eſſe vero vniuocam, propter dicta de Ente in communi in *Tripartita* num.977. Corpus verò illud, quod poſitum eſt in linea ſubſtantiæ, eſt minus vniuerſale, quia eſt Corpus ſubſtantiale completum, aut quaſi completum, & verè genus, de quo ſolo, vti de perfectiori loquutus eſt ſupra *S.Thomas*, ſiue de inferioribus, quæ ſub ipſo perfecto genere continentur. *S. Thomas* *S. Thomas*

91 Ad tertium, quod viget parum, alibi reſpondebo, quando reijciam eas formas ſuperfluas, & inutiles ad faciendum Corpus etiam organicum, vti iudicarunt ante me *Ariſtoteles*, *S.Thomas*, & Interpretes, vt ibi in tertio hoc argumento tãgebam. *Ariſtoteles* *S. Thomas*

Ad quartum petitum ex tantis Patribus, dico primo oppoſitum docuiſſe *Ariſtotelem*, & *S. Thomam* loquentes de Corpore organico, quod Anima informat, & quod integrè ſaluatur in materia, iuxta ſententiam, quam vocat communem *P.Arriaga* quod nec negat *P.Suarez* de Anima, lib.1.cap.2. n.1. Secundo dico Concilium putaſſe nomine *Corpus* nullo modo animam ſignificari, neque in communi, neque ſub diſiunctione; ſiquidem decreuit Animam Chriſti poni in Euchariſtia, non ex vi, & ſignificatione verborum conſecrationis, ſed concomitanter;

& quidem hæc verba *Hoc eſt corpus meũ*, non his æquipollent, *Hæc eſt mea materia organizata accidentaliter, & ſubſtantialiter per formam ſubſtantialem, ſiue communem viuæ, & mortuæ, ſiue per vnam, aut alterã*.

Quod colligo tum ex *Tridentino*, tum ex ſententia *Philoſophi* opinantis materiam non indigere formis, vt ſit corpus, neque organicam materiam indigere formis viuis, aut mortuis, vt corpus organicum ſit, vt ex ſuperioribus ſatis conſtat; præterquam quod ſi ab initio *Corpus organicum* ſignificat quoque formas, vel ſubſtantiales organizationes, ſine dubio eas ſignificabit in recto, nam *organicum* illas directè ſignificat, ſicut *humanum*, ad modum, quo *homo muſicus* in recto ſignificat *habens & formam*, licet hæc efferatur accuſatiuo, caſu obliquo, vt alibi commodius proſequar: ſignificari verò à vocibus illis *Corpus meum* organizationem ſubſtantialem in recto etiam diſiunctiuè, non admittit P. Card. *Lugo*, ſed in alijs reprehendit.

92 Sed tamen eſto verum ſit corpus organicum, cuius mentionem faciunt *Philoſophus*, *Auguſtinus*; & *Thomas* tenentes totum tenere ſe ex parte materiæ, accidentaliter organizatæ, vt legis ſupra n. 70. ſignificare materiam diſpoſitam, & Animam ſecundum quod dat gradum ſpecificum corporis ſubſtantialiter ipſam organizando, vt contendit cum *S. Thoma*, & Thomiſtis *Suarez* lib. 1. de Anima, c. 2. atque ſimili modo corpus humanum ſimiliter organicum, de quo loquitur Chriſtus D. conſecrans, dicat in recto duo, nempe materiam, & rationem communem animæ viuæ & mortuæ, ſecundum quod dat gradum corporis ſpecifici organici, organizando ſe ipſa, vel vnione ſui, quod iterum contendit cum *S. Thoma* *Suarez* tomo 3. de Euchariſt. diſp. 50. ſect. 4.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas
S. Thomas

Vel etiam vera ſit opinio *P. Vaſquez*, & *Marat.* tomo 3. de Euchariſt. d. 22. ſect. 3. à num. 2. volentium ſignificari à Chriſto nomine *Corpus*, quod clarius ſignificaret ſi diceret *Hoc eſt Corpus meum viuum, vel mortuum*, vel vt magis declarat C. *Lugo*. Hoc *eſt Corpus meum organizatum ſufficienter*, organizatione nimirum accidentali, vel ſubſtantiali, allata in obliquo; ac tandem demus corpus organicum afferre præter materiam, formam ſubſtantialem *Corporeitatis*, vti vult *Scotus*, aut multas alias formas ſubſtantiales, nempe oſſis, carnis, & huiuſmodi, quod tradunt aliquot Bnilpſophi apud *Maratium* ſect. 2. nu. 3. credentes non poſſe cauſari ab vna Anima ſola, vel à ſolis accidentibus tantam diuerſitatem membrorum; nihil inde fit contra noſtram Corporis definitionem, tum quia eiuſmodi Corpora organica ſunt trinè dimeuſa, tum etiam, quia ſunt ſpecialia corpora completa, quæ ob ſuam peculiarem differentiam, & architecturam, petunt eſſe compoſita ſubſtantialia exigentia quantitatem, de quibus ſatis perſpicuè dictum eſt.

CAPVT IV.

Tractat percurrẽdo reliquas Proœmiales Quæſtiones, & dilucidè proponit totius huius Philoſophiæ compendium, cohærentiã, & intentum.

PRimò quæritur, quæ ſit inter ſcientias naturales perfectior, ſiue quem locum teneat Philoſophia naturalis, & P. *Rubius* in Proœm. num. 13. reſpondet Metaphyſicam tenere locum primum, ſecundum, hanc ſcientiam; tertium, Mathematicas diſciplinas, & probat authoritate *Ariſtotelis* in 6. met. c. 1. t. 1. & ratione, quia Metaphyſica habet perfectius obiectum, & modum tendendi perfectiorem: ego autem, qui in præſenti ſolum prætendo dare locum pro dignitate debitum naturali huic Philoſophiæ, iuxta meas ordinarias obſeruationes dico duo aut tria, quæ forſan negari non poterunt; primum eſt, collectionem actuum Metaphyſicæ, quæ conſtat actibus definientibus, ac diuidentibus rerum decem prædicamenta, & prædicationibus de Primo, Secundo, Tertio, & magna ex parte Quarto prædicabili, atque alijs rationibus tranſcendentibus, videri perfectiorem collectione actuum Philoſophiæ naturalis, qui ſolum in eiſdem prædicamentis conſiderat operationes, quæ non ſolent eſſe prædicata tam perfecta, quam ea, quæ Metaphyſica prædicat; vnde Metaphyſica excedit hanc ſcientiam propter actus, & obiecta formalia, ſeu prædicata perfectiora. 93

Ariſtoteles
S. Thomas
12. m l. 7.

Secundum eſt ex alia parte antecellere hanc Philoſophiã, tum quia plures actus certos videtur habere, quam Metaphyſica,

ſica, quæ quia prætendit rerum intima
prædicata, & definitiones cognoſcere,
ſæpe errat, & ſolum opinatur, vt manife-
ſta experientia comperimus; raró enim
certo res definimus eſſentialiter, raró
ſcimus rerum genera, & differentias;
tum etiam, quia Metaphyſica ab ſui pri-
ma origine incepit, & excreuit per Phy-
ſicam, ſiquidem à poſteriori ſiue per ef-
fectus cognitos per Phyſicam, inuenta
ſunt prædicabilia, & rerum definitiones,
& reliqua prædicata interiora, & ideo
Metaphyſica ſuam certitudinem debet
Phyſicæ. Quare Phyſica certior erit iuxta
Ariſtoteles vetus Prouerbium *propter quod vnum-
quodque tale, & illud magis*.

94 Secundo quæritur, cui ſubalternatur
hæc ſcientia, & communiter reſpondent
Magiſtri, ſubalternari Metaphyſicæ, &
meritò, quia inquiunt a Metaphyſica
habet principia, vnde deducit prædica-
ta, & obiecta formalia, ideſt motus ſuos;
& reſponſio videtur conformis doctrinæ
traditæ in *Tripartita* num. 1223. vbi de
ſubalternatione ſcientiarum. Ego vero
hic ſuperaddo viciſſim Metaphyſicam
ſubalternari huic ſcientiæ, cum hac di-
ſcretione: Etenim ſi à priori proceden-
dum ſit, ita eſt, vt volunt Recentiores;
ſi vero à poſteriori, ſine dubio principia
definiendi, & prædicandi de rebus om-
nibus intrinſeca prædicata tam phyſica,
quam metaphyſica, exibuit Phiſiologia
Metaphyſicæ, vti dicebam modo ſupra.

Quinimo quodammodo omnes ſcien-
tiæ ſenſibus ſubalternantur, ſiue ſubdun-
Ariſtoteles tur, quatenus *à ſenſibus incipit noſtra ſcien-
3. de An. t. *tia* (maximè hæc, quæ iuxta dicta ſupra
30. à n. 37. plerumque eſt immediata, & non
S. Thomas multum diſcurſiua) nempe omnis *demon-
1. p. q. 76. *ſtratio*, ſiue ſcientifica concluſio reduci-
a. 5. c. tur ad iudicium, ſiue *principium imme-
diatum*, vt benè tradit S. *Thomas* 3. c. g.
c. 70. ac tandem id iudicium deſcendit à
ſenſatione. præterea Phyſiologiam, Me-
taphyſicam, & ſcientias reliquas ſubijci
item cenſuræ Logicæ ſpeculatiuæ, an-
S. Auguſt. maduerti in *Tripartita* num. 1225. decla-
l. 1. de ord. rando ad ipſam pertinere ex officio exa-
c. 13. minare, & iudicare, quæ cognitio ſit
ſcientia, quæue non.

Ad finem alio remiſſis alijs minoris
notæ quæſtionibus, dubitare hic & quæ-
rere quis poſſet, an doctrina *Ariſtotelis* in
his octo libris contenta phyſica ſit, an
potius metaphyſica, & ratio dubiæ quæ- *Ariſtoteles*
ſtionis eſt; etenim Philoſophus in libro
primo agit de tribus rerum naturalium
principijs, *materia*, ſcilicet, *forma*, & *pri-
uatione*, in Secundo, de *natura*, & cauſis
omnibus rerum illarum: in Tertio, de
Motu, & *infinito*: in Quarto, de *loco va-
cuo*, & *Tempore*: in Quinto, de *Vnitate*,
Contrarietate, & *Speciebus motus*: in Sep-
timo, & Octauo, de *Primo motore*, ac de
ipſius proprietatibus, ſiue attributis, vbi-
que autem ea ſubiecta definiendo proce-
dit, & raró de ipſis motus enunciando;
vti apparet in totius Phyſicæ decurſu.

Reſpondeo re vera doctrinã fere totam 95
metaphyſicam eſſe, ac ſolere dici de
Principijs, quia Principia, & Cauſæ rerum
naturalium ibi ab *Ariſtotele* in lib. 1. & 2.
definiuntur, & vt ipſa melius comprehē- *Ariſtoteles*
dantur, reliqua prædicta, quæ vel ſunt
effectus eorum Principiorum, vel cir-
cunſtantiæ, aut aliter requiſita, aut præ-
ſupponenda neceſſario, in libris reliquis
declarantur, plerumque definitione, vel
prædicatione eſſentiali; dici autem *Phy-
ſicam* de nomine ſumpto ex fine intento
ab ipſo Philoſopho, ipſe enim hic prætē-
dere videtur Diſcipulis phyſicis dare
probata Principia pura, vnde ipſi dedu-
cant concluſiones, prædicantes de ſubie-
ctis iam ſcitis, motus, & quietes; neque
voluit claritatis nuſquam affectator, om-
nia penſiculatius Auditoribus tradere,
ſed eorum labori, & induſtriæ pleraque
commiſit.

Nos autem, vti decet Interpretes, qui
Tyronum emolumento, & doctrinæ fa-
cilitati conſulimus, ex Principijs conclu-
ſiones aliquot, quæ forent incipientibus
exemplaria, deduximus deſcendendo ad
actus particulares verſantes etiam circa
ſingularia principia, & cauſas motuum,
& operationum; atque monuimus dire-
ctè magis pertinere ad collectionem
actuum, quibus libri Phyſicorum con-
ſtant, illos actus, & prædicationes, quæ
de ſubiectis mobilibus in communi, de
quibus ſpeciatim agitur in libris eiſdem,
enunciant aliquot operationes, habi-
tiones, ſeu formas habitas naturaliter,
vel etiam contingenter, per quas ſubie-
cta, vel Principia de præſenti moueantur,
vel quondam mota fuerint.

Digitized by Google

DISPVTATIO I.

Maiori ex parte metaphyſica, in primum librum Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria, & interpres: ſed proponit prius Capita, & Doctrinam libri huius, & Interpretes aliquot, octo librorum horum recenſet.

96 PRIMVM librum Phyſicorum, ſiue doctrinam eius complectitur Philoſophus nouem Capitibus, & textibus 83. quæ, quia mirabilis, & maximè æſtimationis eſt, & aliúde quaſi affectata obſcuritate tradita, neceſſario à nobis elucidanda erit per partes ſingulas, antequã ad quæſtiones noſtras accedamus.

Ergo in Capite primo duo facit *Ariſtoteles*; primo proponit materiam libri, quæ ſunt *principia* rerum naturalium; ſecundo methodum ſeruandam dicens in ſcientijs, vel diſciplinis, ideſt quando diſcere, & ſcire prætendimus res; rerum ipſarum principia in communi præcognoſcenda; quia, inquit, ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia procedendum eſt. *Ariſtoteles*

Prætendit hic Philoſophus docere nos, non particularia vltima, ſed aliquanto cõmunia vt *Homo, Equus, muſicus Homo, frigidum*, & huiuſmodi reliqua; quæ demum tunc ſcimus, quando vniuſcuiuſque principia peculiaria ſcimus; cum ergo ita à natura conſtituti ſimus, vt de ſubiecto quolibet Themate ignoto, prius vniuerſaliora prædicemus, quam minus vniuerſalia, vt patet in pueris, qui homines omnes prius vocant *Patres*, & mulieres, *Matres*, nomine, vel prædicato, videlicet, communiori, prius à ſe ipſis cognito; idcirco *Ariſtoteles* incipit non à Principijs peculiaribus *Hominis*; aut *Equi*, ſed a communioribus, ſiue communibus generaliſſimè his, & alijs omnibus ſpeciebus, & Entibus.

Sed quia ibidem addit idem Philoſophus, aliquot eſſe magis *nota nobis*, alia *notiora* eſſe ex *natura* ſua, aduerto notiora nobis dici magis communia, cognitione nimirum confuſa, & imperfecta; nam ſi cognitione perfecta, & claræ ea ſunt cognoſcenda, quo vniuerſaliora ſunt, eo ſunt cognitu difficiliora; & ideo dixit *Ariſtoteles* facilius definiri ſingulare, ideſt, minus vniuerſale, vt ſpeciem, quàm magis vniuerſale, vt genus, & oportere à minus vniuerſalibus, ad magis vniuerſalia tranſire; ſi nimirum definiendo procedendum ſit, vt habes in *Tripartita* num. 705. abſolutè vero *notiora natura* vocat, quæ in ſe, vel infra ſe, plura prædicata cognoſcenda habent; quaſi propterea dicantur *notiora*, ideſt, cognobiliora, & ſubinde nobis cognitu difficiliora cognitione diſtincta. *Ariſtoteles* *Ariſtoteles 1. Poſt. c. 22*

97 Cum hoc tamen ſtat doctrina noſtrorum Præceptorum, quæ ſic habet, *Omnis noſtra ſcientia incipit à ſenſibus*, præſertim oculis, qui quandoque à tactu ſenſu ſecurius corriguntur, vel aſſecurantur; & quia ſenſus non niſi ſenſibilia ſingularia ſentiunt, *prima cognita* intellectus *ſingularia* ſunt, habita ex parte ſubiecti, ſed cognita ſecundum prædicata vniuerſalia, quandoque clarè, plerumque confuſè; quare licet ordine naturæ à primis ſingularibus, & ab ipſorum operationibus externis proceſſerint, & profecerint Primi Philoſophiæ Inuentores, ſiquidem, vt tradit *Ariſtoteles*, externos hos effectus cœperunt admirari, & ſubinde philoſophari, cognoſcentes a poſteriori rerum occultas eſſentias, ex ipſarum operibus manifeſtis; Ordine quidem Doctrinæ, à Prædicatis vniuerſalioribus incipiendum; tum quia ita incipit natura ſingularia vtcumque cognoſcere; tum quia ſic vtilius eſt, & facilius cognita prædicata communia, de omnibus ſingularibus prędicantur, & ipſa ſingularia, quæ alias *nequeunt ſcientia* noſtra præ ſua *infinitudine*, & continua *mutatione contineri*, quodammodo perfecte noſcuntur; nempe ſecundum elementa ipſorum tam phyſica, quam meta- *Ariſtoteles 3. de Ani. t. 30* *S. Thomas 1 Met le. 1 & 1 p q 76 a. 5.* *Ariſtoteles*

phy-

Digitized by Google

phyſica: prætetquam quod alibi dixit Philoſophus *non a primo ipſoque rei principio interdum diſciplina incheanda eſt, ſed vnde faciliimè quis diſcat*, licet ibidem ſcriptum ſit, *à facilioribus incipiendum eſſe*, ordine Doctrinæ; lege ad hæc ſupra nu.5. & *S.Thomam* 1.p.q.85.a.3: *S. Thomas*

98 In Cap. 2. antequam propriam ſententiam aperiat *Ariſtoteles* circa rerum *principia*, refert; & refell t Antiquorum aſſerta principia, ſpeciatim *Parmenidis*, & *Meliſſi*, qui ponebant vnum tantum Ens rerum intrinſecum Principium immobile, quod *Meliſſus* infinitum, *Parmenides* vero finitum voluit eſſe. In Cap. 3 reſpondet fundamentis ipſorum. In Cap. 4. refutat alios, qui dicebant principium eſſe, aut ignem, aut aquam, vel aerem, ſuperadiuncta raritate, aut denſitate opportuna, & neceſſaria pro rei generandæ conditione; & item illos, qui fingebant eſſe in Chao, ſeu quaſi receptaculo infinita corpuſcula minuta, propterea *athomos* dicta; nempe particellas ignis, aquæ, aeris, carnis, ſanguinis, oſſis, & huiuſmodi, ex quibus coagmentabantur, & generabantur omnia compoſita naturalia; atque Philoſophos iſtos *Phyſicos* appellat, quia agnoſcebant naturam mobilem, idest principium motus, & quietis, ad differentiam illorum priorum, qui ponebant principium otioſum, & immobile, ideſt, nihil faciens.

Tandem in Capite 5. oſtendit *Ariſtoteles* aliqua eſſe principia Corporum naturalium. & in 6. ea eſſe tantum tria, neque plura, neque pauciora. In 7. quo magis per exempla declaret, atque confirmet tria principia eſſe, enumerat varias rerum naturalium mutationes, ſiue generationes. In 9. reprehendit Philoſophos *Platonicos*, qui materiam à Priuatione non diſtinxerunt, & probat materiam incorruptibilem, & ingenerabilem eſſe. *Ariſtoteles*

Nos autem ſecuti *Ariſtotelem*, quod ipſe hoc ſuo primo libro ſubobſcurè docuit circa principia rerum, explicatius, Deo bene iuuante, trademus, ſuperaddentes, quæ ſecundum vſum, abuſumue Magiſtrorum recentium, addi oportere iudicemus; qui plura volent, & meliora, legant Commentarios *S.Thomæ* ſuper hos libros in tomo 5. vel Phyſicam eius collectam à P. *Alamanio* 1.1.p. Sum. Phy. & PP. *Toletum*, *Conimbric*. *Pererium*, *Rubium Hurtadum*, *Ferrarium*, *Arriagam*, *Suarez*, & *Fonſecam* in metaphyſicis, & alios aliorum ordinum, & ſæculares, ſapientiſſimos Expoſitores. *S. Thomas op. 3. c. 2*

QVAESTIO I.

De Principijs Corporis completi naturalis, vbi pauca præmitto de acceptione varia nominis Principium.

99 NOmen *principium* eſt analogum proportionalitatis, quod ſignificat vnam primam cauſam, vel quaſi cauſam, quæ modo ſuo, & proportione eſt in pluribus. Hoc eſt, ſignificat, vt ait *Ariſtoteles* 5. metaph. cap. 1. *id omne, vnde ſit aliquid, eſt, aut cognoſcitur*; ſiue, vt inquit *S.Thomas* 1.p. q.33. art.1.c. *Omne, a quo aliquid procedit quocunque modo, dicimus eſſe principium*. *Ariſtoteles* *S. Thomas*

Vnde primo *Patrem Aeternum* vocamus principium ſine principio Filij ſui, & vtrumque principium Spiritus ſancti. Secundo Sanctam *Trinitatem* dicimus, & credimus principium, & cauſam eſſe omnium rerum. Tertio Cælum, Solem, & Cauſas reliquas ſecundas, ſuorum effectuum principia appellamus. Quartò *Temporis initium* vocauit Deus eo nomine dicens. *Geneſis* principio, *In principio creauit Deus Cælum, & Terram*. Quinto *Cor* dicitur principium vitæ; & *natiuitas* hominis dicitur principium vitæ eius, & *Aurora* principium diei. Sextò *Vnitas* item appellatur principium numeri, quia ex illa procedit, & incipit numerus.

Septimo Principia vocantur quædam notiſſima, quæ à Philoſophis dicuntur Axiomata, Dignitates, Prouerbia, vt ſunt, *quodlibet eſt, vel non eſt. Totum eſt maius ſua parte*, & item *præmiſſa* principia dicuntur, ex quibus concluſiones inferuntur. Denique vt omittam alia plura, quæ vos principia quotidie rite nuncupatis, principia nominantur quædam *Elementa*, & partes dictæ quoque ab Ariſtotele. *Cauſa intrinſeca* 12. met. cap.3. & *S.Thoma* ibi lect.4. quorum aliquæ, mutua ſui datione componunt tertium quoddam compoſitum, ſiue ex quibus *Ariſtoteles* *S. Thomas*

fit

fit naturale compoſitum, qualia videntur eſſe *Anima*, & *Corpus*; de quo ſignificato in præſenti tractamus.

100 Hic tamen aduertendum fuit nomen *principium* generaliſſimè ſumptum, ſiue rem, quæ principium eſt, latius patere, quam nomen *Cauſa*, licet enim omnis cauſa principium ſit, non tamen omne principium eſt cauſa, vt patet in Aurora, quæ eſt principium diei, & non eſt eius cauſa; Pater item Diuinus dicitur principium Filij, & vterque Spiritus ſancti, ſed neque Pater Filij, neque vterque Spiritus ſancti cauſa eſt, quia nomen *cauſa*, in communi acceptione *Patrum latinorum*, ſignificat rem, quæ producit aliam diſtinctam a ſe, in natura, ſaltem numerica. plura alia, & vtilia ſignificata nominis Principij recenſent *Alamannius* ex *S. Thoma*, vbi ſupra q. 2. ar. 1. *Suarez* d. 12. met. ſect. 1. *Conimb.* 1. Phyſ. cap. 5. q. 1. *Hurtado* hic diſp. 1 & *Arriaga* ibidem diſp. 1. ſect. 1. & paſſim alij Interpretes cum *Ariſtotele* 5. metaph. c. 5.

S. Thomas 1. p. q. 33. a. 1. c.

S. Thomas opuſc. 31.

Ariſtoteles

SECTIO I.

Probat exiſtere Principia Corporis naturalis completi, ea definit, & tria tantum eſſe principia generationum, Conuerſionum verò quatuor oſtendit.

Ariſtoteles S. Thomas ibi lect. 10.

PRincipiorum, quæ neceſſario concurrunt ad omnem generationem, exiſtentiam ſupponit *Ariſtoteles* illa ſic definiendo hic, cap. 5. textu 42. *Principia ſunt, quæ neque ex ſe, neque ex alijs, ſed omnia ex ipſis fiunt*, nempe Principia compoſiti geniti ſunt illa, quorum nullũ fit ex alio ſocio ſuo, in eodem genere, ideſt, intrinſece ex alio non componitur; & quia prima principia ſunt, ex alijs anterioribus principijs non fiunt; ſecus iam non eſſent prima principia; fiunt autem ex eis omnia compoſita, tanquam ex partibus intrinſecè componentibus, vel tãquam ex termino extrinſeco, vel *à quo*.

101 Principia, v.g. Bucephali ſunt anima eius, materia, & priuatio in materia præexiſtens ante generationem Animæ, in ipſa. Anima ergo, & materia non ſunt ex ſe ſe, viciſſim, ideſt, Anima non eſt conſtituta intrinſecè, neque conſtat ex materia; neque materia ex Anima. Deinde Anima, neque materia intrinſecè ſunt, aut conſtant ex alijs principijs prioribus; ſed Anima ex ſolis partibus animæ; & materia ex ſolis partibus ipſius materiæ conſtat; & ſimiliter modo ſuo de priuatione dicendum, quæ eſt aliud principiũ; ſed concurrente priuatione ex anima illa, & materia fit compoſitum Equinum; & ſic reliqua compoſita ſubſtantialia ex ſuis principijs fiunt. Difficilis definitio iſta Philoſophi, declaratur infra magis in ſolutione argumentorum.

Tria eſſe Principia compoſiti naturalis *in fieri*, & duo tantum *in facto eſſe*, docuit *Ariſtoteles* hic in cap. 6. & 7. & cum eo communiter Interpretes. Sed vero, vt illius doctrinam capiatis, admoneo poſſe quoduis naturale compoſitum conſiderari in ſtatu duplici, in quo contingit eſſe. Primus dicitur *in fieri*, in quo intelligitur primò, ac de nouo fieri, & quaſi in tranſitu eſſe de non eſſe antiquo, ad nouũ eſſe. Secundus ſtatus dicitur *in facto eſſe*, in quo intelligimus compoſitum iam factum, ac perſeuerans in eſſe.

Ariſtoteles S. Thomas ibi. l. 12. & 13. & op. 31

Tria ergo principia concurrere ad generationem cuiuſuis compoſiti naturalis, ſiue ad ipſum *in fieri*, quæ ſunt *materia*, ſeu ſubiectum, *forma*, & *priuatio* formæ, probatur; quia omne agens naturale, dum ſe applicat ad generandum, generat de nouo aliquem effectum in ſubiecto, in quo antea effectus talis non erat; tria ergo ſunt principia generationis in fieri, patet conſequentia, quia illud ſubiectũ, quod eſt *materia prima*, in gremio ſuo recipiens effectum, eſt vnum; effectus vero ipſe; qui eſt forma recepta in ea materia, ac denuo in ea producta, eſt alterum,

Tertium principium eſt *priuatio* eius formæ, quæ inerat in materia, & quæ forma adueniente recedit; quæ priuatio propterea dicitur terminus *à quo* formæ, quia nimirum forma tranſit, quando producitur de non eſſe ſui in ſubiecto, ad eſſe ſui in eodem; vel etiam, quia materia cui accidit, & quaſi inhæret priuatio, tranſit priuationem deferendo ad poſſidendam formam, cum ipſa faciendo compoſitum, & ſubinde tranſit de non eſſe formæ ad eſſe eiuſdem; ideo item dicitur ab *Ariſtotele*, & *S. Thoma* priuatio *principium per accidens*, & aliquo modo per ſe concurrens ad genitum, non quidem intrando in ipſum, & manendo in ipſo, vt intrant, & manent materia, & 102

Ariſtoteles S. Thomas opuſc. 31

forma,

Digitized by Google

forma, ſed recedendo, modo infra declarando.

Confirmatur ea ratio. quia tot ſunt principia generationis *in fieri*, quot exprimit, & indicat eſſentia, & conceptus generationis; ſed hæc exprimit, & indicat principia eſſe tria; tria ergo ſunt. probatur minor; Hæc eſt eſſentia, ac definitio generationis, *Eſt tranſitus de non eſſe ad eſſe per productionem ſui in ſubiecto;* in qua mentionem fieri vides de *ſubiecto*; de *non eſſe* formæ, ſeu de priuatione eius; De *eſſe*, siue de forma, quæ ſunt tria, nempe ſubiectum, vel materia, forma, & priuatio formæ præexiſtens in materia, etiam ſi prahabeat aliam priorem formam, iam iam inde repellendam.

Quod autem Compoſiti naturalis *in facto eſſe*, hoc eſt, in eſſe permanenti, & quieto, duo tantum ſint principia generationis, ſeu geniti, nempe *materia*, & *forma* perſuadetur, quia ſolum concurrit priuatio, quando forma, ſeu effectus intelligitur in motu, ideſt. tranſire de non eſſe ad eſſe; ſed in *facto eſſe* conſiderata forma, ſeu effectus, iam non intelligitur tranſire de non eſſe ad eſſe, ſed in eſſe olim recepto perdurare; ergo non intelligitur tertium principium, videlicet, *priuatio*, ſolum ergo intelliguntur duo, forma ſcilicet, & materia, in quæ duo reſoluitur genitum, vt vides dum ſic definis, *Petrus conſtat Anima, & Corpore; calidum eſt habens calorem*, ac *domus eſt habens formam domus;* nam doctrina *Ariſtotelis* generalis videtur pro compoſitis ſubſtantialibus, & accidentalibus, & ad artefacta extendi poteſt, ſiquidem agimus infra de natura, & arte.

Ariſtoteles

103 Denique concurrere ad ordinarias generationes, quæ ſunt plerumque generationes ex parte conuerſiuæ (in quibus, ſcilicet, formæ præexiſtentes conuertuntur in eas, quæ de nouo generantur) quatuor principia, demonſtrat hæc generationis conuerſiuæ definitio. *Conuerſio eſt tranſitus de non eſſe formæ ad ipſius eſſe per productionem conuertentem, ſeu tranſmutantem formam antiquam præexiſtentem in ſubiecto, in formam de nouo productam in eodem;* quæ definitio innuit concurrere in generatione, in qua ignis, v.g. in ſe conuertit ſtupam, producendo in ſtupæ materia ſuam formam igneam, quatuor principia; Primum eſt *materia ſtupæ*; ſecundum, *priuatio formæ ignis* in ea materia præexiſtens; Tertium, *forma ſtupæ*, quæ duo deſinunt eſſe; Quartum eſt *forma ignis* de nouo producta introducta in locum formæ ſtupæ.

Fateor ad generationem, vt purè generatio eſt, de qua ſola loquuntur hic Interpretes cum Philoſopho, ſat eſſe tria principia, ad generationem verò, quæ ſimul eſt conuerſio, & vt eſt conuerſio, Quatuor iſta principia ſine dubio requiri, vt magis declaro infra n. 107. *Ariſtoteles*

SECTIO II.

Reſpondet obiectis contra definitionem Principiorũ, & numerum ternarium ipſorum, vbi an, & quo modo cauſa efficiens principium ſit, & quo titulo ad cadaueroſum compoſitum concurrãt principia quatuor.

MVlta argumenta ſunt aduerſus Philoſophi doctrinam. Primum eſt, materia, & forma corporeæ viciſſim dependent, & ſeſe cauſant; ergo illis non conuenit definitio Principiorum, quæ dicit. *Principia non debere eſſe ex ſeſe.* Rurſus forma item fit à priuatione, tanquam à termino *à quo*. 104

Reſpondeo diſtinguendo antecedens, materia, & forma viciſſim cauſant ſeſe in eodem genere, nego antecedens; in diuerſo, concedo antecedens: licet enim materiæ primæ det eſſe forma, tamen id eſſe non dat in genere materiæ, materiam illam intrinſece per ſui exhibitionem conſtituendo; & propter eandem rationem materia non deſinit eſſe principium quamuis à Deo accipiat eſſe, tamquam ab extrinſeco creante; particula enim illa Definitionis *Principia ſunt, quæ neque ex ſeſe*, ſignificat principia ex alijs intrinſecis fieri, conſtare, vel componi non debere: ad id quod additur de forma, quæ fit ex priuatione, reſpondeo ſimiliter non fieri ex ipſa intrinſecè conſtituẽte formam, quod ſolum vetat definitio, vt manifeſtum eſt.

Ariſtoteles tex. 42.

Secundum argumentum eſt, materia, vel forma Equi eſt corpus; ergo eſt trine dimenſa; ergo habet partes; ergo intrinſecè conſtituitur ex partibus integralibus; iam ergo Principium vnum fit ex

alijs

Digitized by Google

alis in eodem genere intrinſecè illud cõſtituentibus, vt compartibus; non ergo eſt de ratione principij, ex alio non fieri.

Reſpondeo negando ſolam vltimam conſequentiam, reliquas concedendo; non enim eſt contra rationem principij conſtitui ſuis partibus integralibus, & componentibus vnum adequatum ſubiectum trinè dimenſum, aptum recipere trinè dimenſam formam; eſſet quidem contra rationem principij, & materia, v. g. ex alijs eſſet, ſi aliæ partes eius reciperent, vt informantes ſuas alias partes; & ſimiliter forma non eſſet principium, ſi partibus ſuis ita intrinſecè componeretur, vt aliæ informarent alias tanquam ſubiecta; ſicut ob eam rationem compoſitum integrum non eſt principium, quia, ſcilicet intrinſecè conſtat partibus; quarum vna informat, alia informatur.

Tertium argumentum eſt, ex hac materia tua, ex hac tua forma, & ex hac priuatione, quæ erat in materia ante introductionem formæ, non fiunt omnia compoſita, ſed vnum, nempe tu; ergo non ſunt principia ea, ex quibus fiunt omnia; & confirmatur; quia ex materia, forma, & priuatione nihil poteſt conſtitui intrinſecè; in nullo enim compoſito poſſunt moſtrari ſimul ea tria principia, neque *in fieri*, & multo minus *in facto eſſe*.

105 Reſpondetur conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; definitio enim Principiorum non decernit ex eiſdem numero, aut ſpecie principijs fieri omnia compoſita, ſed ſingula ſingulis, & ſingularibus ſuis principijs, prout, ſcilicet, cõpoſita fuerint: ad confirmationem dico, quod illa particula *ex*, æquiuocè ibi eſt in definitione *Ariſtotelis*, nam vt cadit ſupra materiam, & formam, ſignificat ex ipſis intrinſecè conſtituentibus, & manentibus intra compoſita, fieri compoſita; vt verò cadit ſupra priuationem, ſignificat ex ipſa fieri tanquam ex termino *à quo*, & extrinſeco; quare definitionem *Ariſtotelis* ſic dilucidauit *Hurtado*, *Principia ſunt, ex quibus omnia phyſica, ſiue naturalia compoſita, tanquam ex partibus eſſentialibus, aut termino à quo ſunt.*

Ariſtoteles tex. 42.

Quartum argumentum eſt, neceſſe non eſt ad hoc, vt aliquid ſit principium, quod intrinſecè maneat intra compoſitum, illud conſtituendo, vt patet in priuatione, ſeu termino *à quo*; ergo dantur plura, quam tria principia, nempe quatuor; quartum enim erit cauſa generatiua compoſiti, quamuis illi ſit extrinſeca; præſertim cum dicat *Ariſtoteles* 12. met. c. 3. t. 28. principia eſſe quatuor, nempe *materia, forma, priuatio, mouens*, ſiue cauſa efficiens.

Ariſtoteles S. Thomas ibi. lect. 4.

Reſpondetur conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; quia tot ſunt generationis principia, quot indicat trita illa definitio, deſumpta ex *Philoſopho* lib. 5. Phyſ. textu 70. iuxta Parafraſim *Pallauicini* ibi nu. 12. *Generatio eſt tranſitus de non eſſe ad eſſe*, ſcilicet, *per productionem ſui in ſubiecto*; vbi ſolum fit mentio expreſſa de tribus principijs, nempe de *priuatione*, vel negatione, de *forma*, de *ſubiecto*, & eis tribus integra generatio abſoluitur.

Ariſtoteles

Quod ſi quis ita efformaret definitionem, generatio *eſt tranſitus de non eſſe ad eſſe per productionem, vel operationem cauſæ efficientis in ſubiecto*, non recuſarem vocare principium extrinſecum generationis, cauſam generantem, & admittere in omni generatione *in fieri* quatuor principia; nempe duo intrinſeca, & duo alia extrinſeca, & tria *in facto eſſe*, quæ ſint *materia*, & *forma*, *cauſa conſeruans* genitum; ſed propter *Ariſtotelem* ſtandum videtur primæ definitioni, & iuxta eam concedendum ſolum tria principia generationis *in fieri*, vt ea generatio eſt, & motus.

Hanc eſſe mentem *Philoſophi* colligo ex illo textu 23. c. 3. l. 12. met. *quare Elementa quidem analogicè tria* (rerum omnium compoſitarum) *cauſæ verò, atque principia quatuor*, aſſerit ergo Philoſophus ibi, vt notat S. *Thomas* lect. 4. tria eſſe elementa compoſiti intrinſeca, *materia* quidem, & *forma* per ſe; *priuatio* verò, quia accidit materiæ intrinſeca per accidens; atque de his ſolum hic agit, quando autem alibi tractat de *Cauſis*, ſiue *Principijs* etiam extrinſecis, dicit eſſe quatuor, includens cauſam efficientem, cui communia ſunt cum illis elementis nomina *Cauſa*, & *Principium*, ſed non nomen *Elementum*; & quia *Ariſtoteles* hic differit de Principijs intrinſecis, S. *Thomas* excludit cauſas finales, quoniam ipſæ phyſicæ cauſæ non ſunt, ſed intentionales; & cum eo grano ſalis intelligendus erit *Tertullianus* lib. contra *Hermogenem* dicens. *nam in omni operatione tria ſunt principalia, qui facit, & quod fit, & ex quo fit*, & ſi agens rationale fuerit, addere 106

Ariſtoteles S. Thomas

S. Thomas

po-

potuit, *& finis, propter quem fit.*

Quintum argumentum eſt, quando producitur quoduis ſubſtantiale compoſitum, reperiri ſolet duplex terminus *à quo*, & extrinſecus; alter priuatiuus, alter poſitiuus; nempe priuatio formæ denuo generandæ, & forma præoccupans ſubiectum, corrumpenda ad generationem alterius, nam iuxta tritum axioma *Generatio vnius eſt corruptio alterius*, ergo dantur plura, quam tria principia.

Ariſtoteles 1. de Gen. t. 17.
S. Thomas

Probatur antecedens efficaciter deſcendendo ad peculiares generationes; nam in primis quando generatur compoſitum, quod dicitur *Cadauer*, in eius *fieri* concurrunt *materia*, *priuatio* formæ Cadaueris, *forma* ipſa cadaueris, & *forma viua*, quam neceſſario præſupponit forma mortua. Deinde compoſita naturalia, quæ communiter generantur, fiunt per actiones conuerſiuas; eę verò actiones neceſſario prærequirunt pręter dicta tria principia, alium terminum *à quo*, videlicet formam antiquam in nouam aliam conuertendam, ſemper ergo concurrunt ad quamuis generationem, quatuor principia; & conſequenter compoſiti geniti *in fieri* non tantum ſunt tria principia.

Ariſtoteles
S. Thomas 8. met. l. 4.

107 Hoc argumentum conuincit, quod nos aſſeruimus num. 103. nempe compoſita naturalia, petere ad ſui generari, aut fieri, quatuor principia, non quidem inquantum fiunt per generationem (quia omnis generatio inquantum talis, triplici principio perficitur, & æque bene generabit, denuo formam in ſubiecto vacuo, & ſolo, ac in ſubiecto pleno alijs formis) ſed inquantum talia compoſita fiunt per generationem conuerſiuam, quæ poſtulat præcedere in ſubiecto formam conuertendam; vel in quantum formæ generandæ ob ſuas ſpeciales naturas, petunt quod ante ſe aliquæ determinatæ formæ præexiſterint, qualiter petere videntur formæ cadauerosæ, quæ concipi non poſſunt, niſi intelligantur ſucceſſiſſe ad formas viuas. Lege S. *Thomam* hic lect. 13 & quæ dixi num. 103.

S. Thomas

108 Sexto arguitur, forma ſubſtantialis nō eſt principium intrinſecum generationis, neque extrinſecum, vel *à quo*; ergo nullo modo principium eſt. Concedo antecedens, & diſtinguo conſequens, forma ſubſtantialis nullo modo eſt principium generationis, ſiue actionis generatiuæ, quæ eſt intrinſece accidens, concedo conſequentiam; non eſt principium intrinſecum compoſiti geniti; nego conſequentiā. Non enim eſt forma principiū, ſicut neq; materia, & priuatio principia ſunt generationum modalium, ſiue actionum, ſed genitorum compoſitorū, quæ *paſſiua generationes* dicuntur, & ſunt, licet quando illæ dantur, illa ſunt ipſas comitando, non intrinſece conſtituendo. vt habes infra num. 117.

Septimo arguitur, Vnio ſubſtantialis, quæ eſt Entitas connectens, & adducens in compoſitionem, materiam, & formá, ab eis realiter diſtincta, eſt res intrinſece conſtituens compoſitum, ſicut item eſt ſubſiſtentia, quæ eſt modus ſubſtantialis complens materiam, formam, & vnionem in ratione ſubſtantiarum; ergo Cōpoſiti *in facto eſſe* ſunt tria principia, aut Compoſiti *in fieri* ſunt quatuor, vel quinque. Concedo antecedens, & nego conſequentiam; non eſt principium vnio, quia eſt ratio formalis, mediante qua Compoſitum principiant forma, & materia, quæ ſunt Principia; ſicut actio, quia eſt ratio formalis, media qua agens agit effectum, non eſt *agens ſecundum*; & ſubſiſtentias illas partiales correſpondentes materiæ, & formæ, dices eſſe eorum principiorum complementa, non noua principia.

Octauo arguitur, principia generationis ſunt quæcunque formę de nouo productæ in quauis generatione; & ſubiecta, quæ tales formas recipiunt; & priuationes earum formarum; ergo in Equi generatione, verb. gr. concurrunt principia plus quam ſex; antecedens eſt certū; probatur conſequentia; quia in generatione Equi producuntur quatuor primæ qualitates, & aliæ, quæ diſponunt ad formam Equi, quæ deinde producetur ſimul cum vnione ad materiam; ſed quatuor qualitates, forma, vnio; & qualitatum, formæ, & vnionis ſubiecta, & priuationes, ſunt plus quam ſex principia; ergo non ſunt tantum tria *in fieri*, nec tātum duo, *in facto eſſe*. 109

Reſpondeo conceſſo antecedenti, diſtinguendo conſequens, in generatione Equi concurrunt principia pluſquam ſex, ſi attendas collectionem generationum, quæ agglomerantur, & concomitanter ſunt, quādo Equus generatur, & ſic concedo conſequentiam; ſi attendas ad ge-

neratiouem, quæ *ſimpliciter generatio eſt*,
S. Thomas qua producitur ſola forma Equi, vel ad
p q. 76. ſingulas generationes diuiſim, ac ſeorſim
a. 4. c. ſumptas, nego conſequentiam; itaque
ad vnamquamque generationem concurrunt tria principia tantum; ſed ad
duas generationes ſex, & ad tres nouem;
vnicuique ſcilicet, ſua tria, & hoc tantum
Ariſtoteles voluit *Ariſtoteles*, qui bene ſciebat ante
S. Thomas. generationem formæ Equi, vel ſimul
cum illa generari vnionem ſubſtantialem
& alia accidentia, per varias generationes, quarum ſingulis correſpondent tria
principia, vti declarat 12. metaph. cap. 3.
a tex. 19. & ibidem Sacer Interpres.

Quoniam vero, vt ipſe ſcribit 5. Phyſ.
tex. 7. & ibi *Pallauicinus* num. 13. & 14.
generatio ſimpliciter dicitur, & eſt, quæ
producit formam ſubſtantialem in ſubiecto, & aliæ generationes accidentium,
dicuntur generationes ſecundum quid;
idcirco vnica eſt generatio proprie ſic
dicta in vnoquoque compoſito, & abſolute loquendo tria tantum ſunt eius principia, nempe, materia forma ſubſtantialis, & eius priuatio.

Altera pars Sectionis reſpondet argumentis, quæ prætendũt excludere Priuationem à ratione Principij, vbi ea dicitur Principium per accidens, & aliquo modo item per ſe.

110 NOno arguitur, quando eſt forma in
ſubiecto, non eſt formæ priuatio;
neque quando eſt formæ priuatio, adeſt
forma; ergo vtrumque non eſt principium, ſed alterum; cum principia ſint,
quæ concurrunt ſimul ad compoſitum
faciendũ, vt pote ex quibus fiunt omnia.

Reſpondeo conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; quia non debent
omnia principia Compoſiti ita concurrere, vt illud ſimul exiſtentia conſtituant,
ſed ea ſolum, quæ oppoſita non ſunt, &
illud intrinſece componunt; Priuatio vero, quia eſt principium oppoſitum formæ
venturæ, & terminus *à quo*, nequit coexiſtere cum forma, ſed debet recedendo,
& abſentando ſe concurrere ad generandum Compoſitum; ea enim eſt gratia,
& modus concurrendi termini, à quo fit
quilibet tranſitus, præſertim quando is
terminus eſt non ens, & ex eo fit tranſitus ad eſſe, ſiquidem *Ens, & non Ens ne-* Ariſtoteles
queunt eſſe ſimul; vnde merito mobile hic t 75 &
iſtic materia, in qua generatio fit, tranſit 59
de priuatione ad formam, ideſt, deſerit S. Thomas
illam, & capit hanc, & eam retinendo lec. 14. & 12
cauſat compoſitum.

Quod ſi aliquis dixerit Priuationem
eſſe quoque ſuo modo intrinſecum principium generationis, verum id quodammodo erit, nam ſicut numerus ternarius ſignificat tres vnitates ternario componendo quaſi intrinſecas, ita generatio, vt eſt motus, ſignificat tria principia, cuius ſignificati triplicis, Priuatio eſt
pars quaſi intrinſeca, abſolute tamen extrinſece concurrit; & quod ita concurrat, ab vtraque generatione actiua, videlicet, & paſſiua, poſtulatur; quia non eſt
cauſa influens, ſed merum principium,
vnde incipit motus, & ex quo compoſita
fiunt tãquam ex termino *à quo* receditur.

Sed inſtabis, Priuatio nullo modo poteſt eſſe elementum, neque principium,
aut cauſa geniti, ergo tantum ſunt duo.
Antecedens probatur primo, quia Elementum, vt tradit ex *Ariſtotele, S. Thomas* Ariſtoteles
in lect. 4. ſuper 12. met. eſt, quod rem S. Thomas
intrinſece componit partialiter cum alio, op. 31.
priuatio autem ita non eſt. Secundo,
nam priuatio non meretur nomen *Principij, Cauſæ*, neque *Elementi*, nihil enim
conducit ad genitum, neque habet titulum, nec munus exercet, ob quod taliter
dicatur, & ſit. Tertio, quia non præeſt
priuatio in materia, ante generationem
nouam, ſiquidem materia præexiſtens
informata eſt alia forma, & ſic incapax eſt
formæ alterius, priuatio vero non eſt vbi
ſubiectum capax non eſt, niſi fingatur,
ficta autem priuatio erit priuatio rationis, nil ſeruiens ad genitum.

Negant antecedens *Ariſtoteles* 12. met. 111
& *S. Thomas* ibi lect. 4. nominantes expreſſe priuationes, *cauſas, principia* & *ele-* Ariſtoteles
menta. Ad primam probationem dicunt S. Thomas
priuationem eſſe elementum intrinſecũ
per accidens, ideſt, ratione materiæ, cui
inſidebat, Ad ſecundam reſpondent priuationem prout coniunctam cum materia, habere titulum, & munus, vt aliqualiter dicatur ſaltem improprie Principiũ,
Cauſa, & Elementum; quia verificatur S. Thomas
illa propoſitio, & ſimiles; *ex non calido fit* 1 p q q. 66.
calidum. Ad tertiam reſpondent mate- a. 2. c.
riam etiam informatam, vere habere
priua-

priuationes formarum abſentium, & merito, quia illa ſaltem remote eſt capax illas habere.

Hic eſt modus loquendi, & mens *Ariſtotelis*, & Interpretum eius, qui verum tenent in aliquo ſenſu; preſſe tamen loquendo, elementa propria, cauſæ, & principia proprie intrinſeca ſunt illa, quæ exprimit rei definitio, vt hæc *Petrus conſtat anima, & corpore*; & illa propoſitio *in generatione Bucephali, in materia organizata, generata eſt eius forma, & cum illa vnita*; ex quo factum neceſſario eſt, vt priuationes earum formarum abſcederent. inducuntur vero ab *Ariſtotele* materia, & priuatio, vti duo elementa intrinſeca, nominando nomine proprio materiæ, ſociam, & coniunctam priuationem; nam priuatio ſolitarie conſiderata, ſine dubio extrinſecum principium, & elementum eſt, vt terminus, a quo incipit tranſitus, tam improprium, vt ego, qui alias concedo aliquid commune Enti, & non Enti, in *Tripartita* num.780. hic negem rationem principijs his tribus communem; reſpectu enim priuationis nomen *Principium* eſt analogum ab vno; quia valde metaphorice ea Elementum, Principium, & Cauſa ab *Ariſtotele* dicta eſt; ſiquidem principium tantum eſt, quia eſt terminus, a quo incipit tranſitus, ſicut Principium itineris, & motus localis, quo tendas Hiſpalim, Roma profectus, Roma eſt.

Ariſtoteles

Ariſtoteles

112 Inſtabis ſecundo, ſicut prodit ex muſica ſanitas, ita ex priuatione naſcitur genitum, quando nimirum Medicus muſicam habens curat, & materia habens priuationem concurrit ad genitum; ſed muſica eſt cauſa per accidens ſanitatis, quia Medicus non ſanat vt muſicus, ſed vt medicinæ peritus; ergo priuatio eſt cauſa per accidens; quia materia, cui accidit, non cauſat genitum, vt priuationem habens, ſed vt ſubiectum recipiens formam, & cum ipſa vnita manens in genito compoſito.

Totum hoc concedunt *Ariſtoteles*, & *S. Thomas* cum alibi, tum hic lect.13.& 14 ex quo vlterius colliges, ergo ſicut muſica medici non meretur nomen cauſæ, neque principij ſanitatis, nec impropriè; ſimiliter non merebitur id nomen priuatio. Negat *Ariſtoteles* conſequentiam, & diſparitatem inſinuat eſſe, quia muſica Medici eſt omnino per accidens; & impertinens ad ſanitatem, priuatio verò exiſtit in materia impediens præſentia ſua, generationem, ideſt, formę generandæ ingreſſum in locum ſuum, quam tandem fieri, & ingredi permittit, ſe abſentando, ac diſparendo; vnde congruè dici poteſt cauſare mutationem, & generationem geniti, abſentia obſiſtentiæ ſuæ, quemadmodum dicitur cubiculum illuminaſſe, qui abſtulit tenebras, vel ſe ipſum, qui erat impedimento, quominus lux intraret, abſcedendo ſubſtraxit; vnde infertur priuationem, & eſſe principium per accidens, quia non conſtituit genitū, nec influit in ipſū, licet ineſſet principio per ſe; & item aliquo modo per ſe, ideſt, *neceſſarium*, quatenus eius abſentia per ſe poſtulatur, vt fiat genitum; quod ſecundum non contingit in muſica; ipſa enim æque ſana permanet producta ſanitate, vel non.

Ariſtoteles
S. Thomas
op. 31.

S. Thomas op. 31.

113 Vltimo inſtabis, quando priuatio ineſt compoſito, ei accidit per accidens, teſte *Ariſtotele* hic tex.75. nequaquam vt principium per ſe: quando autem à nobis ponitur ex eodem Philoſopho tex.41. tanquam principium per ſe, tale eſſe non poteſt, quia tunc primo deſinit eſſe, & non eſt, *quod* vero *non eſt*, per ſe *principiare*, ſiue *cauſare qui poſſit*? ergo nunquam eſt priuatio pluſquam principium per accidens.

Ariſtoteles

S. Thomas

S. Auguſt. inf. n. 657.

Reſpondeo variè conſiderari priuationes, primo, permanentes in compoſito, in facto eſſe, quo pacto ſunt plures in me priuantes materiam meam formis pluribus, ſed non componunt cum ea compoſita propriè dicta atque per ſe: vt dico infra n.298. ſed ibi ſunt concomitanter, & per accidens, vti eſt muſica in Medico.

Secundo modo conſiderantur priuationes, vt oppoſitæ formis, quæ gignentur, & vt termini, *à quibus* fit tranſitus ad eas, & ita eſt priuatio formæ cadaueris, quæ recedet a me, ac deſinet eſſe, dum primo ea forma in meum corpus ſubintret, atque eiuſmodi priuationes ſunt principia per ſe, non quidem principiantia per influxum, aut præſentiam, quæ requirunt principij exiſtentiam, ſed per receſſum, qui requirit principij abſentiā, & qui eſt Priuationis quaſi cauſalitas, nempe tranſitus formalis, ſeu forma, vt eſt motus connotans principium illud immediate ante fieriſſui, exiſtens; nam fieri cum motu, concretum, & relatio

Ariſtoteles hic t. 59.
S. Thomas lec. 12.

 eſt,

Digitized by Google

eſt, ſicut eſt relatio dicta *prius, & poſterius*, cuius elementa ſunt hoc præſens, & illud præteritum; hoc aliquid, illud nihil exiſtens, verumtamen alterutrum vtitur altero, aut alteri ſeruit ceu concauſa, vel cauſalitas, vt coaleſcat totum. cætera leges infra a num.296.

SECTIO III.

Alia argumenta diluit, & monſtrat ad omnes generationes cõcurriſſe, ſin minus priuationem formæ, negationem ſaltem, vel carentiam eius in ſubiecto.

114 IN Logica à num.985. docui quid eſſet
Ariſtoteles *Priuatio*, quidue *Negatio*, & quam pa-
5.met.t.27 rum inter ſe diſtarent. *eſt* ergo, vt ibi di-
S. Thomas cebam, *Priuatio carentia formæ in ſubiecto*
ibi. lect 20 *apto nato illam habere*, ita eſt carentia,
S. Auguſt. qua mea materia priuatur forma leonis,
cat eg.c.18 quam poteſt habere. *Negatio vero eſt carentia formæ in ſubiecto inepto illam habere*, ita eſt carentia oculorum in quouis Angelo.

In præſenti pro clara intelligentia doctrinæ addo, quoduis ſubiectum dici ineptum ad habendam aliquam formam, & conſequenter habere negationem eius titulo duplici; primo, quia tale ſubiectũ, quamuis exiſtat, tamen incapax eſt natura ſua formam habere; Sic eſt Angelus reſpectu oculorum. Secundo, quoniam actu non exiſtit, quamuis, ſi exiſteret, aptum eſſet, v.g. materia poſſibilis, ante Mundi creationem, erat ſubiectum ineptum habere formas, quas nunc exiſtens habet, & apta eſt habere; & conſequenter tunc illa habebat negationem formarum, quia ante Mundi fabricam, vna ex his propoſitionibus fuit vera; *materia habet formas. materia non habet formas.* non prima, vt patet, ſecunda ergo.

Materia, ergo vt pote inepta ratione non exiſtentiæ habebat tunc formarum negationem, quæ negatio eadem numero tranſiuit in priuationem, creata iam, & exiſtente materia, ſiquidem ea exiſtens iam eſt aptum ſubiectum, & priuatum formis, quas poteſt habere. vide quam parum diſtent priuatio, & negatio, ſi quę paulo ante negatio erat, priuatio modo eſt, & poteſt iterum negatio eſſe, ſi materia deſtruatur, & ſolum maneat poſſibilis vt antea, tranſeamus nunc ad argumenta reliqua.

Decimo arguis, datur generatio, in qua non concurrant tria principia; ergo falſa eſt doctrina Philoſophi. patet antecedens; quando Deus creauit terram, forma ſimul cum materia concreata creditur; fuit vero forma terræ verè generata in materia, vbi nunquam priuatio fuit, nec potuit eſſe, nec enim fuit prius tẽpore vacua materia, & informis, vt ſapiẽter notat *S. Thomas* ex *S. Auguſt.* in 1.p. q.66. a.1.c. vbi explicat alios Patres, qui tenere videntur contrarium, neque concurrere potuerunt ſimul in eodẽ inſtanti, in eadem materia, forma terræ, & priuatio realis formæ ipſius; ſicut neque eſſe, & non eſſe rei eiuſdem; ficta vero priuatio non ſufficit ad generationẽ realem; ergo aliqua generatio vera eſt, ad quam non concurrat priuatio; & conſequenter neq; tria principia, *in fieri*. *S. Thomas* *S. Auguſt.*

115 Omiſſis aliorum placitis, reſpondeo negando antecedens, & conſequentiam; & ad antecedentis probationem dico veram eſſe eius doctrinam; & diſtinguo conſequens; ergo aliqua generatio eſt, ad quam non concurrat priuatio vt priuatio eſt, concedo conſequentiam, vt carentia, vel negatio eſt, nego conſequẽtiam, ſat eſt ad generationem perfectam, quod terminus *à quo* ſit non eſſe, ſiue priuatiuum, ſiue negatiuum; priuatiuum quidem erit, quando reſederit in ſubiecto apto tempore præexiſtente, ante eſſe denuo producendum; negatiuum autẽ, quando reſederit in ſubiecto inepto habere formam producendam, tempore præexiſtente, ante eſſe, vel formam denuo producendum.

Et quoniam quando Deus generauit formam terræ in materia, producendo vtramque ſimul, nunquam prius extitit producta materia ſine forma, nunquam in ea fuit priuatio, fuit vero in ipſa vt poſſibili negatio formæ ſi non tempore noſtro præcedens, æternitate tamen, exiſtentiam formæ, quæ negatio cenſetur ab *Ariſtotele* ſufficiens, vt ſit terminus *à quo* generationis, quæ indifferenter dicitur *tranſitus de non eſſe*, ſiue priuatiuo, ſiue *negatiuo*, vt nos interpretamur non ſine ipſo, qui generationem eſſe expreſsè ait, quæ inter contradictoria mediat, idest, inter eſſe, & non eſſe, habendo pro termino

Ariſtoteles *S. Thomas ibi. c.7. in lect.2.*

mino *à quo* non eſſe, & pro termino ad quem, eſſe in 5.Phyſ. textu 7. ibi, *quæ igitur è non ſubiecto eſt in ſubiectum mutatio ſecundum contradictionem generatio eſt;* quæ verba ita explanat Pallauicinus n.12 dicens, *quæ igitur ex non ſubiecto in ſubiectum mutatio eſt. inter contradictorie oppoſita exiſtens generatio dicitur, quia ex non eſſe fit tranſitus ad eſſe.*

116 Sed vrgebis inferendo, ergo vera generatio non erit, quando neque ſit priuatio formæ tempore præexiſtens in ſubiecto, neque negatio; ergo non eſſet generatio illa actio, qua Deus hominem, vel equum produceret ab æterno; hoc autem falſum videtur, quia actio æterna eiuſdem ſpeciei foret cum ea, qua Deus eundem hominem, vel equum produceret in tempore: patet vltima conſequētia, quia ſi Deus equum conderet ab æterno, nunquam præceſſiſſet in equi materia priuatio formæ equi, neq; negatio formę eiuſdem, vt manifeſtum eſt.

S. Thomas

Reſpondeo ex S.*Thoma* 1.p. q.27. art.2. concedendo vtramque conſequentiam; nam cum generatio ſit mutatio de non eſſe ad eſſe, illa actio, qua Deus Equum conderet ab æterno, eſſet quædam productio, ſed non diceretur *generatio*, quę neceſſario petit facere de nouo effectum, faciendo eum tranſire de non eſſe præcedenti tempore exiſtēte, ad eſſe nouum; Equus autē ille, aut eius forma, ſi ab æterno fuit, ſemper fuit, & ſic nunquam ante eam præextitit carentia eius in ſubiecto, neque extra ſubiectum: an vero ſimilis Equi productio æterna ſpecie differat à productione eiuſdem Equi temporali, quę ſit vera generatio, dico infra à n.818

Sed opponis, ad productionem, qua Deus conderet ab æterno Equum, concurreret priuatio quædam metaphyſica natura, & conſideratione noſtra exiſtens in materia Equi, & ſimiles metaphyſicæ priuationes, & rationis poni poſſunt in materiebus terræ, & compoſitorum, quorum materiæ, formæque ſimul prodierunt, ergo actio illa verè eſt generatiua; & item reliquæ, ſiquidem connotant veras priuationes, & non ſolum merum nihilum.

117 Reſpondeo negando antecedens, & conſequentiam; impoſſibile namque eſt priuationem veram, præcedere ſolum natura, & ratione noſtra, ad formam, ſicut impoſſibile eſt realiter in eodem inſtanti, vel tempore eſſe ſimul rem, & priuationem eiuſdem rei. Ea enim omnia, quæ dicuntur eſſe priora ratione, abſolutè, & realiter ſunt ſimul, vti monſtratum fuit in Log. num.992. quis vero audeat dicere ab æterno, vel in tempore aliquo extitiſſe ſimul formam & priuationem eius in eodem ſubiecto.

Ariſtoteles *S. Thomas ſupra n. 10*

Quare fallunt Recentiores, qui adſtruūt has priuationes rationis, ſiue naturæ in propoſito; niſi forte illas fingant; fictæ autem non ſufficiunt ad generationes reales. Quare neque in Aeternitate eſſet vera hæc propoſitio, *materia eſt priuata forma equi;* neque in tempore eſt hæc vera, *materia fuit priuata forma terræ* ſicut neque hæc vera vnquam fuit, *Deus priuatus fuit voluntate creandi mundum;* licet poſſimus conſiderare, aut fingere varias prioritates, quæ non ſint in rebus, ſed in intellectu. quo autem modo res creata ab æterno, ſit prius natura, ac de ſe nihil, quam aliquid tradit S. Thomas.

S. Thomas 3 de Po. ar. 14 c.

Poſtremo pro maiori luce aduerte primo, in præſenti nomine *generationis*, ad quam, vt talem, dictum eſt ſupra, concurrere principia tria, intelligi compoſitum naturale generatum, quod rite etiam dici ſolet *generatio paſſiua*, id eſt, terminus generatus per generationem actiuam, ſiue per actionem generantem; & conſequenter perinde eſſe aſſerere ad generationem concurrere tria principia, atque ad genitum compoſitum *in fieri*. ita enim procedit *Ariſtoteles*, qui non agnouit alias modales generationes, quas nos vocamus actiones.

Ariſtoteles

Secundo, poſſe item nomine *generationis* intelligi actionem ipſam actiuam; ſed tunc illius aſſertionis, quæ ait ad generationem concurrere principia tria, ſenſus erit, non quod eam actionem intrinſece conſtituant materia, & forma, ſed quod concomitanter, & quando ea generat, & exequitur munus ſuum, concurrant in termino eius ea principia, & hoc ſolum prætendunt actionum modalium Inuectores.

Tertio aduerte *Ariſtotelē* dixiſſe hic in textu 42.& 67. prima contraria eſſe rerū naturalium principia, vbi nomine *prima contraria*, intellexit formam ſubſtantialē, & eius priuationem, quæ contraria prima, id eſt, primo, & maximo oppoſitionis genere inter ſe pugnant; non quatuor contrarias qualitates, quæ ſunt calor, 118

Ariſtoteles

frigus,

frigus, humiditas, & ſiccitas, quæ vocantur etiam prima contraria, vt bene declararunt *Conimb* cap.5.q.2.art.1. & 2. *Pallauicinus* in Paraphraſi illorũ textuũ; ideo non debemus putare omnia rerum principia contraria eſſe, ſed ſolum ea, quæ nequeunt ſimul, nec debent comorari; quo modo tantũ ſunt priuationes, & priuatæ formæ, vti ſupra declaratum eſt, & ex S *Thoma* demonſtrat *Alamanius* 1.2.p.ſum.Phy.q.2.a.2. *S. Thomas*

QVAESTIO II.

De Materia prima, quod eſt vnum ex tribus Principijs cõpoſiti naturalis ſubſtantialis, eius ſpeciebus, & proprietatibus; ſed prius de Doctrina cohærentia.

HAbent inter ſeſe tam ſtrictam concatenationem Scientiæ, & earum obiecta, vt impoſſibile videatur tradi vnam, & explicari obiectum eius, quin obiter plura ad alias ſcientias ſpectantia explicanda miſceantur, experti hoc eſtis in Logica, quæ pure auulſa tradi non potuit, & quin è media Metaphyſica plurima neceſſario peterentur. ideo in præſentibus libris Metaphyſicorum more procedimus, & in eorum meſſem, & materiam intramus, quoties res conſideramus ſecundum conditiones eſſendi, ideſt, quotieſcunque res definimus, vel aliquod prędicatum eſſentiale illis attribuimus.

119 Materiam primam in primis cum *Ariſtotele* definiemus, vt Phyſicę hic partem obiecti ſui, atque principij, vnde deducat, ac de quo prędicet motus ſuos, probatum, ac declaratum demus; materia enim commune obiectum multarum Scientiarum eſt, illam conſiderat Metaphyſica vt *eſt*, Phyſica *vt mouetur*, aut *mobilis eſt*; attotſan omnium mobilium ſublunarium, mobilior eſt materia; videamus ergo cum Metaphyſica quid ea ſit. de ipſa fusè tractant *Ariſtoteles* hic, & vbique S. *Thomas* ſuper libros illius, & opuſc.32 & S. *Auguſtinus* ſępe referendus. *S. Thomas 1.p.q.1.a.2* *Ariſtoteles* *S. Thomas* *S. August.*

SECTIO I.

An ſit, quid ſit, quotuplex, & à quo ſit Materia prima, & propter quid; vbi eam incorruptibilem, & ingenerabilem eſſe à naturali agenti concluditur, dum reſpondetur argumentis.

P. *Suarez*, in met.diſp.13.ſect.1. demõſtrare ſe putat exiſtere materiam primam, ſiue ſubiectum primum formarum, in quo tot mutationes, coruptiones, ſcilicet, & generationes continuò exercitantur, & merito; quia ad oculum apparet præſertim in alimento, & alto, dari quoddam commune ſubiectum, cuius beneficio, & acceſſione, qui cibatur, pingueſcit, & creſcit.

Pręter quã quod neceſſarium omnino eſt aliquod ſubiectum, in quo naturale agens producat, ac reponat effectus ſuos, excedit enim eius perfectionem producere quidquam indepẽdenter a ſubiecto, ſicut, & producere de nihilo, quod eſt creare, proprium ſolius Dei, vt pulchrè diſcurrendo demonſtrat *Auguſtinus* to.1. de Gen.contra Man.lib.1 cap.6 & probat S. *Thomas* 1.p.q.45.a.5. ſed tamen exiſtentia materię primę ex dicendis euidentius apparebit, legantur interim *Ariſtotelis* hic text.69. 51. & 52. & ibidem *Pallauicinus* Paraphraſtes, & S *Auguſtinus* to.1.Confeſs. lib.12. c.6. & S *Thomas* in *Alamanio* hic q.3. ab ar.1. *S. Auguſt.* *S. Thomas* *Ariſtoteles*

Eſt vero materia prima primum ſubiectũ ſubſtantialis mutationis, ſeu formarum ſubſtantialium, ex qua partialiter fiunt omnia ſubſtantialia compoſita per ſe. Colligo hãc definitionem ex Philoſop 10, qui text.82. vocat materiam *primum ſubiectum vnum* per ſe compoſitũ cum forma conſtituens. ex ſacro *Interprete* ibi lect. 15 & *Auguſtino* to.3. lib.5 de Geneſi ad lit. c.14. & lib.4. cap.5. & to.1. 12. lib. Confeſs. a cap.1. & Communi. 120 *Ariſtoteles* *S Thomas op 31.* *S. Auguſt.*

Dicitur materia *prima*, quia non ſupponit aliud ante ſe, quo ipſa conſtituatur intrinſecè, & fiat, fiunt autem ex ea omnia; quia compoſita omnia habent vnam partem materiam primam, ſibi intrinſecam, iuxta dicta q.1. rurſus dicitur *ſubiectum*, nam ipſa ſemper incorrupta perſeuerans quaſi ſubeſt continuis forma-

rum

Digitized by Google

rum mutationibus, per quas dicitur ab
S. Auguſt. Auguſtino *formabilis*, a S. Thoma *actuari*,
S. Thomas & *perfici*, ab Ariſtotele *ſpecificari*, ac determinari, & ab omnibus *commune ſubiectum*, & quidem rationabiliter propter dicta.

Et *primum* appellatur, quoniam, vt ait
Ariſtoteles S. *Thomas* cum *Ariſtotele* lect. 15. primum
S. Thomas ſubijcitur in generatione, & quia ipſa eſt fundamentale ſubiectum ceterorum prędicamentorum, quę in compoſito ſunt. Forma verò hoc modo non eſt, & ideo generationis ſubiectum primum non eſt; addit *Ariſtoteles* ineſſe materiam compoſito, vt quid per ſe conſtituens, non per accidens, quia nimirum ipſa ſubſtantia eſt incompleta apta nata facere ens per ſe, cum forma ſubſtantiali. vt colligit *Suarez*
Ariſtoteles d. 15. met. ſect. 10. nu. 62. ex *Ariſtotele* 2. de An. t. 7. & 7. met. t. 49.

121 Habet ſe nihilominus iſta materia prima in naturalibus compoſitis, ſicut materia quęuis ſecunda in artificialibus, vt ait ipſe Philoſophus. quemadmodum enim
Ariſtoteles hic tex. 69 auri, argentiue rude fragmentum de ſe indifferens eſt, vt recipiat hanc crucis,
S. Thomas op. 31 aut rei alterius formam, vel figuram, à qua veluti ornatur, & ad talem determinatam ſpeciem artefacti, determinatur, & ita determinatur, vt quando occaſio tulerit, aut volet Artifex, priſtinam figuram amittat, & aliam nouam acquirat; ita materia prima ex ſe omnibus formis eſt communis, & indifferens ad omnes, & ab hac modo, modo ab illa determinatur,
Ariſtoteles 7. met. t. 6. ornatur, & conſtituitur in determinata ſpecie; ita tamen, vt in perpetua ferè ſucceſſione ſit, & vix cum eadem forma commorari diu poſſit, propter continuam qualitatum contrariarum diſcordiam, & agentium naturalium pugnam pluſquam ciuilem. In eo vero maxime differunt materia ſecunda, & prima, quod hęc faciat cōpoſita per ſe, illa vero per accidens, vt apparet contemplanti. Hęc eſt eſſentia materię primę, quę tamen ex dicendis infra magis innoteſcet, prę ſertim à n. 153.

S. Thomas 1. p. q. 50. a. 2. Multiplex eſt materia in numero, nam in te eſt vna; altera in me; & in ſingulis naturalibus compoſitis ſunt materię numero differentes portiones; An vero dentur de facto, aut poſſibiles ſint materiæ pluxes diſtinctæ in ſpecie, diſquiremus inferius, à n. 230. & 235.

122 Materia dicitur, quia principium eſt, *neque ex alijs fieri*, quoniam vt ſupra n. 104 dictum eſt, à nullo eſt in genere cauſæ materialis, ſiue in eo genere, quo ipſa eſt primum principium: ſecus neque prima materia eſſet, neque ſubiectum primum, & aliud eſſet prius, à quo ipſa intrinſecè conſtitueretur in genere materię, de quo priori principio procederemus in infinitum; nam id etiam oporteret ex alio fieri; quare ſi in materia prima non ſiſtimus, tanquam in primo principio; in alio non ſiſtemus in ęternum; quia non inueniemus maiorem rationem, ob quam in hoc, & non in materia prima ſiſtendum fuerit. vt pulchrè oſtendit S. *Thomas* ſupra S. Thomas
in *Alamanio*. Ariſtoteles

Fit autem, & conſeruatur materia à ibi.
Deo efficienter per creationem, vt bene tradit S. *Auguſtinus* cap. illis 7. Confeſs. & S. Auguſt.
6. contra Ma. ibi. *Deus rectiſsimè creditur omnia de nihilo feciſſe, quia etiam ſi omnia formata de iſta materia facta ſunt, hæc ipſa tamen materia de omnino nihilo facta eſt.* Conſentit S. *Thomas* 1. p. q. 66. art. 1. & S. Thomas
Communis. op. 32.

Denique, *materia* prima *eſt propter formas*, quas recipit in gremio ſuo, vt mater; Ariſtoteles
& a quibus ſpecificatur; & item propter lib. 2. t. 9.
compoſita naturalia, quę ex ipſa, & formis S. Thomas.
coaleſcunt. Recipere enim formas, & op. 31.
cum illis cōſtituere compoſita, ſunt quaſi effectus, & operationes materię primę; quę tota eſt pura potentia, *potentia* vero *eſt propter operationes*, vt dicitur communi S. Thomas
prouerbio. dictum ergo eſt an ſit, quid 1. p. q. 105.
ſit, quotuplex, & a quo ſit, & propter a. 5. c.
quid materia prima.

Sed obijcis, non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate; ſed nulla eſt neceſſitas multiplicandi materiam primam; ergo ea non exiſtit. probatur minor, tum quia naturale agens poteſt producere formam extra ſubiectum, neque enim forma ignis, v. g. habet maiorem perfectionem, neq; difficilius producitur extra ſubiectum, quam intra illud, tum etiam, quia agens naturale creſcere poteſt, & augeri alimento carenti materia, nempe Euchariſtia, vbi materia panis, vel vini nulla eſt. Pręter quam quod augmentum à quantitate prouenit, non à materia; vnde non bene infers; alimento, & cibo ſumptis pingueſcis, & creſcis, ergo materia prima exiſtit; melius inferres, ergo quantitas exiſtit, quę ſola eſt radix augmenti.

Reſpondeo negando minorem; ponitur 123
enim

enim de neceſſitate materia prima propter dicta; nempe quia agens nullum naturale poteſt formas producere independenter à ſubiecto, & propter augmentũ, quod ſine dubio prouenit item à materiæ acceſſione; neque enim augmentum aliti, eſt ſolum accidentale, ſed ſubſtantiale etiam, quinimo à quantitate prouenire non poſſet, ſi materia præſens non eſſet, in qua illa, quæ accidens eſt, inhæreret: quare quando augeretur quis ſumptione Eucharistiæ, id augmentum proueniret tum à quantitate, tum à materia panis, quam Deus ibi denuo produceret, vel reproduceret. vti docent Theologi communiter, an contra *S. Thomam*, videbis in *Granado*, & Card. *Lugo* ad q. 77.

Ariſtoteles hic à t. 59.
S. Thomas l. & 12.
S. Thomas 3. p. q. 77. a. 5.

Ad id, quod relinquitur in probatione antecedentis, vbi dicitur æque perfectam eſſe formam ignis in ſubiecto productam ac extra illud, Reſpondeo ita eſſe, ſed tamen modus is diuerſus producẽdi extra ſubiectum, arguit perfectionem differentem in agenti, & ſoli Deo debitam. Eſt contra arguentem bona hæc inſtantia, ſimiliter forma ignis non eſt magis perfecta quando producitur ſine præuij diſpoſitionibus, ac quando producitur cum illis; & tamen nõ infertur; ergo ab agenti naturali poteſt produci ſine diſpoſitionibus.

S. Thomas op. 31.

Ex dictis concluditur primo materiam generari, aut produci non poſſe ab agenti naturali. probatur, quia nullum agens naturale eſt tam perfectum, vt producere poſſit ſubiectum primum, ſicut neque quidquam independenter à ſubiecto, & ſine præuijs diſpoſitionibus, vt manifeſtũ eſt conſideranti cotidianas agentium productiones, & item opera artificum, vt ſcite proſequitur *S. Auguſtinus* t. 1. lib. 1. de Gen. contra *Man.* c. 6. concludens, quod Deus eſt ſolus potens producere de nihilo, & nullo priori præſuppoſito ſubiecto, materiam primam, & cætera quæcunque voluerit.

S. Auguſt.
S. Thomas 1. p. q. 66. a. 1.

124 Concluditur ſecundo materiam corrumpi non poſſe viribus agentis naturalis. patet, quia agens naturale non poteſt producere aliquid, quod ita aduerſetur materiæ, vt eam corrumpat; neque ceſſare ab eius conſeruatione, aut Deum illã conſeruantem, ceſſare facere; quæ ſunt duo capita, ad quoduis deſtruendum; ergo intentum. antecedens eſt euidens, quia cum materia ſit indifferens, & commune ſubiectum, tam bene ſe habet cum calore, atque cum frigiditate, atque cum alijs quibuſuis contrarijs qualitatibus in eam ab agentibus naturalibus introductis, vel introducendis ad finem deſtruendi ipſam: nam aliter ea eius deſtructionem moliri non poſſunt.

Ariſtoteles 1. de Gen. à t. 53. & ibi.
S. Thomas

Deinde cum nullum agens naturale conſeruet materiam primam, nullum eſt, quod ceſſando ab eius conſeruatione, eam corrumpat; niſi dicas poſſe aliquem virum pium à Deo impetrare precibus ſuis, vt ipſe Deus ceſſet à conſeruatione materiæ omnis, vel alicuius partis, quod dices extra propoſitum. ambas iſtas concluſiones probat *Ariſtoteles* hic tex. 82. vbi de materia prima ita loquitur, *ſed incorruptibilem, & ingenitã neceſſe eſt ipſam eſſe &c.* vt ego alibi probo, natura ſua perpetuam, vt eſt Angelus, & Anima rationalis, licet Deus eam poſſet deſtruere, ſi velit; conſentiunt ibi *S. Thomas*, & reliqui Interpretes, ſpeciatim *Conimbric.* lib. 1. c. 9. q. 2. a. 2. *Arriaga* d. 2. ſect. 2. *Hurtado* d. 2. ſect. 1. *Suarez* diſp. 13. met. ſect. 4. num. 16. & 17 *Rubius* tr. de materia q. 9. n. 63. & *Ferrarius*. diſp. 2. *Tellez*, & iterum *S. Thomas* in *Alamanio* art. 1.

Ariſtoteles
S. Thomas 1. p. q. 46. a. 1.

Altera pars Sectionis ſatisfacit rationibus, quæ prætendunt Materiam primam corrumpi, & generari poſſe per vires Agentis naturalis.

Sed contra dicis primo, agens naturale, v. g. ignis, ſi non minus directè poteſt deſtruere materiam ligni, poteſt indirectè, nempe excludendo ab ea formam ligni, qua excluſa materiam, vt pote partem incompletam, & quæ ſtare nequit ſine complemento, deſtrui neceſſe eſt; ergo corrumpi poteſt materia prima ab agenti naturali. 125

Reſpondeo negando antecedens; quia ignis non poteſt excludere formam antiquam ſubiecti, niſi per introductionem nouæ à ſe productæ; quare nequit ſolitariam relinquere materiam; id quod innuitur veteri prouerbio, *generatio vnius eſt corruptio alterius*, ideſt quando generatur vna forma, corrumpitur alia; & quando corrumpitur vna, & à materia recedit, generatur alia materiam ſubintrans; an vero periret materia, ſi nuda relin-

Ariſtoteles 1. de Gen. t. 17.
S. Thomas. 1. p. q. 148. a. 2. ad 2.

Digitized by Google

relinqueretur, difficultatem habet inferius diſcutiendam.

Contradicis ſecundo, illa res eſt corruptibilis, & generabilis ab agenti naturali, cuius vnio ab eo corrumpi, & generari poteſt; ſed vniones partium materię corrumpuntur, & generantur ab agenti naturali, ergo materia corruptibilis, & generabilis eſt ab eo agenti. maior ſuadetur; quia ideo homo corruptibilis, & generabilis eſt ab alio homine, quia eius vnio corrumpitur, & generatur ab alio homine. Minor probatur experientia; quando enim ſeparas partem vnam aquę ab altera, deſtruis vniones, quæ continuabant illas partes materiæ; & ſi iterum illas partes aquæ con ungas, producis nouas vniones continuationis; conſequentia legitime infertur.

Diſtinguo maiorem, illa res eſt corrupti-
126 bilis ab agenti naturali, cuius vnio ita corrumpi poteſt ab eo, vt non maneant eadem phyſica prædicata in extremis ſeparatis, quæ erant in toto vnito; & ſic concedo maiorem, quando manent eadem prædicata phyſica in extremis ſeparatis, quæ erant antea in toto vnito; & ſic nego maiorem. Declaro me, mori, & corrumpi dicitur homo corrupta vnione inter animam, & materiam; quia non manet homo; ſola enim anima homo nō eſt; neque ſola materia, ſed partes hominis; non verò dicitur aqua corrumpi, quando è flumine extrahis aquam; quoniam tota eſſentia aquæ manet in parte extracta, & tota ſimiliter remanet in flumine; fateor corrumpi continuum illud aquæ, quod adintegrabatur ex partibus omnibus aquæ; ſed illa corruptio non reddit rem corruptibilem, propter dicta in diſtinctione maioris.

Præter quam quod probabilis ſententia aſſerit in cælo raro eſſe ſtellas errantes, & ſubinde motu ſuo ſcindere partes Cęli, eo modo, quo nos deambulantes ſcindimus partes aeris ambientis, corruptis tantum partium vnionibus; & tamen eadem ſententia fatetur eſſe incorruptibiles Cælos, & S. *Thomas* fatetur Empyrei partes, licet incorruptibiles, Beatorum reſpiratione conſtringi.

S. Thomas 2. d. 2. q. 2. a. 2. ad 5.

Ex has ſolutione colligo primo, Hominem ideo eſſe generabilem ab agenti naturali, quia hoc poteſt producere vnionem inter animam, & materiam; quæ duo, licet antea eſſent ſeorſim, homo neutrum extremum erat; non vero generabilem eſſe materiam; licet idem agens naturale inter eius partes produceret vnionem; quia partes materiæ ante iſtam vnionem, iam ipſæ *integra materia* erant; quamuis agens, quod vniſſet has partes, dici poſſit feciſſe nouum continuum.

S. Thomas op. 32. c. 5.

Secundo colliges vniones continuationis non eſſe de eſſentia materiæ primæ, inquantum ea eſt incorruptibilis, & ingenerabilis, ſed inquantum eſt quoddam continuum, quod, modo explicato, quia diuiſibile eſt, quodam modo corruptibile eſt, Ideſt, ſecundum vniones, quæ ſolæ corrumpuntur ſiue vt S. *Thomas* loquitur, *Secundum totalitatem quantitatis ſuæ, non ſecundum totalitatem ſuæ eſſentiæ.*

Vltimo obijcis, materia petit minimum 127
naturale, ita vt in minori parte nequeat conſeruari; ergo poteſt ab Angelo poſt multas ſectiones redigi ad id minimum; & poſt, ſecari per medium & conſequenter corrumpi. id ipſum ſuadebis alia via, demus, inquis, eſſe quoddam compoſitū naturale redactum ad tam exiguum minimum materiæ, vt ab ea capi alia forma non poſſit, tunc ſic; Angelus poteſt deſtruere hoc compoſitum naturale, corrumpendo vnionem & formam eius; quibus deſtructis neceſſario deſtruetur materia, quia durare non poteſt orbata forma.

Reſpondent docti Iuniores materiam primam, & formas non viuentes, non petere minima naturalia, & ſic timendum non eſſe, poſſe deſtrui ab Angelo directè, vel indirectè. Reſponſio hæc eſt vero ſimilior, quàm illa dicentium à Deo prohiberi Angelum, ne ſecet vlterius materiam ad *minimum* redactam, neuè deſtruat formam, in minimo collocatam; quia tali prohibitione indicatur re ipſa Angelū poſſe deſtruere materiam, ſed ex accidenti non poſſe.

S Thomas op 32. c. 5.

Poterat enim reſponderi poſſe quidem redigi ab Angelo materiam ad minimum, quod admitti poteſt, ſed vlterius diuidi ab ipſo naturaliter non poſſe; quia nulla creatura quantumuis perfecta poteſt deſtruere rem incorruptibilem, præſertim conſeruatam à Deo per actionem creatiuam; ſicut nullus Angelus eſt, qui poſſit deſtruere viſionem beatam, vel animam rationalem, vel alium Angelum, vel ab eis auferre intellectum, aut aliam perfectionem ex proprijs, vel cauſare vacuum

H in

Digitized by Google

in natura. vnde Angelus directè, neque indirectè poterit deſtruere materiam.

SECTIO II.

Oſtendit eſſe de eſſentia materiæ primæ immediate, & per ſe ipsã abſq; alia potentia intermedia, recipere formas omnes ſubſtantiales, & aliquot accidentales.

128 DVplex diſtingui ſolet potentia, vna dicitur *effectiua*, vt eſt ea, quam habet calor ad producendum calorem; alia *receptiua*, quæ eſt capacitas, in qua vna res recipit aliam; vt eſt anima, quæ in ſe recipit intellectum. Rurſus ea potentia eſt immediata, quæ ſe ipſa, & nihilo mediante attingit faciendo, vel recipiendo effectum, illa mediata, quæ non ſe ipſa, ſed aliquo intercedente facit, aut recipit effectum.

Dico ergo primo, *materia immediatè, & per ſe ſuamue eſſentiam recipit formas ſubſtantiales*, v.g. hæc materia Petri, immediatè recipit in ſuo gremio animam illius, cum qua mediante vnione vnitur, atque componit. Hoc dixit S.*Thomas* hic lec.15.

S. Thomas ita concludens, *Non igitur potentia materiæ eſt aliqua proprietas addita ſuper eſſentiã eius, ſed materia ſecundum ſuam ſubſtantiam, eſt potentia ad eſſe ſubſtantiale, ideſt, ad formas ſubſtantiales accipiendas*. & 1.p. q.77 art.1. ad 2. *dicendum*, ait, *quod actus, ad quem eſt in potentia materia prima, eſt ſubſtantialis forma, & ideo potentia materiæ non eſt aliud, quam eius eſſentia*. ita quod materiæ eſſentia nihil aliud ſit, niſi eſſe potentiam receptiuam actuum, ſiue formarum ſubſtantialium, quæ ponunt illam in actu, & in determinata ſpecie. vti fusè proſequitur S.Pater in *Alamanio* q.3.a 6.

Conſentiunt *Caietanus* cum S.*Thoma*. *Suarez* in met.diſp.13. ſect.8. n.3. *Conimb.*

S. Thomas op.32.c.5. hic.cap.9.q.3. & apud ipſos *Gandauenſis*, *Heruæus*, *Aegidius* & alij. *Rubius* lib.1.q.6. num.38. *Hurtado* diſp.2.ſect.2.n.19. *Arriaga* diſp.2. ſect.3. nu.27. *Ferrarius* hic, *Oniedo*, & *Tellez*, *Scotus* in 2. diſt.12. & ibi *Gregorius*. *Achill.* de Elem.dub.13. & communiter *Thomiſtæ*, *Scotiſtæ*, & Recentiores, qui hoc ipſum potuerunt colligere ex *Ariſtotele* tum alibi, tum 8.met.tex.15.82.

Ariſtoteles & 80. vbi appellat *matrem materiam*, in gremio ſuo formas recipientem, vti egregiè explanat Paraphraſi *Pallauicinus*, & conſonat S.*Auguſtinus* lib.12. Confeſſ.c.3. & c.8. de *natura boni* cap.18. *S. Auguſt.*

Ratio huius eſt. quidquid cum alio vnitur, & componit vnum per ſe cum ſocio, immediatè, & per ſuam eſſentiam vnitur, ſed materia vnitur, & componit cum forma ſubſtantiali, vnum per ſe; vt author eſt *Ariſtoteles* 8.metap.tex.15. ergo immediate, & per ſuam eſſentiam cum forma vnitur. Vnde infertur euidenter, ergo materia immediate, & per ſuam eſſentiam recipit formam. 129

Ariſtoteles

Confirmatur hæc ratio primo, quia communiter in definitione materiæ, dicitur eſſe *primum ſubiectum*, eſſe *potentiam puram*, & pure receptiuam; & quia poſſibile eſt eandem eſſe immediate receptiuam formarum, & ita eſſe de facto nihil prohibet; quinimo ita eſſe conuincit paritas deſumpta à forma, quæ per ſe ipſam immediate vnitur cum materia, eamque immediate actuat, & informat, vnde ipſa ſimul eſt prima potentia recipiens formas & vltima ratio eas recipiendi.

Confirmatur ſecundo; etenim potentia materiæ vt recipiat formas, nequit eſſe accidens, neque ſubſtantia; non illud, quia compoſitum ex materia, & forma eſſet accidentale, & ens per accidens, vt eſt album; ſed neque eſſe poteſt ſubſtantia, quia fruſtra eſſet, ſi enim materia poſſet ipſam immediatè recipere, cur non poterit formam ſubſtantialem. Vide alias rationes S.*Thomæ* in *Alamanio* 1.2. p.q.3. a.6.& 3.p.q 91.a.7.& ibi *Ariſtotelem*. *S. Thomas* *Ariſtoteles 2.de an.t.7*

130 Dico ſecundo, *materia prima per ſuam eſſentiam immediatè etiam recipit aliquas formas accidentales*; quales ſunt quantitas, vbi proprium, actio, qua creatur; & ſimiles: vt colligo ex *Ariſtotele* 7.met.tex 8. S.*Thoma* ibi lect.2. S.*Auguſtino* tom.1. de Categor.c.8.& ratio eſt, quia poſſibile eſt quod materia iſtas formas immediate recipiat, & de facto eas ita recipere ſuadetur tum ex eo, quod propriæ paſſiones reſidere immediatè ſolent in ſubiecto, cuius ſunt, & ideo intellectus, & voluntas reſident immediatè in anima, quantitas autem, & vbi ſunt paſſiones materiæ, tum etiam, quia ſine dubio prædicta accidentia reſident in materia mediatè, vel immediatè, dicamus ergo reſidere immediate, ne cogamur confingere alia accidentia diſtincta ignota, & ſine neceſſitate multipli-

Ariſtoteles *S. Thomas 3.p. q.77. a.2.* *S. Auguſt.*

tipli-

Digitized by Google

tiplicata, medijs quibus prædictæ paſſiones recipiantur; præſertim quia talia accidentia conficta, immediatè in materia reſidere affirmaturi ſimus; ſi enim hæc immediatè materiæ inerunt, cur non illę?

Hæc doctrina, quæ traditur à *Pererio* lib. 5. c. 18. & à nobis ſtabilitur lib. de *Generatione*, communis eſt inter Magiſtros, qui rem ita declarant. Materia prima, quæ eſt ſubſtantialis pars compoſiti, prius diſponitur recipiendo immediate quantitatem, in qua reſident quatuor primæ qualitates attemperatę, nempe calor, frigus, humor, & ſiccitas, & aliæ neceſſariæ ex iſtarum commixtione dimanantes, deinde ſic diſpoſita formam immediate item recipit, dum primo prędictæ qualitates, acceperunt cumulum, ideſt, factæ ſunt vltimę, & neceſſitantes, ita trahentes formam, vt mox ipſa introducatur.

Et quoniam ſemper contingit materiā eſſe aliqua forma præoccupatam, diſpoſitiones, quæ producuntur ab agenti fortiori intendenti producere effectum ſuū, deſtruendo formam præexiſtentem, vincunt diſpoſitiones eius, & locum earum ſubintrantes, qualitates amicas retinent, ac tuentur, inimicas expellunt foras, & ſic formam antiquam dominam materiæ, diſparere cogunt, & corrumpi, introducendo ſuam; *generatio* enim *vnius conſequitur ad corruptionem alterius*; hæc potetiis conſiderare in ligno viridi applicato ad ignem. *Ariſtoteles 1 de Gen. t 17. S. Thomas ibi.*

131 Ex his infertur primo, materiam nudā, & ſine diſpoſitionibus conſideratam, vel cum alienis, & alterius formæ, eſſe, ac dici potentiam remotam ad recipiendam formam ignis, v.g. non quia ipſa per ſe, & immediatè illam non poſſit recipere; ſed quia illam non recipiet, quandiu defuerint diſpoſitiones prærequiſitæ. integra E.C. potentia currendi eſt in homine robuſto, in vinculis coniecto, & per ipſam fit curſus, dicitur tamen pro tempore vinculorum potentia remota; quare in præſenti non eſt idem potentia remota, ac potentia mediata; quia, nimirum, iſta remotio non oritur ex defectu materiæ primæ, & potentię curſiuæ, ſed ex defectu diſpoſitionum, & impedimentorum acceſſu.

Infertur ſecundo, materiam immediatè quidem recipere quantitatem, ſed mediate, qualitates primas, & alias receptas immediatè ſolum in *quantitate*, quæ iuxta dicta in *Logica* num. 803. *Eſt primum ſubiectum, atque commune accidentium diſpoſitiones ad formas ſubſtantiales, materiæ ſubſeruiens* ceu ipſius potentia. *S. Thomas 3 p. q.77. a.2.c.* Tertio infertur poſſe rem eandem immediate recipere plures formas ſimul, ſicut eadem anima, recipit ſimul intellectum, voluntatem, vbi, & ſubſiſtentiam, neque inconueniens eſſe, quod res ſubſtantialis immediate recipiat actus, ſiue formas accidentales, vt manifeſte in anima cernitur.

Altera pars Sectionis reſpondet fundamentis quorumdam, qui poſuerunt potentiam accidentalem intermediam, vt materia recipiat formas ſubſtantiales.

Sed contra ſtant hic *Auerroes*, *Themiſt.* *Iandunus*, *Albertus* *Zabarella* lib. 1. de mat. c. 9 *Zimara* V. materiam, *Toletus* q. 14. concl. 1. & alij, qui probabiliter, vt putat, ac probat *Pererius* lib. 5. cap. 22. ad 1. opinati ſunt potentiam, qua materia recipit formas quaſcunque, eſſe accidentalem de genere qualitatis, illi tributam ab Authore naturæ, vt cauſet in genere ſuo, ideſt, recipiat formas, neque enim, inquiunt, debuit ille Author prouidentiſſimus, qui dedit igni potentiam actiuam immediatam, nempe calorem, quo calefaciat, & ſic ſuas potentias reliquis agentibus ſubſtantialibus, deeſſe materiæ, ei negando ſimilem potentiam formis recipiendis, atque hoc fuit eorum primum fundamentum. 132

Sed reſpondetur dediſſe Deum agentibus effectiuis potentias inſtrumentales, ab illis diſtinctas, quibus effectus producerent, negaſſe vero materiæ, quia hæc potentijs receptiuis à ſe diſtinctis, non eget, quoniam ipſa eſt ratio vltima recipiendi, vt ſupra probatum eſt: illa vero indigent quia, vt inferius monſtramus, excedit perfectionem limitatam creaturę facere ſine adminiculis, & inſtrumentis, non vero recipere quidquam ſine ipſis; ſiquidem, vt ex ſe patet, difficilius eſt dare, & agere, quam recipere, & pati; & propterea etiam eſt vera illa Christi D. aſſertio, *beatius eſt dare, quam accipere*, quia, ſcilicet, maioris eſt virtutis.

Secundum fundamentum eſt illud accidentarium eſt rei, *quod adeſt, & abeſt ſine* *Ariſtoteles 1 to.c.4.*

læſionerei; ſed potentia materiæ ad recipiendas formas adeſt, & abeſt, ſine læſione eius; ergo ei accidentaria eſt, & non eſſentialis. minorem probas; quia poſita in materia anima equi, perit potentia tum ad ipſam animam equi, tum etiam ad animam Petri; vel etiam ſemel deſtructa anima Bucephali, perit potentia materiæ ad illam iterum recipiendam; quia verum eſt vulgare prouerbium, *impoſſibilis eſt potentia, qua non poteſt reduci ad actũ.* certum autem videtur illam animam redire non poſſe virtute agentis naturalis.

Ariſtoteles 2.cal.t.59.
S.Thomas

Reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem; nam primo non perit potentia materiæ ad recipiendam formam, quando illam actu poſſidet, ſed reducitur ad actum, ideſt, potentia manet coniuncta cum ſuo actu, ſolum amittens priuationem eius, & non aliud; ſicut non perit tua potentia curſiua, currente te, imo communi prouerbio, quod eſt regula Logicæ, dicitur *ab actu ad potentiam bene valet conſequentia.*

Secundo non perit potentia materiæ ad recipiendam formam Petri, quando recipit, ac poſſidet formam alteram, quia hæc materiæ potentia dicitur eſſe ad ſenſum diuiſum, non ad compoſitum, ideſt, talis eſt, vt ſucceſſiuè habeat, & capiat formas, non ſimul; qualis dicitur eſſe potẽtia liberi arbitrij ad oppoſitos actus; habet enim voluntas quando peccat potentiam ad actum oppoſitum, non ponendum ſimul cum peccato, ſed a peccato iam relicto ſeparatum; & ideo vulgo dicitur, vt annotaui in *Tripartita* nu.387. habere *ſimultatem potentia, non potentiam*
134 *ſimultatis*, quare melius dicitur potentia materiæ in eo euentu impediri, ac remota fieri, quam deſtrui, aut perire, interuentu, ſcilicet, vnius formæ, totam materiæ capacitatem implentis, & ad aliam formam capiendam impedientis.

Tertio falſum item eſt perire materiæ potentiam ad recipiendam formam ſemel amiſſam; ſicut falſum eſt perire virtutem agentis naturalis deſtructo ſuo effectu; manet quippe potentia receptiua quantum de ſe eſt potens recipere iterum formam deſtructam, ſi ab agenti naturali reproduceretur, vt re vera reproduci naturaliter ab eo poſſe, ſi à Deo non impediretur, infra oſtendo. vel dici poſſet materiam, eiuſque potentiam contentam eſſe, ſi ſemel poſſit recipere quamlibet formam, nempe, in ſua prima productione; quamuis eidem non repugnet iterum formam recipere ſecundo productam. Vnde Axiomatis ſenſus erit, *impoſſibilis eſt potentia, qua nunquam poteſt, neque potuit reduci ad actum*. de quo tamen ſermo redibit infra à num.187.

Ariſtoteles 2.cal. t.59

Quarto obijciat quis, materia prima recipit formas mediantibus vnionibus realiter diſtinctis; ergo mediatè. concedo antecedens, & nego conſequentiam; vniones enim non faciunt diſtare res vnitas, ſed patiuntur immediationem; ſicut neque actiones faciunt vt cauſæ mediatè effectus ſuos producant, licet ſint in medio cauſarum, & effectuum; quare ſi nihil aliud mediet inter materiam, & formas præter vniones, materia immediatè recipit formam, ſicut forma immediatè recipitur, cuius ratio eſt, quia vnio eſt ratio formalis, qua materia recipit formas, ſicut & actio eſt ratio formalis agẽdi.

Demum *Ferrarius* hic diſp.2.a.13.exiſti- 135
mauit potentiam materiæ in ordine ad formas ſubſtantiales, eſſe quidem materiam ipſam; in ordine vero ad accidentia, accidentalem eſſe, ratio vrgentior eſt S.*Thomæ*, vt habes in *Alamanio* 1.2.q.3.a.5 c.qui videtur eſſe huius opinionis, quia vt ait Philoſophus *actus, & potentia ſunt in eodem genere*, ſed actus, nempe quantitas, qualitas, & huiuſmodi, ſunt de genere accidentis; ergo accidens ſimiliter debet eſſe potentia, qua eos recipiat materia.

S.Thomas
Ariſtoteles 8.Phyſ.t.16. & 12.met. t.26.

Reſpondeo non eſſe in vniuerſum verũ axioma, vt liquet, quia anima eſt ſubſtantia, & eſt potentia intellectus, vel actus intelligendi, qui eſt accidens, vt omittam alia plura exempla. Secus in conſequentiæ coargui poſſent noſtri Præceptores. Etenim illa accidentalis aſſerta, vel inſerta potentia vna, ſi non eſt multiplex genere, & prædicamento, pro diuerſitate actuum recipiendorum, qua materia recipiat formas accidentales, ſine dubio immediatè, ne eamus in infinitum, inerit materiæ, & ſubinde actus, & potentia ſecundum *Ariſtotelem*, in eodem genere non erunt: Prætérquam quod ipſe *Ariſtoteles* 7.m.tex.8.expreſſit quantitatẽ immediatè ineſſe materiæ, & ideo *S.Thomas* ibi lec.2. ſcripſit, *quantitas dimenſiua videtur ineſſe materia prima immediatè*, veluti nimirum *potentia* ipſi attributa à natura *ad recipiendas qualitates* diſponentes ad formas ſubſtan-

Ariſtoteles
S.Thomas 1.p.q.77.a.5.

ſtantiales, ipſarumque proprietates.

Atqui in loco allegato ab *Alamannio*, obſcurè procedit S.Doctor, & ideo tortaſſe *Scotus* in 1.d.16.q.1. excogitauit hunc axiomatis intellectum, nempe rem actu exiſtentem eſſe eiuſdem generis, ac ipſam poſſibilem, ſiue in potentia, ne noſtri Præceptores falli videantur in re tria opinantes ſemper actum, & potentiam debere eſſe generis eiuſdem. ex his ergo facile diluentur reliqua argumenta *Ferrarij*, & quæ proponit, ac diluit pro nobis

S. Thomas

S.Thomas 1.p.q.76.a.6.& 7. ac dices effatum illud non eſſe generaliter traditum; nec ſic receptum in Scholis, ſi nõ arridet ſubtilis explicatio *Scoti*, quaſi nõ quadret contextui.

SECTIO III.

Statuit potentiam materiæ ad recipiendas formas, eſſe item, ac dici appetitum, capacitatem, reſpectum tranſcendentalem, relationem, habitudinem *ad ipſas*, & aptitudinem, *ac* puram potentiam.

136 AD tituli breuem declarationem ſupponenda pauca ſunt de appetitu, vt ſic, eſt ergo *appetitus propenſio, & inclinatio rei vnius ad aliam ſibi conſentaneam, bonam, & ſe perficientem, quam res capax eſt habere & cuius priuationẽ habet*. ideo dixit S.*Thomas* q.22.de Verit.art 1.c. *appetere nihil aliud eſt, quam aliud petere, tendendo in illud*, id autem, quod ita appetitur, & petitur, non poteſt non eſſe bonum appetenti, quia vt ait *Philoſophus* 1 Ethic.cap.1.in principio, *bonum eſt, quod omnia appetunt*, & nihil inclinatur, niſi in bonum proprium, ſibi conueniens, ſeque perficiens; incommoda autem, & mala omnes creaturæ deteſtantur, quia nihil non indiuidui conſeruationem procurat.

S.Thomas. *Ariſtoteles.*

Duplex diſtinguitur *appetitus*, alius dicitur *elicitus*, alius *naturalis*, & innatus; appetitus elicitus, qui propriè appetitus eſt, eſt inclinatio, qua creatura rationalis, præuia cognitione boni veri, vel apparentis, fertur in illud; ita eſt amor, quo aliquid amamus voluntate ſpirituali, vel appetimus potentia appetitiua corporea, ita fermè diſtinguit S.*Thomas*.

S. Thomas 1.p.q 19. a.1.c.

Appetitus innatus, qui methaforicè talis dicitur, eſt inclinatio, ſeu propenſio, qua vnaqueque res abſque vlla præuia cognitione, quaſi inclinatur, & appetit ſibi bonum, id eſt, potentia capax habendi tale bonum, quo de præſenti caret; ita ſunt appetitus lapidis ad centrum terræ; ignis ad locum ſupremum; potentiæ ad actus ſuos; materiæ primæ ad formas tam accidentales, quam ſubſtantiales; quod hic prætendimus.

Habet ergo materia prima innatum appetitum ad formas, ſiue, vt melius loquar, ipſa eſt appetitus ad eas; ita docuit *Ariſtoteles* hic tex 81. verbis, quæ ſic illuſtrat *Pallauicinus* ibi, *neceſſe erit eſſe materiam, quæ illud bonum, id eſt formam appetat, ac deſideret, non quidem appetitu ac deſiderio animalis proprio. quoniam materia animal non eſt, ſed appetitu quodam, & inclinatione naturali*, & S Thomas ibidem, & in *Alamannio* hic q.3.de *mater.* a.7. & 1.p.q.59.a.2.c. & communiter vtriuſque Interpretes, *Porphyrius* lib.de *occaſio.* c.11. conſentiunt *Granado* 12. Controu.1. d.1. nu.1. *Rubius* hic tr.1. de mat. q 6 *Hurtado* d.2 §.32. *Arriaga* d.2 a n.41 *Conimbric* c.9 q.4.a.1. *Scotus* in 2.d.3.q.5 *Ferrarius* diſp.2. a.19.& diſcipuli *S Thomæ*, & *Scoti*, & Recentiores.

Ariſtoteles S. Thomas *lect. 15.*

S. Thomas 1 m.l.r & *de P.q.4 a.*

Et probatur. illa res habet appetitum, 137
ſiue eſt appetitus ad aliud, quæ inclinatur & propendet in illud, vt in ſibi commodum, ac ſe ipſam perficiens; ſed materia inclinatur, & propendet in formas, vt in ſibi commodas, & ſe ipſam perficientes, ergo ea habet appetitum ad eas; minor eſt euidens, quia materia eſt incompleta, eſt compars, & materiam formæ perficiunt, & complent, ceu eius comparter, vti ſolent actus perficere, & complere, potentias ſuas, quæ propterea *dicuntur eſſe propter ſuos actus, & operationes*, ſiue ad eas ordinari.

Ariſtoteles 9. M. t 15.

Quare neceſſe eſt, vt materia inclinetur, & ordinetur ad formas, vti ad ſui complementa, quibus phyſica compoſita componat; & conſequenter, quod appetat formas; ſiquidem, vt ait S.*Thomas* lect.15. nihil eſt aliud materiam appetere formam, quam eam ordinari ad formam, vt potentiam ad actus, *antequam eos habeat*, ideo ex *Ariſtotele*, & S *Thoma*, communiter *appetitus materiæ* dicitur eſſe *capacitas* paſſiua eius, concepta per modũ incli-

S. Thomas ibi & 1.p. q.105 a 5 c

Ariſtoteles S.Thomas

inclinationis *ad formas, quas non habet.*

Inde vlterius . t vt materia dicat reſpectum, & tranſcendentalem relationem ad formas; quidquid enim ab alio ſpecificatur, reſpicit tranſcendentaliter id aliud, ſed materia ſpecificatur a formis; ergo eas tranſcendentaliter reſpicit. maior eſt manifeſta, minor conſtabit ex dicendis infra, vbi colligemus ſpecificam diſtinctionem materiarum, ex ſpecifica diuerſitate collectionum formarum, quas illæ reſpiciunt tranſcendentaliter, & traditur ſæpe à *S. Thoma*, & *Communi* cum Philoſopho, vt habes in *Tellez* d.21.ſect.3

Ariſtoteles 2 de an c.4 S. Thomas. 1 p q.76. a.5.

138 Sed aduerte primo, quando aſſerimus materiam appetere formas, vt ſui complementum, nos conſiderare eam carentem omni forma, vt ſic melius appetitum, qui ſupponit carentiam rei appetitæ, apprehendamus; quamuis materia etiam dum retinet vnam formam, ſpecificatiuè conſiderata alias formas appetat, ſucceſſiuè recipiendas formam vero, quã poſſidet, non appetit, ſed in ea poſſeſſa quaſi cõplacet, forma quippe poſſeſſa potentiã materiæ ſatiat, non deſtruit, ſed perficit.

S. Thomas op.31.

S. Thomas 1 p q.19. a.1 c.

Aduerto ſecundo, quod ſi ex parte vna poneretur nuda materia, & ex alia, formę omnes; illa quantum de ſe eſt non maiori propenſione, aut appetitu ferretur in vnam, quam in aliam, quia æquo modo eius capacitas qualibet forma completur; quare dum informatur anima nobiliſſima, non magis, nec minus contenta eſt, ac quando informatur anima viliſſima, & æquali facilitate, ac difficultate deſeret vtramque quantum de ſe eſt, licet aliquę formæ difficilius à materia dimoueantur propter diuerſam radicationem ipſarum.

S. Thomas 1 p. q.66. a.2. c.

Aduerto tertio materiam quidem appetere collectionem formarum determinate tanquam ſui *ſpecificatiuum*, & bonũ proprium; ſed non appetere omnes habendas ſimul, ſed modo ſibi poſſibili, ideſt, ſucceſſiuo, ſiue, vt aiunt *diſiunctiuè* hanc, vel illam, vel vage aliquam an vero appetat formas deſtructas, ad quas ſine dubio fertur tranſcendentaliter, & quarũ de ſe capax eſt, dicam alibi commodius.

S. Thomas 1 p. q.76. a.5 c.

Concludo ergo, hæc nomina fere ſynonyma eſſe, *potentia, capacitas, aptitudo, propenſio, inclinatio, appetitus innatus ordo tranſcendentalis, reſpectus*, ſiue *relatio, habitudo*, & *pura potentia*; licet, vt iam dixi, appetitus priuationem rei appetitæ connotet, & ideo extrinſecè differt à reliquis prædicatis; quare materia eſt pura potentia eſſentialiter, aptitudo, propenſio, & reliqua, quibus recipit, ac reſpicit ſuas formas ſubſtantiales, & accidentales, cum prædicta diſcretione.

S. Thomas 1 p q 19. a 1.

Dicitur autem materia *pura potentia receptiua*, non quia aliquid non agat, vere 139
enim agit in ſe quantitatem, & propriam ſubſiſtentiam; neque quia in rigore ſit pura potentia, & nullo modo actus; habet enim actum exiſtendi, & quem vocant *entitatiuum*, vt dico infra; ſed quia in compoſitione compoſiti, quod partialiter fit ex ipſa, eſt ſubiectum pure receptiuum; carens compoſitione phyſica, id eſt, ipſa materia neq; eſt actus phyſicus, neque eſt compoſitum phyſicum cõſtans materia alia anteriori, & forma, vti monſtratur inferius à n.261. & 368.

S. Thoma 1. p. q.44. a.2. c & 2. c.G. c.16

Quæ in iſta Sectione dixi de materia prima, dictum generaliter eſto de quacunque alia re, quæ ſit ſubiectum receptiuum, vel cauſa rei alterius, reſpectu formarum, quas poſſunt recipere, vel effectuum, quos poſſunt efficere. *Anima* rationalis, v g. habet potentiam, aptitudinem, propenſionem, relationem tranſcendentalem, in ordine ad recipiendum, reſpiciendum, & efficiendum in ſe intellectum, & voluntatem, & harum potentiarum actus; & ita dicendum de reliquis entibus reſpectu ſuarum paſſionum, compatitium, vel operationum, legantur in *Tripartita* à num.565. dicta de aptitudine Vniuerſalium, qua ſunt veluti materia prima. & in multis ei conſimilia, & in *Alamanio* 1.2. p.q.3. art.7. rationes *S. Thoma* pro ſtabiliendo materiæ appetitu, quem tamen negarunt *Iuſtinus Mar* & *Auicenna* ob rationes ex dictis diluendas.

S. Thoma 1 p q 75. a 5. ad 1.

S. Thomas

SECTIO IV.

Secat, ac diſtinguit eſſentialiter in vnica materia prima plures potentias partiales, ſiue reſpectus tranſcendentales, materia ipſi eſſentiales, ſe mutuo non includentes, in ordine ad formas plures.

QVæſtio hæc ſub his terminis vulgo 140
proponitur, *an* ſcilicet *materia prima reſpiciat omnes formas, tam accidentales, quam ſubſtantiales, per vnicum, &* indi-

indiuiſibilem reſpectum, aut per reſpectus plures, pro pluralitate formarum. Ego autem, vt clare dicam, quod ſentio ſtatim in principio, admoneo Lectores primo, certum apud nos eſſe debere materiæ quamlibet portionem non habere plures reſpectus realiter diſtinctos, ita vt altero reſpiciat formam Leonis, & altero realiter diſtincto, formam equi, & ſic alijs diſtinctis, reſpiciat diſtinctas formas; quia ſi talis diſtinctio contingeret, non eſſet vna materia, ſed plures, eæque ſpecie diſſidentes ſecundum diſtinctionem formarum reſpectarum.

S. Thomas op. 32. c. 5. Ariſtoteles 1. Gen. t. 10

Præterquam quod vnicam portionem materiæ, recipere de facto formas plures experientia manifeſtat. Videmus enim materiam eamdem modo formam viuentem, modo non viuentem habere; & ſubinde certo colligimus eamdem materiam eſſe, quæ ſucceſſiue multas formas recipit, & reſpicit per eamdem realem potentiam, & reſpectum. Vna ergo eſt potentia, vnus eſt reſpectus indiuiſus, quem realiter, & à parte rei habet vnaquæque portio materiæ, qua reſpiciat formas plures.

141 Secundo admoneo, indubitatum eſſe ſecundum noſtras opiniones logicas, poſſe abſtrahi plures rationes communes à materia iſta prima, & ab alijs, quas Deus cõdere poteſt; imo à materia hac, & alijs entitatibus iam conditis, iuxta varias cõbinationes, conuenientias, ac differentias eiuſdem materiæ cũ reliquis materiebus, vel entibus. Vnde ſi à Deo crearetur modo vna materia, quæ ſolum poſſet recipere formam vrſi, cõueniret in poſſe habere eam formam, cum noſtra, & conſequenter ex ea conuenientia abſtrahi poſſet ratio communis, quæ in ſuo conceptu diceret receptiuum formæ vrſi.

S. Thomas Ariſtoteles S. Auguſt. in Tripartita à n. 543

Similiter, quia conuenit hæc materia cum anima rationali, (poteſt quippe anima recipere, ſicut de facto recipit formas accidentales, ideſt, intellectum, & voluntatem) in eo, quod vtraque recipiat formas accidentales; abſtrahi poteſt ratio communis abſtrahens à corpore, & ſpiritu, quæ ſolum dicat *receptiuum formarum accidentalium*, ſiue ad eas reſpectum; & ita poſſunt aliæ rationes abſtrahi prædicabiles de materia iſta, & reliquis quibuſlibet.

Tertio admoneo opinari me fundamẽtum non eſſe diſtinguendo in materia potentiam ad formas, ab eius eſſentia; quia re, & ratione, eſſentia eius eſt pura potentia, quæ modo dicitur *remota*, quia conſideratur ſine diſpoſitionibus, modo *proxima*, quia ipſas habet; ipſa tamen de ſe ſemper intelligitur immediata, & proxima formis; poteſt quidem in ipſa conſiderari ratio potentiæ vt ſic, communis, vel ſimilis cum rebus alijs receptiuis, quæ ſit quaſi genus, ratione diuerſa à differentia, ſed ea non eſt tota eſſentia materiæ, in qua minus diſtingui poteſt duplex ratio, alia remota, alia proxima, quod fruſtra prætendit *Arriaga* hic d. 2. ſ. 2. num. 34. quia licet hæc materia ſe ipſa proxime, & immediate recipiens formas, æquiualeat alteri poſſibili, quæ eas reciperet potentia intermedia, & ſic remote, æquiualet tamen eminenter, ideſt, ſe ipſa ſola facit, quod illa ſe, & ſuo inſtrumento receptiuo, & ideo cum ipſa non conuenit noſtra materia in recipere remotè, vt manifeſtum eſt.

His præmonitis *dico primo*, quamuis à parte rei ſit indiuiſibilis reſpectus materię ad omnes formas, noſter intellectus poteſt, & ſolet partiri in eadem materia plures reſpectus metaphyſicos, ſeu reſpectiuas formalitates in ordine ad formas, & tot, quaſi in numero ſaltem differentes, quot ſunt eæ formæ. 142

Et probatur. nam quoties datur fundamentum ad faciendam diſtinctionem rationis, ea poteſt fieri ab intellectu; ſed in præſenti materia datur; ergo poteſt fieri. Minor probatur reuocando in memoriam illud fundamentum triplex, aut quadruplex poſitum in *Logica* num 488 quo vtitur intellectus ad adunata diuidenda; nam in primis materia prima eſt res fœcunda, virtute multiplex, quatenus capacitas eius multas formas poteſt accipere, ſaltem ſucceſſiuè; deinde limitatus eſt noſter intellectus, qui materiam totaliter non ſemper vno actu capit; Tertio eſt poſſibilis alia materia receptiua reliquarũ formarum ſubſtantialium, quas recipit noſtra, excepta anima rationali; ac de facto exiſtit *quantitas*, quæ eſt receptiua formarum tantum accidentalium; & *Animus*, & *Angelus*, qui recipere tantum valent formas accidentales ſpirituales, nempe, intellectum, & voluntatem, & ſimiles.

S. Thomas 3. p. q. 77. a. 2. c. & 1. p. q. 75. a. 5. ad 1.

Ex quo fit vt intellectus videndo in diuerſis entitatibus reperiri ſeparatum

realiter

realiter receptiuum, ſiue reſpectum ad formas corporeas; ac receptiuum, & reſpectum ad ſpirituales; vel receptiuum formarum ſubſtantialium, & receptiuum formarum accidentalium; diſtinguat ratione ſimilia receptiua, & reſpectus quãdo in eodem ſubiecto contingit coincidere receptiuum vtrumque, ad eum modum, quo in Petro diſtinguit *animal à rationali*, quia vidit ſeparatum realiter principium ſentiendi à principio ratiocinandi, in Leone, aut Equo.

143 Quapropter nihil prohibet quominus noſter intellectus concipiendo inadæquatè materiam, diſtinguat explicando ſolum illum reſpectum partialem, qui fertur ad formam Leonis, aut illum, qui reſpicit animam rationalem; & alium in ordine ad aliam particularem formam, non curando de reliquis, ſiue reliquos reſpectus non cognoſcendo. patet hoc experientia quotidiana; frequenter enim Magiſtri his terminis cum iſtis præciſionibus vtuntur. *Materia prima prout præciſſe reſpicit formam rationalem, materia explicite conſiderata in ordine ad formam Leonis. Conceptus formaliſſimus explicitus, & partialis, ſiue inadæquatus materiæ ſecundum quem reſpicit formam terræ*; quod eſt indicium manifeſtum diſtinctionis, quæ fit inter formalitates, & reſpectus materiæ; dantur ergo in ipſa plures reſpectus, pro pluralitate formarum, non ante, ſed poſt operationem intellectus, quorum neuter formaliter eſt alter.

S. Thomas 1 p. q. 85. a. 1.

Dico ſecundo, non ſolum reſpectus materiæ, v.g. ad animam rationalem formaliſſime, & explicitè non eſt idem cum reſpectu alio eiuſdem materiæ ad quantitatem, ſiue ad formam Leonis, verum etiam ille adæquatè eſſentialiter diſtinguitur ab hoc, id eſt; in hoc non includitur; neque è contra, hic in illo, ſed inter ſeſe ſe habent, ſicut *animal rationale*, quorum neutrum includit alterum formaliter licet à parte rei ſint idem.

Hoc dictum facilè perſuadebitur eſſe verum in omnibus reſpectibus particularibus materiæ, ſi in reſpectibus duobus generalibus, quos afferam pro exemplo, verum eſſe conuicero. Prodeant ergo reſpectus materiæ, quo ipſa reſpicit formas ſpirituales; & reſpectus, quo eadem reſpicit corporeas; quorum ille primus, ſi bene penetretur, eſt ratio communis abſtractus, & præciſſus à noſtra hac materia, & ab alijs ſubiectis, quæ poſſunt recipere formas aliquas ſubſtantiales, vel accidentales ſpirituales; qualis eſt anima, intellectus, & materia alia poſſibilis. Secundus vero reſpectus ſimiliter eſt ratio communis abſtracta ab hac eadem materia, & ab alijs ſubiectis, quæ poſſunt recipere formas corporeas, qualiter inter alia eſt quantitas.

Tum ſic argumentor, illa duo diſtin- 144
guuntur eſſentialiter adæquatè, quorum neutrum includit alterum, ſed prima illa ratio, vel reſpectus materiæ, qui reſpicit formas ſpirituales, non includitur in altero, qui reſpicit formas corporeas, neque è contra; ergo ij duo reſpectus diſtincti ſunt eſſentialiter. Probo minorem. ille reſpectus prior in ſuo conceptu partiali aliqualiter integro explicito, & implicito, ſolum dicit, & habet hoc, quod eſt reſpicere formas ſpirituales vt ſic; ergo non dicit, neq; habet explicitè, neque implicitè in ſe illud, quod eſt dicere reſpectum, ſiue reſpicere formas corporeas vt ſic.

Conſequentia patet; quia ſi talis ille reſpectus, vel implicitè ſaltem diceret reſpicere formas corporeas, hæc prædicatio eſſet falſa, *quantitas habet illum reſpectum ſibi eſſentialem ad formas*; quia eius ſenſus eſt, eſſe de eſſentia quantitatis reſpicere connaturaliter formas corporeas, & ſpirituales. memini me propter robur huius rationis, dixiſſe olim in Logica num. 746. *rationale* non includi in *animali*, quia ſi includeretur, hæc propoſitio eſſet falſa, *Leo eſt animal*, quia eius ſenſus eſſet, Leonem eſſe rationalem, & hominem, *cui enim conuenit eſſentialiter aliquod prædicatum, neceſſario conuenit, quod eſt inclusum eſſentialiter in tali prædicato*.

Ariſtoteles S. Thomas. ibi.

Confirmatur tota hæc doctrina ex regulis illis duabus traditis in Logica à num. 728. quæ ſic breuiter erant. *Ratio quæuis communis in ſe nihil aliud habet, neque includit niſi conuenientiam quam præbuerunt inferiora à quibus abſtracta eſt, & niſi illud quod eſt principium & radix operationum, quæ eſt principium & radix talis ratio communis*; ſed inferiora reſpectus, ſiue rationis illius cõmunis *materiæ, & quantitati*, ſolum præbuerunt intellectui, pro fundamento abſtractionis, conuenientiam in *reſpicere formas* vt ſic, abſtrahendo à reſpicere formas ſubſtantiales vel accidentales; & ipſe reſpectus communis

munis abſtractus ſolum eſt radix receptionis formarum vt ſic; non ergo reſpectus ille materiæ erga formas ſpirituales, includit alterum reſpicientem corporeas; ſecus vterque reſpectus reperiretur idétificatus in quantitate; & quantitas ſimul includeret reſpectum ad vtrumque formarum genus, & vlterius fieret, quod ſimul eſſet *ſubſtantia*, & *accidens*; corpus & ſpiritus; vel ſaltem, quod nihil eſſet horum.

S. Thomas q 8 de Po. a.2. ad 1

145 Abſurdum autem id ſequi, euidens erit conſideranti illam rationem communem reſpectus, abſtractam à materia, & quantitate, eſſe omnino vniformem, & quaſi numero ſolum differentem in materia, & quantitate, non ſecus atque *animal* in homine, & equo; vnde neceſſe eſt, quod ille reſpectus non includat magis, quam poſſunt capere, & habere eius inferiora, de quibus prædicatur; ſicut animal nihil includit, quod nõ capiat homo, & equus; & ſane ſi rationes communes nihil habẽt, niſi quod à fundamentis phyſicis acceperunt (vti receptum communiter apparet in *animali*, & *rationali*) reſpectus iſte communis materiæ, & quantitati, eſſentialiter non includet quidquam, quod nõ ſit commune materiæ, & quantitati, & quod de ipſis repugnet prædicari, ne fiat contra regulam Philoſophi *dici de omni*, expoſitam in *Logica* n.1008.

Ariſtoteles 1. Prio. c. 1.

Dico tertio, præfati reſpectus materiæ primę diſtincti ſunt penes diſtinctionem formarum, quas reſpiciunt; ſed quia identificantur realiter inter ſe, non vocamus eos abſolutè diſtinctos in ſpecie, vel genere; ſed ſolum quaſi in ſpecie, vel genere, imitando Theologos, qui diuinas perfectiones diſtinctas tantum per intellectum, aiunt diſtingui non ſpecie, ſed quaſi in ſpecie, propter identitatem realẽ, quam habent à parte rei. dictum hoc ſemper putaui eſſe veriſſimum, ac bonæ Theologiæ, & Philoſophiæ conforme, nequidquam repugnantibus quibuſdam Recentioribus; probandum vero eſt tota ſectione ſequenti, & à calumnijs defendendum in ſubſequenti.

S. Thomas 1 p. q. 27. a 4.

SECTIO V.

Monſtrat reſpectus tranſcendentales materiæ primæ erga formas, diſtingui modo quaſi numero, modo quaſi materialiter, modo quaſi ſpecie, modo quaſi genere, nempe ſecundum formarum, ſiue terminorum diſtinctionem.

146 INgenuè fatentur recentiores Magiſtri, quibus cum belligeramus, reſpectus materiæ, modo ponantur ſe inuicem claudentes, modo non ſe claudentes, diſtingui inter ſe explicitè & quaſi numero, quando, videlicet, reſpiciant formas numero ſolum differentes, vel etiam quaſi materialiter, paulo plus quam numero, quando formæ reſpectæ, plus quam numero, ſeu materialiter diſtinguuntur; vnde in eo diſſidium non habemus; relinquitur ſolum probandum à nobis, reſpectus materiæ erga formas ſpirituales, ſpecie differre à reſpectibus eiuſdem materię erga formas corporeas; quod ſi conuincatur, conuincetur tituli aſſertum.

Ergo ſic argumentor primo, illi tranſcendentales reſpectus diſtinguuntur ſpecie, qui habent terminos adæquatos ſpecie diſtinctos; ſed reſpectus tranſcendentales materiæ erga formas ſpirituales; & reſpectus eiuſdem erga corporeas, habent terminos adæquatos ſpecie diſtĩctos ergo ij reſpectus ſpecie diſtinguuntur. Maior eſt communis *opinio*; minor eſt euidens, quia reſpectus reſpicientes formas ſpirituales, nullas alias formas reſpiciunt, præter eas, ſicut, & reſpectus reſpicientes formas corporeas, nullas alias formas reſpiciunt; neque putandum eſt reſpectus priores reſpicere præter ſuas formas ſpirituales, alias corporeas; quia ſupponimus hic omnes *Philoſophi reales*, illos reſpectus eſſe diſtinctos inter ſe ratione ratiocinata obiectiua, ſe habente ex parte materiæ, & non tantum ex parte connotatorum. conſequentia vero legitimè infertur.

S Thomas. 22. q 26. a. 7. 6.

147 Secundo ſic argumentor, reſpectus materiæ ad animam Petri, non ſpecificatur ab anima Equi cuiuſdam, ſed ab anima Petri, & reſpectus ad animam Equi, non ſpecificatur, niſi ab anima Equi; ergo ij reſpectus diſtinguuntur inter ſe ſpecie, quia animæ prædictæ ſecundum ſuas eſſentias peculiares ſpecificant illos reſpe-

ctus, non ſecundum aliquam virtutem, vtrique communem: Confirmo id ipſum ex conceſſis à Recentioribus, ipſi enim libenter admittunt reſpectus illos duos, quorum alter reſpicit animam *Iudæ*, & alter animam *Chriſti D.* quas opinantur eſſe materialiter differentes, & aliquanto plus quam numero, differre inter ſe materialiter, iuxta diſtinctionem earum animarum; vt habes in *Tripartita* à n. 1205.

Tunc ſic inſurgo, ideo diſtinguis illos reſpectus materialiter, & plus quàm numero; & bene facis, quia animæ, quæ ſunt termini eorum, diſtinguũtur materialiter; ergo quãdo animarum diſtinctio creſcit, creſcit ſua proportione diſtinctio reſpectuum, & quando diſtinctio animarum, ſiue formarum, peruenit ad ſpecificam, ſimiliter euadet diſtinctio reſpectuum; quo enim fundamento ſiſtis in diſtinctione materiali reſpectuũ materiæ, ſi aſcendis ad numeralem, & materialem diſtinctionem eorum, propter numeralẽ, & materialem formarum diſtinctionem? Crede ergo concluſioni dicenti *reſpectus materiæ primæ præciſos, & factos occaſione diuerſarum formarum, diſtinctos eſſe inter ſe, ſecundum diſtinctionem earum.*

Reſpondebunt aliqui conſectariè ad ſuas Theologicas opiniones non veras, reſpectum materiæ erga animam rationalem, in ſe claudere implicitè reſpectum alterum eiuſdem materiæ erga quantitatẽ, vel animam Equi; & hunc viciſſim illũ, & ſic ambos non differre, niſi penes explicitum, & implicitũ, & ſolum quaſi materialiter; quia vterque habet intrinſecè quidquid ſocius alter habet, & ſic vterq; habet eamdem eſſentiam paulo immutatam.

Reſponſio hæc in primis eſt falſa, quia efficaciter probaui ſupra nn. 143. reſpectus iſtos non ſe ad inuicem includere, deinde, dato quod vera eſſet, adhuc prædicti reſpectus explicitè quaſi ſpecie diſcernũtur, qualiter diſtinguuntur in Deo ſapientia diuina ab eius voluntate, licet mutuo ex ſe claudant, quod & ipſi aduerſarij confitentur, & colligunt ex S. *Thoma*. *S. Thomas. 1. p. q. 27. a. 4.*

148 Alij reſpondere poſſent cum *Nominalibus* facilius, negando reſpectus diuerſos in materia, ſiue formalitates obiectiuas differentes, & aſſerendo reſpectum materiæ erga animam rationalem, eſſe materiam totam conceptam in ordine ad eam formam; & reſpectum eiuſdem, erga quantitatem, vel erga animam Bucephali, eſſe ipſam totam conſideratam in ordine ad quantitatem, vel animam Bucephali, nulla prorſus diſtinctione facta per intellectum in materia, ſed ſolum in conceptibus formalibus, diuerſo modo, & in ordine ad connotatos terminos differentes materiam concipientibus.

Sed [illegible] reſponſio licet facilis ſit, & tradat rem [illegible] potabilem, fundari videtur in [illegible] & contraria communi *Scholaſticorum, & Patrum*; quia falſo opinatur non poſſe intellectum adunata diuidere, ex modo cognoſcendi, quaſi partiendo rem ſecundam in particulas, ſiue formalitates obiectiuas ſecundum varios terminos, vel operationes diuidẽdo res, vti in *Tripartita* à nu. 534. monſtraui contra *Nominales*, & eorum modernos Sectatores; licet, vt verum fatear, melius in *Phyſica* cognoſcitur materia *Nominalium* more, & ſine iſtis præciſionibus; quia in re entitas materiæ recipit appetit, reſpicit formas, & cum eis componit; tracto vero iſtas præciſiones quaſi inutiles, vt morem geram ingenio, aut genio quorumdam. *S. Thomas Ariſtoteles in Tripart. à n. 543.*

Tertio ſic argumentor, reſpectus, quo reſpicit materia animam rationalem, diſtinguitur à reſpectu, quo eadem materia reſpicit animam equinam; ergo diſtinguuntur ambo reſpectus inter ſe eſſentialiter, & quaſi ſpecie. Probo conſequẽtiam, nam in primis diſtinguuntur aliquo modo, ſed non poſſunt diſtingui ſolum quaſi materialiter; quia prædictæ animæ non poſſunt dare, aut refundere in eos reſpectus differentias materiales, ſed ſolũ ſpecificas, & eſſentiales; quia *nemo dat, quod non habet*, dat vero id, quod habet, ſeu ſecundum id, quod habet; certum vero eſt prædictas animas non diſtingui inter ſe materialiter, ſed ſpecie, & ſic dare non poterunt differentiam materialem, quam non habent, ſed ſpecificam, quam habent, ſi aliquam differentiam ſunt daturæ reſpectibus erga ſe tendentibus. 149 *Ariſtoteles 3 eth. c. 21 S. Thomas lect. 5.*

Probant ſanè rationes præcedentes; quoſcunque reſpectus ſubiectorum, potentiarum, vel cauſarum, & actuum quorumlibet eſſe inter ſe differentes ſecundum, & penes diſtinctionem terminorum, formarum, effectuum, & obiectorum reſpectorum, id quod fusè proſequebar in *Tripartita* à n. 1202. & infra in 5. Phyſic. &, vt videbis ijs locis, eſt valde conforme doctrinæ *Ariſtotelis*, S. *Auguſt.* & S. *Thomæ*. *Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas*

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO VI.

Doctrinam duarum Sectionum præcedentiũ fortiter impugnant aliqui Iuniores, ſed repelluntur. & iterum explicatur eſſentia Materiæ propter modernos Scriptores.

150 PRimo objiciunt; partiales reſpectus materiæ primæ omnes ſunt tranſcẽdentes, ſe mutuo includentes, & non facientes compoſitionem metaphyſicam, vtpote qui ſunt incompletæ entitates, ſiue formalitates; ergo non ſunt diſtincti eſſentialiter, confirmant primo, quia ſi prædicti reſpectus non ſe clauderent, facerent collectionem, & perfectionem prope infinitam, vel etiam infinitam, caſu, quo poſſibiles ſint formæ infinitæ, vel infinitæ materiæ, quarum vna reſpiciat, duntaxat formam hominis, alia formam equi, alia formam leonis, & ita aliæ in infinitum; quæ omnes conuenirent cum hac noſtra in recipere poſſe formas ſuas; quæ proinde actu modo debet habere communia iſta prędicata infinita, quibus conueniat cum materijs illis infinitis, & cum qualibet earum, & iam materia prima, quę dicitur ab *Auguſtino* prope nihil eſſe aliquid infinitum. *S. Auguſt.*

Secundo confirmant id ipſum, quia ex conceſſis ſequeretur non ſolum materiam primam habere infinitam perfectionem; ſed etiam quantitatem, intellectum, & ferè res, & cauſas omnes, in quibus præſcindibiles ſunt infinit alij reſpectus in ordine ad infinitos effectus, vel terminos.

Reſpondetur negando antecedens, neque enim eo ipſo, quod aliquid ſit ens incompletum tranſcendit aliud incompletum, cum quo à parte rei identificatur; *rationale* enim eſt incompletum; & non tranſcendit Petreitatem, neque ſenſibile, neque alia incompleta entia, quibus cum à parte rei eſt idem, quinimo & *animal* incompletum ens eſſe monſtraui in *Logica* n. 982. quod tamen non tranſcendere, ſed genus eſſe tenent omnes; ita ſimiliter reſpectus materiæ ad animam rationalem ſolam, licet ſit ens incompletum, & identificatum cum reſpectu eiuſdem materię ad quantitatem, eum non includit, neque ab eo includitur.

Dices ſaltem reſpectum materiæ erga formam rationalem, claudere alterum reſpectum erga quantitatem, quia ſemper cum eo coniungitur; non vero reſpectum materiæ ad quantitatem, qui poteſt ſeparari ab illo primo ad animam, ſiquidem poteſt eſſe in alia materia, vel ſubiecto receptiuo quantitatis, & non animæ, claudere illum reſpectum ad animam. Reſpondeo neque hoc eſſe verum, aut conuinci ex eo, quod illi reſpectus inſeparabiliter reperiantur coniuncti in hac materia, quia ſimiliter in homine, vel cum rationali reperitur ſẽper animal, & tamen neque rationale includit animal, neque animal includit rationale, quod tradit cũ *Ariſtotele*, & *S. Thoma* Communis. *Ariſtoteles S. Thomas in Tripart. à n. 745.*

Ad primam confirmationem, in qua maximè confidunt Aduerſarij, ipſi reſpõdent materiam primam in ſua opinione finitam eſſe, & limitatam, licet contineat illa omnia prędicata infinita, & infinitos reſpectus; quia omnes eæ perfectiones communes, & reſpectus, tum claudantur inuicem; tum vltimo contrahantur per quandam differentiam limitatam, in qua omnes continentur. 151

Ego vero faciliùs reſpondeo ex eorum reſponſo, eas infinitas rationes, & reſpectus communes eſſe finitæ perfectionis, licet non ſe includant, quia modo ſe includant, modo non, pares ſunt in perfectione, & ſi infinitam perfectionem non efficiunt ſe claudentes, excludentes ſe non efficient pluſquam finitam. Præterquam quod, ſi ſe claudunt, & infinitæ ſunt, multo maiorem perfectionem vnuſquiſque habebit, quam ſi non ſe clauderent, quia habebit quilibet perfectionem infinitorum reſpectuum in ſe incluſorum, quibus ſuperaddet propriam explicitam, quæ alias creſcit ex reſpectu ad incluſas perfectiones, quod tenent Theologi, vt conuincant attributa diuina, etiam explicitè, eſſe æqualia in perfectione.

Quod ſi eæ maiores perfectiones, quas ipſi ponunt, nõ faciunt materiam infinitè perfectam, minus facient minores, quas nos ponimus: quod enim ſe prædicata, vel reſpectus claudant inuicem, vel claudantur in tertio, non tollit vniuſcuiuſque perfectionem, ſed metaphyſicam compoſitionem; neque enim, quia non ſe claudant, ſunt perfectiores, ſed multo imperfectiores, vtpote compoſitioné metaphyſicam, quæ propria creaturarum eſt, facientes.

Vnde euidenter colligitur, quod ſi in tua ſententia, non reſultat infinita perfectio ex collectione infinitorũ reſpectuũ; minus ſequitur in noſtra; dicamus ergo vnanimes reſpondendo ad argumentum, eos reſpectus differentes claudentes ſe, vel non ſe claudentes, vel non eſſe infinitos, quia repugnent infinitæ materiæ, vel formæ, vel intellectus, tot præſcindentes; vel eſſe quidem infinitos, ſi non ij repugnant, ſed ordinari ad vnam entitatem finitam, qualis eſt materia prima, quam

S. *Auguſt.* appellat quidem Auguſtinus *prope nihil*,
S. *Thomas* ſed non eſt omnino nihil, quæ dicitur ob
1.p.q.7.a.1 ſimiles reſpectus à S.Thoma *infinita ſecundum quid*, quod etiã annotauit *P.Vaſquez*
o. 1.p.d.25.c.2.

152 Ad ſecundam confirmationem cõcedo totum, quantum ad infinitudinem, quaſi numeralem reſpectuum; & nego quantũ ad infinitudinem perfectionis; prima enim infinitudo ſine dubio reperitur in rebus indicatis ibi, ſecundum *communem*, quæ dat poteſtatem intellectui ad partiendas formalitates, ſecunda vero non item, propter rationem eamdem, qua probatum eſt non reperiri in materia prima.

Secundo obijciunt, formalitates, quas diſtinguimus in Deo, nempe Iuſtitiam, Miſericordia, Intellectus, Voluntas, & cætera attributa, & partiales conceptus eſſentię diuinę in ordine ad ea attributa, ſe includunt ad inuicem; ergo ſimiliter ſe includunt iſti conceptus, ſiue reſpectus materiæ erga formas. conſequentia ſuadetur primo alijs exemplis; quia animæ noſtrę reſpectus in ordine ad intellectum includit alterum in ordine ad voluntatẽ; & intellectus & voluntas per reſpectus ſe inuicem claudentes, reſpiciunt actus ſuos practicos, & ſpeculatiuos, efficaces, & inefficaces; & actus earum potentiarum per reſpectus, & formalitates ſe claudentes reſpiciunt obiecta ſua materialia, & formalia. ſuadetur ſecundo, quia differentia cuiuslibet rei debet eſſe vna, & ſimplex; ergo differentia materię ſimplex eſt; conſtat ergo reſpectibus ſe claudentibus, & compoſitionem omnem excludentibus.

Reſpondeo ex PP. *Granado* 1.p. cont.1. tract.2.d.7. *Suarez* de Eſſentia Dei cap.13.
S. *Auguſt.* *Montoya* de Trinit. d.8. ſect.8. ex SS. PP.
S. *Thomas* *Auguſtino*, *Bernardo*, *Anſelmo*, & *Thoma*, & communiori ſententia in *Granado*, conceſſo antecedenti; quia cum Deus ſit puriſſimus, & ſimpliciſſimus actus, inter eius attributa, & perfectiones, ponenda eſt omnis poſſibilis incluſio, vt explodatur omnis metaphyſica cõpoſitio; quamuis non deſint doctiſſimi Theologi, qui negent antecedens, vt negat *Vaſquez* 1. par. diſp.119.

Nego vero conſequentiam, præſertim 153
in materia, quæ non purus actus, ſed pura potentia eſt, in qua inconueniens non eſt concedi plures reſpectus non ſe claudentes; quos ſimiliter non recuſamus admittere in anima reſpectu intellectus, & voluntatis; neque in his potentijs, in ordine ad actus ſuos; neque in his actibus, in ordine ad eorum obiecta; neque propterea hæc noſtra doctrina de medio tollit ſimplices differentias, nam ſimplex ſufficienter eſt illa, quæ ſecundum ſe totam, ita conuenit vni rei, vt alteri non conueniat, modo talis differentia partialibus multis conceptibus ſe claudentibus, modo nõ ſe claudentibus conſtetur. quare materiæ primæ differentia ſimplex eſt ſimplicitate ſufficienti ineſſe creaturis, vt leges in *Tripartita* a n.742.

Tertio obijciunt. eſſentia tota materiæ recipit, & receptiua eſt cuiuslibet formæ; ergo tota materia ſecundum ſe totam reſpicit quamlibet formam; nulla ergo eſt formalitas in materia, quæ ſocias non includat. Confirmant intentum, quia materia prima indifferenter debet reſpicere omnes formas, ſed ita non reſpiceret, ſi reſpiceret ſingulas per reſpectus ſingulos non ſe claudentes, ergo reſpectus ſe claudunt.

Reſpondeo negando vltimam conſequentiam. nam ſimiliter totus homo eſt principium ſentiendi, & ratiocinandi, vel etiam tota anima, & tamen in homine, vel anima diſtinguunt ipſi Aduerſarij *animal, & rationale* tanquam conceptus non ſe claudentes. ad confirmationem, nego minorem, quia homo item eſt indifferens ad ſentiendum, & intelligendũ, & tamen formaliter in eo diſtinguit intellectus *animal*, & *rationale* per ordinem ad diſtinctas operationes ſentiendi, & ratiocinandi, quas homo reſpicit, efficit, & in ſe recipit, ceu materia prima recipit formas.

Concludo demum, quod ſi negandi non ſunt, contra *Communem Scholam* affirmantem, in materia prima, & in alijs ſubiectis, cauſis, & potentijs, de quibus

eſt

eſt eadem ratio, reſpectus tranſcendentales formaliter diſtincti, eos diſcernendos neceſſariò eſſe penes diſcrimen terminorum reſpectorum, & diſtinguendos eſſentialiter.

Altera pars Sectionis iterum explicat metaphyſicam eſſentiam Materiæ, & cur communiter Subiectum *iure nominetur.*

QVoniam PP. *Arriaga*, & *Ouiedo* hic diu immorantur in explicanda eſſentia materiæ primæ, inuenientes in
S. Auguſt. tantulo ente, quod dicitur *prope nihil*, magnæ difficultatis myſterium, compendio colligā facilem doctrinam *Ariſtotelis* de materia, à Recentioribus ex parte prætermiſſam, vt dubijs illorum PP. occurratur.

Materia, ſiue *cauſa materialis vt ſic, eſt ſubiectum potens recipere formam immediatè per ſuam eſſentiam, ſiue potentiam, & cum ea conſtituere compoſitum in ipſo manens tanquam eius pars*. dicitur materia *Subiectum*, quia ſubeſt formis, & ſubſtat
Ariſtoteles prædicamentis vt baſis, & quia ab initio
S. Auguſt. ſubiecta eſt naturali agenti in ipſam di-
S. Thomas ſpoſitiones, & formam introducenti, vt tradunt ſupra à n. 120. noſtri *Praeceptores*.

154 Rurſus eſt illa ſubiectum informationis, paſſionis, inhæſionis, vel adhæſionis, qui termini in via Peripatetica, æquipollenter ſignificant *ſubiectum materiale*, quia materialis cauſæ munus, & genus tantum petit recipere formas; & ideo, vt rectè notauit cum alijs *Fonſeca* infra num. 525. materia modo eodem cauſat formas genitas, & creatas, ſibi datas, ſiquidem erga nullas habet influxum, quem remittit cauſæ efficienti, vt probo infra à num. 522. licet reſpectu formarum eductarum, ſpeciali titulo dicatur *ſubiectum* item *ſuſtentationis*, vti dico ibidem. quocirca nemo debet, vt curſum det ſuis cogitationibus, non Ariſtotelicis, diſtinguere ſubiectum alterum *inhæſionis*, quod fingat eſſe materiam reſpectu formæ eductæ, quia ipſam medio influxu accidentario commentitio patiatur; & alterum ſubiectum *informationis*, quod dicat eſſe materiam eandem reſpectu formæ creatæ, quia eam ſine influentia recipiat: ſimilis enim diſtinctio in ſchola Philoſophi non habet fundamentū, vt leges infra à n. 513.

Et quia *omne ſubiectum comparatur ad id, cuius eſt ſubiectum, vt potentia ad actū*, S. Thomas
& materia ſit ſubiectum formæ, quæ eſt 1. p. q. 66.
actus, eam recipit in gremio ſuo, quæ eſt a. 2.
ſua potentia, & eſſentia, plerumque, ſi ſic tu voles, vnione diſtincta, quando, nimirum, recipit formam abſolutam, vel modalem præternaturalem; & aliquando vnione indiſtincta, videlicet, quādo recipit formam modalem; nam vulgo dicitur modos vniri ſe ipſis cum ſuis ſubiectis. paſſio vero ſemper erit, quæ fuerit ratio formalis patiendi, ideſt recipiendi.

Deinde manet materialis cauſa in compoſito vnita cum effectu ſuo, quod eſt forma, & in eo maximè differt ab efficiēti, vt habes infra num. 595. atque ex tali vnione reſultat compoſitum, aliquando per ſe, aliquando per accidens, nempe iuxta regulas generales ponendas infra à n. 356. entia per ſe ſunt quidam homo, quoddam Cælum, & huiuſmodi, entia per accidens ſunt album, dulce, muſicum, & lectus, vel ſcabellum. ac demum materia vel ſimpliciter eſt ens incompletum vel reſpectiue ſaltem ad compoſitum; & idcirco ſemper contingit ipſam perfici,
atque compleri quodammodo per formā, Ariſtoteles
quam ſubinde vt ſibi bonam appetit, & bic t 81.
tranſcēdentaliter reſpicit, vt vidiſti ſupra S. Thomas
a n. 136. ex his manet explicata definitio, lect 15.
& eſſentia metaphyſica materiæ.

Et bona videtur definitio, quia conſtat genere, aut quaſi genere, ac differentia, genus eſt ratio cauſæ ibi inſinuata, quæ communis eſt reliquis cauſis. differentia, quod materia cauſet vt ſubiectum, & vt potentia paſſiua, ſeu reſpectiua, non vt actus, & forma. per quod differt a cauſis efficienti purè, & formali, & cæteris, quarum nulla, dum operatur in genere ſuo, ſubiectum eſt; vnde licet cauſæ efficiens, & formalis plerumque ſint quoque cauſæ materiales, vt ſubſunt, & patiuntur paſ-
ſiones, & effectus ſuos, ſiquidem, vt ait S. Thomas
S. Thomas, omne ſubiectum eſt cauſa 1. p q 77.
materialis propriæ paſſionis; vt efficiens, a. 6.
& formalis, numquam; nam ratio ſubiecti ab initio reſeruata fuit ſoli cauſæ materiali.

Sed dices, ſi quis pertinaciter aſſerat in Petro, vel Bucefalo forma, vel quantitas, ſiue albedo eſt baſis, & ſubiectum prædicamentorum ibi coexiſtentium, quid reſpondebitur illi? opponam illi in primis Authoritatem *Ariſtotelis*, *S. Thomæ*, *S. Auguſtini*,

Digitized by Google

guſtini, & Interpretum omnium, qui materiam vocant *ſubiectum*; & formam actum eius, vt legis à num. 171. quæ quidem authoritas in nobis, rei huius parit notitiam, quæ eſt fides benè fundata; deinde proponam exempla Ariſtotelica petita à materia ſecunda, & alia ſenſibus peruia. Vide calicem argenteum E.C. cuius materia ſubiecta tum figuræ calicis, tum aurifici, ſine dubio id metallum eſt, *ſubiectum* propterea iure nuncupatum; id ipſum vides in compoſitis ſenſibilibus, Albo, dulci, aſpero, & reliquis, quorum ſubiecta rite vocas quantitatem, vel aliud occultum, quia ſubſtat eis qualitatibus; rurſus ipſas etiam qualitates rotundas vere nominas *ſubiecta* figurarum rotundarum, quia eas ſuſtinent, quemadmodum *S. Thomas* ſubſtantiam vocauit *ſubiectum*, quia ſubſtat omnibus ſenſibilibus qualitatibus, & vbique conſentit eius magiſter *Auguſtinus*.

Ariſtoteles *S. Auguſt.*

S. Thomas 2 an. l. 22. S. Auguſt. Cat. c. 8 & de Trin. l. 7 c. 5.

155 Ecce habes titulum ſufficientem vt voces *ſubiectum* materiam primam, quia ſcilicet ſubijcitur formis, & naturali agenti, quin recurras, quod facit *Arriaga* ad titulum præcedentiæ, quaſi debeat materia eſſe prior natura forma, vt formæ ſubiectum ſit; nam in Euchariſtia albedo, quæ perſeuerat, aut frigus, in opinione eius Patris, non eſt ſubiectum materiæ, quantitatis, & formæ vermiculi denuo productarum, tametſi tempore anteceſſerit ad hæc, & hoc illi damus, ſine dubio ante it materia exiſtens incorrupta ab initio, ad omnes poſteriores formarum productiones.

Nec generaliter verum eſt, quod addit *Franc. Ouiedo*, vt tandem concludat, ac edifferat cur materia ſit ſubiectum, nèpe ſubiectum, vt ſic debere eſſe perfectibile per aliud; & minus perfectum, quam id aliud, vt apparet in anima, quæ vere ſubiectum eſt intellectus, & intellectionis, quæ ſunt formę illa longe imperfectiores, & in alijs mille exemplis, præſertim ſi, vt tradunt cum *S. Thoma* graues Theologi materia prima, quia ſubſtantia, eſt perfectior omni accidenti naturali, & ſupernaturali, quod illam poſſet per viſionem perficere, & ornare, quamuis in materia prima, & ſimilibus comparatis cum formis ſubſtantialibus, teneat ea ſua doctrina materialiter ad propoſitum; ſi enim materia aliunde, ſicut a nobis dictum eſt, non ſubſtaret, nec ſubeſſet, ſubiectum ob ſolum eum titulum non eſſet. Ecce clarè vides cur materia ſit ſubiectum, nempe, vno verbo, quia ſubſtat vt quid commune, & indifferens Agenti, & Formis determinabilis per ipſa, iuxta dicta n. 121.

S. Thomas 1. p. q. 10. a. 2. ad 2.

S. Thomas 1. p. q. 66. a. 1. ad. 1.

SECTIO VI.

Iudicat veroſimilius quãlibet portionem materiæ vnica forma ſolum de facto informari, contra quoſdam, quorum ſententias proponit, & refellit.

QVoniam in ſequentibus diſputamus vtrum vna portio materiæ capiat, & habere poſſit formas plures naturaliter, vel ſupernaturaliter introductas, præmittimus faciliora, & quærimus an in quolibet compoſito naturali, in *Petro*, v.g. de facto ſit vna ſola forma ſubſtantialis; an plures.

Communis opinio eſt vnam ſolam formam ſubſtantialem ibi eſſe, ita tenet, & colligit ex *Ariſtotele*, *P. Suarez* in met. d.13. ſect.3. à n.10. & d.15. ſect.10. à n.61. allegans pro ſe *S Thomam*, *Capreol. Ferrar. Caiet. Soncin. Iauel. Sotum Marſil. Aſtudil. Albertum*, *Aegidium Philoponum*, & alios plures, conſentiunt PP. *Vaſquez* 1.p.d.113 cap.1. *Conimb.* 1. de Gen. cap.4. in quæſt. 19 20. & 21. *Hurtado* diſp.4. Phyſ. ſec.3. *Fonſeca* 7. metaph. cap.12 q.1 *Arriaga* diſp.3 Phyſ. n.115. Card. *Lugo* de Euchar. d.7. à num.62. *Ferrarius* d.4 de Pœn. q.2. a.10. *Ouiedo* hic *Telez*, & communiter Recentiores, & iterum ſuſc *S. Thomas* in *Alamanio* 3.2.p. q.91. a.3. & 4.

Ariſtoteles 7. m. t. 49.

S. Thomas 1 p. q 76. a. 3. & 4. & op. 33.

Ratio prima eſt, quia nullum fundamentum datur ad multiplicandas formas in vna materia, ergo in ea plures non ſunt; probatur antecedens; quia ſi aliquod fundamentum daretur, id eſſet videre in vno compoſito differentes operationes, quæ indicare videntur latere ibi radices varias earum.

Sed hoc eſt inane fundamentum, quia vnica cauſa ſolet producere valde diſtinctas operationes, neque ad eas eſt neceſſaria tanta virtus, quanta in vna forma non poſſit reperiri; ſic enim anima rationalis intelligit, & vult, triſtatur, lætatur, imperat, & ſubijcitur, & fuit radix quinque ſenſuum, & aliarum potentiarum; & eadem forma ignis poteſt producere alium ignem, calorem, & ſiccitatem, quod 156

pulchre

Digitized by Google

pulchrè proſequitur *S. Thomas* 1.par. q.76. a.3.4.& 5.

Secunda ratio eſt, quia in primis in vna materia non ſunt duę formę euſdem ſpeciei, *natura* enim *nihil facit fruſtra, nihil ſuperfluum*, & altera ibi ſuperfiuerit, & fruſtra eſſet, *quia non ſunt facienda per plura quæ poſſunt fieri per pauciora* deinde non poſſunt eſſe diſtinctæ ſpeciei, quoniam quælibet forma petit temperamenta tam diuerſa, vt ſemper ſint incompatibilia in eodem ſubiecto: vnde ortum eſt axioma *generatio vnius eſt corruptio alterius*, ideſt, neceſſe eſt expelli à materia formam præexiſtentem, ad introitum nouæ, quod non eſſet neceſſarium, nec tam generaliter traditum, ſi ambæ formę morari poſſent ſimul; accedit limitatio materiæ, quæ iuxta *communem*, neque capere, neque ſuſtentare valet formas ſubſtantiales plures. Tertia probatio efficax ſumitur ex dicendis vſque ad nu.166. incluſiuè.

Aristoteles 2. de cal. t.59

S. Thomas

S. Thomas 1.p. q.118. a.2 ad 2.

Aristoteles 1 de Gen. t.17.

Sed contra fuit primo opinio *Gandauenſis*, & aliorum, quos refellit *Suarez* diſp.15. ſect.10. aſſerentium tot eſſe formas in quolibet compoſito, quot ſunt prædicata eſſentialia: vnde quia contingit ineſſe homini, *animal* & *rationale*, in eo ponunt ad minus duas formas, vnam, quæ ſit cauſa ſentiendi; & alia ratiocinandi.

Improbabilis omnino, inquit *Suarez*, eſt hæc opinio, quia eius fundamentum eſt falſum, nam ſi verum eſſet, similiter dici poſſet in anima ſeparata eſſe ſimul plures formas, ſiquidem ibi ſunt hæc prędicata eſſentialia, eſſe ſubſtantiam, eſſe ſpiritum, eſſe intellectiuum, eſſe volitiuum, & alia; imo vero in vno actu intellectus, eſſent plures, quilibet enim habet plura prædicata; ſiquidem eſt qualitas, eſt vitale quid, eſt ſpirituale. & ideo ea opinio etiam à *S.Thoma* reprobatur 1.p. q.76 a.3.ad 4.

S. Thomas

Dicendum ergo eſt in quolibet compoſito eſſe vnicam tantum formam phyſicam, à qua poſſunt abſtrahi plura prædicata metaphyſice, & formalitates plures ſecundum varias eius formæ cum alijs conuenientias; ſiquidem vna forma ſola eſt principium diuerſarum operationum, propter quas ei attribuimus prædicata diuerſa; quia enim anima intelligit, dicimus eſſe intellectiuã & quia amat, volitiuam, & ita alia prædicata illi damus.

Item cõtra nos ſtare videtur *Ariſtoteles* 7.metaph.cap.10. dicens partibus definitionis, correſpondere partes rei, quæ definitur, quæ eſt doctrina regulæ in *Logica* repetitæ num.732 & 1059. qua dicitur, quod quotieſcunque ex parte prædicati afferantur duo diſtincta, diſtinguenda item duo ex parte ſubiecti, quibus, vel ratione quorum, ſubiecto illa prædicata conueniant.

Aristoteles

S. Thomas

157 Sed *Ariſtoteles* loqui videtur de metaphyſica definitione, & ſic partibus definitionis correſpondent partes metaphyſicæ in re, quæ definitur, quia partes ſolum ratione diſtinctæ ſunt, neque ſunt formæ diſtinctæ realiter, ſi vero loquitur de definitione phyſica, partibus definitionis correſpondent partes definiti, quæ non duæ formæ, ſed vna materia, & vna forma ſolent eſſe. exemplo ſunto ambæ definitiones. *Petrus eſt animal rationale, Petrus conſtat anima & corpore.* conſidera primo, vt rem capias, indiuiduum metaphyſicum, quod componitur ex Petreitate animali, & rationali; & tu vide quomodo partibus definitionis Petri, correſpondeant partes definiti Petri. Conſidera ſecundo indiuiduum phyſicum, nempe Petri animam hanc, & corpus hoc cum ſubſiſtentijs, & tunc videbis his indiuidui definitionis partibus correſpondere illas phyſicas Petri definiti partes. conſonat his *S.Thomas*.

S. Thomas 7.m l.10.

Secundo alia opinio aſſerit in compoſito præter peculiarem formam ineſſe aliam generalem, quam vocant *Corporeitatis*; hanc poſuit *Scotus* in 4.d.11 q.3.a.2. in ſolis viuentibus, *Henricus* q.2. in ſolis hominibus, *Auicenna* 1.ſuff.c.2.dixit eam eſſe coæuã materiæ, & ab ea inſeparabilem. huic adhærent *Auicembron* apud S.Thomã 1.p.q.66.a.2. & apud *Ferrarium* d.2.q.2.a.10.*Albert Mag Linconien. Gandauen.Sueſſan.* & alij, quibus fauent S.*Bonau.* in 2. d.12.q.3. & PP. *Coninch.* de Euchar. q.76.a,3. à nu.20. & *Dandinus* ibi ponentes in viuentibus, præter animam principalem, totam materiam implentem, formulas partiales, quæ conſtituant ſingulas partes corporis organici, & vni dent rationem carnis, alteri oſsis, & cæteris ſuã; & ſanè ingenioſè, & probabiliter, & ideo digni ſunt, qui videantur.

158 Falſa item eſt hæc opinio; nam in primis, in compoſitis viuentibus, vel non viuentibus, vbi adſunt formæ corporeæ,

vti

vti in Leone, Equo, ſuperflua eſt alia forma, vt ea ſint corporea, cum quodlibet compoſitum vere tale dicatur ab vna forma corporea, ſicut ſufficienter ſubiectum dicitur album ab vnica albedine.

Deinde neque requiri in homine formam corporeitatis, perſuadetur; quia homo cuius adæquata eſſentia eſt eſſe animal rationale corporeum, ſufficienter tale eſt per animam, & materiam; uam per animam ſentire poteſt, & ratiocinari, & per materiam, & vnionem, & varia accidentia, poteſt dici corporeus, & corpus organicum habere; ſicut enim homo abſolutè dicitur rationalis, & intellectiuus, licet hoc non habeat ratione omniū partium, ſed ſolum ratione vnius, ita dici poteſt ſufficiēter corporeus ratione vnius partis, nempe ratione materiæ, præſertim organizatæ tot corporeis accidentibus.

Quare ſuperfluit forma corporeitatis, ratione cuius ſit homo corporeus, & eius corpus organicum. præterquam quod dato, quod ea forma daretur in homine, adhuc non eſſet corpus totus homo, nec diceretur ratione omnium partium, ſed ratione eius formæ ſolius; quod cōcedit *Scotus*; dici ergo poteſt corporeus ratione vnius partis eius corporeæ, excluſa omni forma corporeitatis.

159 Accedit quod eadem forma poteſt producere qualitates, quibus partes viuentis diſſimilares appareant, & ſint, quibus oſſa, & caro fiant; quo enim ſolido fundamento negabitur animæ cōnaturaliter informanti totum corpus organicum, potentia cauſandi carnem, & oſſa, & reliqua, quæ omnia in duritiem, mollitiem, raritatem, denſitatem, ſiccitatem, humiditatem, calorem, & ſimiles qualitates reſoluuntur, an ne eiuſmodi ignobiles effectus ita exſuperant animæ perfectionem, vt ab ea nequeant eminenter contineri? porrò forma heterogenea aſſerta *Corporeitas*, ſiue vnica dicatur diffuſa per totam materiam, ſiue multiplex, pro numero membrorum diſſimilarium, longe imperfectior eſt forma viuēti principali; ergo hæc re vera efficere valebit, quod illam efficere ſine neceſſitate, & ſine aliquo indicio confingunt hi Doctores. *Thomas* diſcurſus hic eſt *S. Thomæ* conformis 1. p. q. 16. art. 3.

Tertia opinio dicitur fuiſſe *Platonis*, qui tres animas, nempe rationalem, ſenſitiuam, & vegetatiuam eſſe in hominibus aiebat, & intellectiuam collocabat in cerebro, ſenſitiuam in corde, vegetatiuā in hepate. falſus eſt *Plato*, quia, vt oſtendemus alibi, ab vnica anima rationali, officia ratiocinandi, ſentiendi, & creſcendi proueniunt, eadem enim intelligit, ſentit, & concupiſcit, & creſcere facit: referunt, & reprobant opinionem *Platonis*, *Ariſtoteles* lib. 1. *de Anima* tex. 90. & lib. 3. tex. 41. & *S. Thomas* 1. p. q. 76. art. 3. nos eam nunc omittimus, quia propoſito non contradicit. *Ariſtoteles* *S. Thomas*

Quarta opinio ponit in homine, v. gr. ad minus quinque formas ſubſtantiales, quaſi completas, prima eſt rationalis, quatuor reliquæ informant quatuor humores, nec ea facit ad propoſitum, quia ij humores non animantur ſecundum eius opinionis authores; & ideo non contingit vnicam materiam pluſquam vna forma informari, ſed fortaſſe refutabitur lib. de *Anima*, quia facit hominem ens quoddam per accidens.

Quinta opinio reponit in Embryone humano, v. g. tres animas; prima eſt vegetatiua, qua creſcit; ſecunda ſenſitiua, qua ſentit; tertia demum eſt rationalis; & omnes tres aſſerit perſeuerare toto tēpore vitæ, ita procedunt Patres *Coninck*. & *Dandinus* relati ſupra num. 157. & infra cum ſuis fundamentis refellendi. 160

Demum Manicheorum temerarius error fuit (teſte *S. Auguſtino* lib. de duabus animabus, contra Manicheos cap. 14.) ineſſe duas animas homini, alteram a Deo factam, alteram à diabolo: ſed omnino ſunt explodendi iſti hæretici, vt exploduntur ab *octaua ſynodo* generali *actione* 10. *Can.* 11. vbi definitur in homine vnicā tantum animam rationalem eſſe. Lege Patres *Suarez* citatum *Valentiam*, & alios, qui parum tutam eam opinionem in fide, erroneam, & temerariam cenſent quantum ad coexiſtentiam duarum animarum; nam inquantum vnam animam à Deo fieri, & alteram à diabolo, eſt manifeſta hæreſis, & exſecranda. *S. Auguſt.*

SECTIO

SECTIO VIII.

Argumẽta reliqua, quæ contẽdunt plures formas de facto informare ſimul materiæ portionem quamlibet, diſſoluit.

OBijcis primo pro *Scoto*, materia ſola non dicitur corpus phyſicum organicum, ſed ab *Ariſtotele* definitur *anima eſt actus corporis phyſici organici*. ergo materia præter animam, habet formam, per quam dicatur corpus organicum. Reſpondetur conceſſis maiori, & minori, negando conſequentiam; materia enim dicitur propter ſe ipſam *corpus*, quia eſt trine dimenſa, *organicum* vero, propter diſpoſitiones corporeas, quibus diſſimiliter diſponitur ad recipiendam animam viuentem, quæ ob ſuam perfectionem poſtulat corpus cum ea varietate partiũ, quam cernimus in homine, v.g. cuius corpus habet caput, brachia, pedes, & alias partes diuerſimodè qualificatas, duras alias, alias molles, ita poſtulante *anima rationali*, quæ propterea dicitur *actus corporis phyſici organici*, id eſt, varietate partiũ diſpoſiti; ad hæc lege ſupra à num.70.

Ariſtoteles 2. de an. c. 1 & 2.

S. Thomas 2. de an. l. 1

161 Obijcis ſecundo, quando moritur homo, in eius materia manet aliqua forma; ſed non poteſt eſſe niſi forma corporeitatis; ergo ipſa modo eſt ſimul cum anima hominis. probatur minor; quia nullum eſt agens, quod producat in cadauere formam nouam, ſæpe tam de repente, præſertim quando de repente quis moritur. & confirmatur, quia in triduo mortis Chriſti D. fuit forma corporeitatis ſola in Chriſti Corpore; neque enim dicendũ eſt ibi fuiſſe formam cadaueris, à verbo aſſumptam, & quam paulo poſt dimitteret; tum quia non decet dici Corpus Chriſti fuiſſe corruptum, cum taliter dicatur, quod in aliam ſubſtantiam, præſertim cadauericam mutatur; ſiquidem *generatio vnius eſt corruptio alterius*, quod erit contra illud Act. 2. *neque caro eius vidit corruptionem*; tum etiam, quia eſt contra axioma Theologorum deſumptũ ex S. *Ioanne Damaſ.* 3. fidei cap. 46 *quod verbum diuinum ſemel aſſumpſit, nũquam dimiſit*.

Ariſtoteles

S. Thomas

Reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem, & conſequentiam; & ad probationem minoris dico quod illud agens, quod ita inuertit diſpoſitiones hominis viui, vt ſub eis nequeat anima conſeruari, vel eſt cauſa formæ cadauerosæ, cuius induxit diſpoſitiones, vel ſaltem occaſio, vt Deus vt author naturæ *prouidentiſſimus, producat ibi* formam, quam petunt diſpoſitiones præſentes.

Ad confirmationem *S. Thomas* 3 p. q. 50 & communiter Interpretes ibi, & *Suarez* to. 2. in 3 p. diſp. 3. ſect. 3. & opinantur introductam fuiſſe in Corpus Chriſti D. pro illo triduo formam cadaueris, & ſubinde interueniſſe generationem vnius formæ, & corruptionem alterius, id eſt vnionis eius; eiuſmodi autem corruptionem non negat, ſed credendam proponit *Scriptura*, dum præcipit credere Chriſti mortem, negat vero aliud genus corruptionis, qua corpora defunctorũ putreſcunt, & abeunt in vermes, ac cineres, vt tradit *Auguſtin.*

S. Thomas

S. Auguſt. t. 3. l. de nat Do. et. Man. c. 20.

Sed circa eius aſſumptionem à verbo variant. *Suarez* putat fuiſſe aſſumptam, & paulo poſt dimiſſam; ſed alij melius negant cũ P. *Granado* de Incarnat. tract. 6. diſp. 7. licet fateantur manſiſſe eam formã ſine propria ſubſiſtentia, cum quibus ſentio; tum quia ad tam breue tempus non oportuit fieri tantum miraculum, id eſt, tam admirabilem vnionem, qua Deo vniretur forma cadaueris; tum etiam propter axioma *Damaſceni*; niſi dicatur manſiſſe materiam Chriſti D. ſine forma, vt volunt quidam infra num. 257. Vnde ergo colligis hic interueniſſe *corporeitatis* formulam? 162

Obijcis tertio, homo eſt formaliter viuens vegetabile, ſed ita nequit eſſe per animam rationalem; ergo per aliam formam, id eſt per animam vegetatiuam, quæ ſimul ſit cum anima rationali. probatur minor, quia anima rationalis non eſt formaliter vegetatiua, etenim cum ſpiritualis ſit, & indiuiſibilis, non poteſt nouas partes ſui acquirere, creſcendo per potentiam vegetatiuam. probatur ſecundo, authoritate Philoſophi docentis 2. de *generat. animal.* cap. 3. Corpus hominis, ſeu embryonem prius habere animam vegetatiuam, deinde ſenſitiuam, tertio rationalem; quæ tres animæ videntur inter ſe cohærere, & morari ſimul in homine, qui ſimul vegetatur, ſentit, & intelligit, & conſentiunt S. *Thom.* 1. p. q. 118. q. 2 ad 2 quod attinet ad embryones, & clarius PP. *Aegidius* vbi ſupra, atque *Dandinus*.

Ariſtoteles

S. Thomas

Reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem; ad cuius probationem reſpon- 163

Digitized by Google

deo animam rationalem eſſe formaliter vegetatiuam, quamuis ipſa in ſe non habeat partes, neque acquirere poſſit partes ſibi vniendas, vt creſcat, vti habet anima corporea; ad hoc enim vt forma ſit formaliter talis, ſufficit quod poſſit præparare materiam nouam vniendam cum materia præexiſtente iam animata; ad quam nouam materiam denuo anima eadem per nouam vnionem, extendatur.

Ad Philoſophum, & S.*Thomam* dicendum, quidquid ſit de illa formarum in embryonem ſucceſſiua introductione, nunquam contingere quod anima vegetatiua ſit ſimul cum aliqua ex ſubſequentibus; ſed ad aduentum ſenſitiuæ, quæ ſimul eſt vegetatiua formaliter, excludi præcedentem vegetatiuam; & ad aduentum rationalis, quæ ſimul eſt vegetatiua, ſenſitiua, & rationalis, expelli præexiſtentẽ, quæ ſolum erat vegetatiua, & ſenſitiua, neque ſimultaneam coexiſtentiam earum probant rationes *Aegidij*, neque *Dandini*, quas efficaciter reijcit, vbi ſupra S.*Thomas*.

S. *Thomas* 1.p. q. 76. a.3.

Obijcis quarto, in quolibet homine dantur diuerſæ partes, quas vocant *diſſimilares*, nempe oſſa, caro, nerui, adeps, ſanguis, colera, ſeu flaua bilis, flegma, melancholia, vel atra bilis; ſed harum partium diuerſitas naſcitur ex diuerſis animabus; ergo in homine dantur formę plures:

Reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem; eadem enim anima rationalis cauſat in oſſibus duritiem, in carne mollitiẽ, & reliquos effectus in alijs partibus corporis, adiuta, & determinata à diuerſis qualitatibus in eis partibus reſidentibus; præclarum exẽplum eſt ſol, qui lutũ indurat, & ceram emollit medio calore eodẽ; quia, ſcilicet, determinatur ad eos diuerſos effectus à diuerſa luti, & ceræ diſpoſitionibus.

Sed vrges, ſanguis, & reliqui humores
164 habent formas non viuentes; ergo in
homine ſunt formæ plures. Reſpondeo
quod ſi ſanguis eſt In homine (vti volunt
docti Medici) ſicut cibus in ſtomacho,
ideſt, non vnitus cum hominis partibus,
ſed ſolum contiguus, habet formam differentem, & non animam rationalem, ſicut habet cibus antequam conuertatur in ſubſtantiam hominis; & idem dico de reliquis humoribus; ſed hoc non eſt contra nos, qui dicimus in vna portione materiæ vnam tantum eſſe formam; in eo enim euentu darentur plures portiones materiæ non vnitæ, & ſic in illis plures formæ, in ſingulis, videlicet, ſingulæ, & conſequenter darentur plura compoſita, ſicut in aceruo lapidum, vel ædificio.

S. *Thomas* 3.p. q.77. a.2. c.

Quinto obijcis, materia, vel vice eius quantitas retinet ſimul multas formas accidentales, nempe calorem, frigus, albedinem, & alias plures; ergo ipſa materia poteſt recipere, & retinere formas ſubſtantiales plures. Reſpondeo naturam prouidam dediſſe quidem materiæ capacitatem ad eas qualitates, quia ſunt diſpoſitiones neceſſariæ, & naturales proprietates vnius formæ ſubſtantialis; negaſſe vero ſimilem capacitatem eidem materiæ, erga formas ſubſtantiales, quia *natura nihil facit fruſtra*, & non ſunt facienda per plures formas, quæ poſſunt fieri per vnam.

Ariſtoteles S. *Thomas* 3.c.g. c.70.

Sexto obijcias. Homo eſt corpus phyſicè completum ſubſtantiale, ergo præter animam habet aliam, vel alias formas. probas, quia à ſola materia dici nequit corpus ſic completum, tum quia materia corpus non eſt, quod debet ſemper eſſe aliquid compoſitum; tum quia licet corpus eſſet materia, cum ſit ens incompletũ, nequit denominare hominem corpus cõpletum; & confirmas, quia caro, oſſa, & reliqua nequeunt cauſari ab accidentibus; ergo à partialibus formis; neque incõuenit dari in eodem ſubiecto formas ſubſtantiales inadæquatas, quaſi diſpoſitiones diſponentes thalamum formæ vltimæ, per quam tandem perficiantur; quemadmodum in embryone contingit, in quo lectum, & ſubiectum ſternunt animæ rationali, animæ vegetatiua, & ſenſitiua, vt tradunt *Ariſtoteles*, & S.*Thom*.

Ariſtoteles S.*Thomas*.

Reſpondebunt Recentiores, qui nobiſ-
cum negant iſtas partiales formas, cõceſſo 165
antecedenti, negando conſequentiam; quia credunt hominem vere eſſe corpus completum, & rite de ipſo prædicari corpus poſitum in prædicamento *ſubſtantia* ſupra *animal*, licet ille ſolum habeat materiam, & vnionem tantum corporeas, atque addent ſimiliter eſſe intellectiuum completum.

Ego autem nego antecedens, nec enim homo eſt ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus, ſed habet alterã partem animam intellectiuam, alteram corpus, quæ ſi pars eſt, corpus phyſicè com-

ple-

pletum non eſt, vti annotaui in *Tripartita* circa arborem *ſubſtantiæ* n.807. ſiquidem neque completa ſubſtantia, neque completum corpus eſſe poteſt, quod ens incompletum eſt, vti eſt materia prima eriã organizata, & cum vnione ſociata; ſicut propter eandem rationem anima incompletus ſpiritus eſt; etenim ratio trinæ dimenſionis, licet faciat corpus, non facit corpus phyſicè completum, quod vt tale ſit, debet eſſe ens integrum, vel completum phyſicè, iuxta dicta num.64.

Ad probationem dico ſolum diſplicere mihi, quod dicatur corpus debere neceſſario eſſe compoſitum quid, quod refutaui ſupra à num.69. reliquum admitto; ſed & has propoſitiones, *homo eſt corporeus, homo eſt ſpiritualis*, quia veræ ſũt ratione vnius partis exiſtentis in homine, qui incompletè corpus eſt, & incompletè ſpiritus, iuxta Logicæ regulas poſitas in *Tripartita* num.732.& 1059.

Ad confirmationem credo, & ſentio duritiem, & mollitiem carnis, & oſſium, & huiuſmodi partes diſſimilares, accidentia eſſe primo producta, & quaſi delineata à virtute ſeminis delineatrice, & poſtea conſolidata magis, ab anima embryonis, vel rationali, & eius vnione; ea enim poteſt eſſe eminentia animæ rationalis, vel etiam equinæ, vt valeat producere eas varias qualitates, ſicut poteſt producere quinque ſenſus exteriores, & imaginatiuam, & appetitum, & alias potentias, & cum ipſis tam varios actus; in quo apparet maior difficultas, quam eſt in producendo duritiem cartilaginum, & oſſiũ, & mollitudinẽ abdominis, & carnis, quin ſit faciendus recurſus ad formam corporis heterogeneam, vel ad partiales formulas corporeitatis, vnde ſequuntur hæc, & plura inconuenientia, audi, & vide.

166 Etenim primo, ſi negas formam cadaueris in homine, & formam mortuam in plãtis, ſequitur quod homo defunctus, vel ramus cedrinus exciſus, ſit compoſitum completum, & incompletum, incõpletum tu ais eſſe, quia caret forma viua principali, quæ dat vltimum complemẽtum; atque & completum eſſe probo, tum quia ita apparet cernentibus, nemo enim doctus, nec indoctus inueniet differentiam inter cadauer, vel lignum, & inter argenti fragmentum; tum quia nequit vacua manere potentia materiæ primæ, *nihil enim eſt vacuum in natura*. *Ariſtoteles 1.Gen t.29*

Et exinde naſcitur aliud inconueniens, nimirum, quod materia ligni ſicci exiſtat connaturaliter, etiam per annos mille, ſine ſuo principali complemento, & item non connaturaliter, ſed conſeruata ſupernaturaliter, ſiue per vberiorem concurſũ à Deo, vti neceſſarium fore ad hoc vt materia perſeueret ſine vlla forma, ſolide probant PP. noſtri *Fonſeca, Conimb. Rub.* Car. *Lugo* infra n.255.& *Tellez* hic diſp.22. ſect.2. & ſane perinde indiget ſpeciali cõſeruatione materia ſpoliata omni forma, atque ſpoliata forma principali, vt manifeſtum videtur.

Tertio ſequitur contra Communem, falſum eſſe illud axioma, *generatio vnius eſt corruptio alterius*, ſiue, quod eodem recidit, *corruptio formæ vnius, eſt generatio formæ alterius*, quod ita eſt intelligendum, vt quotieſcunque introducatur vna forma in materia, neceſſario trudatur forma præexiſtens; quia in vna materia non eſt locus vtrique, & è contra, quotieſcunque corrumpatur vna forma, alia continuo ingrediatur, ne detur vacua materia, vti expoſui ſupra nu.130. de animis Embryonis iam dixi num.163. *Ariſtoteles 1.de Gen. t.17. S Thomas 1.p.q.118. a.2.ad 2.*

Quarto ſequitur poſſe quemquam tranſire quaſi ad opinionem antiquorum *Naturalium*, quos refutarunt *Ariſtoteles* cap.4.& *S.Thomas* 1.p.q.66.art.1. nempe, impune quis dicat compoſita non viua conſtitui cõmunibus duobus principijs, *materia, & corporeitatis forma*, & nihil denuo ab initio generari, ſed tantum alterari, ideſt, produci varia accidentia, ob quæ lapis differat ab auro, & à quouis alio. in viuentibus ponat pro principijs materiam, & formas iſtas heterogeneas, ob quas inter ſe differant Vrſus, Equus, & Leo. Et ſanè vbi fides non contradicat, ſimilis opinatio, ſi accidat ingenio pertinaci, non facilè repelletur, cum tamen ſit falſiſſima. quã tamen de facto ex parte ſe tutantur quidam graues Expoſitores Sacri Textus infra num.258. relati, contra quos ſimul inuehitur Angelicus Doctor vbi ſupra legẽdus, 167 *Ariſtoteles S. Thomas*

SECTIO IX.

Vtrum portio qualibet materia habeat capacitatem, vel potentiam ſibi ingenitam, & eſſentialem, ad recipiendum vnam, vel plures formas à Deo miraculosè introducendas.

VIdimus ſuperius quamlibet partem materiæ, vna ſola forma, de facto informari; & conſequenter in quolibet compoſito naturali, vnam tantum formã reperiri; nunc vero, vt magis penetremus eſſentiam materiæ primæ, oportet ſcire an eius capacitas, & potentia tam ampla ſit, vt quantum de ſe eſt, plures formas capiat diuinitus ſaltem introducendas; ſed capi ſufficienter non poterit noſtra doctrina, niſi breuiter prius tradantur de potentia celeberrima, quæ *obedientialis* nominatur, quæſtiones ſolennes.

Prima pars Sectionis declarat breui, an ſit Potentia obedientialis, quid ſit, quotuplex, qualis, quãta, & propter quid, ac eam eſſe indiſtinctam à potentia naturali, vel formalitatem ſola ratione diuerſam à naturali, naturalem omnino, ac poſitiuam.

168 PRimo exiſtere potentiam obedientialem docent communiter Theologi cum S.*Thoma* allegando, & colligunt ex
S.Thomas S.*Scriptura*, Concilijs, & SS. Patribus: ea vero attentis varijs ſententijs Doctorum, ita deſcribitur, *Potentia obedientialis in communi eſt virtus in creatura exiſtens, qua obedit, & ſubiecta eſt Deo ad efficiendum, vel recipiendum in ſe quidquid non implicat contradictionem*, ita eſt virtus intellectus, ad efficiendum actum fidei ſupernaturalem; ita etiam eſt potentia, qua anima rationalis recipit in ſe gratiam, & vnionẽ hypoſtaticam.

Secundo, duplex iſta potentia, alia eſt *paſſiua*, ſiue receptiua, alia *actiua*, & quidem paſſiuam exiſtere ſatis probabiliter colligitur ex articulo fidei, quo credimus eam potentiam reperiri in animabus noſtris ad recipiendam gratiam, & dona reliqua, hoc argumento; in anima rationali eſt potentia ad recipiendam formam ſupernaturalem, & alterius ordinis, ſcilicet, gratiam; ergo in quolibet ſubiecto eſt ſua potentia obedientialis ad recipiendum donum, quod Deus illi dare, vel in illo ponere dignabitur.

Et ideo eam admittit S.*Thomas*, ac de- S.Thomas
clarat 3.p.q.11 a.1. dicens, *eſt autem conſiderandum, quod in anima humana, ſicut in qualibet creatura, conſideratur duplex potentia paſſiua, vna quidem per comparationem ad agens naturale, alia vero per comparationem ad agens primum, quod poteſt quamlibet creaturam reducere in actum aliquem altiorem actu, in quem reducitur per agens naturale, & hac conſueuit vocari potentia obedientia in creatura.* & quibus addit *Caietanus Interpres, nõ intendit litera quod omnis potentia obedientia in Christi anima ſit reducta ad actum, cum potentia obedientia in qualibet creatura, inexplebilis ſit; quia ſecundum ordinem ad id, quod poteſt in creatura facere Deus, attenditur.*

Potentiam eãdem concedunt S.*Augu-* S.Auguſt.
ſtinus lib.de Præ.ss.c.5. *Suarez* to.1. n 3.p. diſp.31 *ſect.6. Hurtado* hic diſp.9. ſect.14. *Arriaga* diſp.11.à num 49. *Conimb. Rubius, Ferrarius, Fonſeca* in principio *metaph.* & cunctis vberius meus in Theologia magiſter doctiſſimus P. *Michael de Eſpinoſa* in M.5.de *Sacramentis*, & ibi *Alenſis*, *Gabriel*, *Aegidius de Praſ. Valentia Alarcon, Moratius* infra, & P. *Hemelman*.

Deinde potentiæ obedientialis actiuæ
exiſtentiam, & eſſentiam declarat idem 169
S.Doctor in 4.diſt 8.quæſt.2.ar.3.ad 4.ibi. S. Thomas
nulla creatura poteſt agere ea qua ſunt ſupra naturam, quaſi principale agens, poteſt tamen agere quaſi inſtrumentaliter à virtute increata motum; quia ſicut creatura ineſt obedientia potentia, vt in ea fiat quid quid Creator diſpoſuerit ita etiam vt ea mediante fiat, quod eſt ratio inſtrumenti; & c. quibus verbis vtramque potentiam obedientialem, actiuam, ſcilicet, & paſſiuam, eſſe confirmat, & eſſentiam indicat, quæ tamen ſic clarius deſcribi potuerunt.

Potentia obedientialis paſſiua eſt virtus creaturæ, qua ea poteſt tamquam ſubiectum, & potentia receptiua pati, & recipere formas quaſcunque inducendas per Diuinam potentiam, ſiue quas per vires agentium naturalium, recipere non poteſt. atqui *obedientialis*, ſiue *obedientia* S. Thomas
potentia dicitur, quia ſecundum illam Deo

Deo obedit, vt Authori ſupernaturali, ita
ſunt potentiæ corporum *Beatorum* ad re-
cipiendas dotes gloriæ, nempe, claritaté,
ſubtilitatem, & reliquas; & potentiæ ani-
marum ad recipiendam gratiam; poten-
tiæ intellectus ad recipiendam fidem, &
lumen gloriæ, voluntatis ad recipiendum
charitatem, & virtutes alias ſupernatura-
les; ita etiam eſt potentia materiæ primę
Petri, qua reciperet vlterius alias formas
naturales huius ordinis, retinendas ſimul,
vel vná, aut plures ordinis alterius, quod
hic prætendimus.

Potentia vero *obedientialis actiua* eſt vir-
170 tus creaturæ, media qua fit idoneum
inſtrumentum Dei eam eleuantis ad fa-
cienda quæuis opera naturalia, vel ſuper-
naturalia, & miraculoſa, ad quæ patranda
virtus illa de ſe improportionata eſt, &
inſufficiens: ita ſunt facultates animæ,
intellectus, & voluntatis, quæ eleuante
S. Thomas Deo, & coadiuuante, vt principali agenti,
3.p. q 62. efficiunt actus ſupernaturales Fidei, Cha-
a.4. ritatis, Spei, & Viſionis Dei, & alios, ad
quorum vel minimum, non eſt virtus
ſufficiens intra cancellos naturæ; ita
etiam eſt virtus, quæ reſidet in ſacramen-
tis, vt multi opinantur, ad producendam
eleuante Deo, gratiam in animabus ea
digne recipientium; & in humanitate
Chriſti Domini ad efficienda miracula;
& virtus, qua poteſt hoc ſcabellum, v.g.
eleuatum producere aurum etiam apud
Iaponos; vel Angelos in Empyreo; & ge-
neraliter quidquid Deus, qui eſt princi-
palis Author, & eleuator, voluerit aſſu-
mere, vtens eo vt inſtrumento, quantũuis
natura ſua improportionato, ad quod
voluerit, producendum.

Multiplex ergo eſt numero, & ſpecie ea
vtraque *potentia*, videlicet pro diſtinctio-
ne creaturarum, in quibus reſidet; reſidet
autem in quacunque creatura, quia quæ-
uis, & poteſt aliquid præternaturale ſibi,
vel ſupernaturale recipere, & a Deo ele-
uata coefficere quidquid non dicat con-
tradictionem.

Hanc item actiuam potentiam admit-
S. Auguſt. tunt S *Auguſtinus* legendus per otium t.3
l.6. de Gen. ad lit. c.14. & l.9. c.17. *Suarez*
to.5. in 3.p. d.31. ſect.5. & 6. *Granado* trac.3
de Sacramentis, *Hurtado* hic diſp.9. ſec.14
ſub ſec.2. *Arriaga* diſp 11. Phyſ. num.70.
Albertinus to.1.4. Prin. Phi.2.1. d.1. *Lorinus*
in ſap. c.16. v.24. *Cornelius* ibidem cap.19.
v.19. Card. *Lugo* de Sacramentis diſp.4.
ſect.4. num.35 *Aegidius de Praſent.* 12 to.2.
lib.10. q.2 ab art.4. *Peſantius* 3.p. q.62. a.2.
ad 2. *Sairus* lib 5. de Sacramentis cap.3.
q. vnica, a.6. *Ferrarius* hic diſp.2. q.2. a.15.
Murcia 2. Phy. d.3. q.9. *Marattus* to.3. tract.
de Sacram. d.4. ſect.7. & 8. vbi præclare
exponitur mens S. *Auguſtini*, *Alarcon* tra-
ctat.1. d.2. c.11. *Bonacina* de Sacr. d.1. q.4.
p.6. *Hemelman.* & communiter Recen-
tiores.

Tertio circa *qualitatem* vtriuſque po- 171
tentiæ, dicunt P. *Granado* 12. de Gratia
tract.4. d.8. ſect.3. & quidam Iuniores cũ
allegatis à ſe *Paludano*, *Bannesio*, *Peſantio*,
Caietano, & alijs, vtramque eſſe, ſi ratione
præſcindatur, formalitatem intrinſece
ſupernaturalem, identificatam in re, cuius
eſt potentia; vt rem claré teneas, da ho-
minem conſtitui *animali*, quæ ſit forma-
litas naturalis, & *rationali*, quod eſſet for-
malitas ſupernaturalis, & adhuc vtramq;
formalitatem identificari à parte rei, &
eſſe vnam, & eamdem hominis realitaté,
quæ ſentiat, & ratiocinetur. iſta eſt mens
horum Iuniorum.

Ego vero opinor cum PP. *Suarez* 3.p.
to.1. d.31. ſect.6. circa 2. arg. *Hurtado* d.9.
Phy. ſect.14. fine. *Ferrario* d.2. q.2. art.15.
Arriaga hic diſp 11. num.81. *Alarcon*, *Ma-
rattio*, & Recentioribus, qui merito alle-
gant pro ſe, & pro nobis S. *Auguſtinum* *S. Auguſt.*
to.7. lib. de Præd. Sanct. c.5. S. *Thomam* 12. *S. Thomas*
q.113. a.10. & 3.p. q.2. a.2. ad 2. *Ferraram*,
Medin. Vincent. Bellarm. Vaſquez. Boccanum,
Albertinum, *Palatios*, *Fabrum*, *Herreram*,
Zumel, *Sairum*, & alios, potentiam obe-
dientialem cuiuſque rei naturalis, eſſe na-
turalem, non ſolum realiter, ſed etiam
in formalitate ſua, & ſic improportionate
reſpicere ſuos effectus ſupernaturales.

Ducor primo, quia impoſſibile videtur,
quod res, ſeu formalitas ſupernaturalis
identificetur cum re, vel formalitate na-
turali, ſicut impoſſibile eſt, corpus iden-
tificari cum ſpiritu; & ſubſtantiam cum
accidenti. Secundo, quoniam illud eſt
ſupernaturale, vt liquet ex terminis, quod
nulli naturæ creatæ, vel creabili debetur;
ſed potentia obedientialis harumce rerũ *S. Auguſt.*
debetur naturæ creatæ, ſiquidem cum *26. c Fa.*
creaturis omnibus identificata eſt, eis tri- *c.3.*
buta, vel ingenita, quaſi diſpoſitio, & ha- *S. Thomas.*
bilitas futura, vt obediant Creatori ſuo; *1.p q.105.*
ergo ea non eſt ſupernaturalis. conſonat *a.6. ad 1.*
his ratio SS. PP. *Auguſtini*, & *Thomæ*.

Tertio, quia neceſſe non eſt ponere 172
poten-

potentias obedientiales ſupernaturales, vt tendant in formas, vel effectus ſupernaturales, ſicut enim actus amoris naturalis, ſine formalitate vlla ſupernaturali, poteſt tendere ad obiectum ſupernaturale, nempe amando Deum trinum, & vnum, licet improportionatè tendat, ita poteſt res naturalis producere, vel recipere rem ſupernaturalem, quam tamen improportionatè, ideſt, exiſtens alterius ordinis diuerſi à re, quam tangit, producat, vel recipiat.

S. Thomas. 1 p. q 12. a 1.

Quamobrem materia prima, v.gr. eſt potentia naturalis in ordine ad recipiendam animam Petri, introducendam virtute agentis naturalis; & eadem materia eſt potentia obedientialis in ordine ad recipiendum aliam animam alterius ordinis, vel aliam huius ordinis, aut plures, prima illa retenta; & ita dico de qualibet alia receptiua creatura, quod ſi formaliter loqui voles, & diſtinguere in prædicta materia reſpectum vnum ad animam hanc rationalem, & alium ad animam præternaturalem; ambos reſpectus dicã eſſe formalitates intrinſecè naturales, licet de nomine compellem ſecundum, *præternaturalem* ſiue *ſupernaturalem*, ideſt, explebilem per vires agentis ſupernaturalis, vel capacem formæ præternaturalis, quod forſan voluit P. *Maratius* ſect.9. n.1 *Bonacina*, & *Homelman*.

173 Vnde colligitur primo, potentiam obedientialem actiuam, vel paſſiuam, nõ eſſe aliquas qualitates, vel entitates creaturis impreſſas à Deo, vti de potentia actiua non verè opinati ſunt *Capreolus* in 4. diſt.1.q.1 art.4. *Paludanus* ibi diſt.1.q.1. *Deza*, *Ferraro*, *Lorca*, *Viguerius*, *Aegid. de Praſent.* & alij plures aſſerentes Sacramentis, & Chriſti D. humanitati ineſſe quaſdã qualitates admirabiles, quibus, Deo eleuante, producant gratiam, & reliqua dona, & effecta miraculoſa.

Neque eſſe motum artificioſum creaturis eleuatis à Deo impreſſum, quem ponunt in Sacramẽtis *Caietanus*, *Cabezudo*, *Cabrera*, *Medina*, *Aluarez*, *Tapia*, *P. de Ledeſma*, *Nauarrete*, *Zumel*, *Bubeus*, *Valentia*, & *Bellarminus*, ſed eſſe eaſdem creaturas, quæ obediunt Deo, & eleuantur ab eo; tum quia *multiplicanda non ſunt entia ſine neceſſitate;* tum etiam, quia ſicut qualitas impreſſa aquæ Baptiſmi, v.g. vt efficeret cum Deo gratiam obediret immediatè Deo, & produceret gratiam cum eo, ita obedire poteſt immediatè per ſe ipſam aqua, & quæuis alia creatura.

Ariſtoteles

Quare vt ſuperflua iſta *qualitas* admirabilis, & *motus artificioſus*, communiter reijciuntur, & aſſeritur potentias quaſcũque obedientiales identificari cum creaturis, quarum ſunt potentiæ, vti indicauit ipſe *Capreolus* loquendo de potentia paſſiua in 1. diſt.42.q.5. *verſiculo* ad argumenta *Aureoli* ibi, *ſimiliter dico quod potentia obedientialis receptiua, quam Deus indidit materiæ, non eſt aliud, quam eſſentia materia ſecundum rem. ſed tantum ſecundum rationem addit reſpectum ad potentiam actiuam Dei*.

Sed expreſſius docuerunt identificationem hanc *Suarez* 3 p. diſp.31. ſect 6.§. ne tamen. *Hurtado* diſp.9. ſec.14. fine. *Granado* vbi ſupra. *Arriaga* d.9 num 81. *Albertinus* t.1. Corol. q.1. Theo. ex 2. Prin. phy. d.2. *Molina* 1.p.q.12.a.1.d.2.ad 3. *Scoti Lorinus* Sap.6.v.24 *Ferrarius*, *Bonac.* *Maratius*, *Homelman*, & Recentiores, qui pro ſe allegant *Peſantium*, *Cabreram*, *Soncinatem*, *Medinam*, & alios plures, qui propterea merito appellant iſtas *potentias* creaturis *congenitas*, ſiue ingenitas ab initio conditionis ſuæ, conformes *Auguſtino*, & *Thoma* S. Auguſt. S. Thom.

Colligitur ſecundo Potẽtiam neutram, neque alteram earum, poſſe eſſe aliquid negatiuum, vt ante me docuerũt *Suar.* t.1 in 3.p.d.31.ſec.6.§. *at vero dicunt* in editione vltima. *Hurtado* diſp.9. ſect.14. à §.129. *Medina* 12.q.3 a.8.ad 3. *Aegid. de Praſen.* 12. t.2.lib.10.q.2.a.2. & alij complures: licet contra ſtent *Nauarrete* 1.p.contro.33.§.4. in 5.concluſ *Zumel* 12.q.112.art.1. diſp.3. in prima opinione, fine, & P *Ferrarius* d.2 q.2.a.15. qui vocat cum *Scoto* eam *violentam*, & *neutram*. Probatur, quia neque anima recipit per aliquam negationem, gratiam, ſed per ſuimet ſubſtantiam; neque intellectus operatur media negatione actum fidei, ſed propria, & ingenita vitali virtute, vt tradent à num.404. SS. *Auguſtinus*, & *Thomas*. 174

S. Thomas S. Auguſt.

Deinde non eſſe hanc potentiam neutram, nec violentam, vel ſolam non repugnantiam, ſed poſitiuam quaſi inclinationem, probatur, quia vtraque tam actiua, quam paſſiua eſt reſpectus tranſcendentalis, qui ſpeciem, & perfectionem ſumit à terminis, quos poteſt recipere, aut efficere; ergo ad ipſos poſitiuè inclinatur, & ipſos appetit, vt aliquid bonum ſibi. antece-

Digitized by Google

recedens probo à n.202.& hic addo nullam creaturam obedire Deo in eiuſmodi eleuatione, violenter, aut cum neutralitate, ſed iuxta inclinationem ingenitam, & tributam ſibi ab initio conditionis ſuę.

Siquis autem adhuc diceret cum P. *Ferrario* loco citato, & alijs ibi allegatis, creaturas Deo eſſe obedientes per eſſentias proprias poſitiuas, non repugnantes, neque contradicentes, ſine alia maiori propenſione, aut tranſcendenti reſpectu, quem ſolum habeant erga Deum, vt authorem naturæ, ne cogeretur nobiſcum admittere tot, & tantas rerum inter ſe connexiones, etiam ſi ſint diuerſi ordinis, quod eſt mirabile, nihil improbabile ſuſpicaretur; nos ſtabimus Communi Recentiorum, licet nõ multum approbemus rerum omnium relatiuas connexiones.

175 Colligitur tertio, impoſſibilem eſſe creaturam realiter diſtinctam à ſua potentia obedientiali, quia nequit eſſe creatura, quæ per ſemet ipſam non ſit ſubiecta Deo, non ſolum vt ab ipſo conſeruetur, ſed etiam ad recipiendum, & efficiẽdum, quidquid non implicat contradictionem, ita ſentiunt PP. *Suarez* in illa ſect.6.9. quod vero *Albertinus* to.1. corol. q.1. Theol. ex 2. principio Philoſ. dubit.2. in ſolutione primæ obiectionis, & Recentiores.

Colligitur quarto, Potentiam obedientialem vtramque in rebus ſupernaturalibus eſſe ſupernaturalem; in naturalibus naturalem; in ſubſtantia ſubſtantiam; in accidenti accidentalem, ſiquidem realiter non differt à rebus, in quibus eſt; vt tradunt ſupra num.173. tanti Doctores.

Colligitur quinto, Potentiam obedientialem paſſiuam eſſe tanquam propter finem, propter formas recipiendas; & actiuam ſimiliter eſſe propter effectus, quos poteſt efficere: nam iuxta vetus prouerbium, *Potentiæ ſunt propter operationes*, reliquas eius vtriuſque potentiæ cauſas, rectè nouerit, qui noſcet cauſas creaturæ, cui ipſa identificata eſt.

Ariſtoteles 9. M. t. 15. & de cal. 2 t. 17. S. Thomas 1. p. q. 105. a. 5.

Secunda pars Sectionis declarat vberius ampliſſimam extenſionem Potẽtiæ obedientialis Creaturarum, & modum, quo à Deo eleuantur; vbi, an quodlibet poſſit coefficere quodlibet, & recipere quodlibet, ſiue vniri cum quolibet.

VErum tamen ad maiorem Potentiæ obedientialis intelligentiam, interrogas circa potentiam actiuam tria; & totidem circa potẽtiam paſſiuam; prima interrogatio circa actiuam, eſt an ea ſit tam ampla & extenſa, vt poſſit efficere à Deo eleuata, quidquid fieri non implicat, ideſt, quidquid fieri poteſt à ſolo Deo, vel etiam à Deo, & reliquis cauſis creatis? 176

Secunda, an ea potentia ſit æqualis in omnibus creaturis, ita vt quælibet creatura poſſit efficere quidquid altera, & vice verſa, ideſt, an ſit æqualis in extenſione, ſeu in virtute effectiua?

Tertia interrogatio eſt, quomodo eleuabitur creatura quæuis, v.g. granum ſynapis, ad producendos Angelos, Cælos, & generaliter omnia producibilia, etiam maximè ſupernaturalia.

Ad primam reſpondent Docti Recentiores Potentiam actiuam eſſe quaſi omnipotentem extenſiue, ideſt, tam amplã, & extenſam in qualibet vel minima creatura, vt poſſit quælibet producere quamlibet, exceptis paucis, quæ aliàs à Deo ſolo non poſſunt fieri, vti ſunt peccata, actus producendi modo vitali, & prima productio rei ipſius eleuatæ, aut conſeruatio, & ſi quæ ſunt hujuſmodi; & ita non verentur cõcedere omnes creaturas ſe mutuo poſſe cauſare ſaltẽ pro diuerſis temporibus, & ſe reſpicere viciſſim reſpectibus tranſcendentalibus, vti ſolent cauſæ, & effectus reſpici in inuicem, & propterea mutuam inter ſe connexionẽ, & dependentiam habere ita vt, ſi formica fieret modo impoſſibilis, omnia reliqua diſſoluerentur, & impoſſibilia redderentur.

177 Vnde reſpondent ad ſecundam, potentiam obedientialem actiuam æqualem eſſe in omnibus creaturis, quo ad extenſionem, & virtutem cauſandi; vocant tamen prædictam potentiam *virtutem innatam* cuilibet creaturæ, *imperfectam, incoha-*

Digitized by Google

incboatam, inſtrumentalem, & ***improportionatam***, a Deo confortandam, & adiuuandam in ſuis operationibus, vt à principali agenti, vti ſolet pueri vis adiuuari à robuſtiſſimo viro, in eleuatione grauiſſimi ponderis, & pro ſe citant PP. *Suarez* to. 1. in 3. p. diſp. 31. ſect. 5. & 6. *Hurtadum* hic diſput. 9. ſect. 14. ſub ſect. 2. quibus conſonant *Albertinus*, vbi ſupra, dub. 2. num. 7. & *Sairus* art. 9. & 10. & expreſſius P. *Arriaga* hic diſp. 9. num 71. *Meratius* ſect 10. num 8. to. 3. *Hemelman*, & alij plures, & merito; quia ij omnes aiunt reperiri in creaturis potentiam obedientialem actiuam, illis ingenitam, vt media ea eleuentur à Deo ad effectus excedentes vires naturales earum. licet reſiſtat *Coninck* de Sacram. q. 62. a. 4. nu. 112. cum *Vaſquez*.

Aduerte hic nullam perſonam diuinam poſſe eleuari ab alijs, tum quia quælibet ratione omnipotentiæ, quam continet, eſt ſummè proportionata ad operandum; tum etiam, quia opus eſſet, quod eleuaretur eleuans perſona etiam à ſe ipſa; ſiquidem triplex perſona concurrit neceſſario ad operationes, quæ fiunt ad extra; eleuari autem rem vnam à ſe ipſa, ex terminis videtur impoſſibile.

S. Thomas 1 p. q. 45. a 6.

Ad tertium reſpondeo eleuari à Deo creaturas ad producendos effectus excedentes vires earum, per Dei ſimultaneum concurſum, qui aliquando eſt præternaturalis, aliquando ſupernaturalis, aliquãdo ſpiritualis, aut corporeus, nempe, iuxta exigentiam effectus producendi, ſicuti eleuatur pueri virtus ad pondus ingens eleuandum à robuſtiſſimo viro, per ſimultaneum concurſum, & ab vtroque profectum.

Circa potentiam vero paſſiuam, prima interrogatio eſt, an qualibet creatura poſſit in ſe recipere quamlibet, vel informare, vel vniri cum qualibet? ſecunda, quot creaturas, vel formas poterit vna recipere, & ſuſtentare ſimul, v. gr. quot formas poterit materia prima recipere ſimul, & quot dona, vel actus fidei poterit anima recipere, ſiue intellectus?

Tertia, quo modo eleuabitur à Deo materia prima, v. g. ad recipiendas plures formas ſimul, vel vnam ordinis alterius?

178 Reſpondeo ad primam, poſſe vniri de potẽtia abſoluta extrema, quę habuerint potentiam, & ordinem obedientialem; ſi tamen prædictus ordo, & potentia ſint ex parte vtriuſque extremi; neque enim materia prima, vel aliud quoduis ſubiectũ recipiet aliquam formam, etiam ſi ſubiectum habeat potentiam receptiuam, ſi forma non habeat potentiam informatiuam, neque ſi deſit potentia receptiua in ſubiecto, forma quantumuis poſſit informare quantum de ſe eſt, informabit tale ſubiectum.

Addo tamen mihi eſſe ignotas res, quę poſſunt habere tales ordines obediẽtiales mutuos, quibus ſe inuicem petant, ſed coniector forſan res omnes tam ſubſtantiales, quam accidentales poſſe modo tanquã ſubiecta recipere alias vt formas, & modo tanquam formas informare alias, modo vniri inter ſe ſaltem aliquo genere vnionis altiori, nobis ignoto, & ſic quamlibet rem poſſe vniri cum qualibet, aliquo modo, aut genere vnionis, ſi non omnibus; nihil enim inuenio in rerum natura, quod naturaliter non ſit forma, aut ſubiectum, ſub aliqua conſideratione, vel extremum vnibile; omnia video habere inchoatam ſaltem rationẽ informandi, & recipiendi quodlibet, ac ſe vniendi cum quolibet, ſi hæc ratio inchoationis naturalis, neceſſaria cenſetur; albedo, exempli gratia, eſt forma reſpectu quantitatis, & ſimul eſt ſubiectũ ſui vbi; & vniri poteſt, & ſolet cum alia albedine, & ita omnes creaturæ eſſe videntur.

Ducor ad id primo, quia ſicut conce- 179
ditur a multis Theologis, & Philoſophis, virtus actiua obedientialis in omnibus, & ſingulis creaturis ad producendos alias quaſcunque, concedi poterunt in omnibus potentiæ paſſiuæ, vel informatiuæ, ad recipiendas, vel informandas omnes, vel ſaltem ad vnionem cum omnibus; ſecundo quia credo firmiter Deum vniri potuiſſe noſtræ carni, & gratiam animæ inhærere; & exiſtimo vnionem hypoſtaticam informare, ſiue modificare materiã primam, Animam Chriſti Domini, & vnionem naturalem ipſius, ea omnia vniendo cum verbo, quod eſt ſine dubio longe difficilius intellectu, quam id, de quo diſputamus. Ducor tertio, quia non video repugnantiam in eo, quod Deus vniat extrema omnia aliquo genere vnionis, cum nulla extrema magis inunibilia quo ad apparentiam, nec magis diſparata videantur, quam Deus & caro, quæ tamen vnita ſunt.

Re-

Reſpondeo ad ſecundam, poſſe v.gr. animam rationalem recipere innumera, imo, & infinita dona gratiæ (ſi hęc ſint poſſibilia) & intellectum habere ſimul infinitos actus Fidei ſupernaturales, quod attinet ad eorum receptionem; an vero intellectus per eos intendere poſſit, modo non determino. Deinde materiam primam poſſe recipere infinitas formas ſimul, ſatis indicabat ſupra *Caietanus* allegatus ibi, *non intendit litera. quod omnis potentia obedientia in Chriſti anima ſit reducta ad actum, cum potentia obedientia, in qualibet creatura inexplebilis ſit, quia ſecundum ordinem ad id, quod poteſt in creatura facere Deus, attenditur.*

S. Thomas 1.p. q.11. a.1.

180 Ratio reſponſi eſt, quia facile eſt recipere de genere ſuo, & difficultas ſolum eſt in producendis vnionibus, quibus infinitæ formæ, materiæ vnirentur; & in eis formis producendis, & conſeruandis; hanc autem difficultatem Deus ſuperaret, ad ipſum enim pertineret has, & illas producere, & conſtruare; materiæ munus ſolum eſſet recipere eas in gremio ibi agglomeratas, ſiue penetratas.

Vocant tamen graues Doctores potẽtiam obedientialem infinitarum formarum receptiuam, & actiuam, quæ extenditur ad producenda infinita, *infinitas nõ ſimpliciter*, quia habent entitatem finitã, ſicut & creaturæ, in quibus ſunt, ſed *infinitas ſecundum quid*, ideſt, extenſiue, & obiectiue, ſiue quantum ad effectus efficiendos, & formas recipiendas; ita loquũtur *Suarez* diſp.31.ſect. 6. ad 8.argum. in t.1.3.p.& multi Recentiores, conſentit P.*Eſpinoſa* meus in Theologia Magiſt.r, hic cum a ſe allegatis *Peſantio*, & *Aegidio de Praſent.* & conſonat S. *Thomas* 1.par. quæſt.7.art.1.

S.Thomas.

Ex his patet ad tertiam interrogationem, etenim nullo alio modo Deus eleuaret materiam ad recipiendas formas, quas illi non poſſunt dare hæc agentia naturalia, niſi producendo vnionem vnam, vel plures altioris ordinis, quibus illę formæ ſimul materiæ vnirẽtur.

Tertia pars Sectionis reſpondet obiectis contra extenſionem Potentiæ obedientialis actiuæ; & vnionem cuiuslibet cum quolibet; & aperit quæſtiones hic à nobis elucidandas.

Sed contra potentiam obedientialem actiuam ſtat communis Theologorũ, quos recenſet P *Eſpinoſa* nempe *S.Bonau. Scotus, Richardus, Caietan Palud Palatios, Faber Vincentius, Nauarrete, Zumel, Lorca, Cabrera, Fonſeca Vaſquez, Salas, Coninch, Valentia Rubius* lib.2 phy.tract.4.de Cauſa effic.q.2. *Ouiedo*, & alij complures, ipſorum primum fundamentum eſt.

Incredibile videtur ineſſe cuilibet, vel minimæ creaturæ, virtutem productiuã rerum omnium naturalium, & ſupernaturalium, ſine limite; primo, quia creatura, quæ nõ eſt ſupernaturalis, nequibit producere res ſupernaturales. Secundo, quia nulla creatura habet virtutam infinitam; & omnipotentem; haberet autẽ, ſi extenderetur eius virtus ad infinita producenda. Tertio, quia omnino inintelligibile videtur quo pacto exiguus terræ puluiſculus poſſit producere Angelos, patrare miracula, producere vnionem hypoſtaticam, & gratiam, & intelligere, & amare, & eiuſmodi alia mirabilia facere.

Nego antecedens. & ad primum dico Creaturam naturaliter non poſſe producere res ſupernaturales, benè tamen à Deo adiutam, & eleuatam, ſicut dicebam ſupra de puero adiuto a viro robuſto. ad ſecundum, bene poſſe extendi virtutem creaturæ ad infinitos effectus, quin ipſa ſit infinita ſimpliciter, & omnipotens, quia talis virtus non eſt principalis, ſed inſtrumentalis, & eleuata à cauſa principali infinita ſimpliciter, nempe à Deo omnipotenti; licet vocetur à Doctoribus *infinita ſecundum quid*, & *omnipotens extenſiuè*, vti ſupra dictum eſt. 181

Ad tertium fateor eſſe difficile intellectu quo modo Sacramenta, & Chriſti humanitas eleuentur ad gratiam producendam, & alia effecta mirabilia; verum tamen id concedunt *Suarez*, *Granado*, *S. Thomas Albertinus*, *Peſantius*, *Sairus*, *Aegidius de Praſens Hurtado* hic diſp.9.ſec.4. *Maratius* to.3.tract.de Sacram.diſp.4.ſect.7.*Hemel-*

S. Thomas 3 p. q.62. a.4.

man ſæpe, & Card. *Lugo* ait id eſſe factu poſſibile, licet probet ipſe, quod non expediat fieri, & communiter Recentiores, ſed & *Granado* 12.de Grat.t.4. d.7. cum S.*Thoma Caietano, Soto, Zumel*, & alij cõplures addunt gratiam educi de potentia animæ, & ab anima conſeruari per influxum ſupernaturalem, quod eſt quoddam genus efficientiæ; quapropter ſi aqua Baptiſmi, & humanitas Chriſti Domini, eleuari poſſunt, & ſolent ad gratiam producendam, & alia quæuis miracula; quid ni ſimiliter poterit quiuis terræ pulviſculus eleuari? modus autem, quo eleuentur creaturæ, declaratus eſt n.177. §. ad tertiũ; nequeunt vero indifferenter omnes creaturæ eleuari ad intelligendũ, & amandum, neque ad alios actus vitales, quoniam ij poſtulant certam conditionẽ proportionati ſubiecti, alibi elucidandã.

S. Thomas de Pra q.3. a.8. ad 3.

182 Oppones ſecundo, ſi quælibet creatura poſſet vniri cum quolibet, ſequeretur materiam vnam vniri poſſe cum alia, & albedinem cum Angelo, & duas animas rationales inter ſe, vel duos Angelos, vel Angelum cum anima; hæc autem omnia abſurda videntur; ergo illud, ex quo ſequitur.

Reſpondeo multo mirabiliorem, ac difficiliorem videri vnionem Dei cum humanitate, quam prædictas vniones, vnde poſſibile iudico præfata extrema vniri per aliquod genus vnionis, quæ ſit vel quaſi continuationis, vel quaſi informationis, vel quaſi inhæſionis, vel alio modo nobis ignoto, quidquid ſit an ex ea vnione reſultet vnum per ſe, vel per accidens.

Quod ſi aliqua extrema inueniantur tam extranea, & diſparata, vt potentias non habeant, vt vniantur inter ſe, ea ego dicam non poſſe vniri, quę autem ea ſint non audeo determinare, quando video quod verbum Dei caro factum eſt; & credo id factum fuiſſe per vnionem Diuinitatis cum humanitate, Creatoris cum creatura; quam vnionem, ſublata Fide, tam difficilem iudicaremus, vt impoſſibilem eſſe multi opinaremur, ſi quãdo talis quæſtio, aut dubitatio veniret in mentem, propter infinitam diſtantiam, & improportionem vniendorum extremorum, nempe Dei, & creaturæ.

S. Thomas 4.c.g.c.27.

Sed his, & alijs, quæ Theologorum ſunt, omiſſis, ſat mihi fuerit quæſtiones tres, quæ ad inſtitutum meum magis pertinet, elucidare; prima eſt an materia prima habeat potentiam naturalem ad iterum recipiendas formas amiſſas, ſiue eæ reproducantur diuinitus, ſiue virtute agentis naturalis, quam ei ineſſe dicemus. Secunda erit, an eiuſmodi naturalis potentia poſſit extendi ad recipiẽdas plures formas ſimul, ex his, quas ſucceſſiue ſolet recipere. Tertia, vtrum habeat potentiam obedientialem ad recipiendum formam vnam, vel plures alterius ordinis, quocirca de ſola potentia obedientiali paſſiua tractabo directè, de actiua dicturus infra; quæ vero dicam de eiuſmodi potentia materiæ primæ, alijs item ſubiectis accommodanda erunt; atque vice verſa, quæ de capacitate, & actiuitate ſubiectorum eorum à Doctoribus traduntur, ad materiam hanc modo ſuo trahenda.

Suppoſito ergo ex dictis, quod integra potentia materię primę coaleſcit ex quaſi duplici parte, ſeu potentia, quarum alteram vocant potentiam *naturalem*, ideſt explebilem, & ſatiabilem per vires agentis naturalis creati, vel Dei gerentis ſe inſtar agentis naturalis; alteram ſupernaturalem, vel *obedientialem*; non quia non ſit de eſſentia, & realitate materiæ, & intrinſecè naturalis; ſed quia expleri ſolũ poteſt, & ſatiari per vires agentis ſupernaturalis, qui ſolus eſt Deus, cui obediunt omnia. 183

Quarta pars Sectionis probat quãlibet portionem materiæ habere potentiam naturalem ad formas amiſſas iterum recipiẽdas, eamque explebilem eſſe per vires Agentium naturalium, ſi ea, extrinſeca ordinatione Dei non impedirentur.

Dvo continet aſſertum tituli; primũ eſt, materiam huius ignis, v.g. reſpicere adhuc, & habere naturalem potentiam, & appetitum ad formã ligni, quam paulo ante amiſit. ita tradunt pleriq; Doctores, nempe *Scotus* in 4.d.43. q.3. in ſolut. primi, *Molina* 1.p. q.12. art.1. diſp.2.§. Caietanus vero. *Vaſquez* 12.diſp. 22.c.3.à n.17. *Fonſeca* 1.met.c.8 q.2.ſec.3. *Suarez* diſp.43 met. ſect.4. num.18. & 19. *Conimb.* hic cap.9.q.12.ar.6. ad 4. *Rubius* tract 3 de mater.q.2. dub.4 *Hurtado* d.2. ſect.3.

Digitized by Google

ſect.3.à 9.35.*Ferrarius* d.2.quæſt.2.a.16.& communiter Recentiores, & ideo in hac opinione, viſus diuinitus reſtitutus cæco; & ſanitas miraculoſa, & anima reſurgentis, & huiuſmodi effectus ſupernaturaliter reproducti, recipiuntur in eadem, in qua prius fuerunt potentia naturali.

184 Ratio vero eſt multiplex: prima; quia materia habere debet reſpectum, & potentiam ad formas ſui ordinis, & collectionis, qualiter ſunt illæ, quas ſemel olim habuit, neque illas prahabuiſſe eſt vllum impedimentum, quin potius præhabitio nos magis certificat de materiæ capacitate naturali; id quod, ſi licet exemplo materiali capacitatem materiæ explicare manifeſtum facit dolium, vel aliud vas, quod olim habuit oleum, vel alium liquorem, quod modo retinet potentiam, & capacitatem quam prius nihilo immutatam, etiamſi amplius non eſſet, qui liquorem iterum infunderet.

Secunda. materia, quæ habuit, & amiſſit formas, habet nunc priuationem, ergo ipſarum eſt ſubiectum capax; antecedens videtur notum ex terminis ſiquidē
S. August. loquitur *S. Auguſtinus* to.1. Categor. c 18. *priuatio hanc vim tenet, vt oſtendat quemlibet habuiſſe aliquid per naturam, & modo non habere.*

Tertia ratio eſt, quoniam forma amiſſa remanet nunc poſſibilis vt antea, ſiquidē eadem nunc prædicata habet; ſecus non poſſet reproduci à Deo; neque enim fuiſſe, ſicut neque eſſe rei, aufert poſſibilitatem eius, vt euidens eſt, & ſecundum axioma, *ab actu ad potentiam bene valet conſequentia;* ergo ad ipſas habet materia naturalem potentiam.

Quarta. materia nunc eſt eadem, quæ fuit ſemper, ergo ſemper retinet eandem capacitatem, quæ eſt ſua met eſſentia; ſed olim habuit capacitatem naturalem ad formas deſtructas, ergo & modo; & confirmatur hæc ratio; quia formæ deſtructæ, & remanentes poſſibiles non ſunt factæ alterius ordinis, aut extra collectionem formarum reſpectarum ab hac materia; ergo illas hæc reſpicit vt ſuas, & ſui ordinis, vt antea, & per eandē potentiam, qua antea.

185 Quod enim modo eæ formę induci nō poſſint in materiam, non prouenit ex defectu potentiæ naturalis receptiuæ; ſed forſan ex defectu agentis naturalis potentis eas reproducere; quare, ſi diuinitus reproducantur, ſine alia maiori eleuatione induci potuerunt in eius potentia naturali; quemadmodum olim, vt narratur 4.Reg.4 in capacitate naturali vaſorum, receptum fuit oleū miraculosè productum à Deo, ad preces *Eliſei* Prophætæ, & in eadem reciperetur, etiamſi nullum agens naturale illud poſſet infundere.

Atqui adhuc perſiſtere, & fruſtra non eſſe eiuſmodi potentiam naturalem materiæ erga formas, quas producere non poſſit agens naturale, licet aliunde *potentia paſſiua correſpondeat actiua*, quod S.Thomas
habetur quaſi prouerbium, tradunt communiter Bætici mei Magiſtri dicentes ſat eſſe, quod illa recipiat alias formas in ſpecie, quod item annotarunt *Ferrarius* diſp.2.q 2.a.16.*Conimb* 2. de Gen. cap.11. q.1. art.4.ad 4. & F. *Granado* in ſimili 12. Contr.5.tr.3.d.4. num.2. ſed ad maiorem abundantiam addo.

Secundum tituli aſſertum continere, capacitatem materię erga formas amiſſas abſolute expleri poſſe per vires agentis naturalis, quod poteſt illas reproducere, ſi diuina alia diſpoſitione non impeditur, ita tradunt P. *Hurtado* diſp.2.Phy.ſec.3.& docti Recentiores; & probatur, quia ſicut formæ equinæ, v.g. deſtructio non ſuſtulit, vt ſupra dictum eſt, materiæ potentiam, quam materia habebat erga eam formam; quinimo excitauit eius appetitum, formam illi amicam diſſociando; neque ab ipſa forma abſtulit potentiam reciprocam poſſibilem informādi, & actuandi iterum, atque iterum, materiam; quod tradunt de anima ſeparata SS. PP. *Auguſtinus* lib.12. de Gen. ad S. August.
lit.c.35.& S *Thomas* 1.p.q 76 a.1. ad 6. ita S Thomas
ſimiliter non deſtruxit, neque impediuit virtutem agentium naturalium; neque horum impotentiæ ſignum, vel indicium vllum eſt.

Quare, licet ego firmiter credam Deū 186
prohibuiſſe regreſſum animarū rationalium ad corpora, à quibus morte intercedente, ſeparatæ fueruut, ſimiliter vetuiſſe reproductionem reliquorum effectuum, non ſcio, nec neceſſarium fuiſſe reor; quoniam nulla ratio efficax mihi perſuadet non poſſe ſolem hodie producere lucem eandem numero, quam produxit heri, aut nudius tertius; ſiquidem fuiſſe rem ſemel, aut ſępius, non eſt intrinſecum impedimentum, aut inuoluens contradi-

Digitized by Google

ctionem, ne iterum fiat, licet, ob commune aſſertum, dicens *non dari regreſſum à priuatione ad habitum*, teneam ita contingere, quia ob pulchritudinem variam Vniuerſi, ita voluerit mundi Gubernator, & ſubinde non poſſe reproduci formas amiſſas ab agenti naturali, non impotentia abſoluta, ſed ſecundum quid, non quaſi antecedenti, & intrinſeca, ſed quaſi conſequenti, & extrinſeca, nempe, orta ex extrinſeca voluntate Dei, quæ forſan denegarit cauſis ſecundis cõcurſus ad repetendos eoſdem effectus.

Ariſtoteles

Secundo *probatur hæc potentia actiua*, rationibus, afferendis infra nu. 189. & quibus probatur ſupra materiæ potentia paſſiua; nam ex fermè omnes idem reuincunt; ſed verò dandum eſt parti contrariæ, potentias eas ambas conſideratas in ordine ad formas amiſſas, ſimpliciter quidem potentias naturales eſſe, quoad intrinſeca inuariatas, ſed extrinſecè eſſe impeditas ex defectu concurſus Dei, qui negauit illum potentiæ actiuæ, & vnionem, ſiue receptionem paſſiuæ, & eas dici *non poſſe recipere*, neque reproducere impotentia ſecundum quid, quocirca ad hoc, vt expeditæ, & magis proximæ potentiæ dicantur, debent conſiderari in ordine ad formas nondum conditas, ſiue, vt alij dicunt, debent connotare formas nondum productas, neque receptas, neque corruptas iam olim fuiſſe:

Quinta pars Sectionis ſatisfacit argumentis grauium Doctorum, qui prætendunt abſolutè non dari in materia, potentiam paſſiuam naturalem ad formas amiſſas recipiendas; & multò minùs potentiam actiuam in agentibus naturalibus ad eas reproducendas.

187 SEd contra vtrumque aſſertum dices primo, *impoſsibilis eſt potentia, quæ non poteſt reduci ad actum* ſed potentia naturalis materiæ, quæ adſtruitur erga formas corruptas, non poteſt naturaliter reduci ad actum, ergo impoſsibilis eſt, ſiue non eſt, maior eſt axioma deſumptum ex Philoſopho 2. phyſ. tex. 88. & 1 de Generat. tex. 1. & ibidem ſacro interprete. minorem probas, quia nos fatemur denegaſſe Deum ſuum concurſum cauſis ſecundis, ne valeant iterum res deſtructas reproducere.

Ariſtoteles
S. Thomas

Reſpondent *Conimbricenſes, Granado, Ferrarius, & Baſtei Magiſtri* concedendo impoſſibilem eſſe potentiam, quæ nec poteſt, nec potuit vnquam reduci ad actum, vel quæ non poteſt reduci ad actum ſimilem in ſpecie deſtructo, & ideo potentiam materiæ perſiſtere, quia olim potuit recipere formam deſtructam; vel quia modo recipere poteſt formas illi ſimiles; & ſimiliter dicunt de poſſibilitate potentiæ actiuæ, & ſic diſtinguunt facilè minorem, concedendo potentiam materiæ, non quidem poſſe reduci ad actum, recipiendo formam deſtructam; ſed eam poſſibilem eſſe; quia recepit illam olim, & modo ſimiles recipit, & ideo negant conſequentiam.

Probabilis eſt ea reſponſio, ſed dici etiã potuit impoſſibilem eſſe potentiam, quæ ſimpliciter, & intrinſecè per implicationem contradictionis, non poſſit reduci ad actum; non verò illam, quæ non per ſe, ſed ex accidenti & libera voluntate Dei prohibentis, iuxta dicta ſupra n. 185. quod & notauit *Suarez* tom. 1. in 3. part. diſp. 30. ſect. 2.

Sed vrges primò efficaciter, illa cauſa 188
naturalis, quæ ad actum non habet omnia ſimpliciter requiſita, ſimpliciter non poteſt reduci ad talem actum; ſed agens naturale actiuum v. g. non habet omnia ſimpliciter requiſita ad producendam formam deſtructam, vt patet, ſiquidem denegatus eſt illi concurſus Dei ſimultaneus, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo nihil fiet: ergo agens naturale ſimpliciter non poteſt producere eam formam; atque eadem inſtantia viget in materiæ potentia, cui ſimiliter denegauit Deus vnionem, ſeu receptionem formæ deſtructæ; & quia *ſi impoſſibilis eſt potentia actiua, poſſibilis non erit paſſiua*, ex regula *Tripartita* num. 1035. de vſu relatiuorum, *quæ ſe ponunt, & perimunt mutuò*, ex quippe potentiæ relatiuæ ſunt.

S. Thomas 2. c. g. c. 6.
Ariſtoteles cap. ad aliquid.

Sed occurrendum, diſtinguendo maiorem, quæ vera dicit, quando deeſt cauſæ ad operandum aliquod requiſitum, quod ſecundum ſe ſit, & intrinſecè impoſſibile, non autem quando deeſt ex accidenti, idest, ex libera diſpoſitione Dei, quæ ſinit concurſum, quem non vult dare, poſſibilem

Digitized by Google

lem abſolutè; & ſimili modo diſtinguenda eſt minor.

Reſponſio hæc fundatur in coniectura, qua diuinamus cum *Communi*, Deũ ob pulchritudinem Vniuerſi, a ſe liberè intentum in tali gradu, & menſura, denegaſſe concurſus ſimultaneos ad reproducendos effectus deſtructos; non vero putamus eiuſmodi denegationem neceſſario poſtulari ab Vniuerſo, quod non abhorret multitudinem non variam, vel ſimilium in ſpecie indiuiduorum, vt manifeſtum videtur.

Quare iterum repetendum cum P. *Hurtado* ſimpliciter loquendo ineſſe virtutem agenti naturali, ad reproducendum effectum eundem numero, qui iam perijt, vel ante produxit, prohiberi tamen fortaſſe ex lege diuina, qua Deus ſtatuiſſe videtur ob pulchritudinem, & varietatẽ Vniuerſi, & ad maiorem ſuæ omnipotentiæ oſtentationem, ne formæ, ſeu effectus deſtructi iidem in numero iterũ redeant, ſed in ſpecie tantum, vt ait *Ariſtoteles* 2. de Gen. fine, tex. 70. & ibi S. *Thomas*. *Ariſtoteles* *S. Thomas*

189 Quod ſi de medio tollis legem extrinſecam Dei, qua noluit concurrere cum cauſis ad reproducẽdos, eoſdem effectus; ſatis veroſimilis eſt opinio hæc *Hurtadi*, cui fauent *Riccardus*, *Scotus*, *Toletus*, & *Conimb.* ad locum *Ariſtotelis*. primo, quia, vt ait idem Philoſophus 2. de Gen. tex. 56. *idem manens idem ſemper eſt natum facere idem*; quare idem agens, quod produxit ignem iam deſtructum, quantum de ſe eſt, poterit eundem reproducere; quia eadem virtus agentis adeſt, & ignis poſſibilis eſt modo, ſicut erat ante primam productionem, & cum eadem facilitate, vel difficultate reproducetur. Secundo, quia idem ignis numerò prodire potuit ab alio igne, & à Sole, vel a Deo, vt authore naturali; cur ergo ſi primo productus fuit a Deo, atque deſtructus, non poterit reproduci a Sole, vel ab alio igne, cum neutrum horum agentium mancum manſerit, aut ſine virtute producendi, talem ignem, ex prima productione? *Ariſtoteles* *S. Thomas*

Non officit huic opinio de *materia ſignata*, ideſt, materia ſigillata cum diſpoſitionibus, & cæteris temporis, aut loci circumſtantijs, quas conuenire contingit, in productione vnius formæ, & quas raro, aut nunquam accidit eſſe eaſdem in duobus effectibus, etiam gemellis fœtibus; neque enim ambo enaſcuntur ſimul; quæ materia, vt dicitur in *metaphyſica*, determinat formarum, quæ generatur diſtinctionem; tum quia poſſumus explicare materiam ſignatam, dicentes

Eamdem numero formam poſſe prouenire à pluribus agentibus, & numericam 190
diſtinctionem eius deſumi ex materia veſtita, & ſignata circumſtantijs præſentibus, quæ adſunt, quando à tali determinata cauſa, forma producitur cum ordine tranſcendentali ad reliquas cauſas, materias, & alias circumſtantias, quæ potuerunt concurrere, ita quod determinatiuũ adæquatum cuiuſuis differentiæ numericæ, ſit collectio omnium cauſarum, & reliquarum circumſtantiarum exiſtentiũ, & poſſibilium, vti dicendum videtur etiã à *Thomiſtis* de indiuiduatione animarum rationalium, quarum differentia numerica deſumitur, non ſolũ a præſentibus diſpoſitionibus, ſiue præſenti materia, in quam primo introducitur; ſed à materijs, & diſpoſitionibus habendis in totius vitæ decurſu; tum etiam, quia reiecta opinione de *materia ſignata*, dicere poſſumus cum *Scoto*, differentias numerales determinari à ſolo Deo, & ſic nõ poſſe redire eoſdem effectus in numero, nõ oriri ex defectu virtutis cauſarum naturalium, ſed ex prohibitione Dei.

Contra vrges ſecundo. ergo reſurrectio 191
Mortuorum poſſibilis eſt ſimpliciter per vires agentium naturaliam, & non eſt miraculoſa. patet conſequentia; quia in materia prima conceditur potentia naturalis, ideſt, explebilis per virtutem agentis naturalis, ad formam amiſſam, licet dicatur impediri extrinſeca voluntate diuina. Diſtinguo conſequens, reſurrectio Mortuorum eſt poſſibilis ſimpliciter per vires agentium naturalium eo modo, quo creditur futura; nego conſequentiam; alio modo magis connaturali, concedo conſequentiam.

Futura quippe eſt Mortuorum reſurrectio in ictu oculis ideſt, breuiſſimo tempore, *neſcit* enim *tarda molimina Spiritus ſancti gratia*, qualia ſunt molimina naturæ; futura eſt ſine maribus, & fœminis, per miniſterium Angelorum, qui ex omnibus terræ, ac maris partibus colligent corpora, quæ pertineant, ac neceſſaria ſint ad tot hominum integritatem, & concurrentibus alijs miris circumſtantijs, & actionibus, ex diuina Omnipotentia ortis; & propter hæc omnia, reſurrectio mor- *S. Auguſt.*

mortuorum ſimpliciter miraculoſa prædicatur, & impoſſibilis agentibus naturalibus iure cenſetur.

Quod ſi agentia naturalia relinquerentur ſuo curſui naturali, neque concurſu Dei priuarentur, non videtur impoſſibile, quod, ſi mas, & fæmina cum eadem virtute generandi permanerent, regenerarét de nouo eandem vnionem numero filij ſui, vel alterius hominis defuncti; & quod Deus animam víque tum ſeparatã, rurſus infunderet materiæ diſpoſitæ; verumtamen hæc regeneratio a Diuina voluntate, ſine dubio prohibetur.

192 Vrges tertio. *Platonici*, vt refert S. *Auguſtinus* lib.12. de *Ciu.Dei* cap 13. turpiter errarunt dicentes, peracto magno annó, quod triginta ſex millibus noſtrorum annorum conſtat, (quo tempore credidit *Ptholomeus* peragi curſum nonæ ſfęræ ab occaſu in ortum, licet melius noſter *Alphonſus Rex* docuerit, non niſi quadraginta nouem millibus annorum, ab illo cælo nono periodum ſuam confici) eaſdem omnino cauſas, & effectus, & rerum ordines perpetuo redituros, & vos ipſos, me me ipſum rurſus audituros é cathedra dicentem, ac docentem omnino eadem; ergo fauemus Platonico errori, qui docemus eaſdem res numero naturaliter poſſe redire.

Sed reſpondeo duo continere prædictum errorem, primũ eſt reditura omnia eo modo, & ordine naturaliter poſt certũ illud tempus, quod ſtultiſſime dictum eſt; quis enim hoc ſciat, dato quod toto eo tempore mundus duraret, & quod cauſæ naturales non impedirentur? Secundum eſt, Homines iterum naſcituros, & hoc eſt contra fidem, quæ docet homines bonos poſt vitam bene actam in Cælo perpetuo futuros, malos vero ſupplitio æterno apud inferos, torquendos, ita diſponente Diuina prouidentia, Neutrum autem horum, nos dicere poſſumus, quamuis fateamur ineſſe virtutem cauſis naturalibus ad iterum producẽdos effectus ſuos deſtructos, quia earum virtus exhauſta non fuit ex prima rerum productione; ſiquidem, vt liquet, manet in eis virtus ad res ſimiles producendas quas æquali facilitate, vel difficultate producunt

193 Vrges quarto inferendo ſic, ergo putatis naturaliter poſſibilem eſſe reproductionem rerum deſtructarum contra communem Doctorum, quorum aliqui ſunt *Conimbricenſes* 2. de Generat. cap.9. q.1. art.3 & ibi *Ferrara Henricus, Gandauon. Durandus, Capreol Zimara. Richardus, Auerroes*, & alij, & communiter Iuniores, qui pro ſe allegant *Ariſtotelem* 2. de Generat tex.70. & cap de *oppoſitis*, vbi dixit *non eſſe regreſſum de priuatione ad habitum*. & S *Thomam* lib.4. contra Gent.c.18 quibus adhærent *Arriaga* hic d 2. à n.44. *Granado* de Grat.t.4.d.8.ſect.3 *Tellez* d.77. ſect.2. cum B. *Amico*, & *Suarez* to.2. in 3.p.d.44.Sect.6. & alij, qui tamen fatentur debiles eſſe ſuas rationes, eæque ex dictis, ac dicendis vbi de reproductione tractemus, facile diluentur. & ideo ab ea opinione diſcedimus. *Ariſtoteles* *S. Thomas* *1 p q.77. a 5.*

Textum vero Philoſophi explicui in *Tripartita* num.988. & nunc addo eum non facere ad propoſitũ, nam *Ariſtoteles* vt colligo ex loco ſuo citato, & *S.Thoma* 8.m.l.4. *fine* ſolummodo vult regredi non poſſe, quaſdam formas, & partes congenitas, quas vocat *habitus*, a priuationibus, quæ cum illis ſeruant ordinem, niſi prius denuo diſponatur, vt erat antea, ſubiectum, vel materia: cuius diſpoſitio plerumque eſt valde difficilis productu, vt monſtrat experientia in *Caluo*, *Edentulo*, & *Caco*, nec enim *cæcus factus aliquis rurſus vidit; neque caluus comatus factus; nec edentulo iterum orti ſunt dentes*, & ideo ab *Ariſtotele* mutatio a priuatione ad ſimilé habitum *impoſſibilis* dicitur, ſiue is futurus ſit idemet numero, ſiue ſolum ſimilis, id quod ipſe non determinat. Lege *S.Thomam* vbi ſupra, & *S.Auguſt* *S. Thomas* *Ariſtoteles* *S.Auguſt. categ c.* *Ariſtoteles* *S. Thomas ibi.*

Poſtremo colligẽdo ex *Ariſtotele* 2.lib. Phy.tex.88 & lib.1.de Ge.c.1.t.1. obijcias. *deficiente fine, deſicit id, quod ordinatur ad finem*, ergo vice verſa, fine perſiſtente, neceſſario perſiſtit, quod ordinatur ad finem. tunc ſic arguitur; Pulchritudo vniverſi eſt finis, & medium conducens ad eam pulchritudinem, eſt varietas rerum; ergo ſimpliciter eſt naturaliter impoſſibilis rerum repetita identitas, ſiue reproductio rerum earumdem, & ſubinde potentia ad reproducendum.

Reſpondeo, conceſſo enthymemate, 194 ad argumentum, Pulchritudinem vniuerſi eſſe quidem finem intentum à Deo, ſed in certa menſura, ſibi bene viſa, & varietatem item proportionatam ordinaſſe vt medium, quam nimirum expedire iudicauit. Verumtamen neceſſariam non

fuiſſe

fuiſſe ad eiuſmodi pulchritudinem, omnē varietatem, vt manifeſte apparet, ſiquidē intra complures ſpecies ſunt innumera individua ſimilia, quod ſi ſimilis ſimilitudo non deformat Vniuerſum, multo minus deformabit poteſtas illa remota, & impedita agentium naturalium ad reproducendum, præſertim cum de facto reproducant nihil, vti varietas etiam numerica Vniuerſum ſemper adornet, & hęc
171 fiat non neceſſitate abſoluta, ſed orta ex libera voluntate Conditoris.

Ex dictis potuit quidam colligere gallinam naturaliter ſe poſſe reproducere, quoad formam ſaltem, quod verum eſt, & extendendum ad omnia viuentia, quæ producunt ſemen generis ſui, & eo relicto, vt inſtrumento propagationis ſuæ, emoriuntur, ad quod item facit, quod de Phœnicis propagatione tradit *Auguſt.*

S. Auguſt. ſerm. 18. ad Frat.

Sexta pars Sectionis probat quamlibet portionem materiæ primæ, poſſe recipere plures formas ſimul, vnam in potentia naturali, cæteras in obedientiali, & reſpōdet argumētis Patris Suarez.

SEcundo dicimus habere materiam potentiam congenitam ſibi, & eſſentialem, ad recipiendum, & retinendum ſimul plures formas ex his, quas ſucceſſiuè ſolet recipere, modo tales formæ introducantur ab agentibus naturalibus à Deo eleuatis, modo à ſolo Deo, modo vna ab illis, & reliquæ à Deo. ita docuerunt Patres *Suarez* diſp. 15. met. ſect. 10. num. 60. *Hurtado* diſp. 4. Phy. ſect. 3. §. 39. *Rubius* 1. Phyſ. tract. 4. de forma quæſt. 7 & *Granado* 1. 2. de Gratia diſp. 8. ſect. 3. nu. 18. *Arriaga* hic diſp 3. à n. 105. *Aegid de Praeſ.* to. 2. lib. 10. quæſt. 2. a 9 §. 6. ad 8. argumentum. *Palud Gregor Fonſeca, Tellez* d. 25. & communiter Iuniores.

195 Probatur primo, Deus poteſt collocare in materia Petri, v. g. quatuor alias formas differentes in ſpecie, vel ſolo numero ab anima rationali, ergo illa habet potentiā ad eas recipiendas ſimul. antecedens probatur, quia non videtur impoſſibile, quod Deus per differentes vniones vniat ſimul eidem ſubiecto formam rationale, leoninam, equinam, & alias plures; & confirmatur primo, quia Deus poteſt ponere in quantitatis potentia duo contraria in gradibus intenſis, ſecundo, quia materia faceret vnum per ſe compoſitū cum qualibet ex dictis formis, vt infra oſtendo; ergo omnes recipiet in ſua potentia, ſiue eſſentia; ergo ad omnes habet potentiam ingenitam.

Probatur ſecundo efficaci ratione repetita, & repetenda: etenim in materia prima datur præter potentiam naturalē, qua recipit formam naturalem, potentia ad recipiendas res ſupernaturales, v. gr. vnionem hypoſtaticam ſupernaturalem; & in anima rationali dantur ſimul potentia ad recipiendas proprietates, & formas connaturales, & potentia ad recipiendas formas ſupernaturales, nempe vnionem ipſam hypoſtaticam, & gratiam; & in quantitate corporum Beatorum, præter potentiam, qua recipit proprias qualitates, datur potentia ad recipiendum dotes gloriæ ſupernaturales, ergo à fortiori in materia datur potentia ad ſimul recipiendas formas plures præter vnam, quam habet connaturaliter ab agenti naturali. & quidem hæc efficaciſſima ratio probat non ſolum poſſe materiam recipere formas plures ſimul ex his, quæ ſunt ordinis huius, ſed alias etiam ordinis alterius.

Dicimus tertio, ea potentia, qua ma- 196
teria recipere poteſt formas plures, appellanda eſt *obedientialis*, & præternaturalis, in quantum, ſcilicet, reſpicit formam ſecundam, vel alias plures diſtinctas à prima, quam potuit introducere agens naturale, dictum hoc eſt contra *Suarez*, qui to. 3. in 3. p. diſp. 48. ſect. 6. in 3. *probat. primæ concluſ.* opinatur eiuſmodi plures formas locum habere in potentia naturali, quem imitantur pauci Recentiores, ſed

Probatur primo, quia benè nominatur *potentia obedientialis*, vel præternaturalis illa, quæ expletur ſolum à Deo præternaturaliter agenti, ſed illa potentia, quæ reſpicit formas plures præter vnam, explebilis eſt ſolum à Deo præternaturaliter agenti; ergo bene nominabitur potentia obediētialis, ſeu præternaturalis, quod nomen non tollit, quominus ea potentia ſit eſſentialis, & intrinſeca materiæ; nomina enim extrinſeca ſunt, & accidentaria, quæ non lædunt eſſentiam rei; dicendā tamen non eſt potentia naturalis; quia id nomen opponitur in præſenti illi, *potentia obedientialis*, quorum illud reſpicit agens naturale introducens vnam tantū formam

Digitized by Google

formam in materiam; alterum reſpicit agens ſupernaturale introducens plures.

Probatur ſecundo, quia vt bene conuincit *Suarez* in met.d.15.ſect.10.nu.61. vna portio materiæ naturaliter non eſt capax habere pluſquam vnam formam, ob ſui limitationem, & quia nequit ſimul retinere diſpoſitiones earum naturaliter incompatibiles; vt & à nobis probatum manet ſupra num.155. neceſſe ergo eſt, vt interueniat poteſtas ſuperioris agentis Dei, qui materiam eleuet, vt recipiat formas plures; & ſubinde quod ipſa materia eas recipiat in obedientiæ potentia.

197 Probatur tertio, etenim ſi, vt vult alibi in illo to.3.P.*Suarez*, materia de ſe potens eſt habere ſimul plures formas, ſequitur contradictio hæc, nimirũ potentiam eius eſſe plenam ſuis formis, & non plenam; ſiue vacuam, & non vacuam, non quidẽ vacuam, ſed plenã, quia *nihil eſt vacuum in natura*; vnde opus erit, quod de facto actuetur multis formis, nempe quatuor, vel viginti quatuor, ſi tot poteſt habere, neque enim taxa ſciri poteſt; vacuam vero, & non plenam, quia ipſe *Suarez* dicit earum temperamenta eſſe incompatibilia, & propterea ipſas non adeſſe ſimul, relinquentes vacuam materiæ potentiam naturalem.

Ariſtoteles

Probo quarto, ex fundamento Doctiſſimi Patris, ipſe porro fatetur non eſſe potentiam naturalem ad diſpoſitiones, quas putat eſſe incompatibiles; ergo & formæ, quarum ſunt eiuſmodi diſpoſitiones, ſimiliter erunt. patet conſequentia ex regula *Tripartita* expoſita num.451. *quidquid repugnat, & eſſe nequit cum conſequenti, repugnat, & eſſe nequit cum antecedenti*; ſed capacitas naturalis materiæ repugnat eſſe cum diſpoſitionibus neceſſitantibus formarum plurium, ergo nequit eſſe cum, & pro formis eas diſpoſitiones neceſſario inferentibus; & confirmo ſic ex doctrina *S.Thomæ* allegandi num.224.

S.*Thomas*

Hæc ſunt correlata, quæ mutuo ſe ponunt, & interimunt, per regulam, & locũ intrinſecum *Tripartita* nu.1033 *potentia receptiua, potentia datiua*, ſiue *generatiua*; ſed hęc in propoſito eſt impoſſibilis, ergo & receptiua ſimiliter eſt; minor patet ex *Ariſtotele* dicẽte 1.de Gen.tex.1. & *S.Thoma* ibi, *ſi generatio eſt impoſſibilis, etiam alteratio eſt impoſſibilis*; & iuxta regulam *Logica* vbi ſupra, vice verſa, *ſi alteratio eſt impoſſibilis ſimili modo generatio erit*; ſed P.*Suarez* concedit eſſe impoſſibile ex natura rei, alterationes, ideſt, diſpoſitiones duarum formarum fieri, ac recipi ſimul in ſubiecto, ergo impoſſibile eſt generari eas plures formas in ſubiecto eodem; & ſubinde impoſſibilis eſt potentia generatiua naturalis earum formarum, & conſequenter & receptiua; & ideo opinor ad ſeruandam conſequentiam, concedendã in portione qualibet materiæ, capacitatẽ ad contraria temperamenta, & diſpoſitiones, & ſimul ad formas; vel negandam ad vtraſque.

Ariſtoteles
S. Thomas

198 Et rurſus ſumo argumentum à ſimili ex doctrina *Ariſtotelis* lib.2.de *anima*, t.59. vnde deducunt axioma illud, *eiuſdem eſt materiam diſponere, & formam inducere*, quod videbis in *Conimb* 2.de Cælo cap.3 q 6.a.5. ſi enim agens, quod formã inducit in materia, valet inducere diſpoſitiones, ſiquidẽ *quod dat formã, dat conſequentia & præcedentia ad formam*; & iterum, *quod dat vltimã diſpoſitionem ad formã, dat formam*; quid ni materia, quæ per ſe naturaliter capit formas aquæ, & ignis ſimul, capiet ignis & aquæ diſpoſitiones vltimas, ſi eiuſdẽ debet eſſe recipere formas plures, & earum plures diſpoſitiones; & vice verſa, quod capit vltimas diſpoſitiones plures, capit formas plures, vti argumento iſto quarto demonſtrari videtur?

Ariſtoteles

Ariſtoteles 2. de an. t.59.

Probo vltimo, quoniam *fruſtra & impoſſibilis eſt potentia naturalis, quæ non ex accidenti, ſed abſolute per ſe non poteſt, nec potuit reduci ad actum*; ſed nunquam materia habuit, aut potuit ſimul habere naturaliter formas plures; ergo ex ſe non habet potentiam ad formas plures. minor patet, & conceditur à P.*Suarez*; ſed ex eo, quod addat materiam impediri, quia nequit habere ſimul diſpoſitiones formarum multarum, quæ ſemper ſunt incompatibiles, conuincitur ineſſe materiæ impedimentum perpetuum, & per ſe carere potentia receptiua earum diſpoſitionum, & conſequenter ſimiliter carere potentia receptiua formarum ſubſtantialium, propter dicta etiam ſuperius, & quia eiuſmodi impotentia non accidit materiæ ex accidenti, ſed ex rerum incompoſſibilitate, in ſenſu ipſius Patris, quo declarat voculam *ex accidenti* tom.1. in 3.p. diſp.30.ſect.2.fine.

Ariſtoteles 2.cal.t.59.

Sed contra obijcias, illa potentia, in qua reciperentur ſimul plures formæ, eſt 199

na-

Digitized by Google

naturalis realiter, & formaliter; ergo abſolute dicendum eſt omnes formas eſſe, ac recipi in potentia naturali, etiam illæ, quæ miraculosè inducerentur. Reſpondeo, & concedo eam potentiam intrinſecè naturalé eſſe, ideſt, materiæ coœuam, ingenitam, & eſſentialem; de nomine vero dici ſuper, aut præternaturalem,
S. Thomas ideſt, *obedientialem*, ſiue obedientem Deo Authori ſupernaturali, vti tradit ſupra n.168.S.*Thomas*.

In propoſito ergo potentiam naturalé in eo diſcernimus ab obedientiali, quod illa dicatur realitas, vel formalitas materiæ, vt connotat, & expletur per agens naturale; hæc autem ſit ipſa realitas materiæ, vel formalitas diuerſa ab alia formalitate, in ordine ad agens ſupernaturale, & effectus eius, prout connotat, & expletur per ipſum agens ſupernaturale. atque ex his, & ſupradictis facile obiectiones reliquæ deluuntur; quibus tamen inferius à num.219. tuſe propoſitis, vberius reſpõdemus, & afferemus Authores, qui pro nobis ſunt, quorum non vltimus eſt doctus *P. Maratius* in to.3. *tract. de Sacram.* diſp.4.ſect.9. nu.3. & vbi allegabitur infra.

Septima pars Sectionis. portio quælibet Materia prima habet obedientialem potentiam poſitiuam, & appetitum licet improportionatum, ad recipiendum vnam, vel plures formas alterius ordinis, naturales, vel ſupernaturales, ſi ſupernaturales forma ſunt poſſibiles.

AD claritatem doctrinæ ſupponendũ eſt primo, poſſibiles eſſe alias materias diuerſæ ſpeciei à noſtra, & alias item formas naturales, vel ſupernaturales, ſubſtantiales, vel accidentales alterius ordinis, quales ſunt vnio hypoſtatica, & gratia, quæ de facto exiſtunt.

Secundo recolendum eſt ex dictis in *Logica* n.565. vbi de aptitudine vniuerſalium agebamus, *aptitudinem*, ſiue potentiam aliam eſſe *negatiuam*, quæ dici ſolet non repugnantia, qualis datur in re, quæ non petit actum, aut formam aliquam, neque illam refugit, v.g. in Cælo, quod non petit quieſcere, neque in gyrum moueri, neque refugit motum, aut quietem, aliam vero eſſe *poſitiuam*, quæ reperitur in re appetente actum, & in illum propendente, vt imperfectiuum ſui, qualis datur in *animali* propenſo erga ſuas differentias, quibus cum componit compoſita metaphyſica; & item in *materia prima* erga formas, quibus cum cõpoſita phyſica componit.

Tertio maximè aduertendum fuit aliã 200
eſſe *potentiam proportionatam*, aliam *improportionatam*, Potentia proportionata appellatur, quæ vel propria, & innata virtute producit, aut recipit ſe ſola effectum, vel certe cum iuuamine alicuius naturalis agentis, & quæ præterea eſt eiuſdem ordinis cum effectu recipiendo, vel efficiendo. Potentia vero improportionata eſt, quæ propria quidem, & innata virtute recipit, & producit effectum, ſed non ſola, ſed adiuta, & eleuata per virtutem agentis ſuperioris ordinis.

Exempla faciunt rem illuſtrem; Anima rationalis producit, ac recipit in ſe virtute, ac potentia proportionata intellectũ, & voluntatem, & harum potentiarum actus; atque eadem Anima recipit in ſe, ſuaque potentia innata, ſed improportionata, gratiam ſupernaturalem, quam Deus illi infundit, Dicitur vero improportionata reſpectu gratiæ, quia eſt ordinis alterius à gratia, & indiget ad eam recipiendam eleuatione diuina; itaque, vt vno verbo dicam, potentia proportionata eſt, quæ eſt eiuſdem ordinis cum forma recipienda, vel cum effectu efficiendo, & non indiget eleuatione Dei, vt authoris ſupernaturalis ad recipiendum, vel operandum, Potentia vero improportionata cenſetur, quæ eſt alterius ordinis à forma, vel effectu, vel certè, quæ indiget eleuatione ad recipiendum, vel operandum; quo modo autem eleuetur à Deo potentia obedientialis, tam actiua, quam paſſiua iam dixi ſupra à n.177.

Quarto ſuppono duplex eſſe genus formarum, ad quarum receptionem materia hæc eſt improportionata; aliud eſt formarum, quæ forent quidem naturales reſpectu alterius materiæ diſtinctæ ſpecie a noſtra, vel etiam reſpectu alterius mundi, quem Deus poteſt condere, vt eſſe videntur formæ cæleſtes, ſi materiæ cælorum ſunt diſtinctæ in ſpecie à noſtra; & formæ aliæ rationales à noſtris in ſpecie differentes, alias materias reſpicientes,

quæ ad alium poſſibilem mundum pertinerent, ad ſecundum genus pertinent formæ ſubſtantiales, vel accidentales ſupernaturales indebitæ cuilibet naturali rerum ordini, vti eſt gratia, vnio hypoſtatica, & vt ſunt formæ aliæ ſubſtantiales, ſi forte ſunt poſſibiles.

201 Porro id vtrumque formarum genus eſt, ac dicitur reſpectu materiæ noſtræ præternaturale, & improportionatum, ideſt alterius ordinis ab ipſa, extra eius ſphæram, & naturam, & quod induci nequit in ipſam ex vi alicuius agentis naturalis, & conſequenter agens illud, quod potens ſit inducere in noſtram materiam, formam aliquam ex illis, erit agens præternaturale, aut ſupernaturale, & improportionatum cum noſtra hac materia comparatum. his poſitis.

Dicendum eſt primo, ineſſe cuilibet materiæ primæ portioni potentiam receptiuam improportionatam, illi tamen ingenitam, & eſſentialem ad recipiendas formas cælorum, & alias alterius, quantumuis diſparati ordinis, & Vniuerſi. Dictum hoc placere debet pleriſq; Recentioribus & Antiquis *Scoto Almaino, Ochamo Palatio*, quos refert P. *Suarez* to.1. in 3.p.diſp.13.ſect 4 *Valentia* to.4.d 1.q.6.p.6 *Alenſi* 4.p.q.8.memb.3.a.5.*Gabrieli* 3.diſp. 13.q. vnic. ar.2. *Aegidio de Praſ* 1.2.to.2. li.10.q.2.a.15 *Hurtado Arriaga, Card Lugo, Maratio Granado*, cum *Baſol Scoto Bachono*, & *Maioro* infra in q.ſimili, à num.218. *Hemelmano* t.11.d.7.c.2.n.12.

Ratio, quæ me conuincit, eſt illa ſupra repetita, Etenim *ab actu ad potentiam bene valet conſequentia*; ſed materia prima Chriſti D. de facto recipit, & habet in ſua potentia formam, ſiue modum ſupernaturalem, v.g. vnionem hypoſtaticã; & quantitas ipſius recipit, & retinet quatuor dotes gloriæ ſupernaturales, nempe, impaſſibilitatem, claritatem, agilitatem, & ſubtilitatem; & rurſus animæ rationales recipiunt gratiam, & alia dona ſupernaturalia; ergo materia prima, quantitas, & animæ rationales potentias habent ad ea dona recipienda.

202 Tum ſic argumentor, ergo ſimiliter habebit materia prima potentiam ad recipiendum vnam formam præternaturalem, aut plures, vel etiam ſupernaturales, ſi hæ ſint poſſibiles. ea vero potentia vocatur à me ſupra cum S.Thoma *obedientialis*, quia obedit Deo in receptione (S.Thomas.) ſtarum formarum, *Præternaturalis* & *improportionata*, quia eſt expleibilis per vires agentis præternaturalis, & alterius ordinis diſtincti a formis recipiendis, *poſitiua*, quia eſt ipſa eſſentia materiæ. Sicut enim anima rationalis (id ſatis indicante *Tridentino* ſeſſ.6.cap.7. & *Auguſtino*) immediate in ſua eſſentia recipit gratiam, (*S.Auguſt. ſup n.168.*) ita materia prima poteſt recipere in ſua eſſentia formas iſtas præternaturales.

Dicendum eſt ſecundo, Potentiam materiæ eſſe appetitum innatum, ſiue ordinem tranſcendentalem ad prædictas formas præternaturales, hoc dictum colligitur ex S.*Thoma* in 3.p.q.9.a.2.ad 3. (*S.Thomas*) ex *Capreol, Soncinate, Cabrera* 3.p.q.1.a.1. diſp.6.dub.1. nu.16. *Aegidio de Praſent.* 12. lib.10.q.3.a.10 §.3. n.31.& 41. *Albertino* to.1.q.1. theol. ex 2.princ. philoſ. dub.3. nu.14.& exprimunt plerique Recentiores contra *Suarez*, qui 3. par. to.1. diſput.31. ſect.6. §.4. *id probat*. opinatur materiam primam non habere relationem tranſcẽdentalem, niſi erga agens naturale, & erga formas, quas ab hoc poteſt accipere. cui conſonat *Hemelman* licet admittat in materia ordinem tranſcendentalem *habitualem* ab eo nuncupatum, ideſt, independentem à termino, erga formas altioris ordinis, de quo alibi dicam, quod ſentio.

Probatur, materia prima habet potentiam ſibi eſſentialem ad prędictas formas præternaturales, tanquam ad compartes, & ſuam capacitatem complentes, perficientes, & ſpecificantes, ergo ad eaſdem habet ordinem tranſcendentalem, & appetitum ſaltem improportionatum, probatur conſequentia; quia quelibet res appetit ſuam compartem, & quælibet potentia appetit actus ſuos, & quidquid ſibi bonum eſt, & ad id habet ordinem, iuxta dicta de appetitu, ſupra 203
num.136.

Ex quibus tandem concluditur ampliſſimã eſſe capacitatem cuiuslibet portionis materiæ, quæ licet realiter vna ſit, & indiuiſibilis, tamen partibilis eſt in plures formalitates, ſiue, vt rectius loquar, quando loquor de materia, vt eſt à parte rei, & vt formas recipit, conceptibilis eſt in ordine ad innumeras, eaſque varij generis, & ordinis; aliæ enim ſunt accidentales, aliæ ſubſtantiales, & inter has aliæ ſunt introducibiles ab agentibus naturalibus, aliæ introducibiles

tantum à Deo; & quidem materiæ potentia in ordine ad formas connaturales dicitur *naturalis*, & in ordine ad reliquas præternaturalis, & *obedientialis*, quam item extendo infra num.747. ad eandem formam in ſubiecto eodem ſepe, & ſimul replicatam.

Octaua pars Sectionis eos, qui opinantur vnam Portionem Materiæ, non poſſe recipere ſimul plures formas, nec ſui ordinis, nec alterius, refert, ac reÿcit cum ſuis fundamentis.

MVlti ſunt, & graues Doctores, qui ſe noſtris dictis opponunt, nam in primis *P. Vaſquez* to.1. in 3.p. diſp.29. cap.4. à n.22. *Colleg Compl* d.4.q.6. cum *S Thoma, Caietano*, & recentioribus Thomiſtis opinãtur abſolute non eſſe potentiam ad recipiendas duas, aut plures formas, etiam ex his, quas ſucceſſiuè ſolet recipere. Deinde *Medina* 3.p. q.31. art.4. *Nauarreto* to.1. contr.41. *Salaſ.* 1.2. to.1. tr.2 diſp.5. ſect. 1. *Suarez* t.1. in 3.p. diſp.31. ſect.5 *Coninch* to.1. de Sacram. q.61. a.4. dub. vnico, à n.118. *Sairus* lib.5. de Sacr. c.3. q. vni. a.7. *Lorca* 22. ſect.3. de Cha. d.4. n.34. *Rubius* 2 de An. c.3. t. de Poten. q.2. & iterum *Vaſq.* d.25. cap.3. *Franco* tract.1. q.3. cap 2. num.16. *Murcia* 2. Phy. d.3. q.9. *Alarcon* t.6. d.9. c.9. n.5. docuerunt ſubiectum non poſſe recipere formas, ad quas non habuerit connaturalem ordinem; Tertio *Conimb.* 1. de Gen. cap.4. q.5. a.1.3. *ad quintum.* procedunt cum diſtinctione dicentes accidentia vniri quidem poſſe per potentiam obedientialem, non ſic formas alterius ordinis, cum materia noſtra. quorum omnium rationes poſſunt eſſe hæc argumenta.

S. Thomas. s.p q.76. a 3 & 4. & op.33.

Primum eſt. impoſſibilis eſt potentia,
204 quæ nunquam reducta eſt, neque reducetur ad actum; ſed potentia materiæ, qua dicitur recipere poſſe ſimul plures formas, nunquam reducta eſt, neque reducetur ad actum; ergo talis potentia non eſt in materia. Reſpondeo negando maiorem, quia non eſt neceſſe ad hoc, vt potentia ſit poſſibilis, quod actu reducatur ad actum, ſat eſt ſi poſſit reduci, *potentia* enim *rarum non dicunt actum, ſed aptitudinem*; Tu integer Homo eris, & integram potentiam currendi habebis, licet nunquam actu diſcurras, neque curras, ſi tamen poſſis exequi id vtrumq; ita ſimiliter, materia habet capacitatem ad recipiendum ſimul plures formas; quantumuis Deus eam actu nunquam velit explere.

Sed inſtas. *fruſtra eſt potentia, quæ aliquando non reducitur ad actum; ſed natura, ac Deus nihil fecerunt fruſtra*, ergo nec natura, nec Deus fecerunt materiam, cuius potentia nunquam implenda ſit, ſed vacua in æternum ſinenda, contra illa duo Axiomata, *nihil vacuum in natura. & nullum violentum eſſe perpetuum.* P *Vaſquez* non reputat inconueniens cõcedi potentiam receptiuam ſemper vacuam, & non reductam ad actum, licet credat impoſſibilem eſſe actiuam, quæ non reducatur ad actum. lege illum infra num.206. & aduerte quod P. *Suarez* to.1. diſp.30. ſect.2. cum *Communi* dicat Chriſto infuiſſe potentiam generatiuam, quæ nunquam fuerit reducta ad actum.

Ariſtoteles. 2. de cæl. t.59. lib de animal in. ceſſu c.2.

Ego vero diſtinguo maiorem, fruſtra eſt potentia, quæ nunquam reducitur ad actum, ratione alicuius defectus, & impedimenti intrinſeci, vel per ſe petiti; concedo maiorem; quæ nunquam reducitur ad actum, ratione alicuius defectus, & impedimenti extrinſeci, & per accidens; & ſic nego maiorem; non quidem ſtat per materiam nõ recipere actu ſimul plures formas, quas ſemper appetit, & quaſi deſiderat, vt complementa ſui; ſtat ſolum per Deum, qui ob fines ſuos non vult ponere in eadem materiæ portione formas plures, an vero aliquando eas poſuerit, vel poſiturus ſit, ego non ſcio, poſſe autem ſcio, cuius potentiæ non obſcura ſigna dedit, quando in anima poſuit intellectum, & voluntatem, virtutes, & gratiam, quæ ſunt formæ; & in Chriſti anima, & materia præter vnioné naturalem, vnionem hypoſtaticam.

Non iudico inconueniens, ſed concedendum, quod additur, nempe, manſu- 205
ram ſemper vacuam, & quaſi violentam potentiam materiæ, quia credibile non eſt, quod Deus ſimul reponat in qualibet materiæ portione, vel in aliqua ſaltem, formas innumerabiles, eaſque valde inter ſe repugnantes, quæ dato, quod ſimul ponerentur, non ceſſarent incommoda vacuitatis, & violentiæ; ibi enim pleræque eſſent quaſi in perpetua violentia,

cuia vel forent ſine ſuis connaturalibus diſpoſitionibus, vel ſaltem diſpoſitiones à mutua pugna ipſis connaturali ſuſpēſæ.

Quare ſaluo meliori iudicio, ſi non negamus propter hoc argumentum, materiæ capacitatem ad plures formas ſimul, arbitror meminiſſe oportere, in materia eſſe potentias duas, alteram proportionatam, *naturalem*, & explebilem per vires agentis naturalis, & hanc oportere ſatiatam ſemper eſſe, ſi tamen à Deo Authore ſupernaturali aliter non diſponatur, & non interſit aliquod impedimentum per accidens, id quod tantum intendit *Ariſtoteles* (*Ariſtoteles*) illis ſuis Axiomatibus, quæ ſemper ſonant hunc rerum ordinem naturalem, nulla mentione facta, de potentia Dei extraordinaria, alteram *obedientialem* explebilem ſolum per vires liberi agentis ſuperioris, nempe Dei; & hanc nunquam ſatiari, neque peruenire ad actum, nihil incōuenit, ſed neceſſarium eſt, quia ſic magis elucet Dei dominium erga Creaturas ſuas, quas oportet de ſe paratas eſſe, & præſto ad obediendū & recipiendum ab eo, quidquid illis dare dignabitur, huc etiam ſpectat potentia (*S. Thomas 4. d. 8 q. 2 a 2.*) libera, vel quæ pendet à libero agenti, etiam creato, quæ neceſſe nō eſt ad hoc, vt ſit, quod ſatietur actu, ſatis eſt quod poſſit quando liberum agens volet, licet nunquam velit.

206 Eſt mihi hæc doctrina certiſſima, & admittēda ab optimoquoq. Theologo, & Philoſopho, vt perſuadent exempla, quę ſequuntur, in quibus manifeſte apparet in aliquibus rebus potētias, vel appetitus improportionatos, vel etiā proportionatos à libertate alicuius dependentes, in ordine ad aliquid, quod nunquā obtinebunt per ſuas vires, neque per vires agentium naturalium; quia vel non poſſunt hæc illud illis dare; vel quia nolunt dare, ſed fruſtrare per æternitatem prædictas potentias, negando eis, quod exoptant.

Primum exemplū eſt SS. PP. *Auguſtini*, & *Thomæ*, nam S. *Thomas* in 3. p. q. 9. ar. 2. (*S. Thomas*) ad 3. docet primo, ineſſe noſtræ animæ potentiam ingenitam ad recipiendam ſupernaturalem beatitudinem, qui tamen nequit ſatiari per vires agentis naturalis, ſed per ſolam Dei potentiam, verba eius ſunt, *Viſio, ſeu ſcientia beata eſt quodammodo ſupra naturam animæ rationalis, in quantum ſcilicet propria virtute ad eam peruenire non poteſt; alio vero modo eſt ſecundum naturam ipſius, inquantum ſecundum naturam ſuam eſt capax eius*, & 12 q. 113. a. 10. c. & alibi dicit *Animam natura ſua eſſe capacem gratiæ*, deinde S. *Auguſtinus* in to 7. lib. de Prædeſt. Sanc. (*S. Auguſt.*) c. 5. dixit, *poſſe habere fidem, ſicut & poſſe habere charitatem, natura eſt hominum, habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem, gratia eſt fidelium*.

Ecce admittunt SS. *Patres* in anima capacitatem natiuam ad formas ſupernaturales, & quę ſatiari non poteſt per vires naturales, & quæ perſiſteret in anima, etiam ſi Deus nullam fide, charitate, aut beatitudine donaret, ſicut de facto perſiſtit in damnatis; ergo materiæ ineſt capacitas ad recipiendas formas plures, etiamſi nunquam contingat eam ſatiari formis pluribus. Et quidem P. *Vaſquez* t. 1 in 3 p. diſp. 25 cap. 3. num. 17. ait, potētia, & capacitas obedientialis paſſiua ad aliquem actum recipiendum poteſt eſſe natiua, etiam ſi actus, quem recipere poteſt ſit ſupernaturalis, & tamen non cenſetur fruſtra, licet ſatiari non poſſit ab agenti naturali, nequa vnquam ſatietur à ſupernaturali.

Docet ſecūdo idem *S Thomas* 1. p. q. 12. art. 1 & lib. 3. *contra Gent.* cap. 50. & alibi, 207 eſſe poſſe in nobis deſiderium naturale, (*S. Thomas*) & appetitum elicitum, quo appetamus videre Deum, vt eſt in ſe, ſiue viſionem beatam, qui appetitus ſit naturalis, & conſequenter improportionatus, & qui ſatiari non poſſit per vires agentis naturalis, & qui nunquam ſatietur, ita Deo diſponente. hos duos appetitus admittit, & illuſtrat in fauorem noſtrum clariſſimo commentario P. *Granado* in 12. cont 1. tract. 3. diſp. 5 ſect. 1. & 2.

Secundum exemplum inuenio apud PP. *Granado* cont. de *Incarn.* tract. 6. diſp. 6. & *Vaſquez* to. 1. in 3. p. diſp. 34. cap. 2. & ſequentibus, qui docent humanitatem Chriſti D. habere potentiam, & appetitū ad propriam perſonalitatem, quæ nunquam ſatiabuntur, Deo ſic volente; addunt etiam eiuſmodi vacuam potentiam non eſſe in ſtatu violēto, *Vaſquez* propter aliam rationem, *Granado*, quia, inquit, violenta eſt res, quando fit ab agenti naturali, de quo ſolo agit *Ariſtoteles*, quando (*Ariſtoteles*) definit *violentum*, contra eius rei inclinationem, non vero quando fit ab agēti ſupernaturali, cui omnia obediunt maximè volenter.

Ecce

208 Ecce admittitur ab his Doctoribus, potentia naturalis vacua, quæ nunquam ſatiabitur, quia ita Deus libere diſponit de potentia abſoluta impediendo verbi perſonalitate, humanitatis perſonalitatem. Sed Recentiores multi, ſi ab illis peteres, an Chriſti humanitas ſit ſatiata, reſponderent ſatiatam eſſe, quia humanitates aliæ eiuſdem ſpeciei habent perſonalitates connaturales; ſed falluntur; quia habentibus alijs humanitatibus ſuas perſonalitates, adhuc in Chriſti humanitate eſt potētia ad ſuam cum eius priuatione. Quare dicendum potentiam naturalem, vt ſubeſt agenti naturali, neceſſario operanti, debere eſſe ſatiatam per ſe loquendo, ſecus fruſtra eſſe, ſiue non eſſe; vt autem ſubeſt agenti libero creato, vel increato ſatiari non oportere, ſed ſemper vacuam poſſe permanere.

S. Thomas 3.p.q.11. a.1.

Subditur quidem quæuis potentia receptiua, vel etiam actiua obedientialiter, vt in hoc exemplo vidiſtis, non tantum ad recipiendum formam præternaturalem, & ad efficiendum aliquid, ſed ſed etiam ad carendum propria, & connaturali forma, vel effectu, ad quem habet connaturalem potentiam, & hæc ſubiectio non tantum præſtatur Deo à cauſis naturalibus, ſed & homini, quia tu habes potentias ad videnda, intelligēda, & amanda plurima obiecta, quæ ſunt apud Indos, ad currendum, ad eundum ad bellum aduerſus Tartaros; & ad te præcipitem dandum è turri; quas potentias pro tua libera voluntate vacuas ſines in æternum, & quin ad actum reducantur, & tamen fruſtra non cenſentur, neq; in re non eſſe, ſed ſub dominio tuo ſunt.

Quocirca illa ſolemnis reſponſio, licet tradatur à magnis viris, nimirum, ſimiles potētias eſſe contentas, & nō fruſtra, quia ipſis aliæ ſimiles, ad actū reductæ ſunt, & ſatiatę, magis moralis eſt, quā phyſica, nec euadit difficultatem; quid quæſo tibi famelico prodeſt quod ſit ſatur *Pamphilus*? an ne ſatiatus eſt appetitus tuus, aut tantis per ſedatus illius repletione, & ſaturitate? imo vero exercuit magis: ſane iam, ſi ſuperis placet, nullus diuitias, nec quærit anxius, nec appetit, quia homo Creſſus ditiſſimus fuit, ſiquidem illius ſolius appetitus ſatiatus, ſi tamen ſatiari potuit, nam *creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit*, ſatis eſt, vt cæterorum appetitus ſit contentus.

Simili modo reor ſatiari non poſſe 209
potentiam vnius partis materiæ, vel rei alterius, per actum, vel repletionē partis alterius ſimilis, quia iſta ſatiata, illa manet vacua, & cum priuatione actus; ſecus dici poſſet multas partes materiæ, quas volet aliquis vacuas exiſtere, & ſine formis, ſatiatas eſſe, & contentas, & formas non appetere, quia aliæ generis ſui, ſatiatę ſunt. Locutio quippe moralis eſt iſta agentium rationalium, qua ſolent dicere, & æſtimare ſatiatum eſſe multorum deſiderium vlciſcendi ſe pro iniuria illata toti familiæ, ſi vnus eius gentis vindictā ſumat; & ita contingit in caſibus huiuſmodi; ſed res eſt longe petita, & extra propoſitum vt mihi viſum ſemper eſt.

Pro tertio exemplo ſuppono, & ſimul probo efficaciter, quod *libris de anima* probabo fuſius, eſſe poſſe ſcientiam perfecte practicam reſpectu alicuius operis etiam impoſſibilis factu ab habente talē ſcientiam, v.g. poſſe eſſe ſcientiam perfecte practicam ad ſaltandum, in homine impedito, vt demonſtrat iſta regula Logicæ practicæ. *Omnis definitio mentalis debet repræſentare genus, & differentiam*, quæ ſine dubio practicè docet habentem facere definitiones, non ſolum naturales, ſed etiam ſupernaturales, ad quas efficiēdas *Socrates* non habet potentiam, neque naturaliter poteſt habere; ea enim potentia eſt habitus ſupernaturalis a Deo ſolo infundendus, eſſe autem prædictam regulam in *Socrate* exiſtentem, naturalē, certum eſt, ruſus eſſe practicam etiam reſpectu definitionis ſupernaturalis, certius videtur; poſita enim in *Socrate* ſupernaturali potentia ad ſupernaturales definitiones, ab ea regula inſtructus, illico eas poſſet facere, Deo illi non denegante concurſum neceſſarium.

Ecce in hac regula naturalis potentia 210
improportionata ad effectus ſupernaturales, & conſequenter ſatiari non potens per vires agentis naturalis, quæ manebit vacua, & quaſi violenta per æternitatem, ſi Deus non voluerit illam ſatiare, & tamē non propterea dices eam potentiam eſſe fruſtra, ſiue non eſſe; concede ergo in materia prima capacitatem ingenitam ad plures formas ſimul, improportionatā tamen; licet eam vacuam, & quaſi violentam videas eſſe futuram.

Dixi materiam manſuram quaſi violentam, non violentam abſolutè, tum

quia

Digitized by Google

quia credit P. *Vaſquez* in illa diſp.32. c.4. num.11.ex definitione *Ariſtotelis*, non eſſe rem in ſtatu violento, niſi fiat contra eius naturalem inclinationem actiuam, vel formalem; & ego opinaturus ſum materiam non agere formas etiam naturaliter in ſe receptas, neque in eas aliquo modo influere, tum potiſſimum quia libenter obedit ex natura ſua omnis creatura Deo, ad comproducendum, vel recipiendum quidquid non implicat contradictionem, per eleuationem, in qua Creator omnium nulli facit violentiam, præſertim quando eas ſinit, nec vtitur earum obedientia.

Maneat ergo ſtabilitum, quod intendimus, nempe, poſſe eſſe in materia prima capacitatem ſemper vacuam, improportionatam, obedientialem, explebilem a ſolo Deo, & actu explendam, vel non explendam, prout ipſe voluerit, neque de potentijs ſic ſubiectis liberæ voluntati, & abſolutæ potentiæ Dei,

Ariſtoteles 2. de cal. t.59. loqui Philoſophos aſſerentes, *fruſtra eſſe potentiã, quæ non reducitur ad actum, nihil eſſe vacuum in natura*, ſed velle nullam potentiam ſubiectam cauſis naturalibus, & neceſſarijs, poſſe eſſe per ſe loquendo vacuam, & ſine actu, quamuis aliquando vacuam eſſe contingat per accidens, vti declaraui ſupra num.187. & repetam infra num.222.

Dum ſatisfit reliquis argumentis, ſtatuitur ex vnione formarum plurium cum vna parte materiæ, vel vnius formæ cum pluribus materiæ partibus, multa compoſita reſultare, vbi de prædicatis eiuſmodi quaſi Chimera.

211 SEcundum argumentum eſt, materia prima vtpote imperfectiſſima, &

S.Auguſt. quæ vocatur *prope nihil*, habet capacitatẽ in gradu limitato; ergo vna ſola forma completur, & vnã tantum poteſt ſuſtentare, ergo non poteſt capere, & ſuſtentare plures, præſertim ordinis altioris. probatur conſequentia, quia idem effectus formalis nequit prouenire à duplici cauſa formali adæquata, neque vnus effectus fieri poteſt a duplici cauſa adæquata; ſed ſi materia reciperet plures formas ſimul, idem effectus formalis proueniret à duplici cauſa formali adæquata, & ipſa materia exiſteret ex vi duplicis cauſæ adæquatæ; quod putat *Vaſquez* eſſe impoſſibile, ergo. Confirmatur, quia in euentu, quo materia reciperet plures formas, vel reſultaret vnum tantũ compoſitum, vel plura, neutrum eſt verum; ergo neque illud, ex quo ſequitur.

Reſpondeo capacitatem naturalem materiæ eſſe quidem limitatam, & vnica forma compleri, non ita potentiam obedientialem, ſed hanc prope infinitam eſſe, & poſſe habere innumerabiles formas; quare merito eam appellauit *Caietanus* ſupra *inexplebilem*, quia ad id, quod poteſt in creatura facere Deus attẽditur, & extenditur, quamuis ad tutandam noſtram opinionem, ſat eſt, ſi materia recipere poſſit duas, vel tres formas ſimul; dicitur autem *prope nihil*, & *nihil aliquid* S.Auguſt.

ab *Auguſtino*, quia de ſe eſt res incompta, & in nulla ſpecie completa determinata; vnde negandæ ſunt illæ ambæ conſequẽtiæ, ſi loquantur de potẽtia obedientiali, & concedendæ, ſi loquantur de potentia naturali, quæ vna ſola forma debuit ſatiari; quia vnica tantum ab agenti naturali potuit illi dari; vti debita proportio ſeruetur, quam requirit *S. Thomas* infra. S. Thomas

Ad probationem conceſſa maiori, nego minorem; à duplici enim forma, non 212

vnus effectus, ſed duplex procedit, id eſt, duplex informatio, ſicut, & duplex compoſitum; quando enim in vna numero materia eſſent ſimul forma Leonis, & forma Equi, leonina infomaret materiã, & cum ea faceret leonem, & equina item informaret eandem, & cum ea conſtitueret equum; ſicut de facto ſunt duo compoſita homo viuus, & paulo poſt cadauer hominis, retenta eadem prorſus materia; & duæ informationes, ſiue primarij effectus.

Vnde collige penes numerum formarũ compoſita multiplicari, ſufficienterque diſtingui, licet non adæquata diſtinctione; quia ea compoſita diſtincta non erunt ratione materiæ, ſed ratione formarum, & vnionum diuerſarum, id, quod additur à P.*Vaſquez*, falſum videtur, nam idem effectus fieri poteſt de potentia abſoluta, a duplici cauſa adæquata. vt dicemus lib.2.a n.628. vnde vna materia poſſet exiſtere, ſiue conſeruari in eſſe adæquate a multis formis, ſi id neceſſarium foret.

Sed

Sed contra infers primo, ergo ſimiliter multiplicabuntur, & diſtinguentur compoſita, pro multiplicatione, ac diſtinctione ſola materiarũ, ita quod ſi Deus vniat animam Petri cum materia hac noſtra, & ſimul cum materia cæleſti reſultent plura compoſita.

Concedo conſequentiam; quoniam ad hoc, vt vnum coniunctum ſit diſtinctum numero, vel ſpecie ab altero, ſufficit alteram coniuncti partem eſſe diſtinctam, & in altero non eſſe, iuxta dicta in *Logica* num. 1205. & ratio eſt, quia hæc noſtra materia cum anima rationali facit vnum compoſitum, & eadem anima cum alia materia faceret etiam ſine dubio compoſitum non omnino idem, ergo diuerſum ſaltem ratione materiæ, & vnionis, quæ materiæ diuerſitas abſolute ſufficeret, vt diceretur diuerſum.

213 Sed vrges, hoc nomen *compoſitum* eſt nomen ſubſtantiuum concretum; ſed ſignificatum talis nominis nequit multiplicari, niſi multiplicetur materiale ſubiectum habens formam, ab eo nomine ſignificatam, & quin etiam multiplicentur formæ habitæ, ergo quando eſt vna ſola materia, quæ eſt materiale habens, vnum tantum dicetur compoſitum; & ſimiliter quando eſt vna ſola forma habita, licet multæ ſint materiæ, minorem ex
S. Thomas parte probat S. *Thomas* dicens 3.p.q.3.a.7. ad 2. quod ſi verbum diuinum aſſumeret duas humanitates ſimul, dicendũ adhuc eſſe vnum hominem, non plures homines; quia, ſcilicet, habens eas naturas humanas, eſſet vnicum verbum Dei.

Reſpõdeo conceſſis maiori, & minori; negando conſequentiam: quamuis enim ſit vna ſola materia, tamen ipſa non eſt totale habens materiale compoſitionis, ſignificatũ per nomen *compoſitum*, quod ſignificat habens compoſitionem. id autẽ habens eſt tam materia, quam forma; quod coniunctum abſolute eſt diuerſum, & multiplex ſaltem multiplicata vna ſola parte, ſiue ea ſit materia, ſiue forma, vt ſupra dictum eſt.

Alij reſpondent in caſu argumenti, non quidem multiplicari habens phyſicum, quod ſupponitur eſſe vna materia phyſica, neque formam habitam, quæ ſupponitur item eſſe vna forma phyſica; multiplicari vero habens metaphyſicum, & multiplicem item eſſe formam habitã metaphyſicam, habens autem metaphyſicum, & forma habita metaphyſica, ſine dubio aſſerunt in recto, atque ſignificant materiam, & formam vnitas, quæ, vt modo dicebamus, diuerſum coniunctum ſunt ab altero, quod ſolam materiã, vel formam haberet differentem.

Ad probationem S. *Thomæ* dic, & nota hoc diligenter, plura quidem cõpoſita, vel vnita reſultare in eo euentu, quo vna ſola Perſona diuina aſſumeret humanitates plures, ſed nullatenus plures homines, vti præclare oſtendi cum S. *Thoma*, & *PP. Suarez* & *Granado* in *Tripartita* à nu. 1057. & apparet in concretis reſolutis his *Tria compoſita vel vnita*, ideſt, *tria habentia tres compoſitiones*, vel *vniones*, eiuſmodi vero habentia, ſine dubio ſunt tria, ex parte ſaltem diuerſa, nimirum ex parte, & ratione humanitatis nouæ, Ruſſus *tres homines*, ideſt *tria habentia tres humanitates*, quod vere dici non poteſt in eo caſu, quando verbum habens eſt vnicum, & nullo modo plura, & proportione ſua dices, & reſolues in euentu, quo ſupponatur tres diuinas perſonas ſibi copulaſſe vnam ſolam humanitatem, & tu ſcire voles quot homines, quotue compoſita reſultarint, nam *reſolutio*, vt quoque adnotaui in *Tripartita* num. 300. & 338. ad ſciendum iuuat plurimum, namque aperit differentias nominum concretorum.

214

S. Thomas 3.p.q.3.a.6.

Infers ſecundo, ergo de facto in homine ſunt plura compoſita numero diuerſa; patet conſequentia, quia tota anima eſt in manu, & tota in pede, & tota in qualibet parte corporis, quæ partes numero diſtinguuntur. Reſpondeo negando conſequentiam; quia partes prædictæ ſunt integrales, & vniuntur inter ſe, & ideo ſpectant ad vnum compoſitum, ſiue ad vnum hominem, quem oportet habere certam extenſionem, & partium multitudinem varie diſpoſitam.

Infers tertio, ergo in eadem materia poſſunt eſſe vita, & mors, ideſt, forma viua, & cadaueris forma, forma corruptibilis, & forma incorruptibilis, forma aquæ, & ignis; & cæteræ huiuſmodi; ſed hoc videtur implicatorium; quia impoſſibile eſt quod prædicentur de eadem materia duo contradictoria ſimul vera, vt hæc, materia habet vitam, materia non habet vitam, & huiuſmodi.

Reſpondeo conceſſa maiori; negando minorem; quia illa prædicata non conueniunt

Digitized by Google

uenıunt ſimul illi materiæ habenti eas formas contrarias, conuenit quidem illi prima propoſitio, quæ dicit materia habet vitam, quæ eſt vera, negatiua vero eſt falſa; quia eius ſenſus eſt, materiam nullo modo habere vitam, ſiue formam viuam; fateor tamen conuenire poſſe materiæ eidem prædicata contraria, qualia ſunt, materia habet vitam, materia habet cadauericam formam; habet formam grauem, formam leuem, ſicut conuenire admirabili compoſito Chriſto D. oſtendebat regula *Tripartita* expoſita num. 1059. ſed & poſſe in eodem ſubiecto duo contraria, vel in gradibus intenſis commorari de potentia abſoluta, quin ſe expellant, probabo infra.

S. *Thomas* 3 p q 2. a. 4

215 Tertium argumentum eſt, Deus non poteſt impedire effectum formalem formæ intrantis in materiam, ſed effectus formalis formæ intrantis in materiam eſt expellere à materia formam præexiſtentem; ergo neque diuinitus poſſunt duæ formæ eſſe ſimul in eadem materia; ergo in ea non eſt capacitas vtrique.

Reſpondeo diſtinguendo maiorem, Deus non poteſt impedire effectum formalem primarium formæ, & ſic concedo maiorem; non poteſt impedire effectum ſecundarium, & ſic nego maiorem. duplex ergo diſtinguitur effectus, primarius eſt informatio formæ, & vnitio eius cum ſubiecto; & hic impediri non poteſt à Deo, ſi forma ſemel informat, & vnitur cum materia; effectus ſecundarius eſt expulſio præcedentis formæ ab eodem ſubiecto; & hic bene poteſt à Deo impediri, faciente quod vna forma aliam non expellat, & conſeruante ſimul vtrăq; ſicut poteſt cōſeruare in eodem ſubiecto frigiditatem intenſam, & calorem intenſum, quin ſe expellant inuicem; fieri autem non poteſt quod tale ſubiectum, in quo eſt calor, & frigiditas, non ſit ſimul calidum, & frigidum, ſiue habens eam vtramque qualitatem, quod pertinet ad effectum primarium eorum accidentiū.

Poſtremo pro reliquis argumentis ſoluendis aduerte primo, quod, materia habente plures formas, v.g. equinam, humanam, lapideam, ibi ſunt equus, homo, & lapis; ſed hæc vera prædicatio non erit, *homo eſt equus*, aut *lapis*; quia nomen *homo* ſignificat in recto diuerſum quid, cui nequit conuenire, quod affert, & ſignificat nomen *equus*; *homo* enim ſignificat habens humanitatem, ſiue ſuppoſitum eam ſuſtentans, cū quo nequit identificari ſuppoſitum ſuſtentans equinitatē, vt patet, & *vera, bonaque prædicatio debet fundari in idētitate prædicati cum ſubiecto*, ſaltem ratione habentis, vt habes in *Tripartita* num. 136. & 1161. quod ſi idem ſubiectum, v.g. eadem quantitas haberet albedinem, & dulcedinem, bona eſt hæc prædicatio, *album eſt dulce*, quia ab eis terminis affertur in recto idem habens, & conſequenter eorum ſignificata identificantur inter ſe ratione eius habentis.

S. *Thomas.* 1. p. q. 13. a. 12.

216 Secundo aduerte, in euentu, quo Deus collocaret in vna parte materiæ perſiſtētis in vno tantum loco plures formas, animas, v.g. hominis, leonis, bouis, & aquilæ, præſertim ſi eæ debitam ſibi organizationem haberent, fore vt fieret, & appararet mirabile monſtrum, & realis chimæra, dicique poſſe quaſi ens quoddam per accidens, congeſtum ex quatuor entibus per ſe, quatenus nimirum ſimiles formæ nec vnirentur inter ſe, neque per ſe ad tertium componendum naturaliter peterentur; ſed ſolum ex diuina voluntate.

Deum vero trinum, & vnum non ſic eſſe, nec dici poſſe ens monſtroſum, aut per accidens, licet in eſſentia vna, & cum ipſa exiſtant tres quaſi formæ, nempe diuinæ tres ſubſiſtentiæ, ſeu Perſonalitates, tū quia eæ tres relatiuæ perfectiones identificatæ ſunt cum eſſentia diuina; tum quia ſe mutuo varijs titulis exigentes, & connexæ quaſi deſtinatæ ſunt ex natura ſua ad vnum ſimpliciſſimum Deum integrè quaſi conſtituendum, & complendum, nullatenus ad tres deos.

In eo tamen conueniunt ea duo exempla, quod ſicut hæ propoſitiones falſæ ſunt, *Homo eſt Leo*, *Leo eſt Bos*, & reliquæ, ita & illæ, *Pater eſt Filius*; *Filius eſt Spiritus ſanctus*, hæ autem veræ ſunt collectiuè, vel diuiſiuè ſumptæ, *Hoc monſtrum eſt Homo, Leo, Bos, & Aquila*; & *Deus vel eſſentia diuina eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus* id quod ita neceſſario contingit propter ſignificatarum rerum veritatem, & propter modum ſignificandi terminorum horum, vt paulo ante indicaui.

217 Tertio aduerte, quatuor illa animantium compoſita iuxta dicta in *Tripartita* à n. 487. & 523. cōformiter ad *Ariſtotelem* & S. *Thomam* allegatos ibi, & differre numero, & item ſpecie ſaltem inadæquate,

Ariſtoteles S. *Thomas* 1. p. q. 50. a. 3.

quatē,

quatè, & ratione formarum differentiū; quemadmodum cadauer meum numero, & ſpecie diſtinguetur à me viuo, licet frequentius differre numero dicantur ea, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei; quia à fortiori, quæ differunt ſpecie, differre debent quoque numero, neque enim ea queunt eſſe idem numero, vt manifeſtum eſt.

Quarto, poſſe quidem à Deo collocari ſecundum noſtram ſententiam in lapide, vel in ligno actum viſionis, imo & actū intellectus, voluntatis, & gratiam, & alias formas, ſed non inde ſequi, quod lapis, aut lignum videat colorem, intelligat, aut amet, aut fit amicum Deo, quia eæ formæ ad eiuſmodi effectus dandos ſubiectis, petunt ea eſſe apta, & capacia eorum; vti ſunt tantum ſubiecta rationalia, non lapis, neque alia irrationalia; quæ quidem habendo illas formas ſibi vnitas, dicentur illas habere in potentia, ſicut in rei veritate haberent. Optimum exemplum eſt gratia, quæ me facit filium adoptiuum Dei, Chriſtum verò non, quia eſt filius naturalis, & ideo non aptum ſubiectum, vt per gratiam fiat filius adoptiuus, quamuis dicatur habere gratiam, & illa decorus, ac Deo gratiſſimus.

S. Thomas 3. p. q. 23. a. 4.

Quinto, quodlibet vniri poſſe cum quolibet de potentia abſoluta, aliquo genere vnionis, v.g. extrema, quæ ita ſe habeant, vt vnum ſit materia, aut quaſi materia, ſeu ſubiectum, & alterum vt forma, vel quaſi forma, vnientur per vnionem informationis, ſi fuerint ſubſtantialia; & per vnionem inhæſiuam, ſi fuerint accidentalia; illa vero extrema, quorum vtrumque ſit forma, vel quaſi forma, vel materia, aut quaſi materia, vnientur vnione quaſi continuationis, vel alio genere vnionis nobis licet ignoto, Deo tamen poſſibili, quem debemus concedere plura poſſe facere, quam nos cognoſcere, vt vides infra à n.223.

Auguſt. ep. 3. ad Voluſ.

Sexto aduerto, materiam primam influere (ſi tamen influit) in vnam tantum formam connaturaliter, nempe in illam, quam accipit à naturali agenti; reliquas vero à Deo, qui illas ibi agglomerarit, conſeruari; quæ tamen omnes adæquatè poſſent materiam conſeruare, vt contra *Vaſquez* allegatam nu.203. probant communiter Iuniores, & nos infra à n.672.

218 Septimo poſſibilem eſſe, vt infra oſtendo num. 315. vnionem tantæ perfectionis, vt vni materiæ vniat plures formas, vel plures materias cum vna forma; vnde Deus quando poneret plures formas in vna materia, poſſet eleuare eam ad eas recipiendas per vnam vnionem, vel per plures.

Octauo aduerto, caſu, quo materia reciperet vnam formam ab agenti naturali, & reliquas à Deo, illam primam futuram tantum in potentia naturali, reliquas in obedientiali, vt ſupra num.196. dixi, & nunc probo iterum contra *Suarez*, & eius Sequaces, licet poſſet Deus facere quod nulla forma eſſet in potentia naturali, ſed omnes in obedientiali, & illam vacuam conſeruare, ſicut de potentia, & appetitu innato humanitatis Chriſti erga propriam perſonalitatem, ſupra n.208. dicebamus.

Nona pars Sectionis dirimit fundamenta P. Suarez, & Sectatorum eius, qui putarunt ineſſe cuilibet portioni materiæ, quantum de ſe eſt, potentiam omnino naturalem ad recipiendas ſimul plures formas ex his, quas ſucceſſiuè recipit, & nullam ex his recipi in obedientiali potentia.

Aſſertionem tituli docuit *Suarez* 3. in 3. p. d.48. ſect.6. quem imitati ſunt Docti Iuniores, quorum primum fundamentum eſt. potentia obedientialis materiæ eſt ad recipiendas formas alterius ordinis, & potentia naturalis ad recipiēdas formas huius; ergo materia ſimul recipere poteſt in potentia naturali, quātum de ſe eſt, formas plures huius ordinis. 219

Reſpondeo, potentiam obedientialem materiæ eſſe tum ad recipiendas formas altioris ordinis, tum etiam ad formas huius ordinis, quoties hæ non poſſunt induci per vires agentium naturalium; & quia plures formæ etiam ex hoc ordine, non poſſunt ſimul induci in materiam per vires agentium naturalium; idcirco ſimilium formarum receptionem materia reſpicit obedientialiter; fateor tamen ſtrictiori titulo, dici potentiam obedientialem, quæ eſt ad formas ordinis ſuperioris.

Secundum fundamentum eſt. materiā non recipere plures formas ſimul ex his,

quas ſucceſſiuè recipit, non ſiat per ipsã, neque per eius potentiam naturalem, nam ipſa capax de ſe eſt, ſicut eſt capax quantitas ad recipiendas qualitates contrarias, & temperamenta incompatibilia, quæ diuerſæ formæ petunt, licet temperamenta pugnent inter ſe, & in vna ſede non poſſint commorari; quocirca conſeruante Deo miraculosè eas qualitates in quantitate vnius materiæ, ſtatim formæ plures intrabunt ſimul in potentiam naturalem ipſius, per vires agentiũ naturalium; ergò ipſa habet de ſe capacitatem naturalem ad plures ſimul.

220 Reſpondeo negando antecedens: materia enim nequit naturaliter recipere, niſi quod agens naturale poteſt illi dare, vt tradit *S. Thomas* infra, non autẽ poteſt *S. Thomas* agens naturale dare, niſi vnam formam; & ſimiliter quantitas non poteſt capere de qualitatibus, niſi quantum dare ei poſſunt agentia naturalia, ita enim, & non aliter debitus ordo, & proportio inter res naturales, potentias actiuas, & paſſiuas ſeruantur; ſecus, ſi, videlicet, materia, vel quantitas, vel aliud quoduis ſubiectum poſſet naturaliter recipere pluſquam dare poſſent illis agentia naturalia, darentur vacuę potentię in natura, & quæ per ſe non poſſent naturaliter reduci ad actum, contra ſolemnia Axiomata Philoſophorum, quæ vera debent eſſe in rebus, & agentibus naturalibus, & patientibus reſpectiuè; vti monſtraui *Ariſtoteles* ſupra à nu. 197. Quapropter ſi Deus vult *2. Cal. t. 59.* ponere in vna materia duas formas, v.g. *S. Thomas* igneam, & aqueam, duo ſaltem miracula præſtare debet, nempe & conſeruare in pace qualitates de ſe contrarias, & alterã formarum collocare in potentia obedientiali.

Tertium fundamentum eſt. Deus poteſt modo reproducere *vbi*, quod habui ego hic nudius tertius, & illud mihi cum *vbi* hoc, quod modo habeo, affigere; ſed in eo euentu, ambo *vbi* recipientur in mea potẽtia naturali; ergo ego habeo potentiam naturalem ad recipienda duo *vbi* ſimul; ergo ſimiliter materia ad duas, vel plures formas ſimul, quia par eſt vtrobique ratio. minor probatur, quia *vbi* eſt res modalis, quæ non poteſt mutare ſubiectum, vt eſt communis doctrina; mutaret autem *vbi* ſubiectum, ſi nudius tertius fuiſſet in potentia naturali, & hodie in obedientiali.

Reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem, & conſequentias ambas; quia in eo euentu, *vbi* reproductũ reponetur in eadem potentiæ entitate, in qua fuit prius, quæ entitas à parte rei exiſtens omnino eſt idem ſubiectum modo, quod fuit olim, & eadem potentia receptiua intrinſecè, & realiter, licet per extrinſecã denominationem venientem ab extrinſeco connotato, ſit aliqua varietas: Dicitur enim mea potentia, *obedientialis*, quia id *vbi* reproductum recipit, vt connotat, & ſubeſt agenti ſupernaturali, illud mihi imponenti, *naturalis* vero, vt connotat agens naturale, à quo recipit *vbi* naturaliter: quod autem per intellectum diuerſa formalitas ſit potentia obedientialis à naturali, non facit quod *vbi* mutet ſubiectum; quia *vbi* reale non ſubiectatur in formalitate rationis, ſed in entitate reali. 221

Sed dices. cur poſitis in materia, quæ dicitur tota potentia, cuius capacitas tantum exaggeratur reſpectu potentiæ Dei abſolutæ, diſpoſitionibus ad formam ignis, & item ad formam aquæ, non poterit ignis producere formam ignis, & aliud agens formam aquæ. Reſpondeo, quamuis materia tota ſit potentia potens recipere eas formas ſimul, & plures, vt obedit Authori ſupernaturali, non tamen habere potentiam ad eas recipiendas ſimul, vt ſubeſt agentibus naturalibus, quantumuis præſupponatur primum miraculum, ideſt, poſita ſint ſimul temperamenta ad eas formas. hunc defectũ potentiæ colligo ex illis principijs, quæ *Ariſtoteles* docent *impoſſibilem eſſe potentiam naturalem, quæ naturaliter non poſſit reduci ad actum, & nihil per ſe vacuum eſſe in natura.* *2. Cal. t. 59* *S. Thomas ibi.*

Sed inſtas. non eſt inconueniens concedere potentiam naturalem, quaſi violentam, & ſuo actu priuatam, ratione alicuius perpetui extrinſecus impedientis, vt patet in lapide, qui appetit ire ad centrum terræ, & iuxta illud *vbi* habere, quod nunquam illi concedetur, neque eſt credibile aliquando lapidem hunc, ſicut neque reliqua grauia, futura aliquando in centro, vt ſatietur omnium propenſio, & appetitus; ex quo fit eſſe fere omnia grauia in perpetua violentia, ideſt, quotquot non pertingunt centrũ; quod ſi inconueniens non eſt, cur tale cenſetur, quod materia vacua ſit, & eius 222

appe-

appetitus ex parte non ſatietur, ratione extrinſeci impedimenti, nempe ratione temperamentorum contrariorum, quæ neque ſinunt ſe intrare ſimul, neque intrare ſinunt formas ſubſtantiales ſuas.

Ad hæc. quantitas, vel corpus illud, quod lucem recipit, æque bene ſe habet plenum, ac vacuum, ideſt cum luce, ac tenebris, in quibus ſubinde ſine vlla violentia perpetuo eſſe poteſt, ergo materia connaturaliter poteſt carere formis, quibus recipiendis naturalem potentiã habeat.

Reſpondeo non eſſe inconueniens cõcedere potentiam vacuam, ſiue violentã perpetuo, per accidens, ratione, ſcilicet, impedimenti extrinſeci, quod impedimentum non petitur à re violentata, per ſe, ſed quod caſu interpoſitum ſit, & impediat; eſſe vero inconueniens concedere potentiam violentam perpetuo, quæ petat per ſe, & ex natura ſua impedimentum, licet extrinſecum, quod non ſinat illam peruenire ad actum ſuum, aut locum, quem appetit. Quare non eſt fruſtra, neque impoſſibilis appetitus lapidis ad centrum, licet perpetuo perſeueret ſine appropinquatione ad illud; quia partes terræ interceptæ, & impedientes, per accidens intercipiuntur, aut ſaltem non petit hic lapis per ſe, quod intercipiantur inter ſe, & centrum; quoniam vero materia prima petit natura ſua, & per ſe, recipere formas præeuntibus, & receptis temperamentis qualitatum, quæ incompatibilia ſunt ſemper, idcirco per hanc petitionem redditur eius potentia impoſſibilis ad plures formas ſimul recipiendas. Ex his patet ad inſtantiam primam.

Ad id, quod additur de receptiuo lucis, dico concedendum propter euidentem experientiam. diſcrimen eſt, quia naturales potentiæ ad qualitates, & formas neceſſarias, cum eis connexæ ſunt, ita vt ſine ipſis exiſtere non poſſint; ad lucem vero, & ſimiles qualitates, quæ nec ſunt diſpoſitiones, nec paſſiones, nec complementa neceſſaria ſubiectorum, hæc habent potentiam indifferentem, quam vocabunt Alij independentem, & habitualem. & ideo nego conſequentiam.

223 Poſtremo objiciat aliquis colligendo ex P. *Arriaga*, hic diſp. 2. à num. 111. de facto ſūt naturaliter inductę duæ formę in ferro candenti, in carbone ignito, vel aqua feruenti; ergo in materia eſt potẽtia naturalis; probat antecedens; quia compoſſibiles ſunt diſpoſitiones ad varias formas, & ibi ſunt in aqua, quæ ſunt gradus caloris quinque, vel ſex, qui aquã non expellunt, & tamen poſſunt eſſe diſpoſitio ſufficiens ad aliquam formam mediam inter aquam, & ignem, nimirum, quæ exigat calorem in gradu prope ſummo.

Reſpondeo negando antecedens; ad probationem dic primo, non poſſe calorem prope ſummum eſſe diſpoſitionem ſufficientem ad elementa, ac dum ad mixti formam, qualis ea deberet eſſe, requiruntur enim pluſquam quatuor qualitates, vt dicam lib. de *Generat.* Secundo, ſi valet quidquam ea coniectura, opus erit ponere in aqua feruenti plus quam tres, vel quatuor formas, quæ vel ibi perſeuerent ſimul, vel ſucceſſiuè deſinant eſſe; nimirum, quando aqua paulatim caleſit, & habet duos gradus, vnam; quando tres, aliam; & ſic deinceps; tertio dices non eſſe indicium præſentiæ eius formæ in aquà feruenti; atqui ſi ibi eſſet nõ tam facilè laberetur, aqua ab igne remota, ac facilè ad priſtinã frigiditatem redeunte.

Quarto memento dixiſſe *Ariſtotelem*, *Ariſtoteles*
& S. *Thomam* ſupra num. 197. impoſſibilẽ *S. Thomas*
eſſe diſpoſitionem, ſiue alterationem, quando impoſſibilis eſt generatio, nẽpe, *deficiente fine, deficit id, quod ordinatur ad finem;* cum ergo, quod & P. *Arriaga* nobiſcum fatetur, non ſit in vna parte materiæ capacitas naturalis ad formas duas ſimul retinendas, vt probatum ſupra eſt à num. 154. impoſſibilis erit inductio earũ, ſeu generatio; & ſubinde item eſſe nequibit compoſſibilis duplex alteratio, ſiue diſpoſitio, ex defectu capacitatis ſubiecti; nimirum, quantitatis, quæ materiæ ſeruit in recipiendis diſpoſitionibus ad formas, & cum eadem limitatione illi concreata, & attributa eſt; hæc enim omnia, hanc correſpondentiã limitationis, præter mutuam connexionem ſeruare debuerunt.

Relinquitur ergo, in vnius materiæ 224
potentia naturali, ſolam vnam formam poſſe recipi, illam, videlicet, quæ introducta eſt ab agenti naturali; reliquas vero recipi in potentia obedientiali; cujus rationẽ reddit S. *Thomas* in 2. cõt. à *S. Thoma.*

Gentes cap. 6. trac. 3. dicens quod omnis potentia actiua, & paſſiua ſibi debent correſpondere, ita vt potentia paſſiua tantum poſſit recipere, quantum actiua poſſit illi dare; ſed non datur agens naturale, quod poſſit dare materiæ duas formas ſimul; ergo materia non habet potentiam naturalem ad duas formas ſimul; verba S. *Thomæ* ſunt hæc; *Sic enim in omni genere tantum ſe extendit potentia paſſiua, quantum potentia actiua illius generis. Vnde non eſt aliqua potentia paſſiua in materia, cui non correſpondeat potentia actiua naturalis*; conſentiunt *Rubius* hic tractat. 4. de *forma*, quæſt. 7 ad 1. num. 75. *Aegidius de præſentat.* to. 2 lib. 10. q. 2. a. 9. §. 6 ad 8. argum. *Ferrarius* d. 2. quæſt. 2. art. 16. & plerique Recentiores.

Vltima pars Sectionis ſtatuit materiam non poſſe recipere etiam diuinitus formas, ad quas non habet potentiam naturalem, neque obedientialem, ſi quæ ſint eiuſmodi, & quando ex vnione cuiuslibet cum quolibet, reſultent entia per ſe, vel per accidens, & reſpondet argumentis.

Hic diſtinguunt Recentiores, vt ſe magis declarent, triplex genus extremorum, de quibus ſolet eſſe quæſtio, an vniri poſſint inter ſe, primum eſt eorum, quæ connaturaliter mutuo ſe petunt, vt ſunt materia hæc noſtra, & formæ huius ordinis, quæ ſine dubio vnibilia ſunt.

Secundum genus eſt extremorum, quorum alia ex natura ſua reſpiciunt, alia vt ſubiecta, ac petunt eum eis vniri, ſed hæc illa connaturaliter non reſpiciunt; vt vidētur eſſe vnio hypoſtatica, quæ petit ineſſe humanitati Chriſti, & gratia, quæ natura ſua petit inhærere animæ rationali, ſicut & dotes gloriæ petunt inhærere quantitati Beatorum; & tamen nec humanitas, neque animæ, neque quantitates habent cōnaturalem
S. Auguſt. ſup. n. 198. ordinem ad ea dona ſupernaturalia, cum quibus tamen vniuntur, recipiendo ea in potentia obedientiali.

225 Tertium genus extremorum eſt, quorum neutrum reſpicit connaturaliter alterum, vt videntur eſſe Angelus quidam, & hæc albedo; Gabriel, & materia; & iterum hæc materia, & forma cæleſtis, quod eſt exemplum *Conimbricenſium* infra; Petrus, & Antonius; duæ animæ rationales ſubſiſtentes, quæ extrema, & ſimilia multi docent non poſſe vniri. Ego autē ſæpe dixi, quod quando video ordinem, & potentiam obedientialem, vt vniatur cum verbo Dei noſtra caro, non audeo negare in extremis alijs, quæ quantumuis diſtantia; & improportionata inter ſeſe eſſe videantur, nō poſſunt pertingere ad diſtantiam Dei Creatoris, & creaturæ, non ſolum in ratione entis, ſed etiam in ratione vnibilitatis, potentiam ſaltem obedientialem, vt vniantur de potentia abſoluta aliquo genere vnionis, vti dicebam ſupra num. 217. Veruntamen,

Dico primo, ſi forte ſunt aliqua extrema tam extranea, & peregrina, quæ nullū ordinem habeant inter ſe, neque naturalem, neque obedientialem, vt vniantur, ea non poſſe vniri etiam diuinitus; ita videntur eſſe duæ entitates fictæ, vel vna ficta, & alia realis, vel etiam diuinę relationes, quæ ſine dubio vniri inter ſe non poſſunt nexu aliquo creato, dictum probatur euidenter: etenim, quæ non habent potentiam, vt vniantur, vniri nō poſſunt; ſed quæ nullum habent inter ſe vnionis ordinem, potentiam non habent vt vniantur; ergo non poſſunt vniri; minor patet ex terminis ſynonymis; quia ordo, & potentia vt vniantur extrema, in præſenti perinde valent, ac ſunt.

Dico ſecundo, materia prima nequit 226
recipere formas, à quibus non reſpicitur aliquo ſaltem ordine, & modo, & quas ipſa ordine naturali, vel obedientiali nō reſpicit, quæ vero ſint eiuſmodi formæ tam extraordinariæ, ſi fictæ non ſunt, cognobiles mihi non ſunt. ratio huius eſt eadem, quę dicti pręcedentis.

Dicta hęc duo conformia ſunt Doctoribus citatis num. 203. qui generaliter tenuerunt non poſſe formas recipi in ſubiecto, ad quod non dicunt connaturalem ordinem, qui fortaſſe non admiſerunt illum alium ordinem, quem nos dicimus obedientialem, & improportionatum, quia ſi eum admiſiſſent, forte non negarent vniri inter ſe poſſe albedi-

nem

nem cum Angelo, vel duas ſubſtantias etiam ſubſiſtentes inter ſe, aliquo genere vnionis, ſi, vt contendimus, ex ſimilibus vnionibus nulla contradictio conſequatur.

Sed contra ſtant ex parte *Conimbric. 1. de Generat.* cap. 4. q. 5. ar. 3. *ad quintum*, & *1. de Cælo* cap. 2. q. 6. a. 5. quia nobiſcum concedentes accidentia omnia vniri poſſe cum quolibet ſubiecto, per potentiam obedientialem, ſublato quolibet naturali ordine, negant formam cæleſtẽ poſſe vniri cum materia noſtra, ad quam non dicit naturalem ordinẽ; diſcrimen dant dicentes ſequi ex hac vnione contradictionem hanc, *ex prædictis forma, & materia fiet vnum per ſe, & non fiet*; fiet, quia vniuntur duæ partes ſubſtantiales; non fiet, quia ſuopte ingenio non ſe petunt inuicem, in quo conuenit cum eis P. *Bubalus* q. 50. a. 4. q. 2. §. 5. ex eo vero, quod accidentia vniantur, vel cum ſubſtantia, vel inter ſe, quantumuis ea extrema diſparata ſint, ſolum ſequitur fieri vnum per accidens, quod nullum inconueniens cenſetur.

227 Reſpondetur ex vnione formę cęleſtis cum materia noſtra faciendum vnum per ſe, quia ea extrema ſeruarent conditiones ad id requiſitas infra à num. 356. & ex alia parte obedientialiter ſe reſpiciunt ſufficienter ad ſimilem vnitionem præternaturalem. id quod poſſibile eſſe euidenter colligitur ex facto, ideſt, ex mirabili cõpoſito Chriſto D. licet enim Deus, ſiue relatio verbi, ſuapte natura non ordinetur ad componendum cum humanitate, vnita tamen cum illa facit vnum per ſe, vt indicauit S. *Thomas* 3. p. q. 2. a. 6. & in 3. d. 6. q. 2. a. 1. quod aduerti in *Tripartita* num. 333. & tradit P. *Granado* ſuper eam q. 2. d. 5. & *Communis*. præterquam quod, fiat ex illa materia, & forma vnitis vnum per accidens, quid inde abſurdi infertur?

S. Thomas

Vrgebit aliquis, ſi quodlibet vniri poſſet cum quolibet, ſequuntur hæc abſurda. primo, poſſe vniri vnione creata, Paternitatem, & Filiationem; Diuinum quodlibet cum accidenti quolibet; Deũ cum ſubſtantia ſubſiſtenti, v.g. cum Petro; Secundo, vniri poſſe duos Angelos inter ſe; vel duas animas rationales ſubſiſtentes, & poſſe quamlibet ſubſtantiam creatam ſubſiſtere per alterius ſubſiſtentiam; & fieri ex ſubſtantijs mille vnitis, mille Chimæras, monſtra, & entia per accidens; id quod dedecere videtur Dei ordinatiſſimam potentiam.

Reſpondeo ad primum, relationes diuinas in primis vniri non poſſe; quia ſequetur contradictio, quod Deus mutetur, & non mutetur; mutabitur, quia nequit eſſe vnio creata, quin modificet alterum ſaltem extremum, & ſubinde mutet ipſum, vt alibi reuincam vberius, & non mutabitur, quia dicit Deus *ego non mutor*.

228 Deinde Deum poſſe aſſumere, & ſibi copulare immediatè accidens, tradunt *Marſilius*, *Almainus*, *Medina*, *Cabrera*, *Bernal infra*, *Valentia* 3. p. q. 4. p. 1. dicens hanc eſſe communiorem ſententiam, licet contrarium teneant PP. *Granado* com. q. 4. de Incarnat. d. 1. & ibi *Suarez*, & *Vaſquez*, *Baſol.* & *Palatius*.

Rurſus poſſe naturam humanam, retenta propria ſubſiſtentia, vniri diuinæ Perſonæ, ſentiunt *Bachonus*, P. *Bernal* de Incarnat. diſp. 25. à num. 7. *Tellez* diſp. 57. ſect. 3. cum *Salmer Hurtado*, & *Arriaga*, & multi Recentiores, quorum ſententiã reputat probabilem *Suarez* 3. p. to. 1. d. 14. ſect. 1. circa finem; contradicunt vero S. *Thomas* in 3. d. 5. q. 3. a. 3. in fine Corp. *Tannerus* to. 4. d. 1. q. 4. num. 44. *Granado* diſp. 2. & ibi *Scotus*, *Argent. Baſol* *Rubion*. *Palatius*, *Caietan*. *Medina* *Valentia*, *Vaſquez*. *Suarez*. *Henricus*, *Paludanus*, *Marſilius*, & *Capreolus*, & efficaciter *Maratius* to. 1. de Incarnat. d. 20. & *Card Lugo*. Ego vero quamuis, non videam in opinionibus his affirmantibus contradictionem, iudicium meum non interpono, quia negotium Theologorum eſt, licet fundatum in Philoſophia, alibi commodius examinanda.

S. Thomas

Ad ſecundum, totum concedo, nec reor dedecere Dei potentiam monſtra condere, & entia per accidens, vt iam annotatum habeo ſupra num. 216. aduerto tamen non omnia extrema vnienda eſſe vnionibus informationis, vel inhæſionis, nec ad effectum ordinarium formæ vnitæ, ſed vnionibus, vel continuationis, vel alterius innominati modi, & ad tribuendum effectum, ſiue denominationem aliquam poſſibilem ſæpe, iuxta capacitatem, & exigentiam extremorum.

Speciatim vero P. *Granado* d. 4. fine cum *Baſol*, *Scoto*, *Bachono*, & *Maiore* *Hurtado*

Digitized by Google

nado met. d.11. à §.104. *Arriaga* d.4. met. à num.103. *Bernal.* de Incarnat. diſp.25. à n.54. cum *Becano, Maluenda, Valentia*, & alijs citatis num.58. *Maratius* to.2. tract. de Incarnat. d.17. ſect.1. & 3. *Card. Lugo* de Incarnat. d.12. ſect.7. n.81. *Homelman* tit.11. d.5. cap.2. ſenent poſſe ſuppoſitum quoduis creatum vniri cum aliena ſubſtantia orbata propria ſubſiſtentia, cõtra *Durandum, Palacios, Caietan. Suarez, Vaſquez*, & *Cabreram*, qui aiunt eſſe propriũ ſolius diuinæ ſubſiſtentiæ poſſe propter eius infinitudinem terminare alienam naturam per vnionem cum ipſa.

Ego quidem teneo, quod tradit *Granado*, & inſuper addo ſuppoſitum creatũ terminare vlterius poſſe aliam naturam ſubſiſtensem, ita quod vni ſoli naturæ vniri valeant diuinitus plures ſubſiſtentiæ, & probo alibi congruentius cum *Arriaga* à num. ſuo 510. *Bernalio* de Incarnat. d.25. à num.7. & *Damaſceno* ibi *Fran. Amico* diſp.35. de Incarnat. num.82. *Tellez* d.57. & alijs Recentioribus; quãdo vero ſimilia figmenta realia, dicenda ſint entia per ſe, vel per accidens, dicam infra. *P. Arriaga* d.16. Phy. à n.9. admittit duos vnitos Angelos, vel duos animos rationales fore quædam entia per accidens, & idem opinabatur *P. Homelman* de duobus actibus videndi, quos docuit poſſe vniri t.11. d.7. c.2. n.12. & merito; *Ariſtoteles 7. m t.49.* quia fertur communi parœmia *ex duobus entibus completis non poteſt fieri vnum per* *S. Thomas. lect.13.* *ſe*, neque ex entibus ad tale ens componendum, aliquo ſaltem modo non ordinatis, iuxta dicta num.277. & dicenda à num.256.

SECTIO X.

Probat materias omnes creatas, nempe cæleſtes, & ſublunares eſſe eiuſdem ſpeciei, ſed non implicare alias differentes, & reſpondet S. Thomæ, & aliorum fundamentis, & argumentis.

229 Dico primo, omnes materiæ portiones contentæ ſub Cælo Lunæ, ſunt eiuſdem ſpeciei. ita ſentiunt *Ariſtoteles*, *Ariſtoteles* hic tex.66. & 4. de *Cælo* tex.57. ibidem *S. Thomas* *S. Thomas* & 1. p. q.69. a.2. *Rubius* tract. de mat. q.8. n.56. *Arriaga* hic diſp.2. à n.149. *Hurtado* diſp.2. à §.48. *Suarez* diſp.13. met. ſect.11. num.10. *Conimb.* 2. de Ani. q.1. a.5. & 3. de Gen. in explanat. c.5. *Pererius* lib.5. c.9. & 10. omnes Interpretes antiqui, & recentes, & vbicunque de iſta materia tractat, conſonat *Auguſtinus*. *S. Auguſt.*

Communis ratio eſt ocularis experiẽtia; quia qualibet portio materiæ amiſſa priſtina forma, aliam recipit, vti demonſtrant quotidianæ generationes, & corruptiones; modo enim materia hæc pomum, aut panem conſtituit, & paulo poſt hominem, & poſtmodum vermes, & ſucceſſiuè alia ſublunaria compoſita. Cum ergo collectio omnium formarum corruptibilium reſpiciatur à qualibet parte huius materiæ, non eſt vnde colligamus materias noſtras diſtingui pluſquã numero.

An vero tota maſſa materiæ primæ diffuſa per Vniuerſum ſit tota continuata, & vna ſola numero, ſicut eſt vnus hic aer exiſtens in regione ſua, eſt quæſtio noua, & valde curioſa alibi explicãda, vbi idem quæremus de Quantitate, & alijs communibus qualitatibus; ſane pars affirmans primo aſpectu falſa non videtur.

Dico ſecundo, probabilius videtur materias item cæleſtes, excepto Empyrei, ſolo numero à noſtris diſſidere; ita dixerunt veteres Philoſophi, quinimo, & *S. Auguſtinus*, & alij SS. PP. quos longa ſerie citant *Salmeron* in 1. Petri. cap.3. d.4. *S. Auguſt. 2. de Gen. ad Lit. 1. & l. 9. de vtroq; text. q.106.* *Conimb.* 1. de Cælo c.2. q.6. a.1. & conſentiunt ibi *S. Bonau. Magiſter, Aegidius, Ocham*; *Hurtado*, diſp.3. de Cælo, §.25. & tã quam *S. Scriptura* magis conforme, id ipſum affirmant PP. *Molina* 1. p. tract. de *opere ſex dier.* d.5. *Granado* tract.2. diſp.3. ſect.2. dicẽtes cum *S. Cyrillo*, Cat.9. quod *Deus ex fluxa aquarum natura, indeficientem Cæli naturam fabricatus eſt*, & *P. Cornelius* Gen.1. v.1. cum multis à ſe allegatis. *Tellez* 22. ſect.4. num.6. *Prapoſitus* de opere ſex dier. d.3. *Salian.* to.1. Annal. in die ſecunda, & Alij.

Quia, inquit, in die ſecunda creationis, poſt creatum in prima Empyreum, & poſt creatam terram, & aquam ſuper terram, ex aqua immenſa, quæ replebat ſpatium interceptum inter terram, & Empyreum, produxit Deus Cælos reliquos, qui dicti ſunt *firmamentum*, quia eſſe ſolidiſſimi, & tanquam ære fuſſi cẽſentur; Deus ergo, ait *Granado*, deſtructis 230

diſpo-

Digitized by Google

diſpoſitionibus proprijs formæ, bonæ partis aquarum, induxit in earum materiam diſpoſitiones proprias formarum cæleſtium incorruptibilium, & conſequenter deſtruxit formam aquæ, & in eius locum produxit formas cælorum.

Accedit congrua ratio; quoniam non implicat de potentia ordinaria fieri materiam, quæ inſeparabiliter informetur ab aliquibus formis, & ab alijs ſeparabiliter; ergo de facto poteſt materia hæc eadem vniri cum formis Cælorum inſeparabiliter, & cum ſublunaribus, ſeparabiliter: probabile ergo eſt materias omnes, excepta Empyrei, eſſe eiuſdem ſpeciei. antecedens ſuadetur infra ſolutione argumentorum, & ex eo, quod materia eadem recipiat de facto formas magis diſtantes inter ſe, vti ſunt formæ corporeæ viuentes, & nō viuentes; corporeæ, & ſpirituales.

Dico tertio, de potentia abſoluta poſſunt eſſe aliæ materiæ etiam ſublunares diſtinctæ inter ſe ſpecie, & item ab hac noſtra. conſentiunt PP. *Hurtado* d.1. de Cælo ſec 2.§.20. *Arriaga* hic diſp.2.n.151. *Ouiedo*, & communiter Recentiores; & probatur ratione ſolemni in quæſtionibus de potentia Dei; quidquid non implicat contradictionem, fieri poteſt à Deo; ſed non implicant contradictionem ſimiles materiæ, ergo fieri poſſunt à Deo; ergo poſſunt eſſe aliæ materiæ inter ſe, & ab hac noſtra ſpecie differentes.

231 Porro multifariam poſſunt excogitari hæ materiæ differentes, nam generaliter loquendo, illa materia, quæ reſpiceret formas diſtinctas in ſpecie à formis reſpectis ab alia materia, ab ea ſine dubio diſtingueretur; & ideo materię, quarum alia reſpiceret ſolas formas corruptibiles, & alia incorruptibiles, ſpecie diſſiderent inter ſe, & à noſtra, quæ reſpicit genus id vtrumque; rurſus materia, quæ reſpiceret viginti formas, v.g. eſſet diuerſa ſpecie à reſpiciente eaſdem viginti, & alias, vel plures ſpecie diſtinctas, vel etiam à reſpiciente pauciores; ac demum materiæ, quæ reſpicerent vnicam formā incorruptibilem, vel corruptibilem, quam dicit eſſe poſſibilem, *Arriaga* hic diſp.2. num.156. vel formas omnes conditas huius Vniuerſi, & ſimul quæ conderentur in alio, quod poſſibile eſſe

S. Thomas 1.p. q.66. a.2. ad 4.

tenent communiter Doctores cum *Petro Lombardo Magiſtro Sententiarum* in 2. diſt.44. ſine dubio eſſent ſpecies valde diſtinctæ.

Ratio conuincens eſt, quia quando rerum ſpecificatiua ſunt ſpecie diſtincta, ſpecificatæ res diſtinctæ ſunt ſpecie; ſed in caſibus prædictis, & alijs, qui excogitari poterunt, ſpecificatiua materierum eſſent diſtincta in ſpecie; ergo ſpecificatæ materiæ forent ſpecie diſtinctæ; minor probatur, quoniam ſpecificatiua materiarum ſunt diſtincta quotieſcunq; collectiones formarum reſpectarum, ſunt in ſpecie diſtinctæ; collectiones autem eæ ſine dubio ſunt in ſpecie diſtinctæ; etiam quando vna ſola forma diuerſæ ſpeciei eſſet in vna collectione, ſi ipſa, aut ſimilis non eſſet in alia; vt alibi à nobis, & ab alijs communiter demonſtratur.

Supponit item hæc ratio materias, vt pote entia incompleta, & compartes, eſſe ordines tranſcendentales ad formas, id quod probaui cum Communi ſupra num.137. dicam vero deſcendendo magis in particulari in ſectione ſequenti, quæ materiæ poſſibiles ſunt, & quomodo ſpecie diſſiderent à noſtra, etiamſi eaſdem formas, quas ipſa in totum, vel in parte reſpicerent, poſtquam hic reſpondero quorundam replicis.

Ariſtoteles 2.Pol.c.13.

S. Thomas

Sed contra dictum primum ſumendo ex ſecundo, opponas, poſſibiles ſunt materiæ alterius ſpeciei; ergo de facto dantur ad pulchritudinem Vniuerſi, quæ accreſcit varietate diuerſorum entium. negatur conſequentia; quoniam ad Vniuerſi pulchritudinem, quæ à Deo volita ſit in tali menſura, varietas ſpecifica materiæ neceſſaria non eſt; ſecus, ſi id argumentum pulchrum conuinceret, deberent admitti in primis multa entia ſupernaturalia, & numero, & ſpecie differentia, nimirum, multę vniones hypoſtaticę, multę ſpecies gratię, fidei, ſpei, charitatis, & aliorum habituum. 232

Secundo admiſſa vna materia ſpecie diſtincta, cum qua vnirentur animę rationales, admittendę forent alię poſſibiles ſine fine. ſiſtamus ergo in hac materia, ſiquidem nullum ſignum habemus multiplicandi eius ſpecies, neque vel in homine, vbi videbatur eſſe ratio vrgentiſſima diſcernendo ipſius materiam à materia vermium, & pulueris, in quę con-

Digitized by Google

conuertitur; poſſemus tamen dare materiam Empyrei, ſi id corpus ſimplex nō eſt, fore diſtinctæ ſpeciei, ſed diuinatio hæc erit, dici tamen poteſt, ait *Suarez* lib. 1. de opere ſex dier. c. 5. n. 1.

Objicies ſecundo, formæ reſpectæ à materijs, de facto differunt ſpecie inter ſe; ergo ſimiliter differunt materiæ eas reſpicientes. & confirmas primo, quia homo, & equus, & ſic compoſita reliqua ſpecie differunt, ergo ipſorum principia, & conſequenter materiæ ſpecie differūt; cum præſertim *nil ſint præter partes tota*. confirmas ſecundo; quia abſurdum eſt concedere, vel vni particellæ materię, potentiam ad infinitas formas recipiendas.

Ariſtoteles 4 Phy. t. 23

Reſpondeo conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; ea enim eſt eminentia materiæ vnius, vt ſola poſſit recipere formas plures, vt monſtrat experientia petita tum ab ipſa materia, quæ incorrupta ſucceſſiuè ſubijcitur varijs formis; tum ab intellectu, ſole, & alijs cauſis æquiuocis, quæ valent producere actus, & effectus valde differentes.

Ad primam confirmationem dic ea compoſita ſpecie differre propter ſolas formas. ad ſecundam, materiam eſſe quidem inexplebilem, ac de ſe poſſe ſucceſſiuè recipere formas ſine fine, ſi ſine fine illi poſſent dari; ex quo non ſequitur abſurdum, nimirum, ipſam eſſe ens infinitum, ſicut infinitæ non ſunt cauſæ prædictæ, quantumuis poſſint per æternitatem producere effectus ſine fine, ſi à Deo non impediantur, vt manifeſtum eſt.

233 Contra dictum ſecundum ſtant *S. Thomas* 1. p. q. 66. a. 2. *Caietan Alenſis, Henric. Richardus, Hiſpalenſis, Capreolus Herueus, Ferrar. Maior. Alexander*, & alij apud *Conimbric.* 5. de Cælo c. 2. q. 6. a. 1. acriter tenentes materiam Cælorum eſſe diſtinctæ ſpeciei à ſublunari; in quam ſententiam inclinant *Suarez* in met. diſput. 53. ſect. 51. dicens n. 7. ſine dubio eā tenuiſſe *Ariſtotelem*; *Arriaga* hic diſp. 2. num. 168. *Tannerus* tom. 1. q. 3. & alij complures. Pro quibus.

S. Thomas. *Ariſtoteles*

Objicis primo. materia Cæli alligata perpetuo eſt formæ cæleſti; ergo natura ſua eam alligationem petit, & indifferens ad noſtras formas non eſt; & ſubinde ſpecie à noſtra diſtinguitur; ne perpetuo maneat fruſtrata actibus ſuis, & in ſtatu violento; *relinquitur ergo* ait S. Thomas quæſt. illa 66. a. 1. c. *quod materia corporis cæleſtis ſecundum ſe conſiderata, non eſt in potentia, niſi ad formam quam habet; ſed ad vbi tantum, vt Ariſtoteles dicit* 1. de Cęlo à tex. 20. ad 32.

S. Thomas *Ariſtoteles*

Reſpondeo conceſſo antecedenti, ni forte *cœli* ad finem mundi *diſſoluendi ſint*, negando conſequentias; nam hæc materia, ex conditione ſua, eam habet ingenitam indifferentiam, vt æque bene ſe habeat alligata inamiſſibiliter alijs formis, atque alijs amiſſibiliter; quemadmodum indifferens eſt ad formas ſublunares difficilè, ac facilè mobiles, ad motum ſurſum, & deorſum. quare materia fruſtrata non eſt, nec violenta, ſed contenta actibus ſuis ſeparabilibus, & perpetuis.

S. Thomas 4 d. 47. & 48 *S. Auguſt. pſ. 101.*

Secundo reſpondetur conformius Sacræ *Scripturæ*, cum *Communi* SS. Patrum, & Philoſophorum ætatis huius, quos longa ſerie citat, & ſequitur *Tellez* d. 40. ſect. 1. Cælos eſſe corruptibiles, & ſubinde ipſorum formas à materia ſeparabiles, ac ſeparari de facto ſecundum aliquas cælorum partes, demonſtrant Aſtronomi ex multis generationibus inibi contingentibus: & totaliter in fine Mundi corrumpendos probat Scripturis *Salmeron* citatus, inuectus contra opinionem de incorruptione illorum, & ideo reuerenter nos diſcedimus ab *Ariſtotele*, & S. Interprete.

Contra tertium aſſertum diluam commodius obiectiones infra à nu. 242. ſed tamen pro eo facilius defendendo, hic etiam notabis primo, materias omnes tam exiſtentes, quam poſsibiles, quia potentiæ puræ ſunt, entia incompleta, & partes compoſiti, habere, vel, vt rectius loquar, eſſe reſpectus tranſcendentales ad omnes ſuæ collectionis formas, vt in ſimili demonſtraui in *Tripartita* num. 568. & ſupra num. 137. & ſubinde ſpeciem ſumere ab ipſis formis, & penes ipſas diuerſificari; complent vero, & adintegrant ſimilem collectionem primo loco formę ſubſtantiales, ac ſecundo, accidentales, propter naturalem inuicē neceſsitudinem, & exigentiam. 234

S. Thomas. 1. p. q. 66. a. 2. ad 4.

Nota ſecundo materiam noſtram; licet ab *Auguſtino* dicta ſit, *prope nihil*, non eſſe ſubſtantiam tam ignobilem, vt alia imperfectior eſſe non poſſit, qualis eſſet materia, quæ pauciores, vel ignobiliores

S. Auguſt.

Digitized by Google

liores formas reciperet. Tertio, non ſequi neceſſario ex eo, quod vna materia poſſit recipere vnam formam tantum, vel vnam ſpeciem formarum, quod poſſit naturaliter quamlibet formam recipere, & item cuiuſuis ſpeciei, vt apparet in quantitate, quæ poteſt recipere formas accidentales, ſed nõ ideo poteſt recipere quãlibet, vel etiam formas ſubſtantiales; & in actu, qui cognoſcit, aut videt illum colorem viridem, qui intantum illi ſoli alligatur, vt nullatenus poſſit aliud quantumuis ſimile obiectum habere; quid ni ergo vna materia poterit alligari vni ſoli formæ corruptibili, vel incorruptibili?

235 Quarto nota in caſu, quo conderetur materia capax vnius ſolius formæ corruptibilis, dici poſſe primo eam quoque fore corruptibilem, & ſic corrumpendã, forma ſua corrupta. Secundo, incorruptibilem eſſe, & ſubinde defuturum agens, quod poſſet corrumpere ſuam formam, de ſe tamen defectibilem. Tertio dato, quod eſſet id agens contrariũ, poſſe materiam illam manere connaturaliter ſine forma, qualiter manet anima ſeparata; vti dicetur infra.

Tandem obijcis ex *Philoſopho* in 7. met. tex. 49. & S. *Thoma* ibi lect. 13. *actus eſt qui diſtinguit*, præſertim ſpecifice, & eſſentialiter; ſed quælibet materia etiam è poſſibilibus, eſt pura potentia; ergo nulla poteſt ſpecie ab alia diſtingui. *Ariſtoteles* *S. Thomas*

Reſpondeo pro me, & pro *Ariſtotele*, & *S. Thoma* ponentibus de facto diſtinctas materiam cæleſtem, & elementarẽ, iuxta doctrinam *Tripartita* num. 584. & 1216. actus, ſiue formas phyſicas, & metaphyſicas ſignatius, & proprius facere diſferre, ſed vero item materias, vt pote entitates differentes, ſe quoq; per ſemetipſas poſſe diſtinguere; atqui *Ariſtotelis*, & *S. Thoma* & *S Auguſtini*, & communis doctrina eſt prædicamenta ſe totis differre, tum ſumpta phyſicè, tum metaphyſicè. Quare Cælum Empyreum, ſi habeat diuerſam materiam à materia Bucephali, ſe toto ſine dubio differt ab eo toto æquo. *Ariſtoteles* *S. Thomas* *S. Auguſt.*

SECTIO XI.

Probat poſſibiles eſſe Materias diſtinctas in ſpecie ab hac noſtra, quarum vna reſpiciat omnes formas, quas noſtra; altera, quæ ex eis aliquas; & alia, quæ reſpiciat formas vnius, vel alterius ſpeciei; ac tandem alia, quæ poſſit recipere formas huius & alterius Vniuerſi.

In re difficili, & parum trita, perſpicue dicam, quod ſentio; Sentio ergo primo Deum poſſe condere quandã materiam diſtinctam ſpecie à noſtra, quæ poſſit recipere formas omnes, quas noſtra, hæc ſententia ad ſui probationem ſolum exigit declaramus modum, quo poſſet Deus eam materiam creare, quin ſequatur aliqua implicatio. 236

Et ſanè difficulter oſtendetur implicare quod noſtræ animæ rationales (de quibus quidquid dixero quantum poſſit, & ſufficiat, applicare formis reliquis) non poſſint conformiter ad ipſarum naturam infundi à Deo in alia materia ſpecie diſtincta, diſpoſita, & ſignata eum nouis alijs omnino, vel ex parte diuerſis qualitatibus, nempe, vel cum alijs qualitatibus alterius ordinis, vel cũ his quatuor frigiditate, humiditate, & cæteris, & alia, aut alijs, nobis non notis, ſuperadditis, ſed petitis ab ea poſſibili noua materia, vt connaturaliter reciperet formas rationales.

Quoniam credibile non eſt, quod ſint tam alligatæ animæ rationales huic materiæ diſpoſitæ his ordinarijs diſpoſitionibus, vt nequeant intrare in materiam aliam ſignatam alijs diuerſis, imo vero habere eas animas, ſicut & alias formas, latitudinem, & indifferentiam ad materias in ſpecie diſtinctas, mihi perſuadent hæc argumenta.

Primum eſt authoritas *S. Thomæ*, qui q. 6. de pot. a. 6. ad 4. dixit, quod ſi daretur materia ſpiritualis magis proportionaretur cum anima rationali, quæ eſt ſpiritualis, & conſequenter item ipſa anima in eam magis inclinaret, vt in ſibi magis conformem; non ergo ſunt animæ rationales alligatæ huic vni, & ſoli materiæ *S. Thomas*

corporeæ, ſed ſaltem æque bene poterũt informare alias differentes.

Secundum eſt videre pleraſq; formas præſertim viuentes, eiſdem diſpoſitionibus alligatas non eſſe; nam ſi loquamur de rationalibus, aliæ ſunt diſpoſitiones infantis, aliæ adoleſcentis, aliȩ viri in ætate prouecta, aliȩ ſenioris, aliȩ item ſunt in eis modi intelligendi, atque diſcurſus; vt commonſtrant infantium membra tenella; virorum duriora, ac ſolida; ac ſenum ſiccitas; puerorum ineptiȩ, adoleſcentium prȩcipites impetus; ſenumque prudentia.

237 Ex quo colligitur aperte vnam, & eandem animam alligatam non eſſe huic vni temperamento vnius ſpeciei, neque vnico modo operandi contentam eſſe; ſed æque connaturaliter ſe habere pro diuerſis ætatibus, cum diuerſis ſpecie diſpoſitionibus, atque operationibus, ergo ſimiliter poterit eadem anima intrare connaturaliter modo in hanc materiam his diſpoſitionibus ornatam, modo in aliam diſtinctam in ſpecie, alijs qualitatibus diſpoſitam.

Tertium argumentum eſt magis generale pro omnibus formis; etenim ſcimus formas accidentales aliquas, imo & ſubſtantiales non ita eſſe alligatas vnico agenti, vel ſubiecto, vt ab alijs æque connaturaliter non poſſint fieri: contingit enim, v.g. calori, fieri modo ab altero calore, modo ab igne, modo à luce ſolis, & ab omnibus æque connaturaliter: deinde contingit etiam aliquibus animantium formis fieri aliquando à ſuis parentibus, aliquando ex putre materia, & ſole. exemplo communi ſunt mures, & alia imperfecta animalcula.

Rurſus videmus multas qualitates eam habere latitudinem, vt æque connaturaliter inhȩreant diſtinctis maxime ſubiectis, atque ex eis educantur; nam in primis gratia eadem connaturaliter inhȩret vnioni hypoſtaticȩ, vel animȩ rationali, vel Angelis omnibus; deinde potentia viſiua, & alij ſenſus corporales, connaturaliter inſunt homini, & Leoni, & beſtijs reliquis; ac tandem albedo ȩque bene educitur à ſubiecto dulci, atque ab amaro; & ita ſunt aliȩ innumerȩ entitates inter quas, quod mirum eſt, exiſtunt actus vitales, nempe viſio Dei, quȩ connaturaliter fit, & recepitur ab homine, & tot Angelis, & poteſt fieri, & recipi ab alijs agentibus poſſibilibus intellectualibus, & viſio coloris viridis, quæ quoque æque naturaliter fit, & recipitur ab homine, & quolibet bruto, quæ omnes qualitates præ ſua accidentali limitata, & imperfecta natura, deberent eſſe iuris ſtrictioris, quam ſubſtantiæ, quas propterea non decet conſtringi, & alligari ſubiecto vnius modi, & ſpeciei.

Vnde iterum ſic argumentor, Maiorẽ 238
connexionem habet effectus cum cauſa, à qua fit, quam forma à ſubiecto, vel materia ſignata diſpoſitionibus, in qua fit, vt patet, ſiquidem effectus à ſua cauſa accipit eſſe, forma vero non accipit eſſe a materia diſpoſita; ſed effectus non petit determinatè vnam ſolam cauſam ſui eſſe, neque vni ſoli agenti alligatur; vt apparet in adductis exemplis; ergo multo minus formæ alligabuntur vni determinatæ materiæ; ſed latitudinem habebunt, & talem indifferentiam, vt æque bene, & connaturaliter informent hanc materiam, & poſſibiles alias, diſtinctas in ſpecie, ad quas omnes hæ formæ, modo dicent tranſcendentalem reſpectũ iuxta dicta ſupra nu. 190.

Quod ſi vera ſunt hæc, clare colligitur eam materiam, quæ peteret ex natura ſua ad recipiendas formas rationales, & reliquas Mundi huius, diſpoſitiones nouas, & ab his ordinarijs differentes in ſpecie, fore diſtinctam in ſpecie ab hac noſtra. probatur euidenter. illa materia diſtinguitur in ſpecie à noſtra, quæ habet pro ſpecificatiuo collectionem formarũ diſtinctam in ſpecie, ab ea collectione, quam habet pro ſpecificatiuo noſtra, ſic haberet illa materia; ergo. patet minor; quia collectio illius materiæ componeretur ex omnibus formis ſubſtantialibus, & accidentalibus huius Mundi, & ex ſuperadditis qualitatibus nouis in totum, vel ex parte, diſtinctis ſpecie ab his noſtris; collectio autem noſtræ materiæ, ſolum conflatur ex formis eiſdem ſubſtantialibus, & ex ordinarijs qualitatibus; ergo intentum.

Sentio ſecundo, poſſibilẽ eſſe materiã, 239
quæ reſpiciat, plures formas multarum ſpecierum, ex his, quas reſpicit materia noſtra, licet non omnes omnium ſpecierum, probatur oſtendendo multos modos, quibus ea poſſit eſſe; nam primo, ſupponendo quod materia noſtra ſit eadẽ

in

Digitized by Google

in ſpecie cum materia cælorum, ſequitur quod hæc noſtra recipiat formas aliquas inſeparabiliter, ideſt, formas cælorum, & alias ſeparabiliter, ideſt, formas ſublunares.

Tunc ſic, nulla apparet implicatio in eo, quod Deus creet vnam materiam, quæ ſolas formas haſce inferiores, ideſt, ſeparabiliter recipiat, & aliam, quæ ſolas formas decem cælorum, inſeparabiliter, quas dari de facto contuentur ſupra num. 233. cum *S. Thoma* plerique Scholaſtici, quæ duæ materiæ ſine dubio in omnium opinione, & ab ſe inuicem, & à noſtra hac ſpecie diſſiderent; quia, ſcilicet, reſpicerent collectiones formarum in ſpecie differentes.

S. Thomas

Deinde credo ſaltem poſſibilem eſſe materiam, ſecundum opinionem PP. *Suarez*, & *Vaſquez*, qui opinantur noſtram eſſe talis naturæ, vt poſtulet vnionem ſpiritualem ad ſibi vniendas animas rationales; & probabiles eſſe opiniones eorum, ſaltem loquendo de materijs poſſibilibus, quorum alij docuerunt non requiri vnionem inter materiam hanc, & formas quaſcunque, quia putant eas vniri ſe ipſis. Alij autem vnionem non recipi in extremo vtroque; Alij materiã eſſe talis naturæ, vt influat in formas corporeas, & viciſſim influxum recipiat ab eis, alijs melius negantibus influxus mutuos, vel non mutuos; Alij demum exiſtimant materiam tam puram potentiam eſſe, vt nullum actum habeat, ſed neque exiſtentiæ, & ideo debeat exiſtere per formam; contrarium alijs acriter defendentibus.

Ariſtoteles
S. Thomas
inf. n. 304

240 Qui Authores, incipiendo à P. *Suarez* admittunt ſine dubio, & explicant varias in ſpecie materias in ordine ad has eaſdẽ formas, diſtinctas ab ea materia, quam nos cum probabiliſſima ſententia, credimus actu eſſe; & quam putamus vniri vnionibus diſtinctis; & vnionibus corporeis, cum omnibus ſuis formis; & habere propriam exiſtentiam; & in formas non influere. Dubitatio inter nos, & illos, in eo ſolum poſita eſt, vtra earum materiarum exiſtat; nam ſi omnes exiſterent eo modo, quo à nobis, & ab illis componuntur, ac definiuntur, ſine dubio exiſterent materiæ plures ſpecie diſſidentes, eaſdem formas cũ aliquibus additamentis reſpicientes.

Sentio tertio, non ſolum eſt poſſibilis materia, quæ recipiat formas vnius tantum ſpeciei incorruptibiliter, vel inſeparabiliter, qualis videtur eſſe materia Cœli Empyrei; ſi id cœlum conſtat materia, & forma; vel etiam qualis eſſet materia, quæ reſpiceret formã cæli alicuius, v.g. cæli lunæ, & formas ab ea ſolum numero differentes, quæ ſine dubio ſunt poſſibiles, licet vna tantum numero exiſtat, verum etiam eſt poſſibilis alia materia diſtincta ſpecie à noſtra, quæ ſolum poſſit recipere corruptibiliter, vel amiſſibiliter ſolas formas rationales, vel ſolas equinas, aut lapideas.

241 Probatur hæc ſecunda pars; quoniam, vt ſupra dicebam, non implicat materia diſtincta in ſpecie à noſtra, quæ ex natura ſua poſtulet recipere animas rationales ſolas, vel alias alterius ſpeciei, mediãtibus diſpoſitionibus totaliter, vel ex parte diuerſis à præſentibus; quibus diſponitur hęc noſtra; ſed eiuſmodi materia foret diſtincta in ſpecie à noſtra; ergo poſſibilis eſt materia diſtincta in ſpecie, quæ corruptibiliter recipiat ſolas formas vnius ſpeciei, ex his, quas noſtra recipit. minor patet; quia hæc materia ſpecificaretur à ſolis formis rationalibus, vel alterius ſpeciei, & à qualitatibus, quibus petit ad eas recipiendas diſponi; noſtra autem de facto ſpecificatur à longe diuerſa collectione formarum, & diſpoſitionum. his adde non implicare materiam primam ſpiritualem, vel corporeã, quæ petat vniri cum formis rationalibus ſpiritualibus, mediante vnione omnino ſpirituali, quam euidenter reputo diſtinctam fore in ſpecie à materia præſenti.

Poſtremo ſentio Deum O. M. ſcire, & poſſe condere alios innumeros modos, & naturas materiarum in ſpecie inter ſe, & ab hac noſtra diſſidentium, etiam has noſtras omnes huius Vniuerſi formas & alterius, vel tantum aliquas vtriuſque Vniuerſi, recipientium: neque decere Dei potentiam ignorantia noſtra dimetiri, aut coarctare; ſed ei concedere quidquid non videamus manifeſtè implicare contradictionem: Vnde quando ſint opiniones differentes in quæſtionibus de potentia abſoluta, & vtrimque videatis afferri rationes probabiles tantũ, ſentite de Deo in bonitate, quia melior eſſe debet in dubijs, & opinatiuis conditio potentiæ poſſidentis.

S. Auguſt. ep 3. ad Voluſ.

Digitized by Google

SECTIO XII.

Diluit fundamenta Suarez, & Rubij, & aſſeclarum eorum, qui putarunt impoſſibilem eſſe aliam materiam, quæ reſpiceret aliquas formas ex his, quas recipit materia noſtra.

242 PAtres *Suarez* diſp. 13. met. ſect. 12. n. 6. *Rubius* to. 3. de mat. q. 3. n. 139. & alij Iuniores tuentur concluſionem in titulo contentam, propter hæc fundamenta, quæ directè ſolum opponuntur ſecundę, vel tertiæ noſtræ ſententiæ, nam primæ nullus, quod ego viderim, fecit mentionem.

Primum eorum fundamentum eſt. nō eſt poſſibilis materia imperfectior hac noſtra, quàm vocat S. Auguſt. *prope nihil*; ſed ſi daretur materia capax formarum ſolius ſpeciei lapidis, vel alterius, ea eſſet imperfectior noſtra; ergo impoſſibilis eſt. Sed ipſe P. *Suarez*, cuius eſt argumentum, non confidit multum in eo in illo num. 6.

S. Auguſt.

Reſpondeo ergo, negando maiorem; licet enim noſtra materia comparata cum entibus alijs, quæ ſunt formæ, ſit ens imperfectum, tamen quia extendit ſe ad recipiendas omnes formas ſublunares, & forſan ad cæleſtes, ſine dubio perfectior videtur, & eſt, quam materia illa, quæ limitata eſſet ad recipiendas formas vnius tantum, vel alterius ſpeciei.

Secundum fundamentum eſt materię non ſpecificantur, neque diuerſificantur penes formarum diuerſas collectiones; ſed tantum per modum, quo illas recipiunt, v.g. *amiſſibiliter*, ſeu *inamiſſibiliter*; ſed materia poſſibilis conueniret cum noſtra in eo, quod vtraque amiſſibiliter reciperet formas; ergo ambæ forent ſimiles, ac eiuſdem ſpeciei. probat P. *Rubius* maiorem; quia formæ quæcunque illæ ſint, ſunt quid extrinſecum reſpectu materiæ; ergo non poſſunt variare intrinſecam eius naturam, eam ſpecificantes.

Reſpondeo negando maiorem; materiæ enim ſpecificantur tum à collectione formarum, tum ab vnionibus, vel modis corruptibiliter, vel incorruptibiliter, quibus ab eis formis informantur) probatio maioris non nos vrget, quia ſimiliter eſt, vel magis extrinſecum obiectum oculorum, oculis, & actibus eius, v.g. colores, qui remotiſſimi eſſe ſolent, & tamen hi colores actus ſpecificant; item authoritas diuina, & bonitas ſunt extrinſecæ actibus noſtris fidei, & charitatis, & tamen eos ſpecificant.

S. Thomas 1. p. q. 19.

Cuius ratio eſt, quia iſti omnes actus, ſicut & materia prima, ſunt relationes tranſcendentales ad obiecta, & formas; relationes autem tales ſpeciem ſumunt à terminis, vt in *Logica* dictum eſt; quare licet ambæ materiæ conuenirent in hoc, quod reciperent formas amiſibiliter, ſeu corruptibiliter, tamen in alijs multis diffiderent. ad hęc illud *amiſſibiliter, & inamiſſibiliter* tandem item reuocatur ad aliquid extrinſecum materiæ, nempe vel ad vniones, vel actiones, quibus formæ in materia variè conſeruātur.

243 Tertium fundamentum eſt. quia ſi talis materia daretur, eo ipſo, quod poſſet recipere formas vnius ſpeciei, poſſet etiā recipere omnes, ergo non diſtingueretur ſpecie à noſtra; probatur antecedens; quia ea materia capax eſſet cuiuſuis combinationis quatuor primarum qualitatum, quę diſponunt ad omnes formas ſubſtantiales; quia non poteſt aliquid eſſe capax vnius contrarij, quin etiam ſit capax alterius, ſiquidem *contraria ſunt circa idem*. quod tradunt in *Tripartita* tres noſtri Preceptores n. 984.

Ariſtoteles
S. Thomas
S. Auguſt.

Reſpondeo negando antecedens, & ex parte, quod affertur in eius probationem, dato enim, quod ea materia poſſibilis poſſet recipere quamlibet combinationem quatuor primarum qualitatum, quia *contraria ſunt circa idem*, ideſt in eodem ſubiecto poſſunt morari; verumtamen combinatio aliqua earum, quæ alias ſufficiens eſt noſtræ materiæ ad formas lapideas recipiendas, non eſt ſufficiens diſpoſitio nouæ huic materiæ, ad eas ipſas formas recipiendas; quoniam hæc materia noua, præter eas quatuor primas qualitates, poſtulat vltimo diſponi noua, vel nouis aliquibus ſuperadditis, vt recipiat formas lapideas, quas nullatenus poterit recipere diſpoſita ſolis quatuor qualitatibus; ſicut vna materia non poſſet recipere formam aquæ, licet iam haberet in ſua quantitate humiditaté, & frigiditatem, ſi vlterius non haberet raritatem.

Ariſtoteles
S. Thomas
1. de Gen.
t. 20.

Vnde

Digitized by Google

Vnde colligo poſſibilem eſſe materiā,
quæ petat,& poſſit diſponi vno adæqua-
to temperamento, quo alia in ſpecie ab
ea diſtincta non poſſit, neque petat di-
ſponi ad eandem formam recipiendam,
ſed alio valde differenti, ſicut colligebam
ſupra num. 237. eſſe plures cauſas efficiē-
tes, quæ varijs inſtrumentis poterant, &
petebant producere eundem effectum;
quæ duo temperamenta contraria pro-
priè non erunt, ſed incompoſſibilia
dicentur, ſicut eſt longitudo directa, &
rotunditas; Deus,& peccatum; & ita
non oportebit ea verſari circa idem, ſine
poſſe naturaliter eſſe in eodem ſubiecto,
ſed vnum in vno, & alterum in altero.

244 Quartum fundamentum poteſt eſſe. ſi
materiæ diſtinguerentur in ſpecie, quia
reſpicerēt formarum collectiones diſtin-
ctas in ſpecie, etiam vice verſa, formæ
diſtinguerentur in ſpecie, quia reſpicerēt
materias diſtinctas in ſpecie; ſed hoc
videtur falſum, & impoſſibile; falſum,
quia inde ſequeretur animam rationalē,
& animam Leonis non diſtingui inter ſe
ſpecie; quia vnica materia hæc, eſt earū
ſpecificatiuum; impoſſibile vero; quia
implicat duo ſe ſpecificare ad inuicem,
cum neceſſe ſit vnum prius ſupponi, vt
det ſpeciem alteri, & hoc ulterius ſpeci-
ficatiuum item præſupponi, vt ſpecificet
ſocium.

Reſpondeo conceſſa maiori; vnaquæ-
que enim res ſpeciem ſumit ab ea, quam
tranſcendentaliter, vt ſuam compartem
reſpicit; quare vna forma ſufficienter
diſtinguitur ſpecie ab altera, ſi reſpiciat
materiam differentem in ſpecie à mate-
ria reſpecta ab altera. ſed tamen non ſunt
S. Thomas. illæ allatæ formæ eiuſdem ſpeciei, quāuis
7. met. l. 10 reſpiciant vnicam materiam; quia ea
non eſt adæquatum earum ſpecificatiuū;
anima enim rationalis ſpecificatur à qua-
dam collectione rerum, intra quam
intrant materia, intellectus, voluntas, &
alia ſexcenta; anima vero Leonis ſpeci-
ficatur ab alia longe diuerſa, in quam
non ſola materia prima, ſed aliæ res ei
animæ connaturales intrant; vnde falſū
non eſt illud aſſertum noſtrum, neque
impoſſibile; quia non implicat res duas
S. Thomas ſe ſpecificare; & inuicem ſibi anteire in
q. 31. diuerſo quaſi genere, vt alibi dicam con-
gruentius.

SECTIO XIII.

*Decernit Materiam primam exi-
ſtentiam propriam habere, nec
eam emendicare à formis, &
ideo poſſe ſine vlla forma perſi-
ſtere ſupernaturaliter, ac for-
taſſe etiam connaturaliter, attē-
ta ipſius productione per crea-
tionem.*

IN primis opinor, quod alibi probo 245
cum multis, in re idem omnino eſſe
rei cuiuſpiam eſſentiam, & exiſtentiam,
& ſolum per connotata differre, vel no-
ſtra præſcindente cōſideratione. Petrus,
v.g. ipſe eſt ſua eſſentia, & ſua exiſtentia;
eſſentiam habere dicitur, quia habet
corpus, & animam; exiſtentiam vero,
quia productus eſt, & extra cauſas, vnde
eſſentia metaphyſica rei ſunt prædicata
eſſentialia generis, ac differentiæ, & exi-
ſtentia eſt quaſi formalitas modalis con-
notans cauſas producentes.

Atqui ex fundamētis huius opinionis,
quæ videri poſſunt apud PP. *Suarez*, *Ar-
riaga*, & *Hurtado* in ſuis *Metaphyſicis*, ſu-
mitur à Recentioribus efficax argumen-
tum, ad ſtabiliendam propriam exiſten-
tiam materiæ, ſiquidem, vt manifeſtum
eſt, & vtrimque conceſſum, neque
forma, neque formæ exiſtentia identifi-
catur cum materia; vt ergo quæſtioni
vnicuique ſuum locum demus. remitto
quæſtionem de indiſtinctione illa eſſen-
tiæ, & exiſtentiæ Metaphyſicæ, & hic
pro nunc pono exiſtentiam rei realiter
diſtingui ab eius eſſentia, vt videamus an
in compoſito naturali, materia formali-
ter, & non tantum cauſaliter exiſtat per
formam, quemadmodum album taliter
exiſtit per albedinem.

Deinde video receptum eſſe apud om-
nes, materiam primam actu habere
eſſentiam, vel entitatem realem, ſubſtan-
tialem diſtinctam à forma, quod traditū *Ariſtoteles*
eſt ab *Ariſtotele* 2. de *Anim.* tex. 2. 8. met. *S. Thomas*
tex. 3. & ſæpe alibi. à S. *Thoma* ibidem, & *S. Auguſt.*
q. de *Spirit. Creat.* & vbi abunde allegatur
à P. *Alamanio* hic q. 3. a. 1. & S. *Auguſtino*
to. 1. lib. 12. *Confeſſ.* cap. 7. & 8. & locis
allegandis inferius: diſſidium tamen eſt,
an materię, & formarum ſint diuerſę
exiſtentię, ita quod materia prima actu
exiſtat

exiſtat in re, habeatque ſuum incompletum, & qualecumque eſſe per exiſtentiam ſibi ſoli propriam, an per exiſtentiã formę, vel per ipſam formam, illi exiſtentię vicelgerentem. dicã breui quod ſentio, poſtmodum dicturus *Themiſtarũ* communem ſenſum.

246 Sentio primo materiam habere propriam exiſtentiam diſtinctam ab exiſtentia formę; quod me docuerunt *Suarez* in met. diſp. 13 ſect. 4 num. 13 & ibi *Scotus*, quem ſequitur eius Schola, *Gregor. Gabr. Ferrarius* hic diſp. 2 q. 2 a. 3. & ibi *Anton. Andr. Ioan. Canon. Trombeta, Barg. Richard. Toletus, Fonſeca, Rubius* tract. 1. de mut. q. 3. num. 19 *Pererius* lib. 5. cap. 13. *Hurtado* diſ. 2. ſect. 6. *Arriaga* d. 2. à n. 72. *Card. Lugo* de *Sacram.* diſp. 7. ſect. 7. à n. 112 *Conimb.* lib. 1. cap. 9. q. 6. a. 2. *Molina* 1 p. q. 3. a. 4. d. 2 *Vaſquez* ibidem & to. 1. in 3. p. d. 29. cap. 4? num. 23. *Valentia* 1. p. d. 5. q. 2. p. 1. §. tertio queritur, *Maratius* de *Incarnat.* diſp. 40. ſect. 1. *Granado* ibidem ſuper q. 17. diſp. 1. *Bubalus* de *Ang.* q. 54. a. 3. q. 2. diſp. 2. §. 3. *Faſol.* q. 45. a. 3. n. 28. quibus adde reliquos *Nominales*, veteres *Peripateticos* ab *Alexandro*, & deinceps, quos item refert *Piccolom.* lib. 1. de *prima rerum materia* cap. 8. *Ouiedo Tellez. B. Amicum, Veracrux*, & Recentiores communiter.

Conſonant S. *Auguſtinus* vbicunque *S. Auguſt.* tractat de materia, ſpeciatim vbi ſupra, & to. 3. lib. 1. de *Geneſ. ad lit.* cap. 14. & 15. *S. Thomas* & lib. 5. cap. 5. *S. Thomas* in infinitis locis, curioſè congeſtis à P. *Alamanio* 1 2. p. *Ariſtoteles* *Sum. Phil.* q. 3. a. 1. & ibidem *Ariſtoteles*; quare, mea quidem ſententia, Angelicus Doctor, ſi eius verba attentè leguntur, tantum vult materiam eſſe, & exiſtere propter formam, & per formam, & ſine ipſa exiſtere connaturaliter non poſſe, à forma accipere quidem eſſe, & exiſtere completè, & exiſtere actu tali, & talis entis, & ſpeciei, non ſimpliciter eſſe, & exiſtere, quod efficienter habet à Deo, & formaliter à propria exiſtentia, & quaſi cauſaliter item a forma, vti *Alamanius Rubius, Arriaga*, & *Bubalus* ſapienter annotarunt.

247 Prima ratio eſt. materia prima, vt ait *S. Thomas* de Pot. q. 4. a. 2. c. in formis rerũ *S. Thomas* formationem non tempore, ſed origene *S. Auguſt.* precesſit. *non itaque*, prędixerat *Auguſtinus* lib. illis, c. 5. & 15. *temporali, ſed cauſali ordine prius facta eſt informis, formabilis que materies, de qua fieret, quod faciendum eſſet, cum & ipſa priuſquam inſtituta eſt, non fuiſſet, quia illud, vnde fit aliquid, & ſi non tempore tamen quadã origine prius eſt, quam illud, quod inde fit*; & ſimiliter eſt mens Philoſophi; dum materiam explicat vbique, ſed iuxta dicta in *Tripartita* de *Prioritate originis*, *Ariſtoteles* quod prius origine eſt, integrè conſtitutum preintelligitur in ratione, & modo, quo prius origine eſt; ergo materia preintelligi debet cum eſſentia, & exiſtentia habitis independenter à forma, tanquam à ratione formali exiſtendi, aut pluſquam à comparte formaliter informante, alioqui materia ne vtiquam origine precesſiſſet formam, ſi in priori originis per formam formaliter exiſtit, ſicut album ob eam cauſam non precedit origine albedinem.

Secunda ratio eſt. omne ens exiſtens extra cauſas, vendicat ſibi propriam, & proportionatam exiſtentiam, quę ſi eſt entitas diſtincta realiter ab eſſentia, concipienda erit vt modus afficiens eſſentiam, ergo materia propria exiſtentia non caret; antecedens ſuadetur primo, quia habere eiuſmodi exiſtentias, videtur magis conſonum rerum naturis; ſecundo, quia quantitas ſimiliter eſt in genere ſuo pura potentia recipiens qualitates, & tamen ab eis non emendicat exiſtentiam; tertio, dependentia materię à forma eſt tanquam à comparte complente ipſam in ordine ad compoſitum conſtituendum, non vero tanquam à ratione formali materiam conſtituente extra cauſas, quod fecit effectiuè actio productiua producendo eſſentiam, vnde emanarit propria exiſtentia.

Quarto, quia quęlibet entitas producit 248
per emanationem ſuas proprietates, vnde exiſtentia formę emanat à forma, & non à materia; ſecus naturaliter fieret à duplici cauſa adęquata, quod videtur inconueniens. Quinto, quoniam *materia*, vt ait *Ariſtoteles* 2. Phy. to. 23. & 81. *Ariſtoteles* *eſt propter formam*, tanquam propter finem, non ergo emendicat exiſtentiam à *S. Thomas* *1. p. q. 76.* forma, ſiquidem nullum medium formali- *a. 5. c.* ter exiſtit propter finem, quantumuis aliunde dependeat ſuum eſſe, & exiſtere, ab ipſo fine.

Tertia ratio ſumitur ex abſurdis, quę ex oppoſita ſententia ſequi videntur; primo enim ſequitur materiam non habere certam, & fixam exiſtentiam,

ſed

Digitized by Google

ſed modo exiſtere per exiſtentiam ſpiri-
tualem animę rationalis, modo per exi-
ſtentias varias corporeas formarum in
materiam ſucceſſiuè intrantium. Secū-
do, corrumpi, ac perire materię exiſten-
tiam, adhuc exiſtente materia ipſa,
quando, nimirum, perit aliqua forma;
vel etiam poſſe anihilari materiam, con-
ſeruata materię exiſtentia, quando, vide-
licet, Deus conſeruata mea anima, ceſſa-
ret a conſeruatione meę materię.

Tertio ſequeretur poſſe à Deo denuo
creari materiam non creata denuo eius
exiſtentia, ſi nimirum Deus modo pro-
duceret partem materię, cui vniretur
anima S. Petri. Quarto, agentia naturalia
quotidie creare materias primas, ſiqui-
dem quotidie faciunt ipſas exiſtere, eis
dando exiſtentias producendo in varijs
materię partibus, a ſe diſpoſitis, varias
formas, & aliunde non videtur congrua
exiſtentia materiæ facte, & conſeruatę
per creationem a Creatore, exiſtentia
generata à creaturis. Quinto, exiſtentiā
formę non magis eſſe eius proprietatem,
& exiſtentiam, quam materię, ſed vtri-
que communem. Sexto, ponendam
neceſſario eſſe exiſtentiam rerum omniū
diſtinctam realiter ab earum eſſentia, ac
demum non poſſe à Deo de potentia
abſoluta cōſeruari materiam ſine forma,
quę omnia ſpeciem falſitatis preſeferre
videntur, vt apparebit ex totius Philoſo-
phię decurſu.

Quarta ratio vrgentior ſumitur infra à
249 n.251. ex facili ſolutione rationum partis
aduerſę, ex ipſarum refutatione, & redar-
guitione facienda cōtra Authores ſuos.

Sentio ergo ſecundo, poſſe à Deo con-
ſeruari materiam ſine forma, quod eſt
communis opinio Doctorum, quos cita-
ui num.246. ad quam è *Thomiſtis* tran-
ſierunt *Sotus* hic q.6. *Bannez* 1.p.q.66.a.1.
dub.2. probatur; quia quod non eſt im-
poſſibile, factibile a Deo eſt; ſed mate-
riam conſeruari ſine forma, non eſt im-
poſſibile; ergo eſt à Deo factibile; minor
eſt euidens, ſi verum eſt materiam habe-
re propriam exiſtentiam; ſi enim anima
noſtra rationalis conſeruatur ſine mate-
ria, quia habet propriam entitatem, &
exiſtentiam, quid ni etiam materia con-
ſeruari poterit ſine forma? conſonant
SS.PP. & Doctores afferendi à num.257.
qui de facto eam aliquando ſine formis
extitiſſe putauerunt.

Sentio tertio, probabile videri poſſe
permanere, & conſeruari materiam pri-
mam naturaliter, ideſt, attenta eius
actione creatiua ordinaria, qua fit, ſine
vlla forma; quamuis naturaliter loquen-
do, ideſt, attentis cauſis huius vniuerſi,
preſenti hac diſpoſitione diuina, & in-
complete materię ipſius natiua inclina-
tione ad formas, nunquam contingat
aliquam materię portionem eſſe ſine
forma. ita tradunt *Suarez*, *Hurtado*, *Ar-
riaga*, *Ouiedo* cum Antiquis multis, &
Modernis referendis a num.255. & à for-
tiori *Leſſius* de ſum. bono lib.3. à num.49.
fuſe probans formam corpoream, nedū
materiam, poſſe conſeruari eodem con-
tinuato influxu extra ſubiectum. quem
tamen bene refutat *Coninch* relatus infra
num.525.

Ratio vero eſt, quia materia prima
à Deo procedit per creationem, illam
producentem de nihilo, & ſine depen-
dentia ab aliquo coefficiente, aut influē-
te, vt alibi probandum eſt, & apparet in
creatione animę rationalis; ergo perſi-
ſtente eadem creatione, ſaltem quoad
ſubſtantiam, materia poteſt conſeruari
ſine formis; quemadmodum propter
ſimilem creatiuam actionem, anima
rationalis de facto perſiſtit ſeparata à
materia, vt tradit *Toletus* 3. de Ani. q.18.
& *Communis*.

Quocirca, ſi à Deo, vel Deo permit- 250
tente, a quodam Angelo impedirentur
agentia naturalia introducere, me de-
functo, in meam materiam, nouam
formā, materia mea perſiſteret ex vi crea
tionis, vel ordinarij influxus, quo modo
à Deo conſeruatur, ſicuti iam preſtitiſſe
reor, ſine forma cadaueris, Corpus Chri-
ſti D. in triduo mortis; fateor tamen
magis connaturaliter exiſtere materiam
iunctam cum forma, quia cum materia
ſit ens incompletum, ſui completionem,
quę venit illi à forma, quaſi appetit eo- S. Auguſt.
dem modo, atque *anima rationalis inna-* 12. ſuper
to appetitu exoptat coniunctionem ſui cum Gen. c.35
corpore; quia anima etiam incompleta S. Thomas
ſubſtantia eſt, non quia vllo modo pen- 1.p.q.76.
deat à materia. a.1. ad 6.

Quando vero dixero materiam poſſe
connaturaliter exiſtere ſine formis, lo-
quor de connaturalitate actionis, cui
connaturale eſt illam etiam ſeparatam
ſuſtentare, non materię, cui potius ſic
ſuſtineri, quaſi violentum, & quaſi
contra

contra incompletam naturam ſuam eſt. idcirco naturalem inſeparabilitatem materiæ à formis, aſſtrunt communiter *Ariſtoteles* Interpretes cum *Ariſtot.* 4. Phy. tex. 59. 1. *S. Thomas* de *Gen.* t. 29. & 2. de Gen. t. 6. & S. *Thoma* ibidem. & nos probamus infra à n. 255. nam quæ diximus in hoc tertio aſſerto probabilia putamus, ſed non vera.

SECTIO XIV.

Thomiſtæ acriter defendunt materiam primam non exiſtere per exiſtentiam propriam, ſed per formam, vel per exiſtentiã formæ, ſed refelluntur cum ſuis fundamentis.

DIſcipuli S. *Thomæ*, nempe qui Thomiſtarum nomine nobilitantur, ſecuti, vt credunt, S. Doctorem, vnanimes conueniunt materiam primam proprium actum exiſtentiæ non habere, ſed illum emendicare à formis; ita *Caiet. Capreol. Ferrara, Iauellus, Argentinas, Curſus Cõpl.* & alij, quos allegant PP. *Suarez, Fonſeca, Conimb. Tollez*, & *Ferrarius* citati initio ſectionis præcedentis.

251 Quoram principale fundamentum eſt authoritas S. *Thomæ* aientis q. 4. de potentia, a. 1. *quidquid in rerum natura inuenitur, actu exiſtit; quod quidem non habet materia, niſi per formam, quæ eſt actus eius.* & p. 1. q. 66. a. 1. aſſerit implicare contradictionem, quod materia exiſtat ſine forma, quia à forma capit illa exiſtentiam, illis verbis. *Creationis terminus eſt ens actu, ipſum autem, quod eſt actus eſt forma. dicere igitur materiam præcedere ſine forma, eſt dicere ens actu ſine actu, quod implicat contradictionem;* & ad tertium argumentum, quod contendebat contra ipſum Doctorem, poſſe materiam præceſſiſſe in prima creatione, informem, vel ſine forma, reſpondet non implicare, quod accidens ſit ſine ſubiecto, implicare vero, quod materia ſit ſine forma. *S. Thomas*

Reſpondeo in has difficultate parui momenti, reuerenter eſſe à nobis deſerendum S. Doctorem, quia habemus pro oppoſita ſententia probabiliora fundamenta, quæ tantum vrgent, vt ex parte propter ea deſeratur ipſe *Thomas* etiam à ſuis intimis diſcipulis *Soto*, & *Bannesio* allegatis num. 249. præterquam quod, vt & hoc aliquando ſemel dicatur, audite circa modum, quo ſequendus ſit S *Thomas* inſignem Thomiſtam *Franciſcum Victoriam*, quem refert, & imitatur *Canus* lib. 12. de locis cap. 1. dicebat enim ille tanti apud nos eſſe debere authoritatem S. *Thomæ*, vt ea nobis ſit ſatis, ſi melior ratio non ſuppetit, ſed tanti Doctoris verba, & rationes, ſine delectu, & examine non eſſe accipienda; imo vero ſi quid non tam probabile dixiſſe contingat, ipſius modeſtiam, & induſtriam nos imitari debere, qui neque antiquioribus Doctoribus fidem abſtulit, neque in eorum ſententiam, ſi ratio in contrariũ impellebat, tranſiuit. Hæc, & alia habes apud *Vaſquez* in 1. p. diſp. 3. cap. 4. n. 6.

Adde quod, vt eruditè monſtrat noſter *Bubalus* S *Thomæ* deditiſſimus in ſuis *Commentarijs angelicis* q. 54. a. 3. § 3. & fuſius *Alamanus* ſupra num. 246. S. *Thomas* ſtat pro noſtra ſententia, quia licet neget materiæ actum phyſicum, non negat actum entitatiuum, vel exiſtentiam, vt examinabimus ſectione ſequenti, & explicuimus eo num. 246. quamobrem, quando dixit implicare contradictionẽ præexiſtere materiam ſine forma, ideo dixit, quia in hoc Vniuerſo Deus decreuit creare materiam ſimul cum formis, ſecundum modum connaturalem ſuum, & ordinariæ potentiæ, nihil decernens de potentia abſoluta, ſecundum quam nulla eſt in puncto hoc contradictio antecedens, ſed tota eſt conſequens decretum illud. 252 *S. Thomas*

Secundum fundamentum eſt. materia prima eſt pura potentia; ergo non habet propriam exiſtentiam. patet conſequentia; quia ſi haberet exiſtentiam, qui eſt actus, non eſſet materia pura potentia: & confirmant, quia omnis actus prouenit a forma, ſeu eſt forma.

Sed diſtinguo antecedens. materia prima eſt pura potentia quo ad actum phyſicum, concedo antecedens; quo ad actum entitatiuum, nego antecedẽs; non eſt materia tam pura potentia, vt etiam hoc vltimo actu carere poſſit, aut debeat; imo bene compatitur cum hoc actu entitatiuo, ſiue exiſtentiæ, puritas potentiæ quo ad actum phyſicum, reſpectu cuius potentia pura eſt; *Ariſtoteles* tum quia ipſa *materia non eſt actus*, vel *S. Auguſt.* forma phyſica; tum quia non eſt quid *S. Thomas*

com-

compoſitum ex potentia, & actu phyſico, vt infra num. 261. dicetur.

Simili modo diſtinguo maiorem confirmationis. Omnis actus phyſicus prouenit à forma, concedo maiorem; Omnis actus entitatiuus, nego maiorẽ; hic enim venit materię ex propria entitate, vel exiſtentia. Solutio hæc elucidanda eſt ſectione ſequenti, quia exhibetur argumento, quod fortiſſimum eſſe putant Thomiſtæ. Verum & hic addendum fuit committi ibi circulum vitioſum ab his authoribus, quatenus ex eo probant materiam eſſe puram potentiam, quia non habet actum exiſtentiæ: & rurſus probant non habere actum exiſtentiæ, quia ſit pura potentia, quæ inualida argumentatio eſt, iuxta dicta in Logica num. 1195.

253 Tertium fundamentum eſt. materia prima nullam habet operationem, quæ procedat efficienter ab ipſa; ergo non habet propriam exiſtentiam, quæ rebus conceditur ſolum ad operandum. Confirmant, quia ſi materia haberet exiſtentiam propriam, non penderet à forma, ſeu non indigeret ad ſui conſeruationem conſortio formæ, quod reputant eſſe falſum.

Omitto antecedens, quod negare poſſem propter dicta num. 263. ſiquidem materia facit paſſiones ſuas, & nego conſequentiam; quia exiſtentia rebus conceditur, vt exiſtant in actu, & extra cauſas eo modo, quo ſunt, ideſt, cum potentia effectiua, vel non effectiua; & ſic materiæ datur exiſtentia, vt exiſtat in actu, & extra cauſas, formaſque recipiat; quam receptionem, ſi tu vis, voca operationem materiæ, ad quam data ſit ei propria exiſtentia.

Ad cõfirmationem dicunt noſtri Doctores, materiam pendere à formis, quãuis habeat exiſtentiam propriam, ſicuti, in omnium opinione, *forma corporea dependens mutuo ab ipſa materia*, quantumuis habeant proprias exiſtentias; nam poſſeſſio propriæ exiſtentiæ, non tollit dependentiam ab alio, vti eſt euidens; Tu enim habes propriam exiſtentiam, & tamen à Deo dependes; quantitas, vbi, relatio, calor, & formæ omnes, & alia ſexcenta habent proprias exiſtentias, & tamen dependent à ſuis cauſis, ſubiectis, ac terminis.

S. Thomas 1. de pot. q. 3. a. 2.

Ad hæc, in opinione Thomiſtarum illud principium ſuum, *eſſe, ſeu exiſtere eſt propter operari*, non eſt vniuerſaliter verum, quia *vbi*, *relationes*, & alia ſunt, & exiſtunt, & nihil operantur ſecundum ipſos. præterea, ſi concederemus cum his authoribus, quod omiſſimus, nempe, materiam nihil operari, oportebit negare omnino exiſtentiam, & eſſentiam materiæ primæ, quia *eſſe omne eſt propter operari, & deficiente fine deficit, quod ordinatur ad finem*.

S. Thomas 1. p. 105. a 5.

254 Quartum fundamentum eſt. materia facit vnum compoſitum per ſe cum forma; ergo non habet proprium exiſtentiæ actum. probatur conſequentia; quia *ex duobus entibus in actu non poteſt fieri vnum per ſe*, ſed vnum per accidens. Reſpondeo conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; cuius probationem diſtinguo, ex duobus entibus in actu completo, non poteſt fieri vnum per ſe, concedo; ex duobus entibus in actu incompleto, nego.

Ariſtoteles 7. m. t. 49. S. Thomas 1. cæli l. 2.

Quia ergo materia, compoſita cum ſua exiſtentia, adhuc eſt ens incompletum; ſicut & forma compoſita cum ſua, eſt item ens incompletum, bene inter ſe iunguntur, & efficiunt vnum ens completum: quare hoc argumentum à Thomiſtis ſoluendum erat, qui confitentur formam compoſitam cum ſua exiſtentia adhuc eſſe incompletum ens, & compartem facturam compoſitionem cum materia.

Quintum fundamentum opponitur concluſioni noſtræ dicenti diuinitus poſſe perſiſtere materiam ſine forma; quod ſic deſumitur ex S. *Thoma* illud, quod implicat contradictionem, fieri non poteſt à Deo; ſed implicat contradictionem materiam exiſtere ſine forma; ergo. probant minorem; ſi materia exiſteret ſine forma, exiſteret in actu ſine actu, quod eſt contradictio.

S. Thomas 1. p. q. 66. a 1.

Reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem, cuius probatio continet ęquiuocationem, quam ſic tollo, materia exiſteret in actu entitatiuo, ſine actu entitatiuo, nego minorem; exiſteret in actu entitatiuo, ſine actu phyſico, ſeu ſine forma, concedo minorem; in quo nulla prorſus apparet implicantia, ſed manifeſta veritas, & neceſſitas; licet, vti annotaui, ſuppoſita diuina ordinatione, qua decreuit condere opera iſta perfecta, ideſt, materias, & formas componẽ-

tes concreare ſua potentia ordinaria, & rebus magis connaturali, implicet contradictionem exiſtere materiam ſine forma, ſuo actu ipſam complente, & in certa ſpecie conſtituente, vti conſtituit differentia genus ſuum. diſcurſus hic eſt *S. Thomas* *S.Thoma* q.4.de Pot.a.1.c.

255 Sextum fundamentum; ſi materia eſſet ſine forma naturaliter, vel ſupernaturaliter, ſequeretur hæc contradictio, quod, ſcilicet, ipſa eſſet ſubdeterminata ſpecie; & quod non eſſet, quia non eſſet homo, neque equus, neque alia ſpecies; cum tamen deberet eſſe; nihil enim eſſe poteſt a parte rei, quod ad aliquam ſpeciem determinatam non ſpectet.

Reſpondeo materiam primam fore in eo euentu, ſicuti modo eſt, ſub determinato genere incompleto; quoniam ipſa eſt ſpecies quædam incompleta, ſicut anima rationalis eſt ſub genere, ſeu quaſi genere incompleto ſubſtantiæ ſpiritualis, & ipſa ſpecies eſt incompleta, pertinens ſaltem reductiue ad prædicamentum ſubſtantiæ; quod ſat eſt, neque neceſſe eſt res omnes ſingulares eſſe ſpecies completas.

Septimo arguunt Thomiſtæ. humanitas Chriſti exiſtit per exiſtentiam Verbi, ergo materia poteſt exiſtere per exiſtentiam formæ. negatur conſequentia, quia paritas ad ſummum probaret exiſtentias materiæ, & animæ Chriſti eſſe entitates diſtinctas ab ipſis, ſupplendas per Verbum, non vero quod materia exiſteret per animam, vel animæ exiſtentiam, ſed per propriam. *S. Thomas* S. autem *Thomas*, cuius eſſe dicitur antecedēs 3.p.q.17.a.2. verbo *exiſtit*, intelligit idem, quod verbo *ſubſiſtit*, quod expreſſius vſurpauit. & verum eſt, quia Verbi ſubſiſtentia materiam, & formā Chriſti alias exiſtentes, orbatas creatis ſubſiſtentijs terminat. reliqua Thomiſtarum argumenta diluam Sectione ſequenti.

Altera pars Sectionis probat materiam, vt ſine formis exiſtat, indigere vberiore creatione; & refellit opiniones aſſerentium illam iam extitiſſe naturaliter, vel exiſtere nunc poſſe ſine formis, vel conſeruari ſolitariam cum eadem, qua modo conſeruatur, actione, aut ſimili.

Vera ſententia eſt non poſſe conſeruari materiam ſpoliatam formis ex vi præſentis creationis, ſed indigere alia non tantum ſimili, ſed vberiori. ita tradunt PP. *Fonſeca* 5.m. c.1. q.3. ſect.2. *Conimb.* hic c.9.q.6.art.3. *Tellez* d.22.ſect.2. n.19. *Rubius* tract.1.de mat.q.5. num.35. *Hemelman.* t.9. d.12. c.3. & plerique Iuniores. & fauent Authores, qui ſupra n.249. tenuerunt Deum poſſe de potentia abſoluta conſeruare materiam ſine formis. *Card. Lugo* de Euch.diſp.7. ſect.7. n.114. appellans talem actionem ſupernaturalem ſaltem quoadmodum, & *Coninck* ibidem q.77. à n.29. punctum in ſimili mirificè conuincens.

Ante probationem, ſuppono opiniones, & expono quoſdam terminos. nonnulli Recentiores dicunt formas influere in materiam per actiones identificatas cum creatione diuina, & ſubinde materiam pendere à formis tanquam a cauſa, ideſt *à priori*. Alij verius negant iſtos influxus, fatentur tamen formas cauſare materiam, informando, & complendo ipſam, & ſic retinendo in eſſe ne pereat, *à poſteriori*, ita quod ab ipſis materia pendeat velut ab effectu, & quaſi paſſione ſua, vti ſolent radices pendere à paſſionibus ſuis, à quibus quia effectus ſūt, & radicibus poſteriores, illæ dicuntur pendere *à poſteriori*. his poſitis.

Facile probatur concluſio ab illis, qui ponunt influxum, etenim ſi forma rationalis, v.g. ſimul cum Deo quaſi concreando conſeruat hanc materiam concurſu partiali, ſine dubio, dum volet Deus ſolus adæquatè eam conſeruare, ſupplere debet eius formæ vim, & influxum. & in hoc nullus diſſentit. 256

A Communiori vero, quæ negat ſimilem concreationem, probanda eſt illis rationibus, quas ſcripſi n.528. quarum ſumma hæc eſt. nam in primis actio,

qua

qua hæc portio materiæ ſpoliata forma, conſeruaretur, abſque dubio foret diuerſa numero à præſenti, quia proficiſceretur à decreto Dei volente conſeruare eã materiam ſolitariam, nimirũ, modo miraculoſo, & preter ordinem communem naturæ, & contra naturalem inclinationem materiæ ipſius, quod decretum eſt valde diuerſum ab ordinario decernente conſeruare ipſam plenam forma, & appetitu ſatiato. quando autem decreta diuinæ ſunt diuerſa, præſto ſunt in Deo diuerſi modi operandi inferentes ad extra diuerſas actiones, quæ in præſenti ſaltem numero debent eſſe diſtinctæ, quia earum eſt idem terminus, iuxta quod docuerunt me PP. *Granado*, & *Homelman* 1.p. vbi de libertate *Dei*, & ibidem *Eſpinoſa*, & *Figueroa* in M.S.

Quod vero eiuſmodi actio miraculoſa deberet eſſe vberior hac ordinaria, ſiue dicatur futura diuerſa ſpecie, vtpote præternaturalis, vel eiuſdem ſpeciei, & ſolum materialiter diſtincta, de quo modo non curo, liquet ex eo, quod ſupplere deberet dependentiam naturalem, quam materia nunc habet à forma, quæ tanta eſt, ſiue dicatur eſſe à priori, ſiue tantum à poſteriori, vt peritura ſit, ſi forma abſcedat, quod fatentur *Suarez*, & eius Sectatores. quare conſtare ſibi non videntur, qui agnoſcentes materiæ talẽ dependentiam à forma, ſtante ordinaria creatione, dicunt, abſente forma nihilominus per eandem omnino creationem poſſe materiam conſeruari.

Atque ex hac notatione reijcienda erit ſententia Patrum *Suarez* in met. d. 15 ſect. 9. n. 7. *Hurtado* d. 2. §. 104. *Arriaga* ibidem n. 121. & aliorum, qui exiſtimarunt materiam poſſe conſeruari ſine formis eadem omnino numerali actione, vel ſimili, non ob aliam rationem, niſi quia formæ non influunt, & ſubinde non adſit influxus ſupplendus. tametſi ipſi admittant naturalem dependentiam materiæ à formis, quantũuis dicãt eſſe *à poſteriori*.

257 Lõge difficilius refelluntur antiquiores *Gabriel, Marſilius, Catharin. Abulenſ. Eucherius, Hugo de S. Vict. Lyra, Torniel.* & alij relati à PP. *Saliano* in Appendice t. 1. c. 1. *Cornelio* Gen. 1. V. 2. qui dixerunt in Principio creatam fuiſſe à *Deo* materiã ſine formis, idque ſignificatum illis verbis *Geneſis*, terra *erat inanis, & vacua*, ideſt materia erat informis, vel ſine formis, quibus fauere videntur SS. PP. *Auguſtin. Chriſoſt. Ambroſ.* & alij.

Verum tamen bene refutant iſtos Authores noſtri illi Interpretes, & PP. *Molina, Suarez*, & *Granado de opere ſex dierũ* cum *S. Thoma* 1. p. q. 66. a. 1. annotantes illo verſu *In Principio creauit Deus cælum, & terram, terra autem erat inanis, & vacua*, nomine *terra* intelligi terrę elementum conſtans materia, & forma, quod tunc erat inane, & vacuum hominibus, & alijs animantibus, luce, & pulchritudine ſubſecuta montium, vallium, fontium, arborum & cæterorum, quæ poſtmodum incepit habere. quare ſicut nomine *Cælum* non intelligitur materia ſine forma cæli, ita nomine *terra* non eſt intelligenda materia terræ ſola.

S. Auguſt.
S. Thomas

Quando ergo SS. Patres dicunt præceſſiſſe materiam informem, loquuntur de terra tunc temporis carẽte prædicta varia pulchritudine. & licet *Auguſtinus* preſſius loquens de materia prima, interdum dubitet de ipſius formatione in illo exordio, tandem quaſi ſe declarans to. 3. lib. 1. de Geneſi ad lit. c. 19. & ſæpe alibi, teſtatur ipſam non tempore præceſſiſſe ante formas, ſed origine tantum, & quaſi natura. quod apud vtrimque diſputantes eſt magis connaturale materiæ, & oppoſitum miraculoſum, & præternaturale videtur, ſiquidem materia ſine forma, vacua manet, formam appetit, & in ipſam ceu in ſui complementũ inclinatur, id quod nec animæ rationali denegatur. quocirca Deus, qui, vt notat *Auguſtinus* in creatione Mundi, non eſt operatus vt miraculorum opifex, ſed vt author naturæ, nihil fecerit præter naturas rerum.

S. Auguſt.
S. Auguſt.

Sed rurſus *Gregorius Marſilius*, pleriq; Philoſophię Profeſſores in Italia tẽpore Patris *Suarez*, & præſenti, & nouiſſimè in Hiſpania P. *Ouiedo* Controu. 2. punc. 7. dixerunt contra *Communem* materiam non merito ſolo actionis, qua fit à *Deo* ex nihilo, ſed ex natura ſua a formis non pendere, nec vel à poſteriori, & ſubinde inſtar animæ rationalis eſſe poſſe ſolam ſine vlla violentia, id vero non contingere propter continuam actionem agentium. licet *Gregorius*, & *Marſilius* iam contigiſſe non tantum in Mundi exordio, ſed in morte Chriſti D. diunet, à cuius corpore excludunt formam cadaueris, ſicut & alij excludent à corpore,

B.Mariæ V. quia defuncta non eſt ex infirmitate; & à defunctis violenta morte præſertim inſtantanea, in quibus diſpoſitiones cadaueris non interueniunt.

258 Fundamentum principale ipſorum, quod fusè poſuerunt, & diruerunt PP. *Suarez* in m.d.15.ſect.8.à n.9. & *Arriaga* hic d.2.à n.112. eſt congerere, & diſcutere rationes, quibus *Communis* probat naturaliter eſſe non poſſe materiam ſine formis, & eas refellere tanquam inefficaces, & quidē tales eſſe ingenue fateor cum *Suarez*, & *Arriaga*, qui finaliter maxime fide Maiorum conteſtata illo axiomate, *generatio vnius eſt corruptio alterius*, & vice verſa, *corruptio vnius eſt generatio alterius*, contenti videntur.

Ariſtoteles

S. *Thomas*

Additur tamen aliqualis ratio, etenim materia eſt pura potentia, incompleta, imperfecta, & partialis entitas, ergo natura ſua indiget forma comparte, & conſorte ſua, ſuo actu perfectiuo, & complemento: quemadmodum quia forma corporea eſt entitas partialis, & incompleta, ſine materia ſua conſorte eſſe non poteſt. nec eneruat rationem hanc exemplum animæ rationalis, quæ licet actus ſit, & incompleta ſubſtantia, exiſtere, & durare poteſt ſine materia; dici enim poteſt eam peculiarem formā, quia ſit ſpiritus, & à Deo ob ſpecialem finem ſic condita, perſiſtere ſeparatam, tametſi cum aliqua quaſi violentia, & appetitu regreſſus ad materiam.

S. *Thomas* op. 31.

Secunda ratio duci poteſt ab inconuenienti: nam ſi ſemel licenter negatur materiæ dependentia à formis, dicere quis audebit, nec ipſam dependere à quantitate; & ſubinde animam non pendere ab intellectu; nec aliam quampiam cauſam, aut radicem à ſuis emanationibus; vnde ſumet anſam, qui volet auſu pluſquam temerario aſſerere nec Deum exigere ſcientiam ſui, & rerum, vt perſiſtat connaturaliter, nec Patrem exigere generationem paſſiuam Filij, nec vtrumque proceſſionem Spiritus Sancti, quæ ſunt quædam quaſi formæ, ſiue informationes vitales; dictæ quoq; *emanationes*. quare ſine ratione euidenti recedendum non erit a ſententia tam communi. ad illud obiectum de corporibus Chriſti, & Matris, ſi tibi reuelatum eſt, in eis non fuiſſe formas cadauericas; dic diuinitus fuiſſe eas materias conſeruatas vberiori actione, & ita reſpōdebis quando infra nu.852. obijciatur tibi aliquod indiuiſibile materiæ, ſine indiuiſibili formæ.

S. *Thomas* op 9 q 4. & 1 d.18. q vn.à 4.c

Ex dictis apparet hic eſſe quinque differentes opiniones. *Prima* ait materiā ſpoliatam formis conſeruari non poſſe ſine vberiori creatione. *Secunda*, poſſe cum eadem, qua modo plena conſeruatur. *Tertia* credit initio fuiſſe totam materiæ maſſam creatam ſine formis, & hoc ſine violentia materiæ, & addit poſtea aliquando contigiſſe aliquam materiæ partem eſſe ſine forma. *Quarta* tenet cum præcedenti, materiam ratione ſuæ naturæ independentis ab omni forma, poſſe naturaliter ſolam conſeruari, quod tamen, ſubiungit, nec vnquam contigit, nec continget in futurum; ſed hæc opinio, vel putat materiam eſſe quid abſolutum, & completum, vel facit eius potentiam, qua dicitur eſſe poſſe ſolam, fruſtra, vt pote nunquam reducibilem ad actū. *Quinta* demum, & communis opinio, vt videbis num.531. tradit cum *prima*, nunquam poſſe materiam conſeruari ſine formis, ſine miraculoſa actione. vide *Leſſium*. qui, quod eſt mirabile, lib.3 de Sum.Bono à num.49. fusè contendit eadem, qua nunc educitur forma Bruti, actione, conſeruari poſſe extra omne ſubiectum. 259

SECTIO XV.

Oſtendit materiam primam purā potentiam eſſe, ac ſimul habere actum metaphyſicum, & entitatiuum condiſtinctum ab exiſtentia, præter alios realiter ab ipſa diſtinctos, qui ſunt proprietates, & complementa ſui.

COmmuniter dicitur, materia eſſentialiter *potentia pura*, quia nihil actus phyſici habet, vt dicitur infra: ſed tamen controuerſia eſt an tam purè potentia ſit, vt ſub nulla ratione ſit ſimul actus, vt vero clarius procedam, triplicem actum diſtinguo, prior eſt *metaphyſicus*, is eſt quælibet differentia, quæ ſola ratione differt à comparte, cum qua componit metaphyſicum compoſitum, ita ſunt differentiæ *rationale*, *hinnibile*, reſpectu *animalis*, quod eſt pura potentia

Ariſtoteles S.*Thomas* S. *Auguſt.* *ſupra* à n. 157.

tia in genere metaphyſico. Secundus actus eſt *Phyſicus*, qui eſt omnis forma realiter diſtincta à ſubiecto, cum quo ſolet componere compoſitum phyſicũ, vt ſunt animæ, & quæuis aliæ formæ naturales, & ſupernaturales abſolutæ, & modales. Tertius denique largè, & per abuſum dicitur actus *entitatiuus*, qui eſt rebus omnibus communis, ac Deo ipſi, quia eſt rei eſſentia, & entitas, qua exiſtit, vel exiſtere poteſt, quare *actus entitatiuus, eſſentia, entitas* ſolum grammatical declinatione differunt, ſicut *ens*, & *entitas*.

260 Et quidem triplex is actus dici poteſt *forma*, & *actus informatiuus*, vnuſquiſque proportione ſua, Phyſicus, informatiuus phyſice, metaphyſicus, metaphyſicè & entitatiuus entitatiuè. Vnde fit vlterius, vt materia dici poſſit entitatiuus actus, quaſi ſimplex, ſed incompletus, & item compoſitum metaphyſicum, & item phyſicum quodammodo, incompletum tamen, vt paulatim monſtrabo ſimul auferendo æquiuocationes, quæ hic fortaſſe interueniunt.

Dico ergo primo, *materiam non eſſe tam puram potentiam, vt excludat actum metaphyſicum, ſed re vera illum habere.* probatur, illa res habet actum metaphyſicum, quæ habet differentiam metaphyſicam, qua conſtituitur in tali ſpecie, & ab alijs diſcriminatur; ſed materia ſimilem differentiam habet; ergo habet actum metaphyſicũ. minor eſt euidens, quia materia conuenit cum illo colore in eſſe communi corporis, & differt ab illo per tale eſſe ſuum ſubſtantiale; & ita poſſunt iuxta varias conuenientias, & differentias materiæ cum alijs rebus, & materijs abſtrahi variæ differentiæ, quæ metaphyſicæ formæ, & actus cenſentur, licet non conſtituant aliquam ſpeciem materiæ completam, ſed ſolum incompletam. conſentit *Suarez* diſp. 13. met. ſect. 5. n. 8. *Tellez* hic cum *Conimb* & *Amico*, neq; diſſentit re vera *Rubius* tr. 1. de *mat.* q. 2. num. 10. vt patet in ſolutione ad 2. num. 15. neque diſſentire quiſquam poteſt.

261 Dico ſecundo, *materiam ex ſe nullo modo habere, nec eſſe actum phyſicum, ſeu formalem*; ita dicunt *Ariſtoteles* vbique, ſed præſertim 8. met. t. 3. *S. Thomas* ibi, & in *Alamanio* hic tota quæſt. 3. *S. Auguſt.* lib. 12. *Confeſſ.* cap. 3. & 6. & ſæpe alibi. quibus ſubſcribunt *Suarez* in met. d. 13. ſect. 5. num. 9. *Arriaga* hic d. 2. a num. 66. *Rubius* dicens vbi ſupra, numero ſuo 11. *id certum eſſe apud omnes*, & *Tellez* d. 21. ſect. 1.

Ariſtoteles
S. Thomas op. 31.
S. Auguſt.

Et probatur, quia materia eſt primum, & commune ſubiectum, de ſe indifferens vt per varias formas, quæ ſimpliciter actus phyſici, & formales ſunt, actuetur, & per ipſas in certis ſpeciebus conſtituatur; ergo ipſa non eſt actus phyſicus. ad hæc; ſi materia taliter actus eſſet, ipſa informaret aliud ſubiectum prius, & ſic vlterius alia materia prima quærenda eſſet, quæ actu eo conſtitueretur, & ſic in infinitum procederetur. Ruſus quia materia nihil habet actus phyſici, dicitur quaſi per prouerbium *pura potentia*, vt legis ſupra num. 252. & infra 263. ſed neque habet corporeitatis actum, ſeu formam, vt probatum manet ſupra a num. 156.

Dico tertio, *materia prima non tantum habet veram entitatem exiſtentem in rerũ natura ſiue actuale eſſe reale productum, & extra cauſas exiſtens*, vt demonſtrare ſe putant *Suarez* ſupra num. 119. & alij communiter, ac tradunt tres noſtri Præceptores. *Verum etiam abſtrahens ab exiſtentia, eſt de ſe vera & realis entitas* ſubſtantialis, licet imperfecta, & incompleta, diſtincta eſſentialiter a formis, & entitatibus reliquis, nempe ſecundum quod ſupra declarata eſt ad mentem *Ariſtotelis SS. PP. Auguſtini, & Thomæ*, & Interpretum, lege ante alios *S. Thomam* in *Alamanio* hic quæſt. 3. per totam, & q. 17 a. 1. c. dicentem *quod eſt in potentia, eſt etiam aliquid actu*.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas 3. Phy le. 2. & op. 31.

Atque eiuſmodi eſſentiam, & entitatem materiæ præſertim exiſtentis, vocãt communiter Moderni *actum entitatiuũ*, ſiue *entitatis*, vtentes nomine *actus*, non vt relatiuum id eſt, & reſpicit potentiã, ſed vt eſt abſolutum & dicit rei entitatẽ, & conſentiunt apud *Rubium* tr. de mat. q. 2. *Henricus*, *Scotus*, *Richardus*, *Gabriel*, *Gregorius* & *Nominales* reliqui, *Pererius*, *Toletus*, *Suarez* d. ſup. 13 ſect. 5. num. 9. *Ferrarius* d. 2 q 2. a. 4. ſcio & video aliquos doctos Recentiores abſtinere ab hoc nomine, & contentos eſſe aſſerendo materiam habere propriam entitatem, quod nemo illi negat, ſubticentes *actum entitatiuum*, licet perinde valeat apud ipſos, & nos, is *actus*, ac *entitas*. 262

Quare

Quare facilè probatur intentum, etenim quidquid habet propriam entitate, habet proprium actum entitatiuum, ſed materia habet propriam entitatem; ergo habet proprium actum entitatiuū, quo ſit *imitatio primi actus*, & *entis Dei*, vt vult S. Doctor. conſequentia negari non poteſt, quia idem valet, atq; maior; negari tamen poſſet vſus vocabuli *actus*, & applicatio ad materiam primam, quæ ſit pura potentia, & ſic quæſtio erit de nomine, quo nobis vti libet, in re ipſa conuenientibus cum Authoribus partis aduerſæ.

S. Thomas q. 3. de ve. a. 5. ad 1.

Sed PP. *Fonſeca* in met. lib. 1. cap 7. q. 3. ſect. 7. & 8. *Conimbric.* hic cap. 9. q. 3. a. 1. & multi iuniores ex eo reuincunt materiam habere actum entitatiuum, quia exiſtētiam ſecum identificatam habeat, quæ, vt ratione differt ab eſſentia materiæ, actus dici poteſt, non ſimpliciter phyſicus, phyſicè informans, ſed tamen aliquo modo; ego vero non contradico, ſed reduco eiuſmodi quaſi actum ad metaphyſicum, & vltra ipſum agnoſco alium entitatiuum materiæ inexiſtentē, etiam non conſiderata ipſius exiſtentia.

263 Tertio *Scotus*, & *Henricus* apud *Conim.* illo a. 1. & *Suarez*, quem citat, & imitatur *Arriaga* hic diſp. 2. à num. 67. tradunt materiam ſecundum ſe conceptam, non eſſe puram omnino potentiam, quia iam habeat entitatem actualem productam, & extra cauſas, ſed ego dixi eam ſiue exiſtentem iam, ſiue ſolum poſſibilem dici, & eſſe puram potentiam reſpectu actus phyſici, quia nihil eius habet, non reſpectu entitatiui, quem exiſtens potentia pura ſimul habet. dici vero materiam vt poſſibilem conceptam, puram potentiam eſſe, vel in pura potentia eſſe ad exiſtendum, accipitur in alio ſenſu vero quidem, ſed extra præſens propoſitum, ſiquidem forma item poſſibilis ſic eſt pura potentia.

Dico quarto. *materia habet multos actus modales phyſicos, quibus cum quaſi phyſicè componit*. probatur, quia habet propriam exiſtentiam, & propriam ſubſiſtentiam, qui ſunt quidam modi ſubſtantiales ab ipſa emanantes, vti probatū eſt ſupra nu. 248. & probo infra nu. 120. rurſus habet actus alios accidentales, nempe quantitatem, vbi, durationem, & actiones varias, quibus fit, & ipſa operatur proprietates ſuas, licet enim *Ariſtoteles* 1. de Gen. tex. 53. *S. Thomas* ibi, & S. *Auguſtinus* in lib. de natura boni cō tra Manich. cap. 8. dixerint *materiam operantibus aptam eſſe, non vt ipſa aliquid faciat, ſed vnde aliquid fiat*, non negarūt efficientiam paſſionum, quę communis eſt creaturis omnibus ſed eam, quę ſimpliciter, & perfecta efficientia dicitur, diſtincta ab emanatiua, vti declaro ſępe infra, & bene aduertit P. *Arriaga* hic d. 2. à num. 142. & *Communis*.

Ariſtoteles *S. Thomas* *S. Auguſt.*

Altera pars Sectionis allegat Doctores, qui poſuerunt materiam tam puram potentiam, vt ab ea omnem actum excludant; ac dum ipſorum rationibus ſatisfacit, ipſos cum veritate conciliat.

Contra primum dictum ſtare videntur *Rubius* vbi ſupra n. 20. *Pererius* cap. 11. ſed eorum argumenta non vrgent nos, neque enim nos diximus materiam eſſe ſpeciem completam, quæ conſtet proprijs genere, & differentia; ſed incompletam, habentem tamen ſuam quaſi rationem genericam, qua cū alijs rebus conueniat, & ſuam aliqualem differentiam, qua differat. 264

Contra ſecundum oppones. materia exiſtens eſt in actu phyſico. ergo eſt ipſa actus phyſicus. Reſpondet *Suarez* hæc duo, nempe, rem eſſe in actu, & rem eſſe actum, eſſe diuerſiſſima; primum ſolum denotat rem eſſe productam, & extra cauſas, quod quidē materia habet per ſuum actum entitatiuum, ſiue terminantem actionem creatiuam Dei; ſecundum denotat rem ipſam exiſtentem eſſe actum phyſicum, ſiue formam; & hoc modo non eſt materia actus, licet ex ſe ſit entitas ſubſtantialis phyſica, apta nata informari, non informare.

Cōtra dictum tertium ſtant *Thomiſtæ*, nempe *Capreolus*, *Soncinas*, *Iauellus*, *Ferrara*, *Caietanus*, *Sotus*, *Durandus*, & alij, quos allegant, & ſequuntur *Fonſeca*, & *Conimbric.* ſupra, & *Rubius* tract. de *mat.* q. 2. n. 12. quorum re vera nullius contradicit, niſi, qui dicat materiam in ſua exiſtentia, & poſſibilitate eſſe nihil, nam ſi aliquid eſt, & exiſtit, vti ſupponunt omnes, aliquid eſt, verum, bonum, ha-

bens

bens entitatem alicuius prædicamenti, quam ego, quia ſic volo, voco *actum* eſſentiæ, *entitatis*, ſiue *entitatiuum*, vt melius declarem ipſius eſſentiam, & potentiam; nam potentia omnis, ſi potentia eſt, entitatem habere debuit, & in entitate fundari. pro quibus tamen.

Obijcis. Deus eſt actus tam purus, vt omni potentialitate careat; ergo materia è contrario, potentia tam purè debet S. Thomas 1.p.q.105. a.1. eſſe, vt nihil habeat actus, ſiue actualitatis, neque metaphyſicæ, neque entitatiuæ; vt ita pura potentia creaturæ infinitè diſtet à Deo puro actu; confirmatur, quia implicat ſimul reperiri in eadem re, potentiam, & actum, ſiue rem eandem eſſe actum, & potentiam.

265 Reſpondetur conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; diſtat quidem infinitè materia à Deo, quamuis contineat aliquam rationem actus; imo vero, vt diſtet eam habere debet, idest, entitatem, eſſentiam, & differentiam; ſecus, nihil eſſet: ſicut infinitè diſtat in perfectione actus phyſicus à Deo actu puriſſimo, licet hic, & ille ſint actus, & proinde aliquam habeant ſimilitudinem.

Ratio autem, cur Deus excludit potentialitatem omnem, & materia non excludit omnem rationem actus, eſt, quia purus actus, qualiter Deus eſt, excludit omnem imperfectionem, imperfectio autem eſt quælibet potentialitas; at vero materia, ſiue eius potentialitas non eſt tam imperfecta, vt excludere debeat omnem rationem actus, etiam entitatiui, & metaphyſici; quinimo impoſſibilis eſt res, ſi res eſt, quantumuis potentia pura ſit, quæ omni actu priuata ſit; dicitur enim potentia pura reſpectu phyſici actus, quia talis nullo modo eſt, non reſpectu actus entitatiui, quo modo ipſa neceſſario eſt.

Præterquamquod eſſe materiam Deo quodammodo ſimilem, quia habet hunc actum entitatiuum eſſentiæ, vel exiſtentiæ, licet aliunde diſtet infinitè ab eo, S. Thomas dixit S.Thomas 1.p. q.14. art.11. ſcribens *ad 3 dicendum, quod materia licet recedat à Dei ſimilitudine, ſecundum ſuam potentialitatem, tamen in quantum, vel ſic eſſe habet, ſimilitudinem quamdam retinet diuini eſſe*, vbi nomine *eſſe* intelligit materiæ eſſentiam, & entitatem, ideſt, eius actum entitatiuum, ſicut ſæpe alias, altiorem vero ſimilitudinem, quam materia habet cum eſſentia diuina, quæ quodammodo in gremio ſuo tenet perſonalitates diuinas, quæ ſunt quaſi formæ, & actus ipſius, tractat ſapientiſſimus Pater, & Magiſter Prouinciæ noſtræ *Hiſpalenſis Montoya* de Trinit. diſp.97.

Ad confirmationem dico rem eandẽ ſub diuerſa ratione, ſimul eſſe *potentiam*, & *actum*; nam anima rationalis eſt actus S. Thomas 1.p.q.77. a.1.c. phyſicus reſpectu materiæ, & eſt potentia receptiua ſui intellectus; & hic vlterius eſt actus animæ, & ſimul potentia ſuorum actuum; & Angelus dici poteſt pura potentia, vt recipit intellectum, & voluntatem, & reliquas ſuas perfectiones; & item actus abſolutus entitatiuus, non informatiuus, licet extendatur vſus vocis *actus*, vt ſignificet rei cuiuſpiam entitatem. ita in propoſito, materia eſt potentia, & ſimul actus entitatiuus, & realiter ſuus actus metaphyſicus. 266

Vltimo oppones *Ariſtotelem* 1.de Gen. tex.11.7.met tex.8. & 8.met tex.3. & ibi *S.Thomam* & 1.p.q.66.a.1.c. & *S Auguſtinum* 12.Confeſſ.cap 3 & 6. & lib.de nat. boni c.18. dicentes materiam non eſſe actum, ſed potentiam; ergo, colligunt *Conimbricenſes* in illo art. nec *Ariſtoteles*, neque SS.*Patres* vllum actum entitatiuũ agnoſcunt, qui vel informans, vel perſe omnino extra materiam conſiſtens non ſit. Sed dico noſtros Præceptores tantũ velle, vt apparet ex contextu, materiam non eſſe actum phyſicum, qui ſimpliciter, & propriè actus dicitur, ponens materiam, quam informat, in determinata ſpecie; non autem negare materiæ entitatem ſuam, aut actus ſuos metaphyſicum, & entitatiuũ, quos illi ſemper dant per terminos æquipollentes. Ariſtoteles. S. Thomas. S. Auguſt. S. Thomas op.31.

Concludo ergo materiam primam nude conceptam, etiam ſine exiſtentia ſua modali propria, vel emendicanda à formis, eſſe quidem ſimpliciter, & propriè puram potentiam; quia ipſa in naturalibus compoſitis, non eſt *hoc aliquid*, Ariſtotelis neque *actus diſtinguens*, ideſt non eſt forma, neque actus informans, ſed locus, S. Thomae. potentia receptiua, & commune gremium, ac receptaculum formarum, dicĩ congruè poſſe entitatem, & eſſentiam, & actum entitatiuum eſſe, vel habere; quod ſi adhuc diſplicet nomen *actus entitatiuus*, quo ſignifico id ipſum, quod tu nomine *entitas*, voca vt voles, nam quæſtio, quæ ſupereſt, quando ambo

con-

concedimus materiæ entitatem poſſibilem, & actualem, diſtinctam a reliquis entibus, inutilis eſt, ac tota de nominis impoſitione voluntaria.

SECTIO VLTIMA.

Tradit compendio, quæ varijs in locis pronuntiauit Ariſtoteles circa materiam primam, & illuſtrat quæſtionem præſentem, ex applicatione, & explicatione quæſtionum reliquarum, iuxta regulas Logicæ realis.

267 AD perfectam notitiam materię operæ pretium duxi, *Ariſtotelis* definitiones, deſcriptiones, & attributa, quæ illi attribuit, breui declarare. egit vero *Ariſtoteles* de materia prima potiſſimum hoc lib. 1. & in 8. Metaphyſicæ.

Ariſtoteles S. *Thomas* *lect.* 15.

Primo ergo hic t. 82. ita eam declarat. *Dico enim materiam primum ſubiectum vniuſcuiuſque, ex quo fiat aliquid, cum inſit, non ſecundum accidens, & ſi corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimum.* ideſt, materia prima eſt primum ſubiectum recipiens in ſe formam quamlibet ad facienda compoſita per ſe, non per accidens, quorum eſt ipſa pars intrinſeca, manens intra ipſa, vt pote quæ eſt eorũ vnum primum comprincipium; ſiquidé omne compoſitum ex materia, & forma fit; quod ſi compoſitum aliquod corrumpatur, adhuc illa perſeuerat; quia materiam *incorruptibilem, & ingenitam neceſſe eſt ipſam eſſe.*

Ariſtoteles S. *Thomas*

Dicitur *materia prima*, & *primum ſubiectum*, tum quia eſt vnum e primis elementis, ex quibus compoſita fiunt modo dicto num. 120. tum quia eſt alia *materia ſecunda*, ex qua fiunt compoſita artificialia, v.g. pannus eſt materia ſecunda Sartoris; argentum, & aurum Argentarij; & ita ſunt cætera, in quibus inducunt artifices varias formas, & figuras.

Ariſtoteles 7 & 8. *m.*

268 Et quidem merito *Ariſtoteles* in tex. 69. explicat materiam primam, per analogiã ad ſecundam dicens, *Vt enim ad ſtatuam æs, aut ad lectum lignum, aut ad aliud aliquid habentium formam, materia eſt, & vt informe ſe habet prius quam accipiat formam artificialem, ſic hæc* materia prima, *ad hoc aliquid, & quod eſt, ſe habet,* ideſt, ad formas naturales, à quibus materia ponitur in aliqua determinata ſpecie; & 2. *phyſ.* tex. 26. dicit materiam relationem eſſe ad formam, ibi *amplius eorum, quæ ad aliquid materia eſt, ad aliam enim formam, alia materia.* nota quę diximus ſupra num. 231. nempe ſecundum Philoſophum, materiam ſpecificari à formis, per relationem ad ipſas.

Ariſtoteles 1. *Pol.* c. 13. S. *Thomas* *op.* 31.

Ariſtoteles

Secundo ipſe *Ariſtoteles* 7. met. cap. 3. tex. 8. per negationes declarauit materiã dicens, *materiam autem eam dico, quæ per ſe ipſam neque quid, neque quantum, neque aliud quidquam eorum dicitur, quibus ens determinatur.* ideſt, materia prima cum ſit potẽtia, ac de ſe indifferens vt ſit hęc, vel illa ſpecies, hic homo, vel ille equus, de ſe non eſt aliqua ſpecies. quod magis declarat dicens lib. 8. metaphyſic. cap. 1. *materiam dico, quæ non hoc aliquid eſt actu, ſed potentia,* ideſt, quæ non eſt ens aliquod definitum, vel determinata ſpecies, vt eſt homo, quod eſt iam determinatũ ens ratione formæ rationalis.

S. *Thomas*

Propter quod S. *Thomas* 1. p. q. 66. a. 1. c. dixit formam iunctam cum materia, facere *hoc aliquid*, ideſt vnum per ſe ſubſtantiale compoſitum in determinata ſpecie ratione formę, quam itẽ *Ariſtoteles* vocabat *hoc aliquid*, ideſt pertinens ipſa ad determinatam ſpeciem, & faciens quod ad eandem ſpeciem pertineat materia, cui ineſt, & quod ab alijs omnibus differat; dixit enim alibi *forma* vel *actus eſt qui diſtinguit;* vnde aiebat 8. metaph. cap. 4. *accidit vt materia exiſtente vna, diuerſa tamen propter mouentem cauſam efficiatur, veluti ex ligno. & arca, & lectus.* ideſt, quia intrant in eandem ſpeciem materiam plures formæ productæ à diuerſis cauſis, determinantes materiam, & ponentes in determinata ſpecie, ſingulæ iuxta genus ſuum, diuerſa reſultant compoſita.

Ariſtoteles 7. *m.* t. 49 S. *Thomas* 1. p. q. 45. a 7. S. *Auguſt.* *ibi.*

Non ſibi contradixit Philoſophus dicens hic tex. 66. quod *materia eſt aliquid magis, quam priuatio,* cuius ipſe rationem dedit, quia, ſcilicet, ex materia partim fit cõpoſitum, ex priuatione vero, nullo modo; imo vero, vt materia accedat expedita ad complexus formarum, dicit t. 80. & 81. quod *deſpicit*, & omittit priuationem, quæ illi eſt impedimento ad formas, quas appetit, vt mater in gremio recipiendas. 269

Ariſtoteles S. *Thomas.*

Tertio docuit *Ariſtoteles* lib. 4. Phyſic. t. 84.

Digitized by Google

Ariſtoteles 1. de Gen. t.54. t.84. quod *eſt materia ſuſceptiua contrariorum calidi, & frigidi. & aliarum naturalium contrarietatum;* vnde oritur axioma, *contraria ſunt circa idem*, quia nimirum *materia prima*, mediante quãtitate, quam docet hoc libro eſſe proprietatem perpetuo annexam materiæ, recipit varias combinationes quatuor primarum qualitatum, quæ contrariè opponuntur, vt ſic diſponatur ad receptionem formarum. Et ideo materiam comparat
Ariſtoteles generi 2. de Gen. tex.54. quia ſicut genus ſubſtare ſolet differentijs diuerſis, etiam contrarijs, & ab eis contractum ad certas ſpecies coerceri, ita materiæ contingit dum ſuſcipit contrarias, & diuerſas diſpoſitiones, ac formas. nam *& ipſa*
S. Thomas *materia dicitur genus*, ait ibi S. *Thomas*, non *quidem prædicabile, ſed dicitur genus, ſecundum quod genus dicitur ſubiectum primum, quod ſubſtat duobus contrarijs, aut pluribus*, vt leges in *Tripartita* à n.731
Ariſtoteles S. Thomas ibi. Quarto dixit *Philoſophus* in tex.80. *materia permanens cum forma cauſa eſt corũ, quæ fiunt, ſicut mater*, vbi caute aduerte æquiparari ab eo materiam matri, exẽplo ſui magiſtri *Platonis*, in quantum in gremio ſuo ſuſcipit formas, ſicut & illa filios; non vero, quia materia faciat, vel influat in formas, eas alendo; ſupponit enim *Ariſtoteles* aliunde fieri, quando dicit, *eorum, quæ fiunt*, non à materia, ſed ab agentibus naturalibus, licet in materia fiant ab eis, & ex ipſa inexiſtente; quam propterea appellat Auguſtinus
S. Auguſt. *formabilem, & formatricem rerum*.

270 Quinto licet *Ariſtoteles* tex.7. appellet *materiam quidem prope, & quodammodo ſubſtantiam* quia, ſcilicet, eſt deſpicatiſſima, ſubſtantiam tamen abſolutè appellauit 8. met cap.1. dicens *quod autem materia ſubſtantia ſit, apertum eſt*, nam ſi materia ſubſtantia non eſſet, non poſſet cõponere vnum per ſe ſubſtantiale cum forma, ſiquidem ad hoc requiritur compartes eſſe eiuſdem prædicamenti; ideo Petrus eſt vnum per ſe; quantitas vero alba, nequaquam, vti dicitur infra à num.355.
Ariſtoteles S. Thomas ibi & infra n.363.

Qui plura volet de attributis, & nominibus *materiæ*, adeat commentariola in Ariſtotelem *Sanſlori* medici lib.8. c.3. & Patres *Conimb.* 1. Phyſ. cap.9. q.2. a.3. & alios paſſim, ſed præſertim legat in *Tripartita* à nu.1049. regulas *Ariſtotelis*, atque *Raymundi*, circa ea, quæ quærenda
Ariſtoteles
ſunt de quolibet ente, vt intimius penetretur; & eiuſmodi quæſtionibus factis de materia, reſpondeat, ſi poteſt, ſin minus, interroget ſapientiores ſe. & notet *Tellez* d.22. ſect.5. à num.10. prætendere cum S. *Thoma*, *Vaſquez Fonſeca* & *Suarez* materiam nobiliorem eſſe quolibet tã ſupernaturali accidenti, quod reijcit *Granado* de Grat. t.4. d.5. cum ipſo S. Doctore, & merito,
S. Thomas 12. q113. a 9 ad 2.

QVAESTIO III.

De Forma ſubſtantiali, quæ eſt principium, ſeu elemẽtum compoſiti naturalis: de eius ſpeciebus, & proprietatibus; ſed prius de nomine Forma.

S. Auguſt. categ. c.12

Licet ſepe alias nomen *forma* ſignificet, tum pulchritudinem, ideſt, qualitatum complexionem, & mixturam cum oris colore; tum qualitates omnes accidentales, quæ formæ accidentales dicuntur; tamen in præſenti refertur ad ſignificandam præcipuam partem ſubſtantialem compoſiti, quæ materiam primam informat, & conſtituit indeterminata ſpecie, atque ab alijs diſtinguit, de qua pulchrè tractarunt noſtri Præceptores locis afferendis, præſertim S. *Thomas* hic in *Alamanio* q.4. & in ſpeciali *tractatu*, qui extat ad finem tomi 2.
S. Thomas op.31. & 32

SECTIO I.

Declarat an Forma ſubſtantialis exiſtat, quid ſit, quotuplex, propter quid, & à quo ſit.

271 Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas
Ariſtoteles, & cum eo *Communis* contra *Galenum*, & alios antiquiores, qui, vt refert *Suarez* in met. diſp.15. ſect.1 num.4. formas ſubſtantiales ignorarunt, firmiter tenet eas exiſtere, & manifeſtum videtur; etenim formæ ſunt illæ compartes animantium, & aliorum compoſitorum, quæ in eis ſunt cauſæ operationum, quæ in tanta diuerſitate nequeunt prouenire à materia, quæ communis eſt omnibus, & actiua non eſt. Prætere a quis neget feciſſe abſentiam animas hominis, & equi à corporibus, quando

Q cada-

cadauera viſuntur, in quibus nec manet eſſentia hominis, nec eſſentia equi, manifeſtum ergo ſignum eſt pertinere ad hominis, & equi eſſentias, formas, & animas abſentes.

Præterquam quod fides docet in homine eſſe animam rationalem, quæ eſt vna pars hominis, & quæ eius corpus informat, ergo in reliquis compoſitis etiã exiſtunt ſuæ formæ. probatur conſequẽtia, quia ratio naturalis, quæ ſuadet in compoſito humano in eſſe ſuam formã, ſuadet in alijs ineſſe ſuas. Sed nota diligenter pro tota Philoſophia, Fide Diuina, & Scriptura Sacra iuuari maximè imbecillitatem ſcientiæ noſtræ; quare dũ non poteris, pete fundamentum ex illa, nam ſine illa, vt tutè vides, plura opinamur, & pauciſſima ſcimus, etiam quæ certas exiſtimamus.

Forma vero *in communi eſt ſubſtantia ſimplex incompleta actus phyſicus materiæ, vnum per ſe cum ea conſtituens.* ita definit *Suarez* diſp.15.citata in ſect.5.& *Communis.* dicitur forma *ſubſtantia,* quia eſt de prædicamento ſubſtantiæ, & accidens nullo modo poteſt eſſe; neque enim ex materia ſubſtantiali, & aliquo accidenti fit homo neque leo, aut aliud ſubſtantiale compoſitum per ſe. Dicitur ſecundo *ſimplex,* & *incompleta;* ſimplex quidẽ, quia non eſt integrum cõpoſitum, ſed vna eius pars, quæ incompleta dicitur, quia eſt cõpars ordinata ad componẽdum vnum totum, & completum cum materia.

272 Hic aduerte, quod olim dixi in *Tripartita* nu.796. non eſſe contra rationem ſubſtantiæ, ſubiectari in altero, ac eam informare; quando enim definiebam ſubſtantiam, *eſſe ens per ſe ſubſiſtens,* id feci cum intentione excludendi ab omni ſubſtantia, inhærentiam, mediante qua, accidentia vniuntur cum ſuis ſubiectis, & eis inhærent, non vnionem ſubſtantialem informantem.

Tertio dicitur forma *actus phyſicus materiæ,* actus, quia actuat, determinatque materiam de ſe indifferentem, in determinata ſpecie ab alijs diſcreta; ideo dicitur communiter à Philoſopho *actus eſt qui diſtinguit.* phyſicus autem, quia realiter diſtinguitur à materia, ad differentiam actus entitatiui, quem dicebamus ſupra num.262. eſſe ipſam entitatem rei. Demum dicitur forma *vnum per ſe conſtituens cum materia,* quæ verba clara ſunt: ſed tamen obiter aduerto, quod vnio, mediante qua conſtituitur compoſitum ex materia, & forma, non eſt forma ſubſtantialis ex his, de quibus modo tractamus; quia licet ſit ſubſtantia ſimplex incompleta, & actus phyſicus ſuo modo, non conſtituit compoſitum, ſed eſt ratio formalis, qua materia, & forma illud ſe mutuo dãdo conſtituunt; ſicut actio non eſt agens, ſed ratio formalis, qua agens agit.

Ariſtoteles 7 m t.49. S. Thomas

Multiplex eſt forma; alia eſt ſpiritualis, vt anima rationalis; alia corporea, vt anima equi, ſeu forma lapidis; alia eſt corruptibilis, vt forma leonis; alia incorruptibilis, vt forma cæleſtis, & anima rationalis. Deinde ſunt multæ formæ differentes in numero, & in ſpecie, nam primo in ſingulis hominibus ſingulæ ſunt formæ numero differentes; & ita in alijs indiuiduis cuiuſuis ſpeciei. Deinde certũ eſt animas rationales ſpecie diſtingui ab equinis, & leoninis, & à formis reliquis viuentium, & non viuentium, & ſimili diſtinctione differunt iſtæ ab ſe inuicem. 273

Ratio eſt facilis; nam illæ formæ ſpecie differunt, quæ ſunt radices diſtinctarum operationem in ſpecie; ita ſunt prædictæ formæ, ergo ſpecie diſtinguuntur; quare ſit vobis certum ſignum diſtinctionis ſpecificæ formarum, diuerſitas, non quidem vnius, vel alterius operationis, ſed collectionis omnium; ita quod illa forma ſit diſtincta ab altera in ſpecie, quæ ſit radix diuerſę collectionis operationum, cuius non eſt altera, & quidem, ſi obſeruatis, vti decet Philoſophos; ſenſus ipſi corporales, à quibus incipit noſtra ſcientia *oculi præſertim,* plures rerum differentias vobis indicabunt, & ducent in notitiam rerum, ſiue formarum multarum, ſed maximè conſulendi ſunt boni libri, atque Magiſtri.

Ariſtoteles 1. M t. 1. S. Thomas ibi.

Forma quæcunque eſt propter ſuas operationes, iuxta vetus prouerbium *eſſentia, & potentia ſunt propter operationes;* operationes formæ ſunt tum informare materiam, ac illam indeterminata ſpecie cõſtituere, & cum illa conſtituere compoſitum, tum potiſſimum varij effectus, qui à forma proficiſcuntur, iuxta cuiuſlibet formæ naturam. Anima rationalis E.C. informat materiam, cum ea conſtituit hominem; deinde ſentit, intelligit, amat, & alia ſexcenta mirabilia facit;

S. Thomas 1. p. q. 105. a. 5.

& ita

Digitized by Google

& ita faciunt proportione ſua, formæ reliquæ viuentes, & non viuentes.

274 Denique forma, quia vnum principiū eſt compoſiti naturalis, nequit eſſe ex alio tanquam ex intrinſecè conſtituente, ideſt, in genere cauſæ formalis, in quo ipſa conſtituit compoſita; producitur tamen à varijs agentibus, v.g. anima rationalis à *Deo* fit per creationem, in materia, licet independenter ab ipſa; reliquę formę corporeæ fiunt à ſuis vnaquæque naturalibus agentibus, per actiones generatiuas, quas *eductiuas* vocant; & ego iam declaro.

SECTIO II.

Oſtendit quid ſit educi formas de potentia ſubiecti; & quæ formæ educantur; vbi quo modo differat eductio à creatione, & ſit ſati[?] cuidam argumento.

S. Thomas 1.p.q.90. a.2.

EDuci formas de potentia ſubiecti, ſiue materiæ, eſt produci dependēter à materia, in qua productæ recipiuntur; ita vt eductio ſit actio neceſſario petens ſubiectum, in quo ponat formam, quam producit. & quidem eſſe eductiones actiones omnes, quibus producunt ſuas formas agentia naturalia, inde conſtat, quod nullum agens ob ſui limitatam vim, poſſit efficere, niſi in ſubiecto, ac dependenter ab ipſo; quamuis enim equus, v.g. vel etiam ſol nō dependeant, vt ſint, ab extrinſeco ſubiecto, veruntamen eo ipſo, quod aliquid operari conētur, neceſſario indigent ſubiecto, in quo quidquid produxerint, reponant. vt tradunt ſupra a num. 119. tres noſtri Præceptores, & *Communis*.

Ariſtoteles S. *Auguſt.* S. *Thomas* 12. q. 112. a.2.

Hoc ita eſſe monſtrat item quotidiana experientia, nunquam enim vidimus formam ſubſtantialem, vel accidentalem produci extra ſubiectum, a creatis agentibus; ſanè celebre, & perantiquum vocabulum *educi*, vel *eductio* formæ de materia, ſuſpicor ortum habuiſſe ex ordinario illo recurſu, quem ad ſubiectum habere hæc agentia viſa ſunt, vt operentur; quaſi in eō ſubiecto formas ſuas latitantes, & incluſas recognoſcerent, vnde eas extraherent, educerentque foras; quamuis re vera eas denuo producant in ſubiecto.

Niſi dicatur, quod vero ſimilius videtur, hoc vocabulum *educi*, inuentum eſſe, & vſurpatum ab antiquis Philoſophis, infra referendis, vt cum eo declararent ſuam antiquatam, & pluſquam falſam opinionem, qua opinabantur formas omnes ante operationem agentium, re vera latitare multo antea, in materia, vel ſecundum earum eſſe perfectum, vel certè ſecundum eſſe inchoatum, & imperfectum; quæ opinio ſi vera foret, verbum *educi*, perinde eſſet, ac extrahi formas, ac edi in lucem; idemque verbum remanſiſſe apud nos, non quidem illud ipſum ſignificando, ſed aliud longe diuerſum, nempe idem, quod produci quidquam omnino de nouo in ſubiecto dependenter ab ipſo. Quapropter hi termini ex vſu bono, & beneplacito Philoſophorum noſtri temporis, ſynonymi debent eſſe, licet alias diuerſa ſignificent, *Educi formam de ſubiecto, produci formam dependenter à ſubiecto. Eductio formæ de ſubiecto, productio formæ dependenter à ſubiecto.* 275

S. *Thomas* 1.p.q.45. a.8.

Ratio prima, quæ probat ita eſſe eductionem, ſic eſt. eductio non eſt alio modo; ergo modo declarato eſt. antecedens probabitur in ſectione ſequenti. Secunda ratio eſt. quia Eductio formæ eſt oppoſita creationi; ergo definienda ſic eſt. *Eductio eſt actio neceſſario poſtulans producere formam dependenter à ſubiecto, in quo recipiatur*; quoniam creatio hoc modo oppoſito definitur; *Creatio eſt actio producens formam vel effectum independenter à ſubiecto, in ſubiecto, vel extra illud*, tota præcedens doctrina conformis eſt S. *Thomæ*, vt videre eſt in *Alamanio* hic q.3 a.12. & 13. S. *Auguſtino* allegato ſupra 110. & *Ariſtoteli* vbique, *Caietano* conciliante *Scotum* cum S. *Thoma* 1. par. q.90. a.2. & *Communi*.

S. *Thomas* 1 p.q.90. a.2. ad 2. S. *Auguſt.* *Ariſtoteles* hic c.3.

276 Ex dictis infertur primo, non ſolum agens eductiuum, & actionem eius, neceſſario petere ſubiectum, & ab eo pendere, vt in eo formas producant, ſed etiā formas ipſas petere ſubiectum, & ab eo, tanquam à comparte ſocia, dependere.

Infertur ſecundo formas omnes ſubſtantiales ſublunares (excepta rationali) educi de potentia materiæ, quia eæ omnes producuntur ab agentibus limitatis, quæ nihil producere poſſunt extra ſubiectum, & propter eandem rationem formæ omnes accidentales educuntur

etiam de potentijs ſubiectorum, nunquã enim aliqua qualitas producta eſt ab agẽti naturali, extra quantitatem, quæ dicitur *commune ſubiectum* accidentium diſponentium ad formas ſubſtantiales, & reſpectu eorum eſt veluti altera materia. Quantitas etiam ipſa non poteſt produci independenter a materia, per vires agentis naturalis. bene tamen diuinitus, vt apparet in almo Eucharistiæ Sacramento, vbi quantitas panis, & vini perſeuerat, à Deo miraculoſe conſeruata ſine ſubiecto. Adde quod formas ſupernaturales accidentales educi de potentia ſuorum ſubiectorum, nempe, gratiam, virtutes fidei, ſpei, & charitatis, & alias, docuerunt PP. *Suarez* d. 15. metaph. ſect. 2. *Granado* 12. de gratia, t. 4. d. 7. cum *S. Thoma* ibi, *Tellez* d. 23. ſect. 3. *Arriaga* hic d. 3. à num. 38. *Molina, Valentia, Torres, Vaſquez*, & alij communiter cuius ratio eſt, non limitatio agentis *Dei*, ſed eius beneplacitum, volentis ſe accommodare naturis ſimilium rerum, quæ appetunt ſubiectis inhærere.

S. Thomas p. q. 77. a. 2. c.

S. Thomas q. de Vir. a. 10 ad 13

Infertur tertio formas cęleſtes eductas fuiſſe à Deo, de potentia materiæ primæ in principio temporum, licet enim, quando Cæli conditi ſunt, eorum materiæ, & formæ ſint comproductæ, bene potuerunt ex formæ produci dependenter ab ejs materijs; nam ſolemne eſt dependere effectum à ſimili cauſa, in primo inſtanti, in quo eſt, vt contingit intellectui, & voluntati, quæ pendent ab anima, ab eo primo inſtanti, in quo cum anima ſimul eſſe cæperunt, ab ea dimanantes. conſentiunt pleraque cum *Rubio, Vaſquez, Tellez, Hurtado*, contra *Suarez*, & plures Thomiſtas, quos ſequitur *Colleg. Compl.* putans imitari *S. Thomam*, & Philoſophum.

Ariſtoteles de cælo.
S. Thomas 1 p. q. 46. a. 3.

277 Sed oppones. Cæli, imo & terra creduntur à Deo produiſſe per creationem, teſtante Moſe *in principio creauit Deus Cælum & terram*; & ideo dicuntur communiter ex formæ *concreata* cum materia; ergo formæ Cælorum, & terræ eductæ non ſunt de potentia ſuarum materiarum, probatur conſequentia, quia quidquid eductum fuit, generatum fuit. & vice verſa, ſed Cæli & terra non ſunt generata; ergo neque educta. Probatur maior: quia educi, & generari, ſicut eductio, & generatio idem ſunt.

Reſpondeo ibi verbum *creare*, vel ſumi late pro qualibet productione, vel cadere ſupra materias cælorum, & terræ, quæ creatæ propriè ſunt. quare non eſt *Sacra Scriptura* contra nos, qui confitemur tunc materias cælorum & terræ, fuiſſe creatas propriè, id eſt, productas de nihilo, & in principio *Deum* creaſſe cælum, & terram, id eſt, produxiſſe, & item concreaſſe, vel comproduxiſſe formas ipſas cum ſuis materijs, neque enim aliquam materiam Deus creauit informem, aut ſolitariam vti ſupra n. 258 docuerunt nos *S. Thomas*, & *S. Auguſtinus*.

S. Thomas 1 p. q. 45. a. 4.

S. Thomas
S. Auguſt.

Ad probationem, data maiori, nego minorem; nam ſupra oſtendi num. 114. terræ, ac cælorum eductiones, fuiſſe proprie generationes. ad id, quod additur, quod poſtulat, vt dicamus an ſint idem eductio, & generatio, reſpondeo omnem generationem eſſe eductionem; quia omnis generatio producit ſuam formam dependenter a ſubiecto; non vero omnem eductionem eſſe generationem, vt patet, quia generatio ex conceptu ſuo eſſentiali connotat in ſubiecto priuationem, vel negationem formæ, quam generat, quia eſt *tranſitus de non eſſe ad eſſe*; non ita eductio, quæ ſolum contenta eſt, ſi producat formam dependenter à ſubiecto, quantumuis ab omni priuatione, & negatione libero; id quod item ex *Rubio* notat *Tellez*, & ideo actio, qua Deus produceret ab æterno equum, eſſet eductio, non vero generatio, quia neque negationem, neque priuationem potuit connotare. leges ſupra num. 116. ſi ſcire voles, an ſimiliter eductio, & generatio ſpecie diſtinguantur.

Ariſtoteles

Infertur quarto, animam rationalem, & ſi qua alia forma eſt, quæ connaturaliter poſſit produci, & exiſtere extra ſubiectum, non educi de potentia eius, quamuis contingat eam creari in ſubiecto; vnde dicitur communiter, & à *S. Thoma*, vt habes in *Alamanio* hic q. 3 a. 13. fine. *fieri animam rationalem in materia, ſed non ex materia*, neq. ex ea educi, neque produci dependenter à ſubiecto; quæ propoſitiones idem ſonant; actio enim creatiua non petit eſſentialiter ponere effectum, quem creat in aliquo ſubiecto, ſicut petit actio eductiua; videtur tamen, attenta diuina Prouidentia ordinaria, prærequiri ad primam productionem animæ rationalis, materiam organizatam, veluti neceſſa- 278

S. Thomas 1. p. q. 90. a. 2.

Digitized by Google

ceſſariam conditionem, & ſine qua non, de quo leges *S.Thomã* 12.q.112.a.2.ad 3.

S. Thomas

SECTIO III.

Proponit, & refellit opiniones aliorum circa eductionem formarũ à materia; & eorum argumentis occurrit.

Ariſtoteles *S. Thomas* 1 p q 45. a 8 & 3 de P. a. 8.

QVorundam, quos referunt *Ariſtoteles* hic, cap.4.& S. *Thomas* ibi, & in *Alamanio* q.3.a.12. opinio fuit latitare, & cohabitare mixtim, & confuse omnes formas in materia, ab initio, & ab agentibus naturalibus non denuo produci, ſed extrahi foras, & in lucem; & conſequenter eductionem tantum eſſe educi formas de occulto ad manifeſtum.

279 Falſa eſt hæc opinio, quia inde ſequeretur materiæ partem quamlibet ſimul informari infinitis formis, quas educi de potentia materiæ poſſibile eſt; & actu *Socratem* eſſe hominem, equum, leonem, aſinum, bouem, ferrum, & cætera compoſita naturalia. Patet, quia homo, equus, leo, aſinus, & bos, & cætera, eſt, qui eorum animantium formas habet, ſed hoc eſt ridiculum, & falſum iuxta dicta n.154 ergo illud, ex quo ſequitur; neque proficit reſpondere eas formas latitare, & non apparere, quia æque falſum eſt Petrum ea omnia animalia, & compoſita eſſe interius, nemine cernente, atque exterius, & coram omnium oculis quare eductio nequit eſſe hoc modo, ſed illo à nobis declarato.

S. Thomas Atque eodem modo refutãda eſt aliorum opinio, quos ſuppreſſo nomine citat *S.Thomas* vbi ſupra in *Alamanio*, & *Durandus* in 2.diſt 18.q.2.dicentium formas omnes exiſtere in materia ſecundum quoddam eſſe imperfectum, vel rationẽ ſeminalem. Tenendum enim firmiter eſt in materia ante generationes, nihil eſſe formæ rationalis, neque leoninæ, neque alterius cuiuslibet, quantumuis imperfectum, inchoatum, & ſeminale fingatur, ſed ſolam ibi eſſe capacitatem, & gremium ad formas, quando generentur, recipiendas; ideo dixit S. Doctor cũ

S. Thomas *Ariſtoteles* Philoſopho 1 p.q.115.a 8. *formas in materia non eſſe actu ſed potentia*, quamdiu eaſdem materia priuationem habet. conſentiunt noſtri omnes Authores, & *Peripatetici* fere omnes, vt videbis apud *Conimb* hic c.9.q 12.a 4.

Secundo conuincuntur falſitates iſtæ ambæ opiniones, Etenim conatus nouus agentis naturalis, quem ſine dubio adhibet quando operatur, & noua actio, qua agit, dum formam producit, aut educit à materia. aliquem terminum nouum debet habere; ſed non alium habet, niſi formam, formam ergo non tantum extrahit, quaſi iam ab initio productam, & in materiæ ſinu latentem, vel ſecundum eſſe inchoatum, & ſeminale, ſed omnino de nouo producit. *S. Thomas* *q 3. de P. a.8 c.*

Sed contra opponitur nobis primo, quod dixerit S *Auguſtinus* lib.3. de Trin. cap.7.& 8. *omnium, quæ ad oculos noſtros prodeunt occulta quædam ſemina in elementis mundi latere*, ergo in materia, quæ eſt vnum elementum rerum harum corporearum, latitant formarum ſemina, vel inchoationes. 280 *S. Auguſt.*

S. Thomas Sed S. *Thomas* 1 par. q.115 ar.2 & in 2. diſt.19.q.1.a.2. ad mentem *Auguſtini*, & ſuam, tradidit prædicta ſemina, ſiue ſeminales rationes, nihil eſſe aliud, quam naturalium cauſarum paſſiuarũ, & actiuarum potentias, in quibus effectus naturales, ſeu formæ, quæ quotidie generantur, veluti in ſeminibus continentur, aut formaliter, aut eminenter; atque ex his diſtinguendum erit conſequens.

Opponitur ſecundo, educi, vt vocabulum præ ſe fert, non eſt de nouo quidquam produci, ſed quod iam productum fuerat, inde vbi erat extrahi ac in lucem edi; ergo agens, dum formas educit, non eas producit, ſed tantum edit in lucem. Reſpondetur verbo *educi* ſignificari vtrũque, ſcilicet, & in lucem edi, quod iam productum fuerat, & formaliter antea præexiſtebat, qua ratione dicitur bene, à famulo educi equum ab ſtabulo, & inſuper eodem verbo ſignificari edi in lucem, quod non præexiſtebat vllo modo in materia, neque formaliter, neque in virtute ſeminali, illud producendo omnino de nouo, dependenter tamen à materia.

Opponitur tertio, ſi nihil formæ equi præexiſteret in materia, in qua de nouo apparet forma equi, poſt eius generationẽ ſequeretur creatio formæ equi; hoc eſt falſum; ergo illud, ex quo ſequitur. Sequela probatur, quia id omnino creatur, cuius præceſſit nihil.

Re-

281 Reſpondeo negando ſequelam; non enim creatur quidquid de nouo totaliter producitur (ſecus illa pars formæ equi, v.g. quæ de nouo producitur, & præexiſtenti ſuperadditur, quando ſe nutriendo creſcit equus, crearetur; quia ea pars totaliter de nouo producitur, & antea non erat) ſed illud creatur tantũ, quod producitur independenter à ſubiecto, ſiue quod non educitur de ſubiecto, etiam ſi contingat, dum creatur, reponi in ſubiecto. Vnde ad ſequelæ probationem dico nõ ſat eſſe ad hoc, vt res vera creetur, quod ſui præceſſerit nihil vtcunque, ſed vlterius requiri, quod producatur independenter à ſubiecto. Quare anima rationalis, & anima equi in hoc, ante earum productionem ſunt pares, vt nihil earum fuerit, ſed diſpares ſunt in eo, quod rationalis producitur indepẽdenter à ſubiecto, ideſt per actionem non petentem animam vniri cum materia; Equina vero producitur dependenter à ſubiecto, ideſt per actionem petentem eam produci vnitam cum ſubiecto.

S. Thomas. 1. p. q. 45. a. 8.

Sed vrges, etiam anima rationalis, & aliæ, quæ creantur, educuntur, ſi non de potentia materiæ, de potentia agentis; ergo eductio non impedit, quod res educta creetur; ergo agentia naturalia, non ideo non creant formas, quia producant eas dependenter à ſubiecto; ſed quia nihil formarum præextitit in materia.

Reſpondeo conceſſo antecedenti, diſtinguendo conſequens, Eductio de potentia agentis rem producentis, non impedit rem creari, concedo conſequẽtiam; Eductio de potentia materiæ, vel ſubiecti, non impedit, nego conſequentiam; vnde agentia naturalia ideo non creant formas, quia illas educunt neceſſario de ſubiecto: Deus vero creat Angelos, & animas rationales, quia eas producit independenter à ſubiecto, ideſt, per actiones, quæ ex natura ſua non petunt producere res in aliquo ſubiecto, ſed de nihilo; quod perinde eſſe in propoſito, tradunt omnes.

282 Vrgebis ſecundo, anima equi non pendet a materia; (& idem aſſeritur de quauis forma corporea) ergo non educitur, ſed creatur. antecedens ſuadetur primo, quia ſimilis dependentiæ ſignum non videmus. ſecundo, paritate, quoniam anima rationalis, & quãtitas Chriſti D. in Euchariſtia, à materia non pendent, ſiquidem æque connaturaliter perſeuerant, atque eadem actione conſeruantur extra ſubiectum, atque in ipſo. vt bene proſequitur *Molina* 1.p.q.45 a.1. & fuse *Leſsius* probans illud prius antecedens lib.3. de ſum. bono a num.49.

Reſpondeo negando antecedens, nam formæ corporeæ, vt pote corruptibiles à materia pendent in fieri, & conſeruari, & ideo diſcendentes à materia, corrumpuntur, neque vadunt in locum alium; & hæc eſt hominum perſuaſio communis; quis enim vnquam dixerit ignis aqua reſtincti, formam aufugiſſe, & in tutiorem locum ſe recepiſſe, vel fugæ huius vidit indicium, vt puta alicuius lucis vel caloris per viam producti? quare nego item conſequentiam.

Ariſtoteles 1. de Gen. t. 17. 23. & 24. & ibi. S. Thomas & 1. de cal à t. 126.

Ad probationem dico ſignum dependentiæ formæ corporeæ a materia eſſe corruptionem ipſius, quam fermè ſentimus. ad paritatem de anima rationali, & quantitate, diuerſo modo dicendum; etenim anima rationalis ratione ſui eſſe ſpiritualis, & immortalis à ſubiecto non pendet, & ideo creatur à Deo in materia organizata, & ab ea ſeparata conſeruatur eadem actione, iuxta dicta ſupra num.256. quantitas vero illa miraculosè conſeruatur, quia eſt imperfectum ens accidentale, omnino pẽdens à ſubiecto, eique petens inhærere; & ideo quando Deus vellet, vt poteſt, formas corporeas producere, aut conſeruare extra ſubiectum, deberet illis dare eſſe actione miraculoſa. Alia opinio aſſerentium eductionem eſſe influxum ſubiecti in formas identificatum cum actione agentis, repellitur infra à n.522.

283 Aduerto hic infirmitatem ſcientiæ noſtræ, fulciri a fide diuina, quæ docet animas rationales immortales eſſe, & a corporibus ſeparatas perdurare, non ſic Brutorum, nec formas reliquas, quæ ſub Cælo ſunt, quod notant SS. Patres, & Interpretes ad *Eccleſiaſtæ* c.3 v.19.20.& 21. vt vides in *Cornelio* & probat *S. Thomas* 1.p.q.75. a.6. ad 7. & tu ex parte vides in diluuio, quando ſine dubio innumeræ animæ viuentes corporeæ, omnino perierunt, id quod manifeſtè colligitur ex imperio Dei iubentis aliquot animalia, in arca reſeruari.

S. Thomas

SECTIO

SECTIO IV.

Tangit breui reliquas quæſtiones, quæ tradi hic ſolent ab aliquibus circa formas ſubſtantiales, & à nobis ex parte ſupra deciſa ſunt; & proponit Ariſtotelis definitionem, & Effata circa ipſas formas.

HIc quæri ſolet primo, an in quolibet ſubſtantiali compoſito, de facto inſit vna forma ſubſtantialis, an plures; & reſpondetur quod eſt vna ſola. Secundo, an plures formæ huius, vel alterius ordinis, poſſint eſſe ſimul in eadē parte materiæ, per diuinam potentiam; & communiter reſpondetur affirmatiuè. Tertio quæritur, an iſtæ plures formæ eſſent in potentia naturali, vel obedientiali materiæ, & reſpondetur vnam debere eſſe in potentia naturali, reliquas in obedientiali, & hoc ita fore ſi formæ ſint ex hoc ordine, nā ſi eſſent alterius, omnes erunt in potentia obedientiali, vacua manente potentia naturali.

Quarto quæritur an vna ſola forma poſſit informare materias plures numero, vel ſpecie; & reſpondeo affirmatiuè, quia non video implicationem, ob quā id denegem diuinæ omnipotentiæ. quærebamus etiam ſupra à num. 225. an vna forma poſſet vniri cum alia, & affirmauimus, quia maius vidimus miraculū, nēpe **Chriſtum**, qui propter hoc etiam dici potuit ab **Euthimio** in Mat. ***ſolutio omniū difficultatum***.

284 Quinto quæri poteſt, an caſu, quo Deus conſeruaret duas formas incompoſſibiles in eadem materia, deberet impendere vberiorem concurſum ordinario, verſus vnam, aut alteram, aut verſus vtramque: & reſpondeo negatiuè, etenim, vt fusè declaro infra tractando de modo, quo agentia contraria pugnant, & ſe debellant inuicem, ſufficiunt ordinarij influxus, quibus formæ contrariæ, v.g. calor, & frigus in ſuis locis ſeparatim conſeruantur; neque enim calor trudet frigus à ſubiecto, ſtante diuino illo influxu ſufficienti; ſiquidem nequit Dei vires minuere, & aliunde formaliter frigori nequit reſiſtere, ſuppoſito miraculo; ideſt, Dei eleuatione, qua produxit vnionem frigoris in eodem ſubiecto caloris; cum ergo frigori non aduerſetur vlla contrarietas, ideſt, neque formalis reſiſtentia, neque effectiua etiam in præſentia caloris, non indigebit fortiori conſeruatione, licet aliunde valde dubito, quod poſſit cauſa, quæ operatur tranſeunter, producere effectum in eodem loco, in quo ipſa eſt, dè quo tamen infra ſermo redibit.

Sexto quæris tu curioſius, an quando in vna materia forent plures formæ, v.g. forma hominis, & forma leonis, equi, aquilæ, & ſerpentis, deberent omnes exterius apparere, vel aliqua ſui ſigna dare. Reſpondeo primo id neceſſarium non eſſe, ſed ſat eſſe appareat homo ſolus; licet mille alias formas illa habeat; patet in homine, in quo inſit legio dæmonum, quos non omnes ſentimus: neque ſcimus ineſſe in aliquo energumeno, vel exiſtenti in peccato mortali.

Reſpondeo ſecundo, poſſe contingere, vt aliqua indicia plurium formarum, videantur in corpore, vbi ſunt plures formæ, ſi, nimirum, ibi ſint cum ſuis connaturalibus temperamentis, & coloribus, nam cum ſuis completis figuris, & membris omnia ea compoſita exiſtere, & apparere impoſſibile videtur; quo modo enim figura hominis erit ſimul cū figuris leonis, ſerpentis, elefantis, & aquilæ, ni Deus materiā eandem ponat in pluribus locis, & in vno loco illi vniat animam rationalem, & in alijs alias, addendo aliunde partes materiæ, quæ neceſſariæ videantur, iuxta magnitudines differentes eorum animalium.

Vltimo quærunt aliqui, an vna ſola 285
forma ſit in omnibus, & per omnia naturalia compoſita; & pars affirmans tanquam error in Philoſophia, & in fide, ab omnibus exploditur, & ſapienter ab **Arriaga** hic diſp. 3. à num. 42. accedamus nos ad doctrinam **Ariſtotelis** circa *S. Thomas*
formas. *1. p. q. 75.*

Ergo **Ariſtoteles** 2. lib. Phyſ. cap. 3. t. 28. *a. 2. c.*
ita deſcribit formam, ***hæc autem eſt ratio*** *Ariſtoteles*
ipſius, quod quid erat eſſe, ideſt forma eſt ratio quidditatis, & id, in quo cuiuſcūq; compoſiti eſſentia præcipuè continetur; & id, quod rei eſſentiam conſummat, & *Ariſtoteles*
abſoluit, & ***ab alijs diſtinguit***, diſtinctāq; *7. m. t. 49.*
denominat, ſiue tribuit nomen, ac denomi- *& 16.*
nationem, vt inquit 2. de Gener. tex. 4. & *S. Auguſt.*
ideo addit 3. Phyſ. tex. 67. & lib. 4. cap. 14. *83. qq. q.*

pro-

proprium eſſe formæ materiam *terminare, ac continere*, quia, ſcilicet, materiam, quæ ex ſe eſt vaga, diffluens, & ad varia compoſita indifferens, coercet, ac in ſpecie certa definit.

S.Thomas 1.p.q.45.a.7.c.

S.Thomas in *Alamanio* hic q.4.a.2. prætendit quod *Ariſtoteles* in illo tex.28. formam bene definierit, ſed ea definitio curta videtur, niſi ſubintelligantur illa prædicata expoſita à nobis ſupra num.271.

Deinde hic t.81.vocauit *formam diuinum quoddam bonum, & appetibile*; eſt forma diuina, quia eſt Dei participata quædam ſimilitudo, perfectior multo, quã materia; ſicut enim Deus eſt actus, & omnipotens, ita etiam modulo ſuo forma eſt actus, & operatoria, ideo bene tradunt *Conimb* 2.lib.Phyſ.cap.1.q.5 a 2.

Ariſtoteles

fine. quod *Ariſtoteles* appellat *formas naturales actuoſas*, & quaſi *viuas*, quia ſcilicet, ſunt operatiuæ, ad differentiam formarum artificialium, quę ineptæ ſunt ad operandum; ob quod etiam dicta eſt à *Platone* forma *ſeboles diuina*, nempe propter ſimilitudinem declaratam; eſt *bona* forma, quia perfecta eſt, & materię tribuit perfectionem; eſt demum *appetibilis*, & ideo eam materia prima innato appetitu deſiderat.

286 Tertio vocatur ab *Ariſtotele* in 2.Phyſ. t.25.70.& 82. *finis generationis*, forma enim eſt, quam intendit potiſſimum producere cauſa generatiua; nam cum omne agens intendat aſſimilare ſibi paſſum, ideſt, materiam, in qua ponit effectum, inde eſt, quod dum generat, intendat, vt finem, formam ſibi ſimilem, ita declarat textum *S.Thomas* ibi, & 1 p. q.44.a.4.ignis, v.g. formam ſibi ſimilem intendit gignere in ligno, & propter eam producit prius in eo diſpoſitiones, vt media.

Ariſtoteles S.Thomas ibi. & 1.p. q.15 a.1.

Finis ait *Ariſtoteles* eſt *hac* (ſcilicet forma) *propter finem, autem catera*; contingit vero ſæpe, vt author eſt ipſe eodem 2.lib.t 70.quod forma ſit & cauſa efficiens, ſeu generans, & finis generationis. *Homo* enim, inquit, *generat hominem*, vbi forma rationalis eſt potiſſima cauſa generans; & finis generationis eſt alia forma filij geniti, & ita euenit maxime quando cauſæ vniuocæ generant fœtus ſuos, licet finaliter genitum compoſitum, ſit finis principalis vltimus.

S.Thomas 1 p.q.45.a.8.

Ariſtoteles

Quarto *Ariſtoteles* hic t.65. docet formam eſſe principium alterum compoſiti naturalis; & t.62. ait cum materia conſtituere vnum compoſitum, & ſæpe alibi *vnum per ſe*, & lib.2.t.12 formam non ſeparari a materia, niſi cogitatione; quia ſcilicet, ſemper coniuncta eſt cum materia (excipe animam rationalem) & 2.*Topic.* ait formas rerũ oculis videri, quatenus, ſcilicet, colores, & figuræ videntur, quæ produnt formas latentes, & inuiſibiles, & addit in lib.4. *meteor.* in aliquibus corporibus magis manifeſtas eſſe formas, quam in alijs, v.g. magis ſe oſtentat forma in homine, quam in ligno, & aere, aut alio quouis elemento, aut mixto; quia plures operationes palam facit homo, tum dictis, tum factis ſuis.

Ariſtoteles 8.m. t.15.
S.Thomas 1.p.q.75.a.2.

287 Qui plura volet de formis, videat indices *Ariſtotelis*, SS.PP.*Auguſtini*, & *Thomæ*, ſed præſertim huius totum tractatũ de formis, quem magno emolumento Reip. Scholaſticæ edidit Additionator *P.Alamanij* t.2.in fine, atque recolendo regulas *Logicæ* expoſitas a num.1049. eas applicet formis particularibus, & quando dubitet, dubia calamo notet, ac doctiores conſulat, memoria firma illud retinendo, nempe formarum notitiam, quæ cauſę ſemper ſunt rerum naturaliũ, ſibi ſimilium, ac diſſimilium, plerumq; dum procedimus propria induſtria, petendam ex obſeruatione effectuum, nempe, actibus Philoſophiæ huius, & per prædicationes ſuas, iuxta ſupra dicta num.11.& axioma Chriſti *D. à fructibus eorum cognoſcetis eos*, legat item varia nomina *formæ* in *Pererio* lib.6. cap.1. Cõueniunt rebus nomina namque ſuis, & eas ſæpe manifeſtant.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S Thomas op 31.

QVAESTIO IV.

De Priuatione, quod eſt tertium principium compoſiti naturalis in fieri.

Licet tractem hic cum *Ariſtotele*, potiſſimum de peculiari priuatione, quod eſt tertium principium compoſiti in *fieri*, & Phyſicorum intentio ſit ſolum veram facere propoſitionem hãc, *in quacunque generatione præſertim ſubſtantiali concurrit priuatio formæ, ſiue carentia tanquam terminus extrinſecus, & à quo.* Veruntamen plura arripiam ex Metaphyſica, communia omnibus priuatio-

Ariſtoteles

uationibus, & negationibus, vt plenius præſens doctrina tradatur, & percipiatur. legi etiam poteſt fuſè tractans de Priuatione hic q.5. in *Alamanio* Doctor Angelicus.

S. Thomas op.31.

SECTIO I.

Determinat an ſit, quid, quotuplex, qualis, propter quid, in quo, & à quo ſit Priuatio.

Ariſtoteles *S. Thomas* *S. Auguſt.*

288 PRiuationes plures exiſtere à parte rei certum videtur, & receptum ab *Ariſtotele*, & S.*Thoma* in *Alamanio* hic q.5. ab *Auguſtino* infra, & *Communi*; & meritò, negari enim nō poteſt, quin priuatio potētiæ viſiuæ inſit in homine cęco; & priuatio lucis in tenebricoſo aere; & vitæ in cadauere; & ſubinde veras eſſe has propoſitiones, *Petrus eſt cæcus*, ſeu non videns, *hic aer eſt obſcurus*, ſeu lucem non habens; & *corpus hoc eſt mortuum*, ſeu non habens vitam; quia ibi verbū *eſt* ſignificat in ſenſu cōmuni, & ordinario, eſſe nō poſitiuè, ſed negatiuè, vt apparet in ijs propoſitionibus æquiualentibus.

Ariſtoteles *S. Thomas* *S. Auguſt.*

Priuatio ergo in communi, vt colligo ex præfatis Magiſtris, ſpeciatim *Ariſtotele* 5.m.t.27. *eſt carentia formæ in ſubiecto apto illam formam habere*; atque per hoc ſolum, quod priuatio inſit in ſubiecto apto, formam abſentem habere, diſtinguitur à negatione, vt iam ſcitis ex *Tripartita* num.985. & ex dictis ſupra nu.114. ergo *carentia* ibi ponitur loco quaſi generis, reliqua, loco differentiæ.

S. Thomas 4.m.l.1.& 5.l.14.

Vnde colliges priuationes, & negationes, formaliter non eſſe entia rationis, ſed entia quædam ſic impropriè dicta, non poſitiua, ſed *remotiua* formarum, quia independenter ab intellectu exiſtunt, vt probaui in *Logica* 2 num.1507. ex *Ariſtotele*, *Thoma*, & *Auguſtino*, & probant *Conimb.* hic cap.9. q.7. ar.1. & 2 & iterum ex S.*Thoma Alamanius* a.1.Corp. & non negant *Arriaga* hic diſp.2. n 172. neque *Ferrarius* d.2. q.3.ar.1. nec *Rubius* 1 4.q.3.nec *Tellez* d.23. ſect.6.

289 Multiplex eſt priuatio, tot enim ſunt priuationes vt minimum in materia, quot ſunt portiones eius; quia vnaquæque habet priuationem ſuam; imo vnaquæque pars habet, ſi non infinitas, prope infinitas priuationes, nempe tot, quot ſunt formæ, quas non habet, & quas poteſt habere. probatur, quia hæc ligni materia non habet formam auri, neque argenti, neque alias, quarum eſt aptum ſubiectum; ergo habet earum priuationes; conſentit *Ariſtoteles* 2. Phyſ. tex 39 ſed diſſentire videtur S. *Thomas* in *Alamanio* q.5.a.3.& 1.p.q.47.a.3.ad 2 dicens materiæ ineſſe priuationem formæ in ſpecie, non formarum omnium ſingularium, quia eæ infinitæ ſunt.

Ariſtoteles *S. Thomas op.31.*

Colligo inde primo, priuationes exiſtentes in materia *Antonij*, propter quas caret animabus cæterorum hominum, diſtingui ſolum in numero. probatur, quia non eſt ratio, quæ ſuadeat maiorem diſtinctionem, ergo ſolo numero differunt; antecedens patet; quia vel priuationes ſpecificantur, aut diuerſificantur propter ſubiecta, in quibus ſunt, vel propter formas, quas remouent, vel propter has, & illa ſimul; quidquid dicatur, ſuadet ſolam diſtinctionem numeralem; quia materia, quod eſt ſubiectum, eſt eadem numero, & animæ priuatæ, ſiue remotæ, ſolo numero diſtinguuntur; ergo ſimiliter differunt priuationes.

Addunt aliqui collectionem priuationum harum, quæ ſolo numero differūt, & ſunt in vno, eodemque ſubiecto, quaſi vniri interſe, & identificari, quod falsū videtur; quia poteſt vna priuatio perire ſine læſione alterius, vt patet quando in mea materia, vbi ſunt tot priuationes animarum, produceretur poſt mortem meam, anima Petri, qui forſan piſcem manducaſſet, qui me integrum in mare deiectum, antea deglutiſſet; quo euentu priuatio ſola ſolius animæ Petri defineret eſſe, cæteris integris in materia remanentibus.

Colligo ſecundo, priuationum, & negationum diſtinctionem ſpecificam ſumi penes diſtinctionem formarum, quas remouent. probatur, quia ſufficianter colligimus eſſe diſtinctas priuationes ex diſtinctione formarum; ergo penes formas illæ diſtinguuntur, vnde priuationes ſunt innumeræ in mea materia, diſtinctæ ſpecie; quia priuatio formæ Petri diſtincta ſpecie eſt a priuationibus formarum argenti, ignis, & cæterarum, quas mea materia ſucceſſiuè poteſt habere, & illæ priuationes ab ſe 290

R mui-

Digitized by Google

inuicem ſpecie diſcernuntur. Confirmatur hæc doctrina, quia propterea docent Theologi peccatorum malitias, quæ ſunt priuationes variarum rectitudinum, diſtingui in ſpecie penes honeſtates, quibus opponuntur, quando iſtæ ſpecie
S. Thomas 12 q 72. diſtinguuntur, vt habes in **Granado** 12. de peccatis tr.2.d.2.ſect.1.num.4.& alijs communiter.

Duo hic poſtulas; primum eſt, an priuatio, quam modo habet iſta materia, deſineret eſſe ea deſtructa diuinitus; & an iterum eadem materia reproducta, eadem priuatio rediret? Reſpondeo materia deſtructa non deſtrui quo ad intrinſeci in priuationem, ſed acquirere nouum nomen, dicique a nobis negationem, qui ſolemus hoc nomen imponere carentijs exiſtentibus in ſubiectis ineptis; deinde opinor eandem negationem dici priuationem, reproducta materia, apto iam ſubiecto; nec nouum eſt in Philoſophia formam eandem intrinſecè inuariatam, aliter dici, ac reddere ſubiectum, accedente, vel recedente vario connotato, iuxta dicta in *Tripartita* num. 953. id quod demonſtrat *P.Hemelman* in materia *de libertate Dei.*

Secundum eſt, an quando perijt priuatio omnino, in aliqua materia per aduentum formæ, cuius erat illa carentia, iterum redeat eadem priuatio, forma deſtructa. Reſpondeo probabilius videri redire eandem numero priuationẽ; quia non eſt impoſſibile rem ſemel deſtructam iterum reproduci per vires naturales, vt dictum eſt ſupra nu.185. quando, nimirum, Deus non impediret; & non video tur neceſſarium Deum impedire reditum horum entium negatiuorũ.

291 *Propter quid* ſint priuationes ego non ſcio, ſi non ſunt propter ſuas malas operationes, ideſt, propter remouere formas bonas, id enim eſt pſarũ munus, vt notarunt *Conimbric.* hic c.9 q 7.a 1.& 2. cum
S. Auguſt. de vita bo. c.4. *Caietano, Auguſtino, & Anſelmo*, quod faciunt quaſi in genere cauſæ formalis, dando ſe ipſas materiæ, & conſequenter remouendo procul ab ipſa formas; quocirca merito dicta eſt priuatio ab Ariſto-
Ariſteteles S. Thomas tele *malefica, & intendens malum*, ſiue in malum tendens, idque faciens quodammodo.

Quales ſint priuationes interrogas, & an ſit aliqua ſupernaturalis; nam dari priuationes quaſi ſubſtantiales, & quaſi accidentales, quaſi pertinentes ad decẽ alia quaſi prædicamenta negatiua, dicis te non dubitare? Reſpondeo neganter; vnde priuatio formæ eſt omnino naturalis, & peſſima, & negatio Dei multo peior; quamuis enim dixerimus ſupra, priuationes ſpecificari à formis, quas priuant, verbo *ſpecificari* ſignificamus in præſenti, idem, quod verbo *diuerſificari*, nullam enim perfectionem, aut bonitatem deſumunt priuationes à formis, quas negant neque eo ſunt meliores, quo meliores formas remouent, ſed multo peiores priuationes, quæ maioribus bonis opponuntur.

Ratio doctrinæ eſt, quia iſta entia negatiua alterius modi ſpecificationis incapacia ſunt; quia eorum ſpecificatio fit per receſſum a termino ſpecificante, atque ab eius ſimilitudine, ſicut è cõtra, ſpecificatio rerum poſitiuarum fit per acceſſum ad terminum, & quaſi ad eius ſimilitudinem.

Id, quod additur de priuationibus, & negationibus ſpectantibus ad diuerſa prædicamenta omitto; rationabiliter enim dictum eſt, vt iſta entia negatiua ad varias claſſes reducantur; nempe, carentiæ ſubſtantiarum ad vnam; carentiæ qualitatum ad aliam; & ſic cæteræ ad ſuas, neque contradicit *Ariſtoteles*, *Ariſtoteles S. Thomas*
licet dicat hic t.79. materiam, & priuationem eſſe diuerſa, & illam ad ſubſtantiam accedere, hanc vero non; quia priuatio verè ſubſtantia non eſt. & *Rubius* conſentit t.3 q.3.num 30.

In quo ſubiecto inſint priuationes, quinimo, & negationes ſciri facile poteſt ex **292**
hac regula generali. ſubiectum priuationum eſt quidquid eſt aptum natum habere aliquas formas, quandiu illis ca- *S. Auguſt. de vita bo. c.4.*
ret, vel conſideratur illis carere; ſubiectum vero negationum eſt illud, de quo poteſt prædicari, quod eas habet.

A quo, & quomodo fiant, & conſeruentur iſtæ carentiæ, ſcire deſideras; aliqui effingunt actiones quaſdam, & conſeruationes negatiuas, ſiue remotiuas, quibus à Deo illę pendeant in eſſe, & conſeruari; Ego autem dico eiuſmodi carentias à ſuis agentibus cauſari indirecte; vnde Deus cauſat, atque conſeruat priuationes formarũ in materia, & negationes mundi alterius, vel nolendo producere formas expulſuras tales carentias, vel ceſſando a conſeruatione formæ

exi-

exiſtentis, qua deſtructa, ſtatim adeſt ca-
rentia, quaſi cauſata à formæ receſſu; &
ita ipſe Deus, & reliquæ cauſæ ſuo modo
producunt, & conſeruant carentias cõ-
tingentes.

Verum hæc vlterius proſequi noſtrũ
non eſt, legantur mei Magiſtri *Granado*
1.p. tract. de *Diuina potentia* d.7. ſect.1.
num.3 *Hemelman* t.7.d.3.c 2 vbi de De-
creto libero, quo Deus ſtatuit, vt futura
S. Auguſt. non ſint, & ibi S. *Auguſtinus*, ſed præ-
l.12. de ci. ſertim legendus eſt S. Pater to.3. lib. de-
c.17. natura boni contra *Manic.* à cap.15. vbi
declarat, quo pacto fiant a Deo; & a no-
S. Thomas bis variæ priuationes. cui cõſonat *S. Tho-*
2 d.2. & 1. *mas* in *Alamanio* hic q.5.a.1.c.
c.G. c.80.

SECTIO II.

Infert conſectaria ex doctrina præcedenti; vbi, iterum de priuatione, quæ foret in prima rerum conditione, ac de termino à quo *ſufficienti ad generationem, iuxta mentem* Ariſtotelis.

293 EX dictis in ſectione præcedenti, &
ſupra à n.114. infertur primo, ex-
cepta prima rerum productione; quam
Ariſtoteles non cognouit *Ariſtoteles*, qui Mundum
fuiſſe exiſtimauit ab æterno; ad genera-
tionem cuiuſcunque compoſiti naturalis
concurriſſe, & concurrere priuationem,
vt priuatio dicitur, in eius primo fieri,
vti ſupra à num.110. & ſæpe alibi decla-
ratum eſt.

Infertur ſecundo, nunquam poſſe-
contingere, quod in eodem tempore-,
vel inſtanti reali, vel rationis, coexiſtant
ſimul in eadem materia, forma, & eius
abſentia, ſiue priuatio, quoniam impoſ-
ſibile eſt rem ſimul eſſe, & non eſſe; in
Ariſtoteles generationibus vero, in quibus contingit
S. Thomas fieri ſimul materiam, & formam, nulla
ſup. n. 110. concurrit priuatio formæ, ſed mera ne-
gatio, quæ ab æterno extitit in materia
non exiſtenti, ſed tantum poſſibili; quia
vera eſt hæc propoſitio, *materia poſſibilis
non habet formam, ſed forma negationem*,
& negatio ibi eſt, vbi cum veritate affir-
matur eſſe; & huiuſmodi negatio con-
currit in prima cæli, terræque genera-
tione.

Hic diligenter aduerte negationem-
iſtam, quam dicimus concurriſſe in-
materia, in prima illa generatione, eſſe-
re vera negationem actualem actu, dici
vero poſſe priuationem in potentia-,
ſiue poſſibilem; quia ſanè eadem nega-
tio, priuatio eſſet, ſi à Deo non impedi-
retur productione ſimultanea formæ
cæli cum materia, ſi, videlicet, materia
ſolitaria crearetur.

Quare Recentiores, qui ad primas ge-
nerationes aiunt concurriſſe priuationẽ 294
poſſibilem, ſiue quæ foret, vera dicunt,
ſi addunt eam vt negationem actu con-
curriſſe, qualis ſine dubio eſt illa caren-
tia, quæ quaſi annexa eſt materiæ poſſi-
bili, & antequam exiſtat, ex eo, quod ea
in eo ſtatu ſit ineptum ſubiectum, & fac
eſſe ad generationem, ſi cuncurrat *non
eſſe* quodlibet in ſubiecto; neque illam
definitionem Ariſtotelis *generatio eſt trã-* *Ariſtoteles*
ſitus de non eſſe ad eſſe, poſtulare ſignatè
priuationem, ſed indifferenter non eſſe,
ſiue priuatiuum, ſiue negatiuum, vti
ſuperius nu.115. dictum eſt.

Infertur tertio, in generatione equi,
v.g ſicut & in cæteris, duas eſſe actiones
generatiuas partiales ſubſtantiales, vt
omittam alias accidentales inibi con-
currentes, quarum memini ſupra n. 109.
cum *Ariſtotele*, & *S. Thoma*, quarum- *Ariſtoteles*
altera generat, & educit de materia for- *S. Thomas*
mam equi, cuius generationis principia
in fieri, ſunt materia, forma equi, & pri-
uatio eius formæ, tempore præexiſtens.
altera generatio eſt productio, qua vnio
ſubſtantialis coniungens materiam, &
formam equi, generatur, & educitur de
potentia materiæ, & formæ, ad quam-
item generationem ſunt ſua tria princi-
pia; primũ eſt ſubiectum vnionis, quod
eſt materia, & forma; ſecundum, ipſa-
vnio, quæ ſe habet vt forma; tertium eſt
carentia vnionis præexiſtens in extre-
mis vniendis, quæ recedit, dum vnio fit.

Priuatio quidem eſt vnionis modo in
materia, & anima *S. Barbaræ*; & ideo
quando iterum vnio ea reproducatur,
priuatio, quæ tempore prius anteceſſe-
rat, concurret ad eam reproductionem
generatiuam; carentia autem vnionis,
quæ concurrit in ordinarijs generatio-
nibus, quando de nouo forma producı-
tur, partim eſt priuatio, partim negatio,
priuatio quidem inquantum materia-
tempore præexiſtens eſt vnionis aptum
ſubiectum; negatio vero, inquantum-

formæ, antequam exiſteret, habebat eius vnionis meram negationem; nam quãdo forma ſimul generatur cum vnione, vnio, & forma exiſtunt ſimul; & ita forma nunquam antea fuit ſubiectum aptum vnionis, ſed fuit ſubiectum ineptum, nempe quandiu fuit poſſibilis.

295 Quamuis autem hoc verum ſit, ſimpliciter tamen cũ *Ariſtotele*, & S.*Thoma* ſupra n.109. dicendum eſt, vnicam eſſe in quolibet compoſito generationem, ſicut & vnicum compoſitum reſultat genitum, & vnum ſuppoſitum, ad quod terminantur, & quod intendunt actiones omnes generantes, quæ agglomeratæ concurrunt in generatione cuiuslibet entis, iuxta vetus prouerbium *actiones ſunt ſuppoſitorum, & ad ſuppoſita terminantur*; quodlibet ergo compoſitum *in fieri* habebit triplex principium ſui, primum eſt materia, ſecundum forma, tertium erit vel immediata priuatio, aut negatio eius formæ, quarum altera nunquam deerit, vel priuatio, aut negatio, quæ ſit formæ ipſius mediata ſaltem remotio, quia ſit immediata remotio vnionis formæ in ſubiecto.

Ariſtoteles / *S.Thomas.* / *Ariſtoteles 1 m t.3* / *ibi.* / *S.Thomas*

Quãdo ergo contingat generari compoſitum, cuius materia, & forma inunitę præexiſtebant, vt modo exiſtunt materia, & forma *S.Barbara*, per miraculoſam generationem ſolius vnionis, priuatio, quæ concurrit ad id compoſitum, erit carentia vnionis, quæ eſt mediatè ſaltem carentia formę; quando autem non tantum vnio generetur de nouo, ſed etiam forma, priuatio immediata eius formæ, erit principium ſine mentione priuationis vnionis; quia maximè attendere debemus ad naturalis compoſiti generationem perfectam, quam potiſſimum, & vltimo *forma* perficit.

Ariſtoteles / *S.Thomas*

296 Infertur quarto, negationes formarũ, quas habebat materia prima in ſua poſſibilitate ab æterno, reddi ſtatim ac creata à Deo fuit, priuationes earundem formarum. Probatur, quia neceſſe non eſt multiplicare carentias in materia, præſertim cum eæ perdurare poſſint in materia producta, non iam ſub nomine negationum, quia per creationem materia redditum eſt ſubiectum aptum, ſed ſub nomine priuationi.

SECTIO III.

Colligit quæ varijs in locis docuit Ariſtoteles circa Priuationem, vbi eã realiter diſtingui à materia, & forma ſtabilitur contra Quoſdam.

In primis *Ariſtoteles* ſæpe docet priuationem eſſe principium geniti, a materia, & forma condiſtinctum, vt legis à textu 58.& deinceps; deinde dicit in tex.75. ante ingreſſum formæ priuationi oppoſitæ, eſſe materiam, & priuationem duo, quæ faciunt vnum quaſi compoſitum per accidens. & bene, iuxta dicta ſupra num.112. & quia priuatio non eſt ſubſtantia teſte *Ariſtotele* tex.79 ſed quaſi accidens accidit materiæ, nihil conferens ad compoſiti præſentis eſſe, vel operari, ſed ibi concomitanter exiſtens, non vt principium, ſed quaſi paſſio materiæ, quandiu, nimirum, non gignitur, neque adeſt forma ſibi oppoſita; veniẽte enim ea forma, priuatio recedendo principiat nouum genitum, atq; reſpectu eius formæ, & hoc modo cauſandi, eſſe priuationem principium per ſe, & non alio, docet vbique Philoſophus, præſertim à tex.41. licet plerumque loquatur obſcurè, more ſolito ſuo.

Ariſtoteles / *S.Thomas* / *S. Auguſt. de vita be. c.4.* / *Ariſtoteles*

297 Præterea nota primo, quod, licet docere videatur ipſe *Ariſtoteles* tex.42. priuationem eſſe item principium per accidens, reſpectu formæ de nouo genitę, ſibi oppoſitæ; nempe quando conuoluens cum materia priuationem permanentem, dicit *ex immuſico fieri muſicum*, & ex ligno informi fieri ſcamnum, non tamen ideo negat priuationem ſeorſim acceptam eſſe principium *neceſſarium* per ſe requiſitum à generatione, quæ dicitur ab ipſo *tranſitus de non eſſe ad eſſe*; ſed illam vocat principium per accidens, ideſt, non manens conſtituendo genitũ, nec in id influens; ac ſubinde non eſſe principium *in fieri*, formæ ſuæ contrarię, ſicut eſt muſica in medico, in fieri ſanitatis, ſed alio item modo, vt expoſui ſupra num.112. & vides hic tex.43. & 44. & in S.*Thoma* opuſc.31. & clarius in *Alamanio* q.5. a.2. c. vnde colliges titulo duplici dici priuationem principium *per accidens*, & vno *per ſe*.

S. Thomas op.31. / *Ariſtoteles*

Nota

Nota ſecundo, frequenter afferri ab
Ariſtotele vt probet priuationem concur
rere ad generationem, pro exemplo ge-
nerationem accidentalem, in qua ſubie-
ctum eſt quantitas, vel homo, & forma
eſt accidens; quia compoſitum accidē-
tale magis clarum eſt, vt inde facilius
ad cognoſcendum compoſitum ſubſtan
tiale tranſeamus; dicit enim hic tex.6. *ex*
immuſico fieri muſicum, nempe per actio-
nem generatiuam producentem in ho-
mine, quod eſt ſubiectum, muſicam,
quæ eſt accidentalis forma, cuius priua-
tio prçexiſtebat in homine, antequam
muſicus eſſet.

Quarto, varia hæc axiomata circa
priuationem viſuntur in *Ariſtotele*, nam
Ariſtoteles primo in lib.2.cap.1. dicitur Priuatio eſt
S. Thomas *quodam modo forma*, quia, ſcilicet, quo-
dammodo inhæret materiæ, quamdiu
abſens eſt forma, vt ſupra dictum eſt.
Secundo, in tex.66. & 75. habetur, ex
priuatione aliquid fit, videlicet, tanquam
ex termino *à quo*, non intrinſecè com-
ponente, ad differentiam termini *ad*
quem, qui eſt forma; tertio ibidem di-
citur. *Priuatio per ſe nihil eſt*, ideſt, nihil
poſitiuum, quia ex eodem *Ariſtotele* in
4.met.t.2. communiter dicitur eſſe ali-
quid *remotiuum*, & tex. 81. priuatio di-
S. Thomas citur *malefica*, & ad malum tendere,
quia ſcilicet, male facit, dum deſtruit
formas, quod grande malum eſſe ſolet.

Rurſus habetur ibi, *priuatio non ineſt*
298 *in compoſito*, vt principium eius perma-
nens in ipſo, ea, nimirum, quæ eſt op-
poſita formæ exiſtenti in compoſito;
nam certum eſt inibi eſſe concomitan-
ter, vt dixi ſupra, multas alias priuatio-
nes formarum abſentium. Sexto aſſeri-
tur priuationem eſſe quid *aduentitium*,
quia venit, & vadit ſine materiæ, quæ
eius ſubiectum eſt, læſione. ac demum
eſt ſolemne axioma illud Philoſophi,
Ariſtoteles nempe *non dari regreſſum de priuatione*
S. Thomas *ad habitum*, de quo vide, quæ dixi n.193
ex *Ariſtotele*, & S.*Thoma*.

Ex quibus omnibus apertè colligitur
priuationem realiter diſtingui non
tantum à forma, quod certum eſt, ſed
etiam à materia, quod expreſſit *Ariſto-*
teles hic t.79. & probauit, quia materia
eſt ſubſtantia, priuatio nequaquam; &
confirmatur, etenim illud diſtinguitur
realiter ab alio, quod perit manente
alio, ſed priuatio perit manente materia,
ergo ab ea diſtinguitur realiter; minor
patet, nam priuatio formæ cadaueris,
quæ nudius tertius erat in materia
cuiuſdam hominis perijt adueniente ea
forma, & quotidie pereunt aliæ priua-
tiones ad aduentum formarum.

Tametſi dixerint noſtri Magiſtri, *non*
ens, non tam diſtingui, ab ente quam non *Ariſtoteles*
eſſe idem cum eo. & ideo docti iuniores *1. de Par.a*
cum *Ariſtotele*, hic t.68. vt ipſi putant, *ni c.3.*
dicunt priuationem, ſicut & negationē, *S. Thomas*
eſſe merum nihil, & ſolam *abſentiam* *op. de opp.*
formæ in ſubiecto. Alij vero aiunt illam *c.3.*
conſiſtere in poſitiuo, & eſſe formam
præexiſtentem in ſubiecto, inquantum
impedit & remouet alteram, & ſubinde
dat fundamentum intellectui, vt hanc
neget de ſubiecto. ſed eſſentia remotiua
Priuationis à nobis expoſita facilius ca-
pitur, & videtur conformior *Ariſtoteli*, *S. Thomas*
& Sacro Interpreti, vt fusè habes in *S. Auguſt.*
Alamanio q.5. tota de *Priuatione*. *de ciu.c.17*

QVAESTIO V.

De vnione ſubſtantiali Compoſiti naturalis, eius Speciebus, & proprietatibus, vbi an ea ſit paſſio prædicamentalis.

VNio in communi definitur *nexus* 299
duorum; non tracto in præſenti de
vnione inhærentiæ, quæ eſt nexus, quo
vnitur accidens cum ſuo ſubiecto, neq;
de vnione continuationis, quæ vnit
partes ad faciendam extenſionem lon-
gam, latam, vel profundam; neque de
vnione intenſionis, quæ vnit partes
qualitatis in eadem parte ſubiecti; nec
de vnione affectiua, ſiue per affectum,
quæ conſiſtit in mutuo amore duorum;
ſed tracto ſolum de vnione ſubſtantiali,
quæ dicitur vnio informationis, qua
forma informat, & vnitur cum materia,
& materia recipit, ac patitur formam;
quæ vnio non eſt principium quartum
compoſiti naturalis, ſed ratio formalis
conſtituens illud, vt ſupra num.108. di-
ctum eſt.

Illud autem hic poſſet quis opinari
circa omnes prædictas vniones (exce-
pta vnione affectiua) nempe eas eſſe
rationes formales, quibus materia, quan-
titas, & reliqua ſubiecta recipiunt, &
patiuntur formas ſuas, & conſequenter
item

item eſſe paſſiones, pertinereque ad prædicamentum paſſionis, quia paſſio eſt ratio formalis, qua paſſum patitur, vt vocabulum præſefert; ſed mediante vnione quodlibet ſubiectum, quod alio nomine dicitur *paſſum*, patitur formam; ergo vnio quælibet paſſio eſt, hęc tamen opinio infra magis examinanda erit.

SECTIO I.

Expendit an ſit vnio ſubſtantialis informationis, quid, quotuplex, qualis, à quo, in quo, & propter quid; vbi vnicam eſſe in quolibet compoſito, ac diſtinctam eſſe realiter ab extremis oſtenditur.

300 EXiſtere in compoſitis aliquod genus vnionis, ſiue realiter diſtinctum ab extremis, ſiue non, concordes docent Doctores, diſcordant tamen in vnionis definitione. mihi placent PP. *Vaſquez* to. 1. in 3. p. diſp. 19 cap. 2 num. 20. *Suarez* ibidem to. 2. diſp. 44 ſect. 2 *Bernal* de Incarn. d. 11. à nu. 18. *Granado* ibi *Complut.* d. 6. q. 2 9. 2. cũ S. *Thoma*, *Cabrera*, *Herrera*, *Gonzalez*, *Arauxo*, & recentioribus Thomiſtis *Arriaga* d. 4. à n. 1. *Hurtado* d. 5. *Rubius* tr. de forma q. 6. n. 60. *Ouiedo* *Tãnerus* *Prepoſitus*, *Baranzan*, *Auerſa* cum *Ariſtotele*, & communi Theologorum. *Hemelman* *Tollez*, & alij dicentes, *Vnio eſt ſubſtantialis modus ordinatus ad coniungendum materiam & formam, vnde fiat vnum per ſe compoſitum, & ab extremis vnitis realiter diſtinctus*, dici vnio *modus*, quia de eius eſſentia eſt modificare extrema vnienda, id eſt, cum eis ſe vniendo per ſemetipſam, eadem vnire. *Subſtantialis* vero, quia eſt de eſſentia compoſiti ſubſtantialis, vt pars eius, & ratio formalis illud conſtituens, & faciens ens per ſe. Reliquæ definitionis particulæ commento non egent.

S. *Thomas* 1 *p. q.* 76 *a.* 1 *ad* 6. & *quodlib.* 9. *q.* 2. *art.* 2. *ad* 1. *Ariſtoteles* 7 *m c.* 2 & 8. *c.* 8.

Vt reſpondeam quæſtioni, *quotuplex ſit vnio*, dico primo, vniones ſequi naturam, & diſtinctionem compoſitorum, & tunc eſſe plures numero, quando cõpoſita ſunt plura numero, & tunc plures in ſpecie, quando compoſita differunt ſpecie. Ratio facilis eſt; quia vniones ſpecificantur ab extremis, quæ vniunt; ergo diſtinctio vnionum colligenda eſt ex diſtinctione ipſorum. Vnde omnes vniones humanæ, ſolo numero differũt, diſtinguuntur vero ſpecie ab vnionibus cæterorum compoſitorum; vbi nota ſat eſſe ad hoc vt compoſita ſint diuerſa ſpecie ab alijs, vnum extremorum componentium eſſe diuerſum; quod dixi, quia contingit materiam eſſe eiuſdem ſpeciei in cõpoſitis naturalibus omnibus

Dico ſecundo cum PP. *Suarez* in met. diſp. 3. ſect. 9. nu. 13. *Vaſquez* 1. to. in 3. p. d 9. nu. 23. *Arriaga* hic d. 4. a nu. 68. *Rubio* tr. 2. de forma q. 6. nu. 66. *Bernalio* a n. 47. *Ouiedo*, *Auerſa* q. 9. ſect. 6. & alijs communiter, in quolibet compoſito naturali eſſe vnicam vnionem, & probo primo, quia non ſunt multiplicandæ vniones ſine neceſſitate, ſi ſufficit vna, ſed vna ſufficit; ergo non ſunt duæ, neque plures. Patet minor. Vnio eſt nexus duorũ; ergo vna vnio ſufficit ad nectendam extrema duo. Confirmatur, quia res, quę eſt ratio formalis vniendi, non poteſt non attingere, vel coniungere ſaltem duo, nam vnio non eſt minus, quam inter duo; ergo vna vnio ſufficit vnire duo. Probo ſecundo exemplis. punctum, v.g. vnum vnit non tantum duas partes laterales lineæ, ſed infinitas poteſt, vti de facto vnit punctum, quod exiſtit in centro circuli; deinde vnio hypoſtatica vna, vnit Deum, & humanitatem. Rurſus vna quaſi vnione ſolemus agglutinare extrema duo artificialia; ergo vnica vnio potens eſt vnire materiam, & formam, quæ ſunt extrema tantum duo. Quarto demum probatur, quia facilius intelligitur poſſe extrema duo vniri vna vnione, quam pluribus. 301

S. *Thomas*

Quales ſim vniones facilè reſoluo dicens vniones vnientes ambo extrema corporea, ſine dubio eſſe corporeas, vnio enim debuit proportionari extremis, & ſequi naturam eorum: quinimo opinor cum *Rubio* 2. Phyſ. t. 4. de *cauſa efficienti* q. 3. nu. 59. & hic tr. *de forma* q 6. à n. 60. *Arriaga* d. 4. num 55. *Murcia* 2. Phyſ. q. 3. *concluſio* 3. *Auerſa* q. 9. ſect. 5. & alijs communiter, vniones humanas, quæ vniunt vnum extremum ſpirituale cũ alio corporeo, corporeas eſſe.

Et probo primo à priori. quidquid enim habet *partes trinæ dimenſionis*, eſt corpus, vti ſupra à nu. 62. probatum eſt; ſed 302

S. *Thomas*

Digitized by Google

ſed vnio humana habet huiuſmodi partes; ergo eſt corporea. Minor ſuadetur, quia vnio Petri per vnam ſui partem vnit animam eius cum capite, & per aliam differentem, vnit animam eandẽ cum manu, & digitis, & per alias partes vnit animam ipſam cum reliquis partibus corporeis, quod exinde patet, quod abſciſſo digito aliquo, deſtruitur ea pars vnionis, quæ in digito vniebat animam, & permanent partes reliquæ.

Probo ſecundo, ex abſurdis, quæ ex oppoſito ſequuntur, primum eſt, quod abciſſa parte digiti, deſtruatur tota vnio hominis, ſi ſpiritualis, & indiuiſibilis ſit, & alia de nouo adueniat; imo vero ſequitur per ſingula momenta, producendas eſſe denuo integras vniones, & conſequenter infinitas deſtrui, & igſinitas de nouo produci per totum ſpatium vitæ. Patet hoc, quia quotidie nutritur homo, & per ſingulas partes temporis augetur ſibi adiungendo partes alimenti, quæ vniri non poſſunt cum anima per vnionem præcedentem, quæ eſt eſſentialiter nexus animæ, & partium præcedentium materiæ, at abſurdum videtur concedere ſine neceſſitate infinitas deſtructiones, & totidem productiones nouarum vnionum integrarum, vel continuum eſſentialiter ſucceſſiuum etiam ſubſtantiale.

Ariſtoteles 1. Gen. t. 41 S. Thomas lect. 17.

Secundum abſurdum eſt, vel poſſe agens naturale humanum per potentiam generatiuam corpoream, producere ſubſtantiam aliquam ſpiritualem; vel nihil ſubſtantiale producere in eo, qui dicitur filius eius; quia ſi vnionem non producit, neque animam, neque materiam producere certum eſt; id autem vtrumque alienum videtur à bona Philoſophia. & contra S. *Thomam* referendum num. 310.

S. Thomas 22. q. 5. a. 1 c.

303 Denique vniones ſunt ab agentibus, à quibus generantur compoſita. Vnio Petri, v. g. producta fuit à ſuis parentibus; & vnio ignis ab altero igne; vnde cauſę efficientes vnionum, ſunt cauſæ compoſitorum. Cauſæ earum materiales ſunt extrema ipſa, in quibus recipiſitur vniones. Cauſæ formales ſunt ipſæmet eſſẽtiæ vnionum. Cauſæ vero finales, vel propter quas ſunt vniones, ſunt ipſa compoſita, ad quæ conſtituenda conditæ, & ordinatæ ſunt ab Authore naturę. Vnde reſponſum eſt ad quæſtiones *propter quid*, & *in quo* ſint vniones; ſed circa hanc vltimam quæſtionem aduerto, ita ſubiectari vnionem in extremis vnitis, vt tota vnio ſit per ſe ipſam vnita cum materia, & tota ſimiliter cum forma; ita tradunt *Suarez* in met. d. 15. ſec. 3 num. 9. *Arriaga* hic diſp. 4. à num. 118. & Recentiores complures, & probatur, quia hoc modo debet eſſe eſſentia vnionis, vt recte officium ſuum exequatur; & ita eſſe non implicare; & ita a nobis hominibus facilius intelligi, & explicari, nec perſuadent oppoſitum coniecturæ Ouiedi illam ponentis in ſola materia.

Ex præcedentibus colligitur vnionem quamlibet diſtingui realiter ab extremis Sic docuerũt *Suarez, Vaſquez, S. Thomas*, & alij, quos allegat, & ſequitur *Hurtado* diſp. 5. Phyſ. §. 5. *Rubius* tr. 4. de forma, q. 6. nu. 57. *Arriaga* hic d. 4. à n. 1. *Marat.* t. 3. d. 24. ſect. 4. num. 5. & *Communis*, & probatur primo, quia iuxta dicta, vnio eſt res modalis; ſed res modalis differt realiter à rebus abſolutis, qualiter ſunt materia, & forma; ergo vnio differt realiter à ſuis extremis. probatur ſecundo, quando ſol, & homo generant hominem, aliquid reale producunt; ſed non producunt animam, neque materiã, quæ creantur à ſolo Deo, ergo producũt vnionẽ realiter diſtinctam ab extremis.

S. Thomas 3. p. q. 2. a. 7

Probatur tertio, quia illud diſtinguitur realiter ab alio, quod perit manente alio; ſed vnio perit manentibus extremis, ergo vnio differt realiter ab extremis. Minor, eſt certa in hominibus, in quibus ſolæ vniones pereunt, manentibus omnino incorruptis materiebus, & animabus, iſtæ rationes probant vniones hominum diſtingui realiter ab extremis, vnde forte argumentum deſumitur ad probandum reliquorum compoſitorũ vniones ſimiliter eſſe, denique nobis fauent *Ariſtoteles*, & SS. *Patres* admittentes vniones in continuo, à partibus omnino differẽtes.

Ariſtoteles de quãti S. Thomas op. 36. c. 2. S. August. 1. de q. ani c. 12.

SECTIO

SECTIO II.

Opiniones aliorum circa vnionem ſubſtantialem, refert, ac reijcit cum ſuis fundamentis; ſed primo illorum, qui negant modales vniones, etiam Hypoſtaticam.

304 PRima opinio eſt *Conimbr.* hic cap. 9. q. 11. a. 2. §. *ſi quis vero, Scoti, Auerrois* ibi, & aliorum, qui exiſtimarunt vnionem compoſiti non eſſe rem realiter diſtinctam ab extremis, ſed ipſa extrema, materiam, videlicet, diſpoſitam à generante, & ornatam accidentibus, & formam per ſe immediatè copulari. conſentit *Tiphanus* c. 44. & 54. cum ſuis *Antimodiſtis*, & *Ferrarius* to. 2. d. de cauſ. q. 6. a. 1. & 2. & P. *VVadingus*.

Ariſtoteles 8. m. t. 15. & 16. *S. Thomas* 12. q. 49. a. 1. & q. 110. a. ad 2.

Eius primum fundamentum ex *Ariſtotele* 2. de *anima* cap. 1. tex. 7. & alibi, & *S. Thoma* 3. contra Gent. cap. 70. fermè ſic deſumunt *Conimbricenſes*. Pura potentia, vt eſt materia, & actus phyſicus, vt eſt forma, ſe mutuo reſpiciunt, & gaudēt venire in ſocietatem, vt pote cōpartes, & immediatè copulari, vt fiat inde vnū totum, atque per ſe; ergo ſuperfluit vnio, & nexus intermedius. & confirmatur, quia nuſquam mentionem fecit Philoſophus de vnione informationis diſtincta ab extremis.

Nego conſequentiam, quia nequeunt materia, & forma vniri, quantumuis compartes ſint, & ſocietatem ament, niſi vnione mediante, neque enim alio modo appetunt conuenire in vnum, & copulari, niſi mediante ratione formali vniendi, quæ eſt vnio diſtincta ab ipſis; ſicut partes lineæ appetunt, vt fiat longitudo, vniri medio puncto; neq. vnio impedit immediatam coniunctionem formæ cum materia; quia mediat, non vt extremum vnitum, ſed vt ratio formalis vniendi.

Ad confirmationem dic *Ariſtotelem*, vel ſilētio prætermiſiſſe eiuſmodi vnionem; vel, quod eſt hominum, ignorantia; quam nos probabiliter adſtruimus bonis fulci rationibus, inſiſtentes ſententiæ *S. Thomæ* pluribus in locis vidēdis in ſuo *indice*. v. *vnio*, ſed præſertim 3. p. q. 2. a. 5. in 3. & ad 3. & ad 7. & *Communi* ſupra nu. 300.

S. Thomas

S. Thomas

Secundum fundamentum eſt, ſi vnio diſtingueretur realiter ab extremis, eſſet 305
neceſſaria alia vnio ad minus, qua vnio vniretur extremis; & vt illa vnio vniretur alia, & ſic in infinitum; ergo non differt ab extremis.

Nego antecedens; quia vnio, cum ſit ratio formalis, ſiue vltima vniendi extrema, per ſe ipſam vnitur, & modificat extrema; ſicut actio, quia eſt ratio formalis vltima agendi effectum, non indiget alia actione, vt ipſa fiat ab agenti, cuius ipſa eſt, nec propterea deſtruit potentiam faciendi Agentis actio, nec recipiendi, & informandi, Materiæ, & Formæ vnio, ſed ij modi ſuas cauſas perficiunt, ipſas in exercitium deducentes.

Tertium fundamentum eſt. ſi anima rationalis intraret in materiam diſpoſitam, & vndequaque ſibi adaptatam, illi daret vitam, & inde reſultaret homo viuus, ſine alia vnione, nempe propter aſſiſtentiam, ac præſentiam animæ, in ea; ergo neceſſaria non eſt alia vnio.

Reſpondeo negando antecedens, nam tunc eſſet anima corpori aſſiſtens, vt aſſiſtit Cælo Angelus motor, & mihi aſſiſtit Angelus, quando mecum eſt penetratus; ſed tamen corpus illud re vera non viueret, ſi anima cum illo non vniretur; ſicut propter defectum vnionis non viuit cælum, neque ego viuo vita Angeli. Secus, ſi, videlicet, vnio non eſſet neceſſaria, anima Petri ſeparata à ſuo corpore, aſſiſtens corpori Ioannis viui, vel mortui, redderet illud animatum, & viuum; quod non videtur verum, ſed contra *S. Thom.* 3. p. q. 2. a. 2. arg. 3. & in *ſed contra*. *S. Thomas*

Deinde quidam moderni *Theologi*, modos omnes ablegant ab ſcholis ſuis,
cum quibus magnum, ſed amicum mihi 306
diſſidium erit alibi, in ſpeciali *tractatu de modis*; & ſubinde in primis negant modum hypoſtaticæ vnionis, opinantes, eam tantum eſſe extremorum reſpectū nempe connexionem, ſiue determinationem intrinſecam, & naturalem, quam habet humanitas Chriſti, ſecundum ſuam indiuiduam differentiam, ad Verbi ſolius ſubſiſtentiam, per quam natura ſua petit ſubſiſtere.

Sanè ſolidè impugnatur hic modus dicendi à P. *Maratio* to. 2. tr. de *Incarnat.* d. 13. ſect. 1. ſolum addam ego impugnationem fundam in vera Philoſophia, nimirum, conſequi ex eo, humanitatem

Chriſti

Chriſti D. non eſſe de genere noſtro, ſed alterius, quod eſt manifeſtus error.

Sic argumentor. Res illæ, quæ habent ſpecificatiua genere, aut ſpecie diuerſa, genere, aut ſpecie inter ſe ſunt diuerſæ; ſic habent humanitas Chriſti, & noſtræ; ergo ſic ſunt diuerſæ. maior eſt euidens; minor implicitè conceditur ab iſtis Modernis, qui confitentur humanitatem Chriſti ſolam, omnino determinatè poſtulare per ſe, & ex naturali conditione intrinſeca, reſpicere verbi perſonalitatē; ergo euidenter attribuunt humanitati Chriſti prædicatum nouum, quod licet numericum dicatur, euadit adſpecificū; vt contingit eſſe hæcceitatem Buccephali, & hæcceitatem Petri, vel hæcceitates SS. Michaelis, & Gabrielis.

S. *Thomas* 1.p q.50. a.3.

307 Sed dices, hoc prædicatum *reſpicit naturaliter verbi perſonalitatem*, materialiter ſolum differt ab illo, *reſpicit naturaliter perſonalitatem Patris diuini, vel Petri*, neque ij termini refundere poſſunt in ſpeciem humanam, maiorem diuerſitatem; vt item apparet in animabus *Salomonis*, & rusticani hominis, quæ licet reſpiciant terminos valde diuerſos, non inde ſumunt differentiam, pluſquam numericam, vel ad ſummum materialē, & intra eamdem ſpeciem.

Reſpondeo illa prædicata eſſe ad minus ſpecie diuerſa, ſicut, & ſunt actus ea de ſubiecto enunciantes; neque poſſe refundere differentiam, niſi ſecundum propriam diuerſitatem, ſi quā refundant; animas autem rationales, ſi reſpiciant terminos ſpecie differentes, ita quod collectio reſpecta ab vna, tota non reſpiciatur ab altera, conuincam lib. 3. de *anima* ſpecie differre, & forſan propterea *Toletus* dixit ibidem, eſſe parum tutum in fide afferere animas rationales, pluſquam numero diffidere.

Dices ſecundo, animal rationale, ſiue ſpecies humana in Chriſto, eſt eadem, ac eſt in Petro, quantumuis hæcceitates ſint quaſi ſpecie differentes, quemadmodum eadem eſſentia eſt Patris, Filij, & Spiritus Sancti, licet perſonalitates ſint quaſi ſpecie differentes; ergo Chriſti Humanitas adhuc eſt generis noſtri, ideſt, ſpeciei noſtræ.

Reſpondeo ſi *Nominalis* es, humanitatem Chriſti ſpecie diſtinctam à tua, à te poni; quia illa entitas reſpicit naturaliter operationes animales, & rationales, quas tua reſpicit, & inſuper perſonalitatem Verbi, à qua ſumit prædicatum intrinſecum. Si vero *Realis* es, ponis volens nolens, ſpeciem humanam, non ſpeciem infimam, ſed genus, quod prædicabitur de Chriſto, & Petro tanquam de ſingularibus ſpecie differentibus.

308 Ad hæc, impunè poterunt dicere iſti Authores, humanitates plures poſſibiles eſſe, quæ prædicata intrinſeca hæcceitatum ſuarum, ſumant à perſonalitatibus alienis, non ſolum diuinis, ſed creatis; neque enim eſt ratio diſpar diuinandi in humanitate Chriſti, quæ non ſit in reliquis humanitatibus, & entitatibus omnibus, quæ aſſumi, aut terminari poſſunt *aliena ſubſiſtentia*: quæ ſi non ſunt omnes, ſunt plurimæ; & ſubinde multiplicabunt entitates abſolutas ſine fine, qui paucula modales, aliunde neceſſarias ad rerum conſtitutionem, & faciliorem intellectum, euitare contenderint. S. *Thomas* 3.d 2.q 1. a.1.

Secunda pars Sectionis exponit, & refellit opiniones quorundā, qui poſuerunt duas vniones in quolibet compoſito; & aliorum, qui vnam tantum, ſed ſpiritualem in humano; ac tandem aliorum aientiū vnionem ſubiectari ſolū in alterutro extremo.

SEcunda opinio eſt *Petri Hurtado* d.5. Phyſ. ſect.7. à 9. 120. *Baranzani* d.4. q.4. & quorundam Recentiorum, quorum *Rubius* meminit hic q.6. num.65. tr. *de forma*, aſſerentium in quolibet compoſito naturali eſſe duas vniones ſubſtantiales, alteram, qua vnitur forma materię, dictam *informationem*, alteram, qua vnitur materia formæ, vocatam *materializationem*, & hanc eſſe in materia, illam vero in forma, non vtramque in vtroque extremo.

Opinionis huius intellectu difficilis, & ſine neceſſitate vniones multiplicantis, vbi ægrè admittitur vna, ratio potiſſima ſic eſt. mutua relatiua, vt *Socrates*, & *Plato* pares in albedine, vel quæuis ſimilia extrema etiam penetrata, referunt per duas relationes; ergo materia, & forma vniuntur per duas vniones; patet conſequentia; quia materia refer-

tur ad formam, per vnionem, tanquam per quandam relationem; & viciſſim forma refertur ad materiam, per aliam vnionem: atqui vnio relatiua materiæ ad formam, eſt, ac dicitur receptio, ſeu materializatio; vnio vero relatiua formę, eſt informatio; quæ ex alia parte ſunt earum cauſarum cauſalitates, quibus cauſant ſe inuicem; atque compoſitum; & ideo oportet eſſe duas. aliæ rationes infra aſſeruntur, & ſoluuntur; quia licet impugnent ſimplicem vnionem ſubiectatam in vtroque extremo, pro ſententia Patrum *Suarez*, & *Vaſquez*, non probant fore duas.

309 Ad hanc ergo reſpondeo, omiſſo antecedenti, negando conſequentiam; non valet argumentum à relationibus ad vniones; quod ſi contendis valere, ſic arguo, duæ partes cuiuſcunque continui habent duas relationes ſimilitudinis, vel diſtinctionis, ergo habent duas vniones, vel ſic, materia, & forma compoſiti tui, habent pluſquam ſex relationes mutuas; ergo habent pluſquam ſex vniones. Negabis conſequentiam, quia ſufficiunt tibi vniones duæ, & ego ſimiliter nego plures, quia mihi ſufficit vna; reddo ergo diſcrimen; quia vnio eſt duorum nexus, & *terminus communis*, qui neceſſario eſt vnicus, vt apparet in puncto vniente partes lineæ; in vbi inſtantaneo vniente partes vbi ſucceſſiui; in vnica vnione hypoſtatica vniente Deum, & humanitatem; non ſic relatio, quæ ſine dubio non eſt deſtinata à natura ad faciendum vnum vnitum, ſiue compoſitum, ſed ad referendum vnum ad aliud, non intendendo ea vnire intrinſece, & ita in pluribus ſubiectis referendis poterunt eſſe plures.

Ariſtoteles

Quando vero relatio duorum conſtet ex duobus formis, vel quaſi formis, vel vna ſola, videbis in *Tripartita* à nu. 954. illud certum videtur, in caſu, quo duo Angeli eiuſdem ſpeciei eſſent penetrati, dici non poſſe amicos per vnicum vnius amorem, niſi & alter redamet; neque inæquales virgas duas penetratas, ſi non habean duas quantitates, quarum altera ſit maior, altera minor; & ſimiliter de modulis dicere poterunt ſui Authores; quia relationes non ſunt vniones, quarũ eſſentia, & finis eſt connexio duorum.

Ad conſequentiæ probationem, ſi ſermo ſit de relatione prædicamentali, dico fingi ineſſe materiæ, & formæ duas vniones, vt conueniant in eas habere; ſi vero ſit ſermo de tranſcendentali, dic per vnicam vnionem poſſe referri extremum vtrumque, vt vides in puncto, per quod partes vnitæ referuntur, atque eadem vnio, vt ſe habet ex parte materiæ, dici poteſt *receptio* & cauſalitas eius; & viceuerſa, vt ſe tenet ex parte formæ *informatio*; vt quoque contingit in actione, & paſſione, quæ eſt eadem entitas, & in actione, qua concurrunt Deus, & Creatura, vel cauſæ plures, quę vnica exiſtens ſeruit multis, & varia nomina ſortitur; accedit exemplum formæ, anima, v.g. noſtra eadem eſt, ac dicitur receptiua, & informatiua, nam recipit potentias ſuas, & informat corpus, quidni ergo vnica vnio erit receptio, & informatio ſimul?

S. Thomas 1.p.q.105. a.5.

Ad hæc addo, id argumentum potius probare non dari nec vnum modum vnionis, ſed vniri extrema ſe ipſis, ſicut ſine modo diſtincto referuntur à *P. Hurtado*. Sed ad non conuincit paritas, quia relatiua non vniuntur intrinſecè, ſecus extrema componentia vnum per ſe.

Hic notarem Authores duplicis vnionis, non ſolum ponere vnionem naturaliter fieri talis naturæ, vt modificet vnũ tantum extremum, & aliud reſpiciat, ſed non tangat, quod tamen vniat; quod quidem credimus potius, quam intelligimus, contingere, & fieri potuiſſe de potentia abſoluta, in vnione hypoſtatica, in quo conueniunt cum *Suarez*, *Vaſquez*, *Murcia*, & alijs allegandis, verum etiam ſuperaddere duas vniones, alterã modificatem vnum extremum, alteram alterum; & ſubinde debere, ſi ſeruent conſequentiam, ponere etiam in Verbo diuino vnionem modificantem ipſum, & inde reſpicientem humanitatem, quod licet ex parte aſſertum fuerit à P. *Valentia* to. 4. diſp. 1. q. 1. par. 2 aſſerente vnionem vnam hypoſtaticam recipi in verbo, & in humanitate, ſed omnino reijciendum eſt, vt reijcit P. *Granado* 3. p. de Incarnat. d. 2. & *Communis*, quia Deus eſt immutabili. 310

Tertio opinio Patrum *Suarez* diſp. 15. met. ſect. 3. nu. 11. Vaſquez 1. p. diſp. 195. cap. 3 nu. 9. & infra, docuit vnionem hominis eſſe ſpiritualem; quia anima animæ ſpiritualis eſt. Sed diſplicet tum propter rationes, quibus illam impugnaui

gnaui ſupra à num.302. tum quia aduer- S. Thomas. ſari videtur *S.Thomæ* dicens 2 2.q.5.ar 1. c.nihil corporeum poſſe rem ſpiritualem producere licet è contra, bene poſſit res ſpiritualis, propter eminentiam ſuæ virtutis, producere rem corpoream; produceret autem potentia corporea Patris, vnionem ſpiritualem ſui Filij. Si opinio illa vera eſſet, quod abſurdum videtur. nec placent, qui dicunt in *Tellez*, poſitis S. Thomas 1 p q.118. a. 2.ad 4. diſpoſitionibus, vnionem produci a Deo. & minus, aientes produci ab ijs diſpoſitionibus, quia hoc eſt impoſſibile propter dicta a num.491. illud vero non eſt neceſſarium.

311 Quarta opinio eſt P.*Vaſquez* to.1. in 3.p.d.19.a num.23.quam valde probabilem dicit *Suarez* in met.d.13.ſect.9.n.13 docentis vnionem in forma ſola ſubiectari. Quinta opinio *Murcia* 2.Phyſ.d.3. q.5. cui conſonant *Rubius* hic tract. *de forma* q.6.a nu.61.*Oviedo*, & *Averſa*, fuit, vnionem ſubiectari in ſola materia, ſed ambæ iſtæ opiniones refutatæ ſunt in probationibus noſtris, ſupra a num.301. vbi monſtratum eſt congruentius eſſe, quod vnio duorum ea duo modificet, & in vtroque ſit tota: quod declaramus vno ſolo puncto exiſtente in centro, quod vnit lineas plures, per illud tranſeuntes; quibus adde vnionem educi neceſſario ab vtroque extremo, ideſt, produci dependenter ab vtroque.

Tertia pars Sectionis ponit aduertentias pro ſolutione argumentorum, quæ prætenderent in compoſito eſſe vniones duas, vel vnam ſubiectatam in altero tantum extremo.

312 AD extremum vero, pro aliquarum obiectionum ſolutione, aduerto primo, quod quando dicimus in compoſito eſſe vnam ſolam vnionem, loquimur de vnione informationis, qua vnitur materia cum forma; non enim negamus quin ibi ſint aliæ vniones plures, aliæ inhæſionis, quibus accidentia vniuntur cum quantitate; aliæ continuationis, quibus fiunt dimenſiones corporeæ; aliæ intenſionis, quibus fit, & vnitur gradualis intenſio qualitatum.

Aduerto ſecundo, quod quando corrumpitur vnio compoſiti, manet in materia vna priuatio vnionis, & altera eiuſdem in forma, ſi forma perſeuerat; neque in hoc apparet repugnantia, nam tam materia, quam forma eſt aptum ſubiectum recipere vnionem, ſicut in mea materia eſt vna priuatio animæ Petri, & eiuſdem animæ ſunt aliæ multæ priuationes, in multis materijs veſtris.

Aduerto tertio, vnionem hypoſtaticam vnientem verbi perſonalitatem cum humanitate, nempe cum materia Chriſti D. cum anima, & cum eius naturali vnione, in primis ſubiectari ſolum in humanitate, vt in ſubiecto modificationis adæquato, quia in Verbi perſona- S. Thomas 3.p.q 2.a.7 litate ſubiectari non poteſt, ne *Deus* mutetur intrinſece, aliquid creatum recipiendo, & hanc eſſe naturam iſtius admirabilis vnionis, quæ in eo planè eſt ſingularis, & ſine exemplo, deinde aduerte eandem vnionem non eſſe triplicem, ſed vnicam habentem tres partes correſpondentes tribus partibus humanitatis prædictis, & eas verbo diuino cõnectentes, vt præclarè tradit *Granado*, in 3.p.tr.de *Vnione hypoſt.*

Et ſanè authores duplicis vnionis, coguntur ponere alteram ex parte Verbi, quod intimè ipſum afficiat, vel ſi non, non euadent omnino opinationis quorundam, qui Verbo dant tantam eminentiam, vt potuerit vniri cum humanitate ſine alia vnione, efficaces impugnationes factas à Theologis ſpeciatim *Henelmano* tit.de libertate Dei, *Maratio* tract. de Incarnat. d.13. ſect.1. *Vaſquez* d.18. a num.5. *Suarez* d.8. ſect.2. *Becano* c.2.q.2. *Granado* d.2.de Vnione hypoſtatica, & *Arriaga* hic, d.4.à n.48.

Quarto aduerte, vnionem affectiuam creatam; quæ vnit amicos, eſſe ens per accidens, & neceſſario poſtulare duos actus amoris, vnumquemque in vnoquoque amico, quia ſcilicet, amicitia eſt relatio, & vnio non phyſica, quæ attingere poteſt extremum vtrumque, ſed moralis, quæ petit in extremis non phyſice coniunctis, ſed ſæpe longe diſtantibus amare, & redamare; quos actus eſſe præterea realiter diſtinctos, ac duos in creaturis, propter earum limitationem neceſſe eſt, neque enim contingit me Petrum amare per actum eũdem, quo ille me redamat, ſed per diſtinctum, vt manifeſtum eſt. 313

Quinto aduerto, vnionis corporeæ, quam nos ponimus in homine partes, talis virtutis eſſe, vt quælibet connectat cum qualibet parte materiæ primæ ſibi correſpondenti, totam animam; ſicut enim pars quælibet materiæ, vel minima capit totam animam, quæ quia ſpiritus eſt, dicitur *tota eſſe in tota materia, & tota in qualibet parte,* ita poteſt vna pars vnionis totam animam vnire cum parte materiæ; imo quodlibet punctum vnionis vnit integram animam cum puncto materiæ, & in hoc nulla apparet repugnantia. S. Thomas

Sexto aduerto, de eſſentia vnionis entium permanentium vt ſic, eſſe connectere extrema, ſiue ea omnia modificando, quod facit vnio equi, ſiue vnum modificando, & aliud reſpiciendo. & quaſi in compoſitionem adducendo, quod facit vnio hypoſtatica, vti declarant Theologi, ſpeciatim *Granado* 3.par. controu.de Incarnat.initio diſp.2. ſiue exiſtendo immediate extremis, nullum tangẽdo, quod præſtant vniones cõtinui.

Septimo, non implicare entitatem, quæ ſit vnio, ſubiectari adæquate in duplici ſubiecto inadæquato, & partiali exiſtenti in eodem loco, ideſt, totam in quolibet partiali extremo, materia nimirum, & forma; quia ex naturali conditione nexus, & vnionis informantis talis eſſentia poſtulatur, nec ex ea ſequitur cõtradictio. & ſimiliter poſſibile eſt, vt ſupra dictum eſt, quod vnio corporea vniat extremum alterum ſpirituale, & alterum corporeum, & quod ab vtroq; educatur; ſiquidem Corpus, & Spiritus ita ſibi poſſunt correſpondere, & adaptari, vt vniantur, ſiue nexu ſpirituali, ſiue corporeo, vt manifeſte cernitur in anima noſtra, & noſtro corpore. cætera aduertam in ſequentibus.

SECTIO III.

Breui reſoluit quæſtiones, quæ de potentia abſoluta circa vnionẽ fieri ſolent, aut poſſunt, & reſpondet argumentis quorundã Recentiorum.

314 Dico primo, licet impoſſibile videatur extrema vniri ſine vnione, vt termini præ ſe ferũt, & à nobis probatũ ſupra fuit contra quoſdã allegatos n.304. Veruntamen poſſibiles videntur de potentia Dei abſoluta, vniones, quas de facto dari exiſtimarunt Doctiſſimi PP. *Vaſquez, Hurtado, Rubius, Suarez, Murcia,* & alij Recentiores, & probatur, quia eorum rationes ad minus probant vniones ſuas nõ implicare contradictionem, quod nolumus, neque poſſumus illis negare, præſertim quia habent exemplum vnionis hypoſtaticæ, quæ in vno ſolo extremo ineſt, nempe in humanitate, & inde reſpiciendo perſonalitatem Verbi, ipſum in admirabilem compoſitionẽ adducit, *intrinſecè* connectendo extremum vtrumque, vt proſequitur *Bernal* diſp.9.num.19. S. Thomas 3.p.q.2.a.4

Dico ſecundo, non implicat de potentia abſoluta vniri animam rationalem, v.g. cum corpore, duabus adæquatis vnionibus, ita quod, vna deſtructa, mediante alia homo perſeueret. Probatur à paritatibus. Diuina Omnipotentia poteſt vbicare rem vnam, duobus, vel pluribus *vbi*, in vno, vel in diuerſis locis, & producere rem eandem duabus, vel pluribus adæquatis actionibus, imo communiter conceditur Chriſtum D. habere *vbi*, ſeu præſentias adæquatas in tot locis, in quibus eius corpus in Euchariſtia aſſeruatur; & inſuper fieri, & conſeruari idem Corpus multis adæquatis actionibus; ergo eidem omnipotentiæ concedendum eſt poſſe vnire quamlibet formam cum ſua materia, multis adæquatis vnionibus.

Dico tertio, poſſibilis item eſt vnio vna, quæ coniungat cum vna ſola parte 315
materiæ multas formas, vel cum vna forma multas materias. Probatur, primo generaliter argumento. Etenim quidquid non implicat cõtradictionem, Deo concedendum eſt, &c. Secundo, quia de facto vnum punctum, quod eſt in centro circuli, vnit infinitas partes lineæ venientium ad centrum. Deinde puncta lineæ vnionis corporeæ, quæ vniunt partes ipſius vnionis inter ſe, vniunt præterea puncta, & lineas formę cum materia; ecce de facto dantur vniones, quæ vniunt pluſquam duo extrema, ergo de potentia abſoluta non implicabit vnio, quæ poſſit vnire cum vna portione materiæ, formam equi, & formam leonis, aut plures; & cum forma equi S. Thomas 1.d.42. q.2 a.3. ad 2.

duas

duas materias, vel plures; modo ea vnio dicatur fore ſupernaturalis, modo, præternaturalis.

Dico quarto, poſſe de potentia abſoluta fieri vniones humanas ſpirituales, ideſt, quæ vniant materiam hanc cum anima rationali, ita à fortiori ſentiunt *Suarez*, & *Vaſquez* vbi ſupra num. 310. & alij, qui opinantur noſtras vniones eſſe ſpirituales. Ratio generalis eſt, quia huiuſmodi vniones non implicant, poſſunt ergo fieri à Deo. probatur antecedens; etenim poſſibilis eſt vnio ſpiritualis, & formaliter indiuiſibilis, quæ ſit eminenter, & virtualiter longa, lata, profunda, ſicut eſt anima rationalis, quæ vniat animam in tota, & in qualibet parte materiæ, ad eum fere modum, quo vbi ſpirituale animæ omnino indiuiſibile, & ſine partibus, reddit illam ob ſui eminentiam, intimè præſentem toti ſpatio, quod occupat noſtrum corpus.

316 Vnde colligo poſſibilé item eſſe vnionem ſpiritualem inter extrema corporea, ideſt, quæ vniat animam equi cum eius corpore, quia non video implicationem.

Sed opponunt Recentiores, qui putant implicare vnionem ſpiritualé inter corporea extrema, varias implicationes, quas ad hanc vnam redixi. Si daretur vnio ſpiritualis inter extrema corporea, ea ſimul eſſet ſpiritualis, & non eſſet; hæc eſt implicatio, ergo. probant maiorem. In primis ea vnio eſſet ſpiritualis, vt ſupponitur, deinde non eſſet quia eſſet corpus, quod conuinci credunt ex triplici attributo proprio corporum. primum eſt dependere à corpore, & cum eo habere tantam connexionem, vt nec diuinitus poſſit eſſe ſine illo, ſecundum, dependere, & cauſari à corpore per influxum, quem vocant materialem cauſalitatem; Tertium, eſſe formam, ſeu quaſi formam connaturalem ſubiecti corporei, & ſubinde ipſius perfectionem, quæ attributa conuenirent iſti vnioni, quæ tamen repugnant ſpiritui.

Reſpondeo negando minorem, cuius probatio non reuincit vnionem hanc fore corpoream; primo, quia non eſt contra rationem ſpiritus, dependere à corpore, quod fateri nobiſcum debent Recentiores, qui non negant relationes prædicamentales ſpirituales pullulantes in Angelo ad varios terminos, nec tranſcendentales, vt ſunt actus ſpirituales intellectus, & voluntatis habere tantam dependentiam à terminis ſuis, & obiectis corporeis, vt neque de potentia abſoluta poſſint ſine ijs perſiſtere.

Secundo, neceſſe non eſt, quod vnio hæc ſpiritualis recipiat influxum materialem à ſubiecto corporali, ſatis erit, ſi à Deo educatur, conſeruata tamen a ſolo Deo. Tertio, bene poteſt vnio ſpiritualis informare, ſeu modificare connaturaliter ſubiectum corporeum, ſicut anima rationalis ſpiritualis connaturaliter informat corpus, quare vnio hæc poſſibilis S. Thomas ſpiritus eſt, quia illi competit definitio ſpiritus, & repugnat definitio corporis, traditæ ſupra a num. 62. neque ſunt attributa propria corporis, quæ propoſita ſunt in argumento, ſed quædam prædicata communia corpori, & ſpiritui.

Quinto quæritur, an vnio, quæ alias 317
modus eſt eſſentialiter ſe ipſa vnita extremis, eaque modificans, aut alterum ſaltem, atque ex eis, vel ex altero producta per eductionem, poſſit diuinitus creari. negarent *Suarez* d. 16. met. ſect. 2. num. 16 *Vaſquez* 1. p. d. 174. a nu. 8. & 17. *Murcia* 2. Phyſ. d. 3. q. 1. & alij, qui putant eſſe de eſſentia modi, actualiter dependere à ſubiecto, non ſolum per vnionem exercitam per ſe met ipſum, quam vocant *primariam cauſalitatem*, ſed etiam per influxum ſubiecti, quam dicunt *cauſalitatem ſecundariam*, ita vt nulla poſſit ſuppleri a Deo.

Sed affirmant alij, in primis meus in Philoſophia magiſter *P. Iacobus Melendez* in *perdocta diſp. de modis*, ſect. 4. qui cũ alijs viris doctis noſtræ Prouinciæ, quorũ vnus eſt P. *Hemelman* tit. 11. d. 12. cap. 2. me docuit non eſſe de eſſentia modi fieri à ſubiecto per influxum, & ſubinde poſſe diuinitus creari. deinde PP. *Arriaga* in terminis *vnionis* hic diſp. 4. a num 122 & *Hurtado* diſp. 12. à § 93. & *Bernal* de Incarnat. d. 12. a num. 37. Ego autem modo non contradico, licet alibi inſinuauero, quod dicam infra fuſius, creationem eſſe non poſſe, quæ *neceſſario debeat* reponere effectum, quem producit, in aliquo ſubiecto, etiam non influente, ſed tantum per primariam cauſalitatem, quaſi ſuſtentante, lege ergo ſupra à n. 275 & aduerte actionem non fore, ſi tam debilis conditionis eſſet, vt neceſſario peteret eam reponere in materia, quin poſſet illam ſolitariam ſuſtinere, etiamſi

mate-

Digitized by Google

materia tunc influxum animæ, vti nunc non præbet, non præberet.

Altera pars Sectionis tangit nouas alias opiniones de Vnione, occaſione Vnionis hypoſtaticæ, *ab aliquibus recenter inductas in ſcholas, vel illuſtratas.*

318 VLtimo quæri poteſt an duo extrema poſſint vniri vere, & phyſicè ſine vnione, ex ſolo Dei beneplacito, quo vellet ea vniri; vel an poſſint vniri mediante aliqua entitate, quæ ex ſe vnio nō ſit, ſed vel qualitas, vel vbi, vel actio, vel relatio, vel modus alius. mirabilis eſt philoſophandi licentia huius temporis, quæ, vt nemo non videt, naſcitur ex humana ignorantia. vix enim, ſi fidem tollas, & *ſcripturas*, quidquam certo ſcimus, audi, & vide.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas in Tripart. n. 958. P. *VVadingus* in de *Incarnat. Tiphanus* lib. de Hyp. & alij *Moderni* cum *Antiquis* ablegatis ab ſcholijs ſuis omnibus *modis*, contenduct; quæuis extrema, etiam verbum Dei, & humanitatem vniri potuiſſe ſola Dei voluntate, volentis vt vnita ſint, vel fuerint, nullo alio nexu producto; ſed hoc tanquam impoſſibile, & intelligibile, refutatum eſt à magnis Theologis, præſertim PP. *Vaſquez, Hemelman, Granado, Maratio, C. Lugo, Coninch Beccano, Bernal*, & alijs communiter, qui putát illud principium eſſe certiſſimum, *à contradictorio in contradictorium, ſine phyſica noua mutatione tranſitus eſſe non poteſt*; & merito, quæ enim extrema antiqua, vel etiam nouiter nata, dicentur vnita, & intrinſecè vnita erunt, ſine vnione, ex ſola extrinſeca voluntate Dei res ſinente immutatas, vt erant ante tuā vnionem, ſane voluntas iſta Dei non eſt, ſed à te fingitur eſſe, vt fusè oſtendo à num. 359.

Ad ſecundum reſpondet P. *Bernal* de *Incarnat.* d. 12 à nu. 37. renouans opinionem, non mi nus captu difficilem, poſſe nimirum, extrema vniri per actiones, quibus vel eorum alterum, vel ambo extrema producuntur; vnde concludit vnionem hypoſtaticam eſſe productionem, ſeu productiones tres, nempe animæ, materiæ, & vnionis, petentes affigi etiam verbo; non autem modalem entitatem ſubſtantialem realiter diſtinctam quam ponit opinio communis.

319 Multa congerit doctus iſte Pater, vt ſuadeat ſuum propoſitum, ſed à Theologis refellendus, mihi diſplicet primo, quia mutat officia rebus, & facit vniones, rationes formales agendi; poſſet ſimiliter dicere vniri verbum cum carne, mediante creata præſentia, vel ſubſiſtentia, aut modo aliquo relatorio, aut actu voluntatis creato, patentibus affigi verbo, & humanitati; quia æque ſunt iſtæ entitates, atque actio ad vniendum pertinentes, & impertinentes. Secundo quia Chriſtus fit ens per accidens, nempe vnitum vnione accidentali, de prædicamento actionis; quod ſi dicatur eam actionem fore ſubſtantiam, longe receditur à via communi, & forſan itur ad opinionem communem de vnione modali ſubſtantiali, termino producto per actionem aſſumptiuam, ſed identificatā cum ipſo termino, præſertim creato, quod faciunt multi. *S. Thomas de Po. q. 3. a. 3. ad 2. & 3.*

Tertio diſplicet, quia in Chriſto erunt duæ ſubſiſtentiæ altera increata, altera creata; hæc erit actio creatiua humanitatis, ſicut in opinione huius Patris creationes Angelorum, ſunt illorum ſubſiſtentiæ; difficilè vero probabitur creationem humanitatis eſſe minus quaſi vberem, & poſtulare affigi illam cum verbi ſubſiſtentia, nec poſſe eam ſolitariam conſeruare, ſiquidem à verbo non educitur; nam quo modo potuit actio mortua, non vitalis reſpicere tranſcendenter, connecti, ordinem habere ad Verbi perſonam? quo titulo, vnde illi deriuatum fuit hoc ſingulare prædicatū, vt ſecundum ipſum poſtulet ſuum terminum terminari per Verbum, & ipſi illum connecti ad finem, vt per ipſum ſubſiſtat; ſed hæc alibi proſequar congruentius.

Sed dices pro *Bernalio*, Deus poteſt condere actionem talis naturæ, vt producat extrema, & ipſa vniat; vel etiam, quæ producat humanitatem, ipſamque connectat cum Deo; ergo media actione poteſt Deus vnire, ſane iſte Doctor dignum ſe facit eadem repulſa, qua ipſe doctè repellit *VVadingum* Etenim perinde eſt impoſſibilis tranſitus de non vnito ad vnitum, nulla facta mutatione in rebus vniendis, ac facta mutatione rei, quæ non ſit ad propoſitum, vt manifeſtum eſt; Ratio autem formalis

creandi

Digitized by Google

creandi inepta omnino eſt, vt ſit ratio formalis formalis vniēdi; ſicut vnio modalis ſubſtantialis, vel inhęrentia, pręſentia, relatio, & huiuſmodi, ſunt Entitates omnino ineptę, etiamſi ſupernaturales ſint, vt ſimul ſint rationes formales creādi, aut generandi.

320 Quare nego totum enthymema; quia Deus nequit facere impoſſibilia, vel chimeris vnire extrema realia, neque albedine pluſquam dealbare, nec ſat eſt dicere Deum voluiſſe facere creationem talis naturę, vt connectat materiam, & animam, quas creat, cum Deo; vt continuo creatio ſimul ſit nexus phyſicus, ſed probare eiuſmodi rationes formales tā differentes, de potētia abſoluta compoſſibiles eſſe; & dare diſcrimen cur non, & reliquę poſſint diuinitus inuerti, cōmiſceri, ſiue realiter confundi, demus ergo cuique rei, quod ſuum eſt.

S. Thomas

QVAESTIO VI.

De triplici partiali ſubſiſtentia, qua cōpoſitum naturale quodvis perficitur vltimo, atque cōpletur.

NE quid, quod ſpectat ad cōplementum ſubſtantiale cōpoſiti prætermittatur, ex meliori Metaphyſica ſuppono cum P. *Suarez* diſp. 34. & alijs videndis *Tripartita* noſtra n. 795. *ſubſiſtentiā in communi eſſe modum realem ſubſtantialem, quo completur ſubſtantia in eſſe per ſe, & ad operandum, & conſtituitur incommunicabilis in eſſe ſuppoſiti.*

Eſt ſubſtantia *modus*, quia modificat ſubſtantiam, in qua eſt, cum ea per ſe ipſum vnitus; & *ſubſtantialis*, quia facit vnum per ſe cum ſubſtantia, quam complet, & quam complendo facit ſtare per ſe, ad differentiam modi, qui dicitur *inhærentia*, quæ facit accidens eſſe in alio. cōplet pręterea ſubſiſtentia ſubſtātiam, in ordine ad operationes, & ideo dici ſolet ſubſiſtentia principium *quod* operationum, & ſubſtantia per eam terminata principium *quo*, & communi prouerbio dicitur, *actiones eſſe ſuppoſitorum ſeu ſubſiſtentiarum*, vt explicabam in *Logica* nu. 726 eſt enim ſuppoſitum quaſi Paterfamilias, & Domus moderator, cui attribuuntur actiones cęterorum, qui eius domus ſunt.

Ariſtoteles 2. m. t. 3. *S. Thomas ibi.*

Eſt pręterea ſubſiſtentia modus realis, & realiter diſtinctus à ſubſtantia, cui ineſt, quod patet in Chriſti humanitate, quam ſpoliata propria, & naturali ſubſiſtentia, verbum aſſumpſit, & terminauit diuina. & quidem ſubſtantia, quando terminat ſubſtantias irrationales, facit *ſuppoſita*; quando rationales, facit nō ſolum ſuppoſita, ſed *Perſonas*. Vnde lapis ſubſiſtens *ſuppoſitum* dicitur, Angelus vero, & homo *perſonæ*. 321

S. Thomas

Redditur deinde per ſubſiſtentiam ſubſtantia incommunicabilis alteri ſuppoſito, & ſic Angelus ſubſiſtens nequit vlterius terminari per ſubſiſtentiam homini, neque per aliam, quod adeo verū eſſe opinantur multi cum allegatis ſupra n. 228. vt dicant de potentia abſoluta implicare tum quod vnus Angelus habeat duas ſubſiſtentias, vnam propriam, & alteram alienam; tum etiam, quod Angeli ſubſiſtentia per aliam quamlibet terminetur.

Subſiſtētia ergo eſt proprietas annexa ſubſtantię, vnde quęlibet vendicat ſibi ſuam ſubſiſtentiam, quam ex ſe dum primo naſcitur, per emanationem producit in ſe, ſicut producit *vbi*, & alias proprietates naturales.

Ex quo infero primò tres partes ſubſtantiales compoſiti, nempe materiam, vnionem, & formam, habere ſuas ſibi correſpondentes ſubſiſtentias partiales. Infero ſecūdo eas tres diuerſas ſubſiſtētias inter ſe ſe habere, ſicut ſubſtantiæ, quas terminant, ſicut enim materia mediante vnione recipit formam, & forma viciſſim informat materiam, ita ſubſiſtentia materię recipit mediante ſubſiſtentia vnionis ſubſiſtentiam formę; & viciſſim ſubſiſtentia formę informat ſubſiſtentiam materię, vt ſic proportio omnimoda ſeruetur, cum ea poſſit ſeruari, & nihil probet contrarium.

Infero tertio ſubſiſtentiam formę v. g. (& idem eſt de ſubſiſtentia vnionis) habere duplex ſubiectum, alterum informationis, cum quo vnitur mediāte tertia vnione, quod eſt ſubſiſtentia materię; alterum modificationis, cum quo vnitur per ſemet ipſam, quod eſt ipſa forma; vbi, vt obiter capias eſſentiam modi, nota quemcumque modum dici talem, quia per ſemet ipſum modificando ſubiectum, cum ipſo vnitur, non indigens vnione à ſe diſtincta, ipſe enim &

eſt

eſt modus, & eſt vnio ſui ipſius; formę verò, quæ dicuntur *res abſoluta*, ſemper indigent tertia vnione, vt vniantur cum ſubiectis, vt ſupra dictum eſt; ſed mirabiliter diſcurrit, & ſentit de ſubſiſtentia *P. Bernal.* de Incarnat. d. 12. & P. *Claudius Tiphanus* in libro toto de Hipoſtaſi, vbi negauit omnes modales entitates, quorum ſententiæ alibi referendę, & refellendę à nobis erunt.

QVAESTIO VII.

Non eſſe ſolam Formam omnem eſſentiam compoſiti naturalis, neque toto compoſito æqualem, aut perfectiorem, demonſtrat contra quoſdam.

322 VEra ſententia eſt nõ ſolam formam, ſed etiam materiam eſſe de eſſentiâ compoſiti, quam probat optimè *S. Thomas* cũ *Ariſtotele* a ſe citato fuſe in *Alamanio* hic q. 9. *de cauſa formali* art. 2. ſed pręſertim 1. p. q. 75. ar. 4. Ratio illius eſt. quidquid ponitur in definitione eſſentiali compoſiti, eſt de eius eſſentia; ſed non ſola forma, ſed materia etiam ponitur in definitione eſſentiali compoſiti; ergo vtraque eſt de eius eſſentia; minorem monſtrãt iſtę definitiones eſſentiales, *Petrus conſtat anima, & corpore. hic lapis conſtat materia & forma.* Vnde meritò S. *Auguſtinus* laudat *Varronem*, quod hominem, neque animam ſolam, nec ſolum corpus, ſed animam, & corpus eſſe arbitrabatur. conſentiunt *Suarez* d. 36. met. ſect. 2. an. 4. *Pererius* lib. 6. c. 8. *Ferrarius* d. 2. q. 2. a. 12. *Arriaga* hic d. 3. an. 16. & *Communis*.

S. Thomas 7. m. l. 9.

S. Auguſt. l. 19. Ciuit. c. 3.

Quando autem dixit *Ariſtoteles* ſupra nu. 285. formam ſolam eſſe rationem, vel eſſentiam rei, ſiue *quodquid erat rei* ſolũ voluit eam eſſe partem magis principalem, quę ponit in determinata ſpecie materiam indifferentem ad ſpecies varias; nec enim negare potuit materiam etiã ſuo modo pertinere ad ſpecificationem compoſiti, quod vt pars eſſentiæ eius, & vt alterum principium conſtituit, vt patet ſi comparetur cum alia materia alterius ſpeciei, & ex *Tripartita* nu. 1205. hęc ergo eſt doctrina *S. Thomæ* in illo ar. 4. & Philoſophi dicentis 8. met. t. 15. quidditatem compoſitorum, ſeu ſubſtantiarum materialium eſſe per ſe vnam, quia conſtat ex actu, & potentia, quę per ſe vniũtur, quorundam enim ratio vel eſſentia compoſitio eſt, ſiue coniuncta duo, ceu eorum elementa.

Ariſtoteles 4. Ph. t. 35. et Met. t. 22

S. Thomas

Vnde falſi ſunt *Alexander*, *Auerroes*, & alij, quos refert *Suarez* ſupra n. 2. qui propter quaſdam authoritates Philoſophi, iam a nobis explicatas, opinati ſunt materiam non eſſe de eſſentia, & quidditate compoſiti, ſed quidditatem totam eſſe formam, licet faterentur materiam pertinere ad compoſiti conſtitutionem, non vt partem eſſentialem, ſed vt *vehiculum* formę, eos autem bene confutant *S. Thomas*, & *Suarez* locis allegatis. 223

S. Thomas

Ex his aperte colligitur formam ſeorſim ſumptam, nõ eſſe perfectiorem toto compoſito, ſed compoſitum forma eſſe perfectius, quod tradit *Pererius* lib. 6. c. 5. tanquam cõmune placitum *Latinorum* Philoſophorum, & Theologorũ; & probatur euidẽter; quia illud eſt magis perfectum altero, quod habet perfectionẽ alterius, & inſuper addit perfectionem alteram; ita ſe habet compoſitum; ergo compoſitũ eſt perfectius forma; minor eſt certa, quoniam compoſitum dicit ipſam formam, cum qua ei æquiparatur; & ſuperaddit materiam, quam probauimus eſſe partem eſſentialem compoſiti, & aliquid perfectionis in ſe continere, ſiquidem eſt aliquod ens, & abſolute ſubſtantia, & natura ſecundũ *Ariſtotelem*.

Ariſtoteles
S. Thomas inf. n. 363.

Sed quod admirabile eſt contrarium ſentiunt *Zimara* theo. 10. & *Aquarius* in longa diſputatione *de præſtantia & excellentia formæ, ſupra compoſitum*; quorum fundamentum primum eſt *Ariſtoteles* 7. metaph. t. 7. dicens, *ſi forma prior eſt materia & magis ens, eò, quoque, quod ex ambobus eſt, prius quid erit ob eamdem rationem*; ſed vero iſte locus mendoſus eſt, ita illum lego in *Beſarione*, & *Fonſeca*, *ſi forma prior materia eſt, & magis ens illud quoque quod ex ambobus eſt, prius quid erit ob eandem rationem*; quaſi dicat *Ariſtoteles*, ſi forma perfectior, & melior eſt, quã materia, vt ego opinor contra quoſdam veteres Philoſophos, compoſitum quoque, quod conſtãt ex forma, & materia, erit perfectius, quam materia ſola; vnde nihil contra nos fit, ſed noſtræ ſententię confirmantur.

324 Cætera argumenta dilues aduertendo primo, non quamlibet cauſam eſſe debere æqualé in perfectione, vel perfectiorem eff ctu ſuo, ſed eam cauſam ita ſolere eſſe, quæ cauſat effectum efficienter, & quæ intra effectum non remanet vt pars eius, & quia forma cauſat totum, intra totum manendo, vt pars eius, non eſt æqualis, neque perfectior toto, quod eſt formæ effectus in ſuo genere, non effectiuo, ſed formali.

Secundò, formam non continere eminenter totum compoſitum, quia illud continet eminenter aliud, quod id poteſt producere, forma autem nequit producere materiam primam, vt manifeſtũ eſt. tertio, licet compoſitum tale ſit propter formam, id eſt, talis determinatę ſpeciei, ſe vera tale non eſſe adequate propter eam ſolam, ſed propter ipſam principalius, & propter materiã minus principaliter, ſicut homo talis adequatè eſt propter rationale, & animal, corpus, & animam.

Ariſtoteles 4. Ph. t. 35.

Quare abſolute dicendum eſt primò, materiam eſſe partem eſſentialem compoſiti, & eſſe parté ſuæ perfectionis ignobiliorem. Secundo, formam non eſſe totam eſſentiam compoſiti, ſed eius nobiliorem partem, licet *illud potiſſimo videatur eſſe vnumquodque, quod eſt principale in ipſo*, vt ſupra a. 4. ad primum cum *Ariſtotele* loquebatur *S. Thomas*. Tertio, compoſitum eſſe perfectius ipſa forma, quia præter formam includit materiam, & vnionem, quę aliqualem perfectionem habent, non contentam eminenter in virtute formæ.

Ariſtoteles S. Thomas

QVAESTIO VIII.

An totum naturale Compoſitum diſtinguatur à ſuis partibus, & prius de quorundam terminorũ recta intelligentia.

325 Quæſtionem de ſe facilem, ac parùm vtilem, fecerunt grauiſſimam Authores graues, & obſcuram quidam termini, quorum ſignificata quiſquis rectè nouerit, rem totam comprehenderit; iſti ergo ſunt termini. *Compoſiti omnes partes collectiuè ſumpta: Compoſiti omnes partes diuiſiuè ſumpta*, ille prior terminus ſignificat omnes partes compoſiti ſimul, collectim, ſiue copulatim ſumptas, nulla dempta, quæ ſunt materia, forma, vnio, ſubſiſtétia, & ſi quæ ſunt alię nobis ignotæ. Poſterior ſignificat vnam partem ſolam, & ſeorſim ſumptam, & aliam ſolam, & ſimiliter cæteras ſeorſim ſumptas.

Quapropter ſi interrogas quid ſit cõpoſitum naturale, dicam tibi eſſe omnes partes eius collectiuè ſumptas, id eſt, materiam, formam, vnionem, & ſubſiſtentiam ſimul, nam illæ paucæ voces *compoſitum naturale*, vel illa ſola vox *Petrus*, idem omnino ſignificant, ac illæ plures, *hæ materia, forma, vnio, & ſubſiſtentia ſimul*, & ſolum eſt differentia in modo ſignificandi, & in numero vocum, non in re ſignificata.

Eſt ergo difficultas an cõpoſitum humanum v. g. *Petrus* (& idem eſt de quolibet compoſito, vel coniuncto) ſit omnino idem quod eius partes ſimul, an non, ſed diſtinctum realiter ſit, vel ſola ratione ab omnibus ſuis partibus collectim, & ſimul ſumptis, vnitis, vel non vnitis, ſed gregatim ſumptis, omnibus tamen, & nulla dempta computatis.

SECTIO I.

Oſtendit Compoſitum non diſtingui realiter à ſuis omnibus partibus ſimul, vel collectim ſumptis.

Tituli aſſertum contuentur *Rubius* hic cap. 3. q. 1. *Toletus* q. 8. *Hurtado* diſp. 6. ſect. 1. *Arriaga* d. 5. nu. 2. *Ouiedo* c. 5. p. 1. *Auerſa* cum *Areſio, Sueſſan.* & alijs, & optime, *Suarez* diſput. 36. met. ſect. 3. n. 6. & ibi *Alexander*, *Themiſtius*, *Philoponus*, *Simplicius*, *Auerroes*, *Durandus*, *Niſus*, *Gregorius*, *Paludanus*, *Soncinas*, *S. Thomas*, & Recentiores cum *Ariſtotele* 4. Phyſ. t. 23. & *S. Thoma* ibi lect. 4. dicentibus *nõ enim eſt præter partes totum*, id eſt, vt explanat *Pallauicinus*, non eſt totum aliqua entitas præter ſuas partes ſimul ſumptas, nec ab eis diſtincta, & 5. *met.* t. 31. partes eſſe *ex quibus totum componitur, totũ vero à quo nulla pars abeſt earum, ex quibus totum natura dicitur*. 326

Ariſtoteles S. Thomas

Hanc ſententiam approbare videntur Apoſtolus in 1. ad Corint. c. 12. ibi, *Omnia membra vnum Corpus ſunt*, ergo membra ſimul ſumpta nõ diſtinguuntur à corpo-

re. S. *Athanaſius* in Symbolo ibi, *ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus*. ergo anima, & caro nõ diſtinguuntur ab homine, & Deus, & homo idem eſt quod Chriſtus S. *Auguſtinus* dicens lib. 7. de Trinitate cap. 4. *homo nihil aliud eſt, quam anima, & corpus*, & 19. de Ciuit. Dei cap. 3. laudans *Varronem* quod hominem, neque animam ſolam; neque ſolum corpus, ſed animam ſimul & corpus eſſe arbitrabatur. Suppone S. *Auguſtinum* putaſſe animam, & corpus eſſe omnes partes hominis, & inuenies illico ipſum, & reliquos Patres opinatos fuiſſe totum hominem ab anima, & corpore nullo modo diſtingui; lege iterum S. *Thomam* 4. contr. Gét. cap. 81. & 1. p. q. 77. a. 1. ad 1. vbi cum *Auguſtino* conſentit.

S. Auguſt. *S. Thomas* *S. Auguſt.*

Ratio breuis eſt, nihil eſt in toto compoſito v.g. in homine, per quod diſtinguatur realiter à ſuis partibus ſimul, vel collectiuè ſumptis; ergo totum compoſitum non diſtinguitur realiter à ſuis partibus ſimul, vel collectiue ſumptis; Antecedens eſt mihi euidens; nam compoſitum homo nihil aliud habet, niſi corpus vnionem, animam, & ſubſiſtentiam; ſed id omne habent, & ſunt partes collectiuè ſumptæ, & præterea nihil; ergo intentum.

Confirmatur primò ea ratio; etenim hæ voces *cõpoſitum naturale* idem prorſus ſignificant, atque iſtæ *partes omnes cõpoſiti collectiuè ſũptæ*, ſiue materia, vnio, anima, & ſubſiſtentia; ergo ſignificata earum vocum non differunt interſe realiter; antecedens eſt certum; nam *compoſitum naturale* ex hominũ impoſitione ſignificat materiam, formam, & vnionem, & ſubſiſtentiam ſimul, & aliam vel alias partes, ſi quæ ſuperſunt ad compoſitum pertinentes.

327 Confirmatur ſecundò, ponamus claritatis gratia, partes humani compoſiti omnes eſſe tantum quatuor, quas ego numerarem dicẽdo *anima, materia, vnio, ſubſiſtentia*; tunc ſic argumentor, iſtæ partes collectiuè ſumpte non differunt à compoſito humano diſtinctione includentis, & incluſi; vt patet, quia quidquid continet cõpoſitum, continent iſtæ quatuor partes; neque differunt, vt modus differt a re, quia ex parte partium nullus eſt modus, qui non ſit ex parte cõpoſiti. Quod autem non diſtinguantur partes à toto, vt duæ res inter ſe, eſt manifeſtum, quia nulla res noua eſt ex parte partium, quæ non ſit ex parte compoſiti: atque mea quidem ſententia, iſta ratio æque probat de quolibet toto, ſiue per ſe, ſiue per accidens, phyſico, aut metaphyſico, vt patebit in ſequentibus.

SECTIO II.

Monſtrat Compoſitum non diſtingui neque ratione à ſuis omnibus partibus collectim ſumptis.

Tituli reſolutionem docuerunt ante me *Durandus* in 3. d. 2. quæſt. 2. n. 12. 328
Hurtado ſupra ꝰ. 3. & 16 & nunc *Arriaga* & alij Recentiores, & efficaciter probant authoritates, & rationes præcedentes, quæ non ſolum reuincunt non diſtingui realiter totũ ab eius partibus collectim ſumptis. ſed neque ratione; quod ſi tu non credis, oſtende mihi quid ſit ratione diſtinctum in partibus, quod non poſſit diſtingui in toto; vel dic mihi quid diſtinctum formaliter, ſeu ratione ſignificetur à termino *compoſitum naturale*, quod nõ ſignificetur a termino *materia, & vnio & forma & ſubſiſtentia ſimul*; Ego enim nihil inuenio in partibus, quod omnino non ſit in toto, ſi tamen totum integrè conſidero, & partes totius ſimiliter omnes quotquot eæ ſint, ſiue ſint quatuor, aut quinque, ſiue plures, ſiue pauciores; inuenio quidem terminos differentes, non ſignificata terminorum, & ſcio rem omnino eamdẽ ſignificari poſſe, & ſolere per diuerſa vocabula, modo breuiora, modo longiora.

Ariſtoteles *S. Auguſt.* *S. Thomas*

Verumtamen ad maiorem doctrinæ comprehenſionem aduerſus quoſdam Recentiores, qui ſine firmo fundamento aſſeruerunt cum P. *Rubio* hic c. 3. q. 1. n. 6. totum diſtingui ratione à ſuis partibus collectiuè ſumptis, Dico primo, à parte rei nulla eſt diſtinctio inter compoſitũ, & eius partes collectiuè ſumptas, etiam ſi dicatur diſtinctio rationis. probatur euidenter, à parte rei, & ante operationem rationis, nulla poteſt eſſe diſtinctio rationis; ergo compoſitum à parte rei non diſtinguitur ratione à ſuis partibus; ergo ſi à parte rei non diſtinguitur ab illis realiter, vt certum videtur, & conceſſum à Recentioribus, nullo modo ab

eis

eis diſtinguitur, ſed idem omnino eſt in re totum, & partes collectiuè ſumptæ.

329 Dico ſecundò, poſt operationem rationis, ſiue intellectus, ſi res cognoſcatur, vt eſt à parte rei totaliter, nullo modo differt totum ab eius partibus collectim ſumptis; probatur manifeſte, a parte rei nulla eſt diſtinctio inter totum, & eius partes collectiue ſumptas; ergo poſt operationem intellectus cognoſcentis totum, & eius omnes partes totaliter, vt ſũt à parte rei non diſtinguitur ratione totũ à ſuis partibus. probatur conſequentia, quia repetita cognitio duplex, vel multiplex cognoſcens rem eamdem totaliter, vt eſt in re, non illam partitur, neque facit eſſe duas, neque a ſe ipſa eſſe ipſam differentem; ſed a parte rei eſt eadem omnino res totum, & eius partes collectim ſumptæ; ergo ſimiliter eadem res ſunt, & perſeuerant poſt operationem intellectus.

Confirmatur ea ratio primò; quando intellectus concipit partes collectiuè ſũptas vno conceptu, & altero compoſitũ, neutro actu facit diſtinctionem rationis; ergo partes collectiuè ſumptæ non differunt ratione à compoſito. probo antecedens; quia ille conceptus, qui cognouit partes collectiuè ſumptas, cognouit quatuor partes phyſicas, nempe formam, materiam, vnionem, & ſubſiſtentiam ſimul, vt ſunt à parte rei, & præterea nihil aliud diſtinxit, vel cognouit, neque cognoſcere deſijt quidquam, quod ſpectaret ad phyſicam eſſentiam compoſiti; ergo is actus nullam fecit diſtinctionem rationis, nihil diſtinxit in partibus, nihil in illis cognouit, aut vidit, quod non videat, vel quod videre non poſſit alter actus in compoſito, cognoſcens illud cõ- *Ariſtoteles* ſtare corpore, anima, & vnione tanquam *S. Thomas* phyſicis ipſius partibus. *Siquidem nil eſt* *S. Auguſt.* *præter partes totum*.

330 Quidquid ſit, ſi contingat idem compoſitum a te per vnum actum melius penetrari, quam per alium, & ratione clarioris actus, tu, vt tuam mentem magis declares, vtaris vocibus pluribus, ac dicas te cognouiſſe Petri animã, corpus, vnionem & ſubſiſtentiam clariſſime, & ea terminorum diſtinctione, & multiplicatione oſtendes te diſtinctè Petrum cognouiſſe, quos tamen terminos ad melius eſſe, non neceſſario multiplicas, vt nos te intelligamus, quia quando te audimus, nihil amplius te cognouiſſe ſcimus, præter id, quod ſignificat ſola vox *Petrus*, neque enim illæ plures voces aliud ſignificant niſi quod vox *Petrus*, licet indicent tuam claram cognitionem, quæ quidem realiter diſtinguitur ab alia obſcura eumdem Petrum cognoſcente.

Quod eſt dixiſſe vno verbo, eos terminos vocales ſignificare eamdem rem omnino, ſed vicarios non eſſe eorumdẽ conceptuum, ſed illam vocem *Petrus* ſolere, eſſe vicariam conceptus obſcuri, illas vero *Petri materia, anima vnio, & ſubſiſtentia ſimul*, ſolere eſſe vicarias conceptus clarioris, in rebus enim cognitis nõ eſt claritas, neque obſcuritas, niſi per extrinſecam denominationem ab actibus clarè, vel obſcurè eas cognoſcentibus, vt cum PP. *Suarez*, & *Vaſquez*, dicebam in *Logica* n. 199. de *Certitudine*.

Quare ego non inuenio differentiam vllam neque materialem prouenientem ab obiecto inter illos duos actus, quorũ alter cognouit totum, alter partes totius ſimul ſumptas; quia vterque idem omninò obiectũ repræſentat, ſicut idem omnino ſignificatum habent, & æquipollẽtes ſunt illi repetiti termini; compoſitum naturale, materia, forma, vnio, & ſubſiſtentia collectiue ſumptæ. membra omnia, vnum corpus. caro, & anima, vnus homo & iſti, in Euchariſtia exiſtit præſens Chriſtus Dominus, in Euchariſtia exiſtunt præſentes humanitas, vnio hypoſtatica, & diuinitas Chriſti Domini. Chriſtus, natura diuina, & humana vnitę. & iſti, hic adeſt homo, hic adeſt animal rationale. nam idem dico de toto, & partibus eius phyſicis, ac de toto, ac partibus eius metaphyſicis, quinimo, & de toto per ſe quolibet, ac de toto per accidens comparatis cum eorum partibus. *Ariſtoteles* Huc ſpectat doctrina Magiſtrorum com- *S. Auguſt.* munium legenda in *Tripartita* a n. 702. *S. Thomas*

Quæ tamen propoſitiones æquipollẽtes non eſſent, ſi vna ſignificaret formalitatem, quam altera non ſignificaret. Quare ſi non das mihi formalilatem ſignificatam ab his verbis, *natura humana vnita cum verbo diuino*, quam non ſignificet iſta ſola vox *Chriſtus*, falli te credã in præſenti; nam ſi vera eſt tua opinio, priora verba debent ſignificare ad placitum aliquam formalitatem diſtinctam, quam non ſignificent poſteriora; & ſimiliter actus, qui repræſentet partes col-

T 2 le-

Digitized by Google

lectiue ſumptas, debet repræſentare ali-
quid diſtinctum ratione, quod nō repræ-
ſentet actus cognoſcens totum, quod, vt
euidens eſt, non contingit.
Confirmatur ſecundo id ipſum vrgen-
331 tiſſime. Deus cognoſcit totum Petrum,
& cognoſcit partes eius omnes phyſicas
collectiuè ſumptas, & nullam videt di-
ſtinctionem rationis inter totum Petrū,
& eius partes omnes; ergo talis diſtin-
ctio non eſt, Deum enim ſolum præterit,
quod non eſt, quia dicitur veteri prouer-
Ariſtoteles bio *quod non eſt, non ſcitur*. antecedens
S. Thomas eſt certum; quia à parte rei non eſt ra-
2. Poſt. l. 6. tionis diſtinctio, neque fieri poteſt à
Deo, qui tamen comprehendit totam
eſſentiam totius, & totam eſſentiam par-
tium eius, & ſcit idem omnino eſſe totū
à parte rei, ac eius partes ſimul ſumptas.
Vltimo confirmatur, nam rogo, vel il-
lud quod à te intelligitur ratione diſtin-
ctum in partibus, propter quod partes
ratione diſtinguuntur a toto, eſt quid de
eſſentia totius, & cum eo identificatum,
vel eſt aliquid toti accidentiarum, & ex
trinſecum, ſi eſt hoc ſecundo modo, non
eſt ad rem; ſi eſt primo modo, vti debet
eſſe; vlterius rogo, vel hoc eſt aliquid phy
ſicum, & reale a parte rei diſtinctum à
compoſito, vel aliquid metaphyſicum
& rationis.
Confiteris non eſſe aliquid phyſicum,
& reale, aſſeris tamen eſſe aliquid meta-
phyſicum, & rationis, nempe quandam
formalitatem; quæ intelligitur, & diſtin-
guitur ex parte partium, non ex parte
compoſiti. Define, ac declara mihi obſe-
cro prædicata eſſentialia huius formali-
tatis, & ego tibi illam eamdem illico di-
ſtinguam, & vel digito oſtendam intra
compoſitum, ſi vera formalitas eſt, & nō
verum figmentum à te ſolo confictum
ſine fundamento.

SECTIO III.

Concludit Compoſitum diſtingui realiter à ſuis omnibus partibus diuiſiuè, ſiue ſigillatim ſumptis.

332 POſtremò dicendum eſt totum compo-
ſitum diſtingui realiter *diſtinctione*,
quam vocant *inadæquatam*, vel *includen-
tis ab incluſo*, à ſuis omnibus partibus ſeor-
ſim ſumptis, ita differt homo ab eius ani-
ma ſola, ab vnione item, & à materia
ſeorſim ſumptis, hæc eſt communis ſen-
tentia, vt ait *Suarez* to. 2. m. diſp. 36. ſect. 3.
n. 7. & vbique a S. *Thoma* recognoſcitur. S. Thomas.
Probatur euidenter, illud omne diſtin-
guitur realiter ab alio diſtinctione in-
cludentis, & incluſi, quod includit il-
lud aliud, & præter id, aliam, vel alias
partes diſtinctas realiter ab eo alio; ſed
ita ſe habet quodlibet compoſitum;
ergo quodlibet diſtinguitur realiter à par
tibus ſuis ſeorſim ſumptis; minor oſten-
ditur in humano compoſito v. g. quod
quia præter animam; includit alias partes
realiter diſtinctas ab anima, nempe mate-
riam, & vnionem, per eas diſtinguitur ab
anima realiter, diſtinctione includentis
ab incluſo.
Hinc infertur primò compoſitum totū
diſtingui realiter tum a forma, tum a ma-
teria, tum ab vnione, tum à ſubſiſtentia
ſeorſim ſumptis, tum etiam à forma ſi-
mul cum materia, vel etiam à fere omni-
bus partibus ſimul ſumptis, ſi tamen ex
parte compoſiti relinquatur ſaltem vna
pars diſtincta realiter a partibus alterius
extremi, à quo compoſitum dicitur di-
ſtinctum realiter. Infertur ſecundo di-
ſtinctionem hanc includetis ab incluſo,
abſolute eſſe diſtinctionem rei à re; quia
eadem diſtinctione differt compoſitum
à materia, qua diſtinguuntur forma, &
vnio inter ſe, atqui ſi diſtinguitur, ac di-
citur diſtinctum compoſitum totum à
materia v. g. non diſtinguitur ratione
omnium partium ſuarum, ſed ratione
animæ, & cæterarum, quæ materia non
ſunt. Vnde hæc diſtinctio includentis ab
incluſo, de nomine ſolum differre vide-
tur a diſtinctione rei à re non incluſa in
alia; & ideo vocatur à P. *Suarez* totum
diſtinctū inadæquatè à ſingulis eius par- S. Thomas
tibus, vti, & ego aduerti in *Tripartita* nu. op. 48. t. 5.
488. & re vera conſentit S. *Thomas* n. 841. c. 3.
Huc vſque locuti ſumus de Compoſi- 333
to phyſico, ſiue de partibus realiter di-
ſtinctis conſtante. Compoſitum enim
metaphyſicum, ſiue ex partibus ratio-
ne ſola diſtinctis conſtitutum, vt eſt
homo, qui componitur animali, & ratio-
nali, non realiter diſtinguitur a ſuis parti-
bus diuiſiuè ſumptis, ſed eſſentialiter, &
ſola ratione, vt conſideranti manifeſtum
eſt.

SECTIO IV.

Refert, ac reijcit fundamenta eorum, qui opinantur compoſitum diſtingui realiter à ſuis partibus collectiuè ſumptis; vbi impoſſibilem eſſe effectus cauſā adæquatam intrinſece ipſum conſtituentem, monſtratur.

NAturale Compoſitum diſtingui realiter à ſuis partibus non tantum ſigillatim ſumptis (quod certum eſt apud omnes) ſed etiam ſimul, & collectiuè, defendit noſter *Fonſeca* tom. 3. lib. 1. met. cap. 7. q. *vnica, ſect.* 3. ſecutus, quos ibi citat in margine, *Scotum, Capreolum, Ferraram, Caietanum, Argentinam, Hernaeum*, & alios, quos refert, & non ſequitur *Suarez* diſp. illa 36. ſect. 3. n. 2. in quam ſententiam inclinant *Conimb.* 1. Phyſ. c. 2. q. 1. a. 3. & ex parte *Ferrarius* d. 2. q. 2. a. 8.

Ariſtoteles

Primum eorum fundamentum eſt authoritas Philoſophi 2. de *Anima* t. 27. diuidentis ſubſtantiam in tria diſtincta, nempe in materiam, formam, & compoſitum, & dicentis 5. *met.* t. 19. *ſex non eſſe bis tria, ſed ſemel ſex*, & 7. t. vltimo, *Ba.* non eſſe ipſa ſua elementa B. & A; & tandem 8. m. t. 15. *totum per ſe*, nimirum, quod non eſt ſicut aceruus lapidum, *eſſe aliquid aliud præter partes*.

334 Reſpondeo bene penſatis ijs textibus; & commentarijs Angelicis *S. Thomæ, Ariſtotelem* putaſſe in omnibus compoſitis, quæ non ſunt ſicut *aceruus lapidum*, vel *populus*, & huiuſmodi, dari vniones quaſdam, ratione quarum tota diſtinguuntur à ſuis partibus, ipſe vero, vt apparebit legenti, opinabatur non ſolum *Socratem*, & *carnem*, ſed etiam ſyllabam *Ba.* & reliquas, fortaſſe quia ſoni ſunt, vt indicat 5. m. t. 4. & *ſex*, & reliquos numeros ſemel ſic prolatos, eſſe quædam tota vnita vnionibus, de quibus ipſe interrogandus fuiſſet; & ſubinde tradidit aliquid aliud eſſe præter partes tota, & aliquid afferre, & continere, quam ſua elementa, nempe prædictas vniones, ſi non ſunt quaſi locales diſpoſitiones.

S. Thomas.

Et ideo Philoſophus nobis fauet dicentibus cum ipſo ſupra, *non eſſe quidpiam aliud præter partes totum*, ſi ue id ſit vnū per accidens, vt *aceruus* lapidum, *populus* & huiuſmodi, in quo nulla eſt controuerſia, vti quoque ſupponit *S. Thomas* in 7. m. lect. vlt. & exprimunt Recentiores; ſiue id ſit vnum per ſe, ſiue ſimpliciter, ſi cum partibus vnio item computetur; ſibi conſonat *Ariſtoteles* 6. Topic. c. 3. a loco 87. tradens regulas ad definienda complexa, ſiue tota. vide in *Tripartita* n. 1019. vbi de *vſu totius, & partium* eius, & clarè apprehendes idem omnino eſſe totum quoduis integrale, & eius partes, atque conuerti.

Ariſtoteles *S. Thomas* *Ariſtoteles*

Secundum fundamentum ex *Fonſeca* ſic ſumi poteſt; totum compoſitum non tantùm dicit corpus, animam, vnionem, & ſubſiſtentiam, collectim ſumpta; ſed ſuperaddit aliam rem ex his vnitis, de nouo reſultantem, quæ dicitur *totalitas*, & *integritas*, vel vna *perſeitas* vnius entis; ergo compoſitum diſtinguitur realiter à ſuis partibus collectiuè ſumptis: & confirmatur ex *Ferrario*, quia compoſitum dicit materiam, & formam ſe mutuo dantes, & media vnione cauſantes actu compoſitum; quo pacto licet ſint idem atque compoſitum, ab eo differūt gregatim ſumptæ, quaſi numeratæ, aut numerum conſtituentes, vel etiam diſtantes inuicē, ac poſitę in diuerſis locis, ſiquidem nec prædicari, nec dici poteſt quod ſint compoſitum partes diſtinctę, & nō vnitæ, neque quod viuere poſſint, atque ſentire, neque eiuſmodi operationes facere, quæ ritè dicuntur de compoſito.

Reſpondeo negando antecedens, nam compoſitum nihil affert, neque ſuperaddit, quod non afferant partes collectiue ſumptæ, nam ea *integritas*, ſiue *perſeitas*, ſicut affertur à compoſito, affertur etiam a partibus collectim ſumptis; ſi enim ea eſt pars compoſiti, neceſſario numeranda eſt inter partes omnes, quæ conſtituunt compoſitum; demus arguenti cōpoſitum conſtare materia, forma, vnione, & ſubſiſtentia; & quinta parte, quæ dicitur *integritas*; quia ipſe nobis dabit quatuor illas partes non diſtingui realiter ab eis, quæ ſibi correſpondent in compoſito. Tunc ſic argumentor, ergo illæ quinque partes collectiuè ſumptæ, nempe materia, forma, vnio, ſubſiſtentia, & integritas, non diſtinguuntur realiter à compoſito. ſed ſunt compoſitum, ſicut *omnia membra ſunt vnum corpus*. 335

Ad confirmationem, dato caſu, vt res tota

Digitized by Google

tota plenè capiatur, quod partes omnes compoſiti Petri v. g. eſſent non vnitę ſed diſperſæ vna hic, altera illic, & alibi reliquæ; nihil intrinſecum magis, nec minus eſſe habituras, ſed illis deforę quaſdā conditiones connaturales quidem, ſed omnino extra eſſentiam partium, quæ ſunt locales coniunctiones & exercitia actualia vnionis, & partium, & quorundam influxuum, quorum defectu partes ſic diſtinctæ, neque eſſent, neque dicerentur compoſitum, licet compoſitę nihil aliud haberent amplius, quā coniungi, & aptas reddi ad operandum, vt quoque manifeſtè patet in artefactis, nam ſcabellum non dicuntur tabulæ etiam leuigatæ, ac diſpoſitæ; ſed poſtquam vnitæ ſunt, atque compactæ; & tamen certum eſt nihil in artefacto denuo eſſe præter partes, ex quibus compaginatum eſt; quod ſi dicas reſultare figuram denuo dicam eam eſſe extrinſecum quid compoſito, vel computandam inter partes collectim.

336 Sed vrges ex *Vaſquez* to. 1. in 3 p. d. 19. n. 26. quando coeunt materia, & forma, vt media vnione fiat compoſitum, v. g. homo, reſultat, & relucet in materia, nouum ſubſtantiale prædicatum, quo dicitur viuere, & eſſe principium ſentiendi; ſed tale prędicatum non habebat materia diſiuncta, & extra compoſitum; ergo compoſitum habet aliquid, per quod differat a partibus omnibus diſitis, & nō compoſitis.

Reſpondeo omiſſo antecedenti falſo, quod bene refutat hic P. *Arriaga* d. 5. a n. 4. negando conſequentiam; quia id prędicatum deriuatum a forma in materiā, in actu vnionis, ſeu compoſitionis, computandum fuit inter partes compoſiti, ſi pars eius eſt, vt ſic nihil dicat, neque ſit præter partes ſuas totum.

Tertium fundamentum eſt totum generatur, & corrumpitur, & non partes, vt patet in homine, ſiquidem poſt mortem manent corpus, & anima, ergo totū diſtinctum quid eſt a partibus, nego antecedens, eodem enim modo, quo fit compoſitum, aut corrumpitur, vt *quod*, fiunt, aut corrumpuntur partes vt *quo*; ergo homo generatur, quia vnio eius generatur; & corrumpitur, quia vnio corrumpitur; ſimiliter equus generatur, quia vnio, & forma generantur, & corrumpitur, quia eæ partes corrumpuntur. Vnde hæc obiectio probat diſtingui vnionem a partibus in homine, & vnionem, & formam a materia in equo; ſed non probat totum differre ab ijs omnibus partibus.

337 Sanè credo quæſtionem hanc eſſe de nominibus, nos enim putamus conformiter quidem ad SS. Patres, & S. *Scripturam*, & ad vocum Impoſitores, hæc verba *compoſitum humanum*, idem omnino ſignificare, ac illa, hominis partes collectim ſumptæ, nempe *corpus, anima, vnio, & ſubſiſtentia ſimul*, ita vt æque bene per illas ſignificentur partes compoſitæ, & vnitæ, licet modo breuiori, atque per iſtas voces longiores; quod non admittit *Fonſeca* quando ait iſtis vocibus poſtremis afferri, & ſignificari partes vt diſcretas, & extra cōpoſitionem, quo modo allatæ, inquit, non vnum ens compoſitum, ſed plura entia incompoſita, & incompleta ſignificant, in quo fallitur doctus Pater, vel ſi non; nihil conuincit contra nos, nam iſtę voces *materia, vnio, forma, & ſubſiſtentia* collectiue ſumptæ, ſignificant quidem partes incompletas, ſed intra compoſitionem facientes vnū ens completum, atque per ſe compoſitum; vel ſi diſtitę conſiderantur potentes facere idem cōpoſitum, nihilo, præter ſe ipſas, & ipſarum actuale exercitiū, ſiue coniunctionem, vt ſupra explicatū eſt, ſuperadiuncto; ſicut & illæ voces *compoſitum naturale*, ſignificant totum quoddam ens, non ſimplex, neque mixtum, ſed conſtitutum ex illis omnibus partibus eiſdem incompletis, quantumuis antea ab ſe inuicem diſiunctis & diſcretis.

S. Auguſt.
S. Thomas

Quartum fundamentum eſt. Partes collectim ſumptæ ſunt adæquata cauſa compoſiti, ſed inter cauſam adæquatam, & effectum, debet eſſe realis diſtinctio; ergo partes collectim ſumptæ non ſunt compoſitum. Reſpondeo negādo maiorem, vera enim eſt doctrina minoris, quę docet inter adęquatam cauſam, & effectum ſuum debere eſſe diſtinctionem realem, vt alibi confirmabo. Cum autem inter compoſitum, & eius partes collectim ſumptas, nulla detur diſtinctio, ſed ſumma identitas; inde eſt quod partes collectim ſumptæ non ſint cauſa compoſiti, ſed ipſæ, & compoſitum ſint effectus idem productus ab alio agenti extrinſeco; dici verò poſſunt, & ſunt materia ſeorſim, & forma, cauſæ inadæqua-

S. Thomas quatæ compoſiti. licet aliunde quælibet adæquata ſit in ſuo genere.

338 Vnde obiter collige impoſſibilem eſſe dari cauſam adæquatam, intrinſecè conſtituentem eius rei, quæ intrinſecè per eam cauſam adæquatè conſtituitur, quia nimirum res intrinſecè ſic conſtituens, & conſtituta res ſunt idem omnino; & habenda ſit iſte propoſito, veluti Axioma, *omnis cauſa adæquata debet diſtingui realiter à ſuo effectu*.

Quintum fundamentum eſt. bene valet à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale, vt ſi dicas, hic homo eſt albus, & hic, & hic, & ita de reliquis, ergo omnis homo eſt albus; ergo bene valebit, forma diſtinguitur realiter à cōpoſito, materia diſtinguitur realiter à cōpoſito, & ſimiliter vnio, & partes reliquæ; ergo omnes partes ſimul diſtinguūtur realiter à compoſito; hoc argumentum probat nihil; quia probat omnes Apoſtolos Dei non eſſe duodecim, quia ſi Petrus non eſt duodecim, neque Ioannes eſt duodecim, neque Andreas, neque cæteri ſeorſim, neque omnes erunt duodecim, ſi valet ea forma arguendi.

Reſpondeo ergo bene valere à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale, ſeruatis regulis logicalibus, quæ docent facere aſcenſum, & reſolutionē poſitis in Logica à n. 300. vbi docuimus non valere argumentum à diſtributo ad copulatum, neque à partibus diſtribuentibus diuiſim ſumptis, ad totum ex iis partibus cōſtitutum, quia nimirum prædicatum parti applicatum conuenit illi ſimpliciter, & ſic toti conuenire non poſſe.

SECTIO V.

Reſpondet ad fundamentum Recentiorum, qui poſuerunt diſtinctionem rationis inter totum, & partes totius collectiuè ſumptas.

339 Aliqui Moderni attenti magis ad terminos vocales, & ad conceptus formales interiores, quibus ſignificari, repræſentarique ſolent totum, & eius partes collectim ſumptæ, quàm ad rem ſignificatam, & repræſentatam per eos terminos, & conceptus, auſi ſunt dicere partes collectiuè ſumptas, non eſſe totū compoſitum, neque omnia membra formaliter eſſe vnum corpus, neque Petrum eſſe formaliſſimè idem, quod eius anima, vnio, materia, & ſubſiſtentia, quibus conſtat, hoc eſt, partes collectiuè ſumptas diſtingui ratione ratiocinata penes explicitum, & implicitum à compoſito.

Quorum hoc vnicum fundamentum eſt. partes collectim ſumptæ clariores ſunt, quàm compoſitum; ergo ab eo differunt ratione. Probatur antecedens; quia partes collectim ſumptæ ſolent afferri pro definitione compoſiti, ſiue eſſe definitio compoſiti; vt apparet quando dicis *compoſitum naturale conſtat materia, vnione, forma, & ſubſiſtentia*; ſed definitio debet eſſe clarior ſuo definito; ergo partes collectim ſumptæ clariores ſunt, quàm compoſitum, & ratione huius claritatis à compoſito ratione diſtinguuntur. Confirmatur, quia totum compoſitum concipitur cōfusè ſine partium diſtinctione, partes vero collectiuè ſumptæ concipiuntur clarè, atque diſtinctè; ergo diſtinctio rationis datur inter eas partes, ac totum. *Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas. in Tripartita n. 426*

Antequam reſpondeam argumento, admoneo arguētes, totum, & partes eius collectim ſumptas à parte rei, & ante cognitionem noſtri intellectus, nullo modo diſtingui, ſed eſſe omnino idē, quamuis partes collectiuè ſumptæ afferrentur diſtinctæ, vti de facto afferuntur in quauis phyſica definitione; quod ipſi Recentiores negare non poſſunt, qui non concedunt eſſe à parte rei diſtinctiones rationis.

Modò reſpondeo negando antecedēs, & conſequentiam; nam compoſitum non vna res confuſa eſt, & mixta, ſed triplex, aut quadruplex compars vnita; & ita æque clarum, aut obſcurum eſt compoſitū, atque eius partes collectim ſumptæ, dato quod res claritatem, obſcuritatemuè intrinſecam haberent. ad antecedentis probationem, conceſſa maiori, diſtinguo minorem; Definitio formalis, ſeu vocalis debet eſſe clarior, quàm definitum formale, & vocale, & ſic concedo minorem; definitio obiectiua, & ſic nego minorem. 340

Imo vero; vti docui in *Logica* n. 1199. claritas, & obſcuritas ſunt rebus cognitis extrinſecæ, quia ſolum ſunt appellationes, & nomina extrinſeca, quæ poni-

mus

mus rebus, quas clarè, vel obſcurè cognouimus; Vnde *hominem* vocare ſolemus rem obſcuram, & ignotam, ideſt, confuſe, & obſcure cognitam, & eius definitionem *animal rationale* vocamus rē notam, & claram, ideſt, clare cognitam, *homo* vero ipſe metaphyſicus, & *animal rationale* ſimul, vna omnino res eſt, & eſſentia, de ſe æque cognoſcibilis, neque paſſiue de ſe habet *animal rationale* aliquid ratione diſtinctum, quod non habeat metaphyſicum compoſitum *homo*.

Verba quidem illa, in quibus relucet definitio vocalis ordinaria, nempe *animal rationale*, cleriora ſunt, & dicuntur, quam verbum breue, quod eſt definitū, nempe *homo*, tunc quia ſunt duæ voces, longior ſermo, iuxta illud, *breuis eſſe laboro; obſcurus fio;* tum præſertim, quia vicariç ſunt conceptus clarioris, ſiue clarè cognoſcentis rem, quæ antea confuſè cognita erat. Verumtamen ſignificatum illarum vocum *homo*, & *animal rationale* ſimul, idem omnino eſt, neque de ſe aliquam formalitatem hominis ipſius ſignificant *animal rationale*, quam non ſignificet ſola vox *homo*, quæ ſola ſignificat principium ſentiendi, & ratiocinādi. & ideò omnes cōfitemur *definitum cum ſua definitione conuerti*.

Ariſtoteles
S *Thomas*.
in Tripartita n. 1011

341 Ad confirmationem nego antecedens; quia implicat totum cognoſci, vt tale in ſe eſt, quin partes omnes, quibus conſtituitur, cognoſcantur; totum enim phyſicum v.g. Petrus nihil aliud eſt, quam partes, quibus componitur, omnes, ideſt, collectim ſūptę, quę ſūt anima, materia, vnio, ſubſiſtentia copulatim, vt n. nu. 326 demonſtratum eſt.

Sed vrges primò, mala eſt definitio, in qua definitur idem per idem; ergo ſi hęc eſt bona definitio, *homo eſt animal rationale* collectim, animal rationale non eſt omnino idem, quod homo, ſed ab eo ratione diſtinguitur. Reſpondeo malam eſſe definitionem, in qua definitur idem per idem æque malè, & obſcurè cognitum, non vero illam, in qua idem definitur per idem clariùs cognitum. Vnde quamuis in hac propoſitione, & definitione *homo eſt animal rationale*, prædicatum obiectiuum, quæ ſunt partes collectim ſumptæ, ſint omnino & formaliter idem, ac homo, quod eſt totum, eſt propoſitio, ac definitio optima, quia prædicantur de homine confuſe cognito, prædicata eius omnia clarè cognita. lege in *Tripartita* n. 703. vbi videbis definitum, ac definitionem conuerti ſecundum regulam *Logica realis*, quæ eſt ratio euidentior pro cōuincēda iſta noſtra Doctrina.

Ariſtoteles
S. Thomas

Sed inſtas, implicat cognoſci partes collectim ſumptas, v. g. *animal rationale* ſimul, conceptu magis claro, quam eſt ille, quo concipitur totum v. g. *homo*, quin fiat diſtinctio rationis inter eas partes, & id totum, ergo diſtinguuntur partes ratione a toto; patet antecedens, quia ideo eſt clarior cognitio partium, quia videt in eis aliquas formalitates, reſpectus explicitos, ſiue potentias, quas non videt obſcura cognitio in toto.

Sane ex hac tua inſtantia, qua bene declaraſti tuum fundamentum, conuincam te falli manifeſte, ita deducendo, 342
ergo ſi æque claris, ſeu æque confuſis cognitionibus cognoſcantur totum, & eius partes collectiuè ſumptę, nulla prorſus erit diſtinctio inter totum, & eius partes. concedes conſequentiam. iam ergo conueniemus in duobus, primum eſt, a parte rei non diſtingui vllo modo totum a ſuis partibus collectim. ſecundum, idem totum nullo modo diſtingui ab eius partibus collectim, poſt cognitionem, & operationē intellectus, æque claram, vel obſcuram; quæ erant duo noſtra aſſerta in ſect. 2. quę à nullo, vel proteruo, poterunt deinceps negari; & quibus conceſſis, aſſecuti ſumus intentum noſtrum in præſenti quæſtione.

Sed tamen pergo ad inſtantiam, & licet omittere poſſem antecedens, contentus cum conceſſis, nego tamen illud; quoniam bene poteſt, & ſolet idem omnino obiectum attingi modo per actum clarum, ſiue clariſſimum, nulla facta diſtinctione rationis. exempla rem illuſtrant. Oculi tui aliquanto lippientes vident colorem viridem diſtantem, aliquantò ſubobſcure, & oculi alterius perſpicatiores vident eumdem colorem, clariſſime, ad eamdem diſtantiam; & tamen hi oculi nullam formalitatem diſtinxerunt in colore, ratione cuius color viſus ab illius oculis diſtinguatur formaliter à colore eodem viſo a tuis. Rurſus ego cognoſco Petrum obſcurè; Angelus clarè; Deus autem clariſſime, nulla facta diſtinctione rationis, quam neceſſe non eſt fieri ab Angelo in re ſibi valde nota, qualiter eſt Petrus; & quę non debuit

fieri

fieri à Deo, vt manifeſtum eſt. Quare non
ideo eſt clarior cognitio, quæ cognoſcit
partes collectiue ſumptas; quia in eis co-
gnoſcat aliquam formalitatem, quam non
cognouerit actus cõfuſus cognoſcens to-
tum eis omnibus partibus conſtitutum.

Fateor tamen poſſe fieri ab homine
diſtinctionem rationis in partibus colle-
ctim ſumptis; quam non fecerit in toto,
vel etiam in toto, quam non fecerit in
partibus; ſed hoc non neceſſario, ſed pro
libito ſuo. ad hæc, eandem formalitatem,
quam præciderit in toto, poterit conti-
Ariſtoteles nuo præſcindere in partibus; & quã præ-
4. Phi. c. 23. ciderit in partibus, poterit præſcindere
in toto, *nihil enim eſt præter partes totum*.

Vrges ſecundo, partes collectiue ſum-
343 ptæ, ſunt partes; ſed partes ſunt diſtinctæ;
ergo magis claræ ſunt, quam totum, patet
conſequentia; vbi eſt maior diſtinctio,
eſt maior claritas. concedo maiorem, ſed
quid tibi prodeſt, quia totum etiam eſt,
aut ſunt partes collectiuè ſumptæ, conce-
do item minorem, & nego conſequentiam;
quoniam tot, & eaſdem partes, & cum
eadem diſtinctione, claritate, vel obſcu-
ritate habet totum, ac partes collectiuè
ſumptæ, vnde patet ad conſequentiæ pro-
bationem; ſiquidem non eſt maior, ne-
que minor diſtinctio partium in partibus
collectim ſumptis, atq; in toto ex eis par-
tibus adæquate conſtituto; licet enim ibi
degeneraſſe videantur in totum, naturam
priſtinam retinent inconfuſam.

Quinimo credo nullam omnino maio-
rem claritatem, aut diſtinctionem poſſe
reperiri à parte rei, in partibus omnibus
etiam diſſectis, & poſitis in diuerſis locis
v.g. in quatuor angulis huius compluuij,
quando eſt ſol in Zenit, quam non ha-
beant eædem partes in compoſito coniũ-
ctæ in loco vno; vbique enim retinent
proprias entitates, & naturas, neque
enim in compoſito ſunt confuſæ, aut mix-
tæ, ideſt, conuerſæ in aliam tertiam na-
turam compoſitam, diſtinctam à
naturis partium, ſicut colores
ſolent conuerti, quando ex
duorum commixtio-
ne reſultat ter-
tius.

SECTIO VI.

Definit compoſitum ſubſtantiale in communi, & indicat quæ pars ipſius ſit proxima, & propria cauſa operandi; explicat illud axioma, actiones ſunt ſuppoſitorum, & ad ipſa terminantur.

PVlchrè *Auguſtinus* tom. 4. lib. 83. q. q.
q. 18. dixit *omne, quod eſt, aliud eſt,* 344
quo conſtat, aliud eſt, quo diſcernitur, aliud,
quo congruit ideſt quo bonum, vel malum *S. Auguſt.*
eſt. diximus nos in ſuperioribus pro mo- *S. Thomas.*
dulo noſtro de principijs, quibus conſtat *1. p. q. 45.*
obiectum *ſcientiæ* noſtræ, nempe naturale *a. 7.*
compoſitum ſubſtantiale corporeum pro
vt ab *Ariſtotele* potiſſimùm tractatur; de-
clarauimus materiã, vnionem, & formam,
quibus conſtare hæc omnia corporea te-
ſtatur ex libro de *regulis fidei*, S. *Bonau.* quẽ
refert, & imitatur *Montoya* de Trinit. diſp.
44. ſect. 4. diximuſq; formam eſſe actum,
quo compoſita tum ab ſe inuicem, tum ab
alijs omnibus diſcernuntur; atq; ipſum
compoſitum bonum eſſe quis ambiget?
cum ſit, vt initio dicebat *Epictetus* opus
Dei, *Dei enim perfecta ſunt opera*, ipſa quẽ
approbauit Conditor dicens *cuncta, quæ*
fecerat eſſe valde bona. & quidem conſide-
rando ipſa, ſicut & hic nos, in ordine ad
ſe; nam poſtmodum & ipſe Deus conſide-
rauit in ordine ad operationes, illis impe-
rans, vt operarentur, vnum quodque
iuxta genus ſuum, & nos à lib. 2. eodem
modo conſiderabimus, hic etiam pauca
iam prælibãtes, poſt Cõpoſiti definitionẽ.

Ergo compoſitum ſubſtantiale, eſt *ſub-
ſtantia materialis* compoſita ex materia,
forma, & vnione, & ſubſiſtentia, radix, &
cauſa potentiarum, & operationum. vo-
catur ab *Ariſtotele* cõpoſitum corporeum *Ariſtoteles.*
ſubſtantia materialis. conſtituitur ex di-
ctis quatuor partibus ſubſtantialibus. Eſt
radix, & cauſa potentiarum, & operatio-
num, vt videbitis in libro ſequenti. quæ
tamen omnia in igne cernuntur, qui con-
ſtat materia, vnione, forma, ſubſiſtenti- *S. Thomas.*
bus; eſt radix caloris, & ſiccitatis, quas *3. p. q. 77.*
qualitates producit intra ſe, ac reponit *a. 2.*
in quantitate ſua, à quibus adiuuatur,
tanquam à ſuis inſtrumentis ad operan-
dum alios effectus extra ſe.

345 Sed veró melior Philoſophia docet totam virtutem agendi reſidere in ſola forma, quæ dicitur principium *quo* proximum; materia autem, vt fert communis
Ariſtoteles opinio cum *Ariſtotele* 2. de Gen. tex. 53.
S. Thomas & S. *Thoma* ibi & 3.p.q.32. art.4:c. actiua non eſt, niſi ad ſummum per emanationem, quatenus ſic producit proprietates ſuas; vnionem item vel hypoſtaticam eſſe ſterilem probat *Suarez* to.1.in 3.p d.18. ſect.3. *Bernal.* d.3. n.10. & alij; & ſimiliter eſſe ſubſiſtentiam docet communis Metaphyſicorum; relinquitur ergo, quod ſola forma cum ſuis potentijs agat; ideo enim formas appellant communiter *actiuas* vel *aſſuefas*.

Verumtamen actiones, & opera, per quandam attributionem compoſito, ſiue ſuppoſito toti tribuuntur, ſicut Patri familias attribuuntur operationes famulorum, & propterea ſuppoſitum dicitur principium vt *quod*, & inde manauit prouerbium *actiones ſunt ſuppoſitorum*, vt habes in *Tripartita* an. 126. & merito; in hoc nimirum ſenſu, in quo *Ariſtoteles*, &
Ariſtoteles 1.m.tex 3. S Thomas 3 p.q 2.a.3. c & q. 20. a.1.ad.2. S. *Thomas* id ſumunt, etenim compoſitū ſingulare eſt, quod operatur, & propterea ipſi, vt ſuppoſito, ideſt, ſubiecto conueniunt, ceu prædicata, ſimiles operationes, dum dicimus, *Deus creat. Rex imperat*, *Petrus loquitur*, & huiuſmodi; addit vero Philoſophus actiones terminari ad ſingulare, quod vocant alij ſuppoſitū, quia, nimirùm, ſingulare eſt, quod generatur non vniuerſale, ſicut neque hoc agit, ſed illud, quod fuſe proſequitur *Ruiz* de Tri. d.80. ſect 3.

QVAESTIO IX.

ET VLTIMA

De Compoſito naturali ſubſtantiali omnino ſpirituali, eius principijs intrinſecis, & extrinſecis, proprietatibus, & ſpeciebus.

346 Poſtquam cum *Ariſtotele*, & interpretibus, egimus de compoſito omni-
Ariſtoteles no corporeo, & partim ſpirituali, partim corporeo, reſtat curioſé inquirendum an poſſibile ſit, ſi de facto non datur, compoſitum ſubſtantiale omnino ſpirituale, ideſt, conſtitutum materia prima, vnione, forma, & ſubſiſtentia ſpiritualibus; & inprimis an ſit poſſibile huiuſmodi compoſiti primum principium, nempe materia.

SECTIO I.

Statuit quid ſit Spiritus, & quotuplex, & poſſibilem eſſe materiam primam ſpiritualem, licet actu non exiſtat, ipſamque deſcribit.

Chriſtus Dominus *Lucæ* 24. nobis declarauit, quid ſpiritus eſſet, dicens *palpate, & videte, quia Spiritus carnem, & oſſa non habet*. Vnde & ex *Auguſtino* *S. Auguſt.*
ſupra n.63 colligebam *Spiritum eſſe quidquid nullam habet dimenſionem, neque ad aliquam dimenſionem componendam ordinatur*; vti eſt Deus, & Angeli, quæ definitio intelligenda eſt ex dictis an. 67 pro interpretatione definitionis *corporis*; & reputanda ſufficiens, licet tradatur per negationem, quia ſimiliter tradita eſt a Chriſto Domino, ſua ſpiritus declaratio, *Ariſtoteles 6.Top. c.3. lo.106.*
donec commodior nobis illuceſcat, tunc enim hæc derelinquenda, iuxta præceptum *Ariſtotelis*.

Multiplex eſt Spiritus, alius eſt increatus, vt Deus, alius creatus, vt Michael archangelus; alius ſubſtantialis, vt Deus, Angeli, & animæ rationales; alius accidentalis, vt intellectus, voluntas, & gratia, & alij; eſt vero grandis difficultas, an inter ſubſtantias ſpirituales exiſtat, vel ſaltem ſit poſſibilis aliquis ſpiritus incómpletus, qui ſit pura potentia, & quod ſit materia prima, in qua difficultate.

Dicunt primo, non ſolum eam poſſibilem eſſe, ſed de facto exiſtere, Doctores, qui opinati ſunt Angelos materià, & 347
formà ſpiritualibus conſtare, hi ſunt *Alexander*, *Ricardus*, *Petrus de Tarantas*. *Aureolus*, *Plotinus*, *Proclus*, & alij relatià P. *Granado* 1. p. de Angelis tr. 1. diſp. 2. n.3. & à *Suarez* d.13. m. ſect.14. n.5. & S. *Bonauent.* in 1. diſt.3.n.1.q.1. adducens pro eadem opinione S. *Boetium*, & q.2. ſub titulo *concluſio*; & quod caput eſt, S. *Au-* *S. Auguſt.*
guſtinus tum alibi, vbi affertur à *Suarez* tum to.3.lib.5.de Gen. ad lit.c.5. ibi, *non itaque temporali, ſed cauſali ordine prius facta eſt informis, formabiliſq; materies, & ſpiritualis, & corporalis, de qua fieret*

quod

quod faciendum eſſet, vbi indicat ex ea materia ſpirituali factos Angelos fuiſſe: conſentiunt illi Authores, qui, vt refert *S.Thomas* 1.p.q.75.a.6.c. crediderunt animas noſtras non eſſe ſimplices, ſed compoſitas, ex materia,& forma ſpiritualibus.

S. Thomas Sed quoniam *S.Thoma*, & communiſſima ſententia, quam bene illuſtrant ibidem P. *Granado* & *Suarez* lib.1. cap.7. tenet, quod Angeli ſunt ſpiritus ſimpliciſſimi carentes phyſica compoſitione materiæ, & formæ, ſicut, & animæ noſtræ, dicendum videtur neque Angelos de facto conſtare materia, & forma ſpiritualibus, neque actu exiſtere alicubi materiam primam ſpiritualem, nulla enim ratio perſuadet eius exiſtentiam, aut exiſtentiæ neceſſitatem.

Dico ſecũdò, poſſibilis eſt materia prima ſpiritualis, ita docent à fortiori Doctores allegati, quibus adde *Aureolum* apud *Capreolum* in 2. diſt.3. q.1.a.3. *Fabrũ* cap.11. cæleſtis Hierarchiæ, & eius auditorem *Chirouanum*, P. *Rainardum* in ſua Theologia naturali diſt.3.q.1.a.5.n.43. vbi pro hac opinione allegat *Baconum*, *Polnartum*, & plures *Scotiſtas* & P. *Bubalum*, qui hanc ſententiam eruditè defendit, ac promouet in tomo de Angel.q.50.a.2.q.2. difficul.2 §.1. ſubſcribunt *Hurtado*, *Arriaga*, *Ouiedo* con.5.p.3. & doct. *Iuniores*.

S. Thomas

348 Fauet his Authoribus *S.Thomas* 1. p. q.90.a.2.c. & q.6. de pot.a.6. ad 4. dicens quod ſi talis materia ſpiritualis daretur, magis proportionaretur cum anima rationali, verba eius ſunt, *poſſet autem dici, quod eſſet alia materia à materia corporum diuiſa, non quidem dimenſionis diuiſione, ſed per ordinem ad alterius generis formam, nam potentia actui proportionatur*.

Probatur ratione ſolemni in materijs, vbi agitur de diuina potentia; etenim quidquid non implicat fieri, poteſt fieri à Deo; ſed materia ſpiritualis non implicat; ergo poteſt fieri à Deo, ergo poſſibilis eſt materia prima ſpiritualis; minor patebit ex ſolutione argumentorum, & vltima conſequentia ſuadetur ex eo, quod poſſibilis eſt actus, ſeu forma ſubſtantialis ſpiritualis, nempe anima noſtra, ergo poſſibilis eſt pura potentia ſpiritualis, ſiue materia, vt ſic debita proportio ſeruetur.

Hæc vero materia ita poſſet deſcribi, eſt ſubſtantia incompleta ſpiritualis ſubiectans, ac recipiens in ſe formas ſpirituales ſubſtantiales, quibus cum faceret compoſita ſpiritualia, immediate in gremio ſuo, vt mater retinens formas; ingenerabilis, & incorruptibilis ab agenti naturali; eſſet ipſa ſuus appetitus innatus, propenſio, relatio tranſcendentalis, à parte rei vna, & indiuiſibilis, habere poſſet multos reſpectus formaliter diſtinctos ab intellectu, non ſe claudentes, ac ſecundum diſtinctionem formarum differentes, quas ſimul, vel ſucceſſiue ſaltem diuinitus poſſet recipere; eſſet pura potentia, non actus phyſicus, ſed ſolum entitatiuus; ac demum reliqua haberet proportione ſua, quæ diximus habere materiam corpoream, ſed non eſſet ſubiectum commune generationũ, & corruptionum, vt pote quæ componeret cõpoſita incorruptibilia, eſſet multiplex numero, & poſſet eſſe item multiplex in ſpecie, vt colligitur ex dictis a.n.229.

SECTIO II.

Proponit, ac reijcit cum ſuis fundamentis graues Authores, qui ſibi perſuaſerunt implicare de potentia abſoluta Materiam primam ſpiritualem.

349 Patres *Suarez* in met. d. 13. ſect. 13. n.14 *Arrubal* to. 2. in 3.p. diſp. 149. q.50. *S.Thoma* cap.1. & *Granado* 1.p. controu.7.trac.1.diſp.2.n.10. *Meratius* de Angel. d.3. *Tellez* d.22 ſect.1.n.3. F.Amicus in c.Theol. to.2. d.3. ſect.3. cum *Zumel*, *Bannes*, & alijs, & pleriq; Recentes tenent tituli aſſertum, pro quo allegãt magnam nubem Doctorum, qui ſolum videntur negare, & merito, de facto exiſtere eam materiam, de poſſibili non curantes, quod bene aduertit *Suarez*, qui primus fusè diſputaſſe videtur de poſſibilitate huius materiæ, & negatiuè reſpondit propter has rationes.

Prima eſt, ſi hæc materia eſſet poſſibilis, eſſet ſpiritualis, & non eſſet; ergo implicat; probatur antecedens, quia inprimis eſſet ſpiritualis, vt ſupponitur; deinde non eſſet, quia eſſet materia, hoc eſt, res materialis; quidquid autem materiale eſt, corporeum neceſſario eſt, vt ipſum nomen præ ſe fert. hanc non eſſe implicationem expreſſe docuit *S.Thomas* *S. Thomas* q.6. de Pot.a.6.ad 4.dicens non implicare

materiam primam ſpiritualem ex eo, quod ſequeretur eſſe corpoream & non ſpiritualem.

Quare nego antecedens vtrumq; iſta enim materia licet eſſet res materialis, ideſt, de genere materiæ non eſſet corporea, quia terminus ille *materialis*, vel *materia* eſt æquiuocus, & poteſt, ideoq; ſignificare quodcunq ſubiectum receptiuum, & quamcumq; puram potentiam, ſiue ea ſit ſpiritus, ſiue corpus, vnde proprie loquimur, quando dicimus, anima rationalis eſt ſubiectum materiale intellectus; & anima equi eſt ſubiectum materiale ſui ibi.

Secunda ratio eſt, quæcunq; ſpiritualis ſubſtantia debet eſſe intellectiua, & amatiua; ſed materia ſpiritualis eſſet ſubſtantia, & non poteſt eſſe intellectiua, & amatiua, ergo impoſſibilis eſt; nego maiorem, quis enim credat eſſe impoſſibilem de potentia abſoluta ſubſtantiam incompletam ſpiritualem, non intellectiuam, qualiter de facto ſunt vnio hypoſtatica, quæ vnit Chriſti animam cum verbo; & vniones humanæ in opinione Patrum *Suarez*, & *Vaſquez*, quas tamen nemo dixerit eſſe intellectiuas, licet aſſeruerit eſſe ſubſtantias ſpirituales incompletas:

350 Tertia ratio ſic ſumitur ex *Suarez*. Si ponis hanc materiam ſpiritualem poſſibilem, debes ponere poſſibilem formam ſpiritualem, cum qua componat; nam *materia eſt propter formam* ſed hæc eſt impoſſibilis, ergo & illa. probas minorem, quia forma ſpiritualis nequit eſſe talis naturæ, vt indigeat ſubiecto, vt ſit, neque vt operetur actus intelligẽdi, & amandi, aut motum; vt apparet in anima ſeparata, neque excogitari poteſt aliud genus operationis, ad quam efficiendam forma ſpiritualis indigeat materia ſpirituali.

Ariſtoteles. S.Thomas.

Reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem, cuius probatio non vrget, nam dici poteſt primo talem formam fore ad inſtar animæ rationalis, vel ipſam, quæ vnita ei materiæ magis ſibi proportionatæ, eius capacitatem impleret, & ibi melius intelligeret, & amaret, ſine dependentia à phantaſmatibus, & produceret motum localem in ſe, & in ea materia. Secũdò dici poteſt ſimilem formam educendam de tali materia, & quia limitatioris perfectionis, quam noſtra, foret, ab ipſa in eſſe ſuo, & operari dependere, nempe ſeparatam ab ipſa, eſſe non poſſe naturaliter, neque intelligere, & amare; quia eo ipſo, quod ſepararetur, & vnio non eſſet, perirent eius potentiæ, & ſpecies, quas poſſumus aſſerere ab ipſa forma, & vnione ſimul dimanare debere; quemadmodum multi Theologi, & Philoſophi dicunt gratiam educi ab anima, dimanare ab vnione hypoſtatica; & potentias ſenſitiuas, vel certè ipſarum varia temperamenta, vel partialiter ab vnione animantium procedere; & aliter poſſumus rationabiliter declarare poſſibilitatem huiuſmodi compoſiti, de quo infra ſermo redibit n.354.

Quarto objicis, ſi talis materia eſſet poſſibilis, de facto exiſteret, ſed non exiſtit, ergo non eſt poſſibilis. Probatur maior, quia Deus videtur de facto condidiſſe quidquid ad pulchritudinem Vniuerſi eſt poſſibile. Reſpondeo negãdo maiorem, ad cuius probationem dicendum, non eſſe neceſſe, quod exiſtat de facto quidquid poſſibile eſt, multa enim ſunt poſſibilia, quæ Deus non fecit, neque facturus eſt, quod videtur dogma fidei, vt potes videre apud P. *Granado* p.1.tra. de Diuina Omnipotentia sect. 1. diſp.9.nu.5. quare non valet, hæc materia non exiſtit, ergo poſſibilis non eſt. Solum enim fecit Deus, quæ iudicauit eius Sapientia expedire attenta huius Vniuerſi pulchritudine, quam in certo gradu voluit eſſe. 351

Vltimo objicis S.*Thomam* in 1 p.q.50. a.1.c.dicentem, *impoſſibile eſt quod vna ſit materia corporalium, & ſpiritualium, ſed adhuc vlterius impoſſibile eſt quod ſubſtantia intellectualis habeat qualemcumq; materiam*. Reſpondet P. *Bubalus* S.*Thomam* de facto denegaſſe Angelis, contra *Auicembron* ponentem in eis materiam corporalem, materiam qualemcunq; corpoream, ſiue cæleſtem, ſiue ſublunarem, non vero negaſſe poſſibilem eſſe materiam ſpiritualem, cuius poſſibilitatem concedere videtur q.6. de pot. a.6. ad.4. ibi. *dicendum quod ſi Angeli ponantur ex materia, & forma compoſiti, non propter hoc oporteret quod ſint corporei ex ratione prædicta, niſi ponatur quod ſit eadem materia Angelorum, & corporum*.

S.Thomas. S.Thomas

SE-

Digitized by Google

SECTIO III.

Concludit poſſibile eſſe Compoſitum ſpirituale; ipſum declarat, eius ſpecies, principia, cauſas, proprietates, & operationes.

352 COhærenter ad doctrinam præcedētem dicendum eſt primo; poſſibile eſſe compoſitum ſubſtantiale omnino ſpirituale, quod, ſcilicet, conſtaret materia forma, vnione, & ſubſiſtentia ſpiritualibus; quod poteris appellare hominem, vel Angelum, ſiue ſpiritum compoſitum; atq; eiuſmodi compoſiti forma poteſt eſſe vel anima, a noſtra ſpecie diſtincta, vel etiam noſtra; quia non credo eam eſſe tam adſtrictam materiæ huic corporali, vt non item habeat ordinem connaturalem ad aliquam, vel aliquas materias ſpirituales, quibus cum, ſine dubio magis cōnaturaliter adiungeretur, ſecundum vetus prouerbium, *ſimiles cum ſimilibus facillime congregantur*, quod dixiſſe videtur S. *Thomas* in illa q. de pot. & art.4. aſſerens, quod ſi talis materia ſpiritualis daretur, magis proportionaretur formæ ſpirituali, & ego probaui ſupra an.236.

S. *Thomas*

Dicendum eſt ſecundo, compoſitum hoc poſſe eſſe multiplex in ſpecie, quia iuxta dicta, quotieſcunq; extremū vtrumque compoſiti, vel ſaltem alterum diſtinguitur ſpecie, ab extremis alterius compoſiti, compoſita ipſa diſtinguuntur ſpecie; ſed poſsūt eſſe plures materiæ ſpirituales, quæ petant diſtinctas formas, & cum eis vniantur; vel poteſt eſſe ſaltem vna ſpecie materia, quæ differentes formas petat, & cum eis varia compoſita conſtituat; ergo poſſibilia ſunt compoſita plura ſpiritualia ſpecie diſtincta; minor probatur generali argumento, quidquid non implicat, &c.

353 Dicendum eſt tertio, compoſiti ſpiritualis in fieri fore tria principia dicta; & in facto eſſe duo; ſi tamen eius forma producenda ſit per generationem, ſolus Deus erit cauſa efficiens ipſius, cauſa, inquam, creatiua tam materiæ, quam formæ, ſi forma creetur, vel eductiua, & generatiua, quia non video implicare poſſe formā ſpirituale educi de potētia eius materiæ, ac generari in nihil de termino modo de noſtra anima, quam credo firmiter non educi de potentia materiæ huius, neque generari, ſed a ſolo Deo de nihilo creari, non ante, ſed in inſtanti, in quo vnienda eſt cum corpore, ipſamq; vt ait S. *Thomas* q.3.de Po.a.8.ad.6. eſſe rem per ſe ſolam ſubſiſtentem, & corrupto corpore manentem; ſolum aduerto, quod ſi ambæ partes compoſiti creentur, eiuſmodi creationis paſſiuæ, ſiue creati compoſiti, erunt principia duo intrinſece conſtituētia, materia, & forma; & in fieri accedet negatio iuxta dicta an.114. S. *Thomas*

Dicendum eſt quarto, habiturum iſtud compoſitum, intellectum, & voluntatem, quibus multo perfectius intelligeret, amaretq; quam nos, quibus corpus ad intelligendum, & amandum, eſt maximo impedimento. Præterea eiuſmodi ſpiritus facillime addiſcerēt omnes ſcientias, docerentq; & inter ſe loquerentur internis cōceptibus, vel etiam vtendo ſignis externis, ſi ita mallēt; nō nuberēt, neque nuberētur, ſed eſsēt ſicut Angeli Dei puriſſimi, fortiſſimi, ac velociſſimi, & alias perfectiones haberent ſimillimas his, quas Doctores Angelis attribuūt, & animis ſeparatis.

Dicendum eſt quinto, ea compoſita fore omnino incorruptibilia, ſicut eſt anima, & Angelus, & propter eandē rationē, qua eſſe incorruptibilem animam docuit S. *Thomas* 1.p.q.75.a.6.c.ibi, *dato, quod anima eſſet ex materia & forma compoſita, vt quidam dicunt, adhuc oporteret ponere eam incorruptibilem non enim inuenitur corruptio, niſi vbi inuenitur contrarietas, generationes enim, & corruptiones ex contrarijs & in contraria ſunt vnde corpora cæleſtia, quia non habent materiam contrarietati ſubiectam, incorruptibilia ſunt; in anima autem intellectiua, non poteſt eſſe aliqua contrarietas; impoſſibile ergo eſt, quod anima intellectiua ſit corruptibilis.* S. *Thomas*

Sexto tandem dicēdum ad pleniorem ſolutionem fundamenti P. *Suarez*, iſtud cōpoſitum neque implicare ratione formæ, nec ratione materiæ; nō ratione materię, vt probauimus, neq; formæ; quia hæc poſſibilis eſt, etiam ſi nec excogitari, nec fingi poſſit, vt ipſe prætēdit, aliquod genus operationis præter intelligere, amare, & motum cauſare, ad quod efficiendū talis forma indigeat materia iſta; ſat ſuperq; eſt, vt ea indigeat vt faciat vnū per ſe cōpletū ſubſtātiale, deſtinatū ad intelligēdū, amandū, & motū cauſandū iuxta menſurā ſuæ perfectionis, & quod ſubinde 354

ſpe-

d.16.n.1, illum dicentes compoſitum impropriè, ſed *ineffabile*, an vero eius compoſiti elementa dicenda ſint partes, diſſentiunt verbis Doctores: certum, receptumq; videtur reſpectiuè ad totum, nec Verbum Dei eſſe totum, nec humanitatem, & ideo poſſe dici impropriè ſaltem partes, vel quaſi partes, imperfectione partium excluſa, ex parte verbi potiſſimum, non enim inconuenit humanitatem dici partem imperfectam, & incompletam, ſiquidem ad compoſitionem venit orbata propria ſubſiſtētiā, & ſic quaſi potentia perficienda, atque complenda per ſubſiſtentiam verbi, per quaſi actum perfectiſſimum, in quo conueniunt præter allegatos PP. *Tiphano* excepto, *Ruiz, Raguſa Arrubal. C.Lugo* de Euch.d.6.n.6. *Prapoſitus, Ripa, Raconis, Syluius. Zumel, Hurtado, Arriaga*, & plerique Recentiores ita moderantes quartam illam conditionem *Thoma Caiet.* & vnicam *S.Thomæ*, vt ſatis ſit quod alterum componentium antecedenter, & intrinſece ſit pars expectans, & exoptans ſui complementum ab altero, quod eſt finis, ob quem accedit, & inclinat pars quælibet ad compoſitionem; licet dici etiam poſſit conformiter ad *communem*, quod expreſſit *Arriaga* hic d.31.n.6. verbum terminare humanitatem, cum eaque componere præcisè ſecundum ſubſiſtentiam, quæ vt ſic eſt incompleta conſtituens cum diuina natura verbum completum.

357 Ergo nos quatuor eas conditiones requiri, & reperiri credimus in elementis facturis compoſita quælibet, propter effatum Peripateticæ Scholæ, *ex duobus entibus in actu*, ideſt, completis, *non poteſt fieri vnum per ſe.* quod ſumitur ex *Ariſtot.* 7.m.tex.49. & S. *Thoma* ibi l.13 quo circa anima noſtra, & materia, & eiuſmodi compartes propriè componūt, duo item continua palmaria componūt ritè bipalmare, ſi coniungantur vt partes, nempe ſpoliata terminatiuis olim illa ſeparata complentibus, ac demùm Deus, & humanitas verè quoq; componunt, quia, vt iam dixi, noſtra natura ſine propria ſubſiſtentia, & verbi perſonalitas, ſiue ſubſiſtentia, ſunt quaſi compartes, & illa ſe habet vt potentia perfectibilis, & hæc quaſi actus perficiens.

Ariſtoteles

S. Thomas

Rurſus, ſi extrema componentia ſpectent ad idem prædicamentum, faciunt compoſitum dictum *ens per ſe*, vt ſunt Petrus, & quidam equus, quorum partes, & vniones ſunt ſubſtantiales. Si autem ſpectent ad diuerſa faciunt compoſitum dictum *ens per accidens*, vti ſunt album, calidum, & huiuſmodi, quia eorum altera pars, ideſt, ſubiectum eſt ſubſtantia, aut quantitas, altera, ideſt, forma vnita, eſt qualitas. Sed & meus in Phyſica *Magiſter* Hiſpali me docuit accidens quodlibet vnitum ſubiecto cuiuslibet categoriæ, facere ens per ſe cum ſui inhærentia, vel vnione: ac ens item per ſe videtur *intelligens*, quatenus intellectio, inhærentia eius, & intellectus, qualitates ſunt. Ex quo apparet compoſita vera alia eſſe entia per ſe, alia per accidens ex parte.

Sunt & alia entia per accidens, magis in rigore, quia compoſita verè non ſunt, ſed concreta extrinſeca, coniuncta plerumque localiter, vel etiam intentionaliter, coalita ſine vnionibus, ex partibus eiuſdem, vel diuerſorum prædicamentorum. Vt ſunt Populus, vrbs, aceruus lapidum, Petrus veſtitus, habens calceos, exiſtens in carcere, vel in hoc anno, lineæ duæ pedales, aut virgulæ contiguæ quaſi facientes longitudinē duplo maiorem; qualitates item albedo, & calor penetratæ, & ſimila oculis peruia, quæ nemine diſſentiente, ſunt entia non compoſita, & pluſquam per accidens. 358

Ex quibus infertur Nonneminem falſò putaſſe poſſe ex duobus entibus in actu olim exiſtentibus, atque completis, fieri vlterius vnum alterum per ſe; cui tamen maxime fauet doctus P. *Tiphanus* contēdens toto lib. de *Hipoſtaſi*, factum iam vnum per ſe ex verbo diuino, & humanitate omnino completis. Credit enim Chriſtum eſſe compoſitum vnitum non vnione diſtincta, ſed neſcio qua dicta ab ipſo *aſſumptionis humanitatis in Deum*, quaſi ſic dixerit Deus, fiat Deus hic homo, ſiue aſſumatur à Filio Dei hæc humanitas integra, & completa, quæ tamen aſſumpta, non amplius dicatur *perſona*, quia hæc eſt *indiuidua ſubſtantia integra, & totalitatem habens, & quandiu eam retinuerit*; & ille homo, ſiue natura aſſumpta quamtumuis intrinſecum nihil amiſerit, iam non eſt quid totum, nam facta denuo eſt pars nō *amiſſione* alicuius entitatis, vel modalis ſubſiſtentiæ, quam reijcit *Tiphanus*, ſed *additione*, & conſortio diuinitatis: contingit enim non rarò,

ait ipſe, rem integram denuo mutari; & partem fieri, ac dici, non ſolum titulo *diminutionis*, verum etiam titulo *additionis*, quod multis exemplis prætendit confirmare.

Sanè ſi ſic, & hic eſt Chriſtus, quid prodeſt Authori huic negare modum ſubſiſtentiæ, ſi natura humana integra quoquo modo ſubſiſtens, dum aſſumitur, totalitatem perdit, & fit pars? o quam facile incarnatio caperetur, quādo nihil ſciendum ſupereſſet, intellectis verbo, & Petro hodie vnitis ſine vnione diſtincta ex ſola Dei aſſumente voluntate. quare hunc modum compoſitionis in primis refello, quia ex eo ſequitur ponendas in Chriſto duas perſonas, ſiquidem in eo ponitur duplex ſingularis integritas, & totalitas intrinſecè immutata, & vt erat vtraq; prius ante incarnationem, vel vt eſſe poterat, quin diuina poſſit humanam mutare, vt probo infra circa finem huius appendicis.

Secundò, quia ſequitur dicendum verbum non eſſe amplius perſonam, ſiquidem totalitatem amiſit, dum factum fuit pars noui cōpoſiti *Dei hominis*, id eſt, Chriſti, nec enim ipſe eſt totum, & dimidium, nec verbum præciſe eſt totus Deus homo, quod ſi humanitas, additione, fit pars reſpectiue ad totum, quod de nouo fit, & verbum non eſt id totum, & ab eo toto nouo non excluditur, ſine dubio pars eius eſt: neque partem dici nocet eius infinitudini in propoſito, ſicut nec nocet in alijs concretis, & relationibus conflatis ex Deo, & creaturis, in quibus intrat Deus totus, ſed vt pars, incarnatio quippe relatio quædam eſt, vt tradit
S. Thomas 3. p. q. 2. a. 7. 8. S. Thomas. Ergo verbum perſona iam non eſt, nec erit durante incarnatione, quoniam licet immutatum intrinſece cuiuſdam noui tot us quaſi maioris quaſi pars miſericorditer factum eſt.

359 Dices, & benè, non ita infertur, nam verbum vbique & ſemper totum quoddam eſt, & ſolum factum eſt pars ſecundum quid, ideſt, reſpectiuè ad nouum totum, hoc eſt compoſitum; dic ergo mecum, & cum *communi*, quod humanitas ſimpliciter & abſolutè pars eſſe, non
S. Thomas 3. p. q. 19. a. 2. poteſt futuri totius maioris, ſi ad ipſum non accedit facta prius ſimpliciter pars, orbata, videlicet, propria ſubſiſtentia, vel, vt voluit S. Doctor, exiſtentia, & ita quod indigeat debito ſibi naturali complemento, id quod apud omnes importat cōceptus partis facturæ compoſitionem; ſiquidem, vt nemo non videt, dici rem aliunde ſimpliciter totam, & completam, partem reſpectiuè tātum ad totum, cuius in aliquo euentu fit pars, non tollit integritatem abſolutam, nec ea, quæ ipſam conſequuntur; quod verum tenere pro nunc tantum volo in totis, quæ vocaui ſupra *concreta pluſquam per accidens*, qualiter poni a *Tiphano* Chriſtum D. ſic probo fortaſſe euidenter.

Appendicis pars altera reuincit Chriſtum poni ab Antimodiſtis quaſi ens valde peraccidens, quia negant modos vnionis, & ſubſiſtentiæ.

VErùm, vt procedam clarius, ſupponamus fieri, vel nudius tertius fuiſſe aſſumptam à Verbo diuino integram humanitatem adultam Petri, quod fieri potuiſſe non negabit P. *Tiphanus*, ſiquidem non aſſentitur paradoxo illorum, item Antimodiſtarum, quos refutaui ſupra a n. 306. qui putarunt humanitatem aſſumptibilem habere intrinſecè, & ſecundum propriam differentiam, reſpectum, & appetitum ad Verbum. decreuerit ergo Deus fieri hoc mirabile coniūctum ſine vnione diſtincta, & ſine productione alterius nouæ entitatis æquiualentis, quæ humanitatem intrinſecè immutando in compoſitionem traheret, qualis inter alias foret actio noua ſubſtātialis, quam ingenioſè nouiſſimè in ſcholas inuexit *Bernal* reiectus ſupra n. 319. tanquam actionem denuo conſeruantem ſimul, & hypoſtaticam vnionem: ac demum ſine excluſione alicuius perfectionis antiquæ ſubſtantialis, aut complemēti præfatæ humanitatis, ſed Deus ipſam relinquat in ſuis integritatis naturalis terminis, & antiquo complemento, nam hæc omnia *Tiphanus* concedit nobis libenter.

Tunc ſic argumentor, & intendo probare nec eſſe, nec dici poſſe eam humanitatem vnitam verbo, & ſubinde poſt ſimilem aſſumptionem, Chriſtum fore nullo modo compoſitum, nedùm ens per ſe, ſed merum complexum extrinſecum, & ens quoddam omnium maximè 360

per

per accidens, ob infinitam extremorum diſcrepantiam, & ſubinde id mirabile concretum ex verbo, & humanitate, quæ aſſumpta verbis dicitur, excluſis extrinſecis gratiæ donis, ac Dei erga ipſam ſpeciali amore, & prouidentia, quæ nunc ad rem non pertinent, nihil amplius habere, quam nos, qui poſt creationem, & conſeruationem nobis gratioſè impertitam, habemus Verbi neceſſariam præſentiam nobiſcum intime penetratam, & quaſi aſſiſtentem, & ideo in eo, & per id viuimus, mouemur, & ſumus. Sic ergo formo commune argumentum, vniuerſalius aliquanto, quam format P.C. *Lugo* in to. de *incarnat.*

Repugnat dari denominationem realem nouam abſque titulo reali nouo; ſed denominatio, quæ dicitur humanitas verbo vnita, eſt realis, & noua; ergo aliquis titulus nouus poni debet, qui fundamentum ſit eius denominationis: is vero vnio noua debet eſſe, ſiquidè vnitum ab vnione dicitur, & conficitur. vel ſaltem ponatur aliqua noua inclinatio de nouo reperta vel in altero extremo, ideſt, in humanitate exigente conſortium, & complementum alterius, ſi vera eſt opinio aſſerens extrema vniri ſe ipſis ſine nexu intermedio, iuxta quod multi opinantur ſupra n.304.

Maiorem huius ſyllogiſmi veram eſſe confirmant, quod eſt mirabile, omnia exempla, quæ P *Tiphanus* congerit, vt conuincat eſſe falſam in terminis Patris *Lugo*, hic enim caſu, ſed bene ita proponit maiorem. *repugnat dari denominationem realem nouam, abſque forma reali noua.* Vbi non prætendit ipſe debere dari formam proprie ſic dictam, ſed nomine formæ intelligit ſine dubio quamuis nouam entitatem, poſitiuam, vel etiam negatiuam congruam futuræ denominationi, non enim ignorabat truncatum pede, vel ignorantem quempiam dici ex defectu, qui forma non eſt, præſertim qui legerit S.*Thomam* dicentem, titulus *à quo aliquid denominatur, non oportet quod ſit ſemper forma ſecundum rei naturam ſed ſufficit quod ſignificetur per modum formæ; denominatur enim homo ab actione, & ab indumento, & ab alijs huiuſmodi, quæ realiter non ſunt formæ* & ideo P. *Tiphanus* opponendo hunc textum Patri C. *Lugo* vt eius maiorem labefactet, nihil conficit, quia de vocibus contendit.

S. Thomas. q. de P. a. 10 ad 8.

Veniamus ergo ad rem, & rationem ſumptam ab exemplis. ita ille ſcribit. *Maiorem Patris Lugo falſam eſſe cognoſci poterit, nam denominationes à veſte, à calceis, à loco proprio, vel communi, ab arca, à vaſe, à carcere, à tempore, & ſimilibus petita, ſunt reales, & noua, nec tamen ab vlla forma reali ducta.* Vide quo modo perſtat *Tiphanus* in æquiuocatione voculæ *forma*, & ſane conuincet incautos qui cum ipſo negant modos habitus, vbicationis, & durationis. 361

Rurſus ſcribit alibi lineam pedalem ſine vlla noua intrinſeca mutatione bipedalem fieri, ex ſola adiunctione alterius æqualis; & totum nouum fieri ex pluribus guttulis licoris de nouo coniunctis: quæ quidem continua, & ſimilia deperdunt prædicata antiqua, & acquirunt noua, abſque noua aliqua mutatione, & abſque alia forma noua, potuit ergo, concludit ille tandem, humanitas verbi dici de nouo vnita verbo, ſine nouiter producta vnione. Sed negatur hæc conſequẽtia, quia omnino falſum eſt antecedens.

Etenim omnes illæ nouæ denominationes è nouis titulis naſcuntur, a formis, aut quaſi formis vel phyſicè nouiter factis, vel circumſtantia noua phyſica motis, vel mutatis, vt patet diſcernenti, & diſcutienti exempla ſingula. Petrus v.g. dicitur denuo veſtitus à veſte, quam ipſe ſibi vel alius motu locali nouo applicuit; & ſimili modo calceatus: atque eſſe in Balneo, in foro, & in ergaſtulo, nouitèr dicitur propter nouos motus locales naturales, aut violentos, & quietes, quibus ijs locis appropinquauit, & ſubſtitit. vel ſi negas motus diſtinctos, per loca nouiter acquiſita, & applicata. denique Petrus eſſe in hoc tẽpore de nouo dicitur, quia tempus antiquum pertranſijt, & nouum præſens eſt.

Lineæ autem illæ, & guttulæ, ſi omnino immutatæ ſunt intrinſece, quia retineant adhuc terminatiua, *quod non credit S Thomas*, non faciunt noua compoſita, ſed numerum, & complexa valde per accidens; illis enim non ſuffecit localis illa noua applicatio, vt denuo vnitæ dicerentur: dato verò, & non conceſo, quod ex ſimili adiunctione, & commixtione rerum iſtarum, noua continua, ſiue compoſita reſultarent ſine nouis vnionibus, nimirum ex ſola ea mutua communicatione, nihil proſunt *Tiphano*, quoniam

S. Thomas. infra n 844 Ariſtoteles ibi.

X ne-

neceſſariò præit nouus titulus, ideſt, noua localis coniunctio.

362 Sed tamen Chriſtus in eius opinione, vix dici poteſt complexum vnum per accidens, nedum per ſe; quia nec humanitas de nouo vnita verbo dici poteſt, cum ipſe reputet impoſſibiles modos vnionis, & ſubſiſtentiæ, & ſubinde huius deſtructionem, & aliũde impoſſibilis ſit nouus alius titulus, qui ea extrema denuo magis coniungat, applicet, vel adaptet modo nouo ſubſtantiali, vt manifeſtum videtur contemplanti diuinitatis immenſitatem vbique intimè præſentem. ergo ſicut humanitas mea, ac Deus eſt complexum pluſquam per accidens, ratione ſolius coexiſtentiæ in loco eodem, ac tempore, ita Chriſtus erit. S quidem P. *Tiphanus* nequit iam negare, quod videt in his exemplis, nempe requiri ſemper titulum aliquem nouum poſitiuum, vel remotiuum, extrinſecum, vel intrinſecum, videlicet, iuxta exigentiam futuræ nouæ denominationis: & ex alia parte quando heri, aut nudius tertius verbum Dei aſſumpſit Petri humanitatem, nec vnionem nouã produxit, nec illius ſubſiſtentiam deſtruxit, nec alium titulum, qui ſe ipſum cum humanitate magis copularet ſubſtantialiter, creauit.

Hinc colligẽt Theologi in iſta opinione fore in Chriſto duas integras perſonas, vel vnam ex duabus congeſtam, quod vtrumq; damnatum eſt, vt vides in
S. Thomas S. *Thoma* 3 p. q. 2. a. 6. nam in primis altera eſt verbum; ſecunda erit humanitas aſſumpta, quia ſimiliter eſt ipſa tota, & indiuidua ſubſtãtia rationalis, nec ex huiuſmodi aſſumptione *Tiphani* pars facta eſt, nec eius totalitas diminuta. idq; denuo probatur quoniam totalitas, vel totum deſtruitur *detractione*, ſiue diuiſione, & *additione*, humanitas autẽ in ſua aſſumptione non paſſa eſt alicuius partis diſpendium, quod fatetur is *Author*, ſed nec eſt mutata *additione*, nihil enim ſubſtantiale illi additum de nouo eſt, ex meritis noui alicuius nexus, vel nouæ applicationis, quæ verbum Dei ſpeciali, & ſubſtantiali modo adducat in intrinſecam cõpoſitionem cum humanitate, vt ſuperius demõſtratum eſt, ergo verbum, & humanitas, quæ hodie nihil habent amplius, præter nomen, quo vnita dicuntur, quam habebant nudius tertius ante incarnationẽ, duæ integræ, atque completæ perſonæ erunt, vel adſummum vna dicta, quia ex duplici conſideratur congeſta.

Præterea, quidquid loquantur Nominales Antimodiſtæ, intelligi non poteſt 363
tranſitus de contradictorio ad contradictorium, ſine aliqua nouitate, & quod humanitas paulò antè *non aſſumpta*, & nunc *aſſumpta* dicatur, extremis vt prius inuariatis intrinſecè, perſiſtentibus, maximè cum aſſumptionis huius terminus ſit *quædam relatio*, ideſt, duarum naturarum conuentio, & *omnis relatio*, vt cum *Auguſtino* tradit S. *Thomas* 3 p. q. 2. a. 7. c. *S. Thomas.*
qua conſideratur inter Deum & creaturam, *S. Auguſt.*
realiter quidem eſt in Creatura, per cuius mutationem nouam, ſcilicet, & temporalem, *talis relatio innaſcitur.* Verum tamen *Tiphanus* non curans de alia noua mutatione dicit concludendo ſic, *vna verbo, eſt mutatio, qua fit Chriſtus* modo, *cum antea non eſſet*, prodeunte nimirùm in mundum humanitate, quæ aſſumpta dicitur, non alio titulo, niſi quia coexiſtat Verbo diuino ſecundum tempus, & locum; quod verum eſſet, ſi Chriſtus foret mera prædicamentalis relatio, hoc eſt, aliquod extrinſecum: duplicis naturæ complexum; cum ergo ipſe ſit vna ſola perſona, licet cum duplici natura, & nouum vnitum, verumquè compoſitum, concedenda neceſſario nobis eſt non ſolum noua *detractio* perſonalitatis, vel ſubſiſtentiæ creatæ, ſed etiam vnio noua ſubſtantialis, quæ copulet vtramq; naturam, vti ſuperius n. 357. declaratum eſt, & præſenti veritate confirmatum. poſt hæc vidi *Leſſium* legendum de Perf. diui lib. 12. cap. 6. vbi citat. & refutat, alios, quos imitatur *Tiphanus*.

DISPVTATIO II.

IN SECVNDVM LIBRVM PHYSICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIA.

Exponit prius doctrinam libri compendio, & an tractare de Cauſis ad Phyſicam poſſit pertinere.

364 DOCTRINAM libri huius complectitur Philoſophus nouem capitibus, vel ſummis tribus. in prima definit *naturam*, & declarat quibus rebus conueniat, & *quid ſit res naturalis*, & *ſecundum naturam*. in ſecunda exponit *Ariſtoteles* obiecta formalia diuerſa, quæ in eiſdem rebus ſubiectis conſiderant *Phyſici*, & *Mathematici*, & ſubinde quo pacto conſiderationes phyſicæ, & mathematicæ inter ſe differant. in tertia demum tractat de cauſis, earum diuiſionibus, & compara-*S. Thomas* tione inter ſe, & cum ſuis effectibus. Lege textum, & commentarios S. *Thomæ*, & *S. Auguſt.* indicem S. *Auguſtini* V. *cauſa*, & *natura*.

Et nota quod Angelicus Doctor hic in *Alamanio* q. 7. a. 2. diſputat vtrum ad Philoſophum naturalem ſpectet agere de cauſis rerum naturalium, & ratio dubitandi eſt, quia agere de cauſis pertinet ad Logicam, & Metaphyſicam; ſed tamen affirmatiuè reſpondet ibidem, cuius reſponſio ex ipſo, & *Ariſtotele*, & ex vera ſententia, ſic illuſtratur; etenim, vt legis ſupra nu. 57. & in *Tripartita* frequenter, cauſas conſiderat Metaphyſica *definitione*; Logica *regulis*; Phyſica *prædicatione naturalis operationis*; vt vides, in his exemplis, quæ ſucceſſiue ijs tribus ſcientijs reſpondent, *Homo eſt animal rationale; affirmata cauſa neceſſaria, affirma effectum eius. Sol, & homo generant hominem.*

QVAESTIO I.

De natura, & arte, de naturali, & artificiali, libero, & violento, præternaturali, & ſupernaturali; ſed prius de nomine natura.

NOmen *natura*, quod deriuatur à *naſcendo*, vt ait S. *Thomas* 3. p. q. 2. a. 3. *natura* enim dicitur, quaſi *naſcitura*, *S. Thomas.* æquiuocum eſt, quia immediate ſignificat plura vt plura; nam primò ſignificat *S. Auguſt.* Deum omnium rerum, ac naturarum con-*12. de ciui.* ditorem, qui propterea vocatur *natura cap. 25.* *naturans*, ideſt, dans omnibus reliquis naſcentibus naturas, ſiue ex quo, tanquam è fonte cætera omnia enaſcuntur; ſecundò ſignificat quidditatem, & eſſentiam rei, vnde frequenter dicimus hoc, vel illud eſſe de eſſentia, ſiue natura rei; ac definitio declarat naturam, vel eſſentiam *S. Auguſt.* rei, nam, vt ait *Auguſtinus* 2. de mor. Manic. 2. *& ipſa natura nihil eſt aliud, quam id, quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe; itaque vt nos iam noue nomine, ab eo, quod eſt eſſe vocamus eſſentiam, quam plerumq; ſubſtantiam etiam nominamus; ita veteres, qui hæc nomina non habebant, pro eſſentia, & ſubſtantia, naturam vocabant.*

Tertio ſignificat integram creaturarũ omnium vniuerſitatem, & ideo *miracula* dicimus *ſuperare vires*, facultatemue *naturæ*, ideſt, eſſe ſupra omnes creaturas, *S. Thomas* earumq; virtutes naturales; vel etiam *1. p. q. 105.* ſpectare nos, & mirari rerum naturam *art. 7.* cum *Auguſtino* de Gen. ad lit. l. 8. c. 8. Quarto ſignificat etiam apud *Auguſtinum* ibi-*S. Auguſt.* dem, & l. 9. c. 15. cauſas naturales, inquantum operantur, ſiue ad operandum ſunt propenſæ ſecundum inclinationem ſuam. *Ariſtoteles* Vnde dicere ſolet Philoſophus *natura nihil 2. cæl. t. 24.* *facit fruſtra; & nihil vacuum, neque ſu-2. de Gen.* *perfluum in natura, natura facit optimum, anim. c. 4.* *quod poteſt*. Quinto ſignificat *natura* in-*& de iuuẽ.* trinſecam virtutem rei, quæ poteſt produ-*& Senec.* cere motum, ideſt, operationes intra ſup-*cap. 2.* poſitum, in quo eſt, & ad hoc quintum

Digitized by Google

ſign ficatum, referendus eſt in præſenti
terminus *natura*, ac de eo ſolo hic nobis
potiſſimum agendum; reliqua ſignificata
tanquam fortaſſe vtiliora ad ſciendum,
memoria retinentibus. Qui plura volet
Ariſtoteles de iſto nomine legat *Ariſtotelem* 5.m.c.5.
S. Thomas *Fonſecam Toletum*, & S.*Tomam* ibi, & in
S. Auguſt. *Alamanio* hic q.6. a.4. *indices* ipſorum, &
S.*Auguſtini*, *Conimb. Rubium*, *Hurtado*,
& alios Interpretes.

SECTIO I.

Interpretatur definitionem Naturæ, à Philoſopho traditam.

366 ARiſtoteles in cap.1.tex.3.*natura* inquit,
eſt principium, & cauſa vt moueatur,
Ariſtoteles *& quieſcat id, in quo primo, & per ſe,*
& non per accidens ineſt. Vt anima rationa-
lis v.g. quæ eſt natura, quia eſt principiũ,
& cauſa vt moueatur, & quieſcat homo,
in quo illa primo, & per ſe, ideſt, conſti-
tuendo illud, vt compars eius ſubſtantia-
lis, & non per accidens, nec vel vt acci-
dens ineſt. Expendo ego ſingulas defini-
S. Thomas tionis particulas, & tu leges S. *Thomam*
pulchre de natura differentem in texti-
bus afferendis, vel in *Alamanio* q. 6. de
natura.

Natura in primis debet eſſe non ſolum
principium, ſed cauſa, vt excludatur
priuatio, quæ licet ſit principium compo-
ſiti, non eſt cauſa alicuius operationis
eius, in quo eſt, præterquamquod priua-
tio non ineſt cõpoſito, cuius principiũ eſt,
dici tamẽ improprie poteſt natura, quate-
nus fuit in corrupto intrinſece, & rece-
dendo principiauit motum, ſeu formam
genitam, quod damus *Rubio* hic tr. de
for. q 2. an. 22. & pluribus allegatis ibi,
Ariſtoteles cum *Ariſtotele* dicente *priuationem eſſe*
formam, & ſubinde quodammodo na-
turam.

Deinde dicitur *natura* cauſa vt moueatur,
& quieſcat id, in quo eſt, ſiue, vt alij
vertũt, *motus & quietis*, aut disiũctiuè mo
S. Thomas motus, vel quietis, quo intelligit *Ariſtoteles*
4.d.46 q.2. quãcumq; operationẽ inſtantaneã, vel ſuc-
art.2. ceſſiuã, neque ſolas mutationes, ſiue mo-
tus locales, ſed etiã alios effectus immanẽ-
tes in cõpoſito, vbi moratur natura; vnde
anima noſtra v.g. natura eſt, quia poteſt
cauſare in compoſito, cui ineſt, motum
localem, vel *vbi* permanens, ſeu quietem;
nam *quietis* nomine, non intelligit Philo-
ſophus, meram ceſſationem, ſeu priuatio-
nem motus, cuius vt ſupra nu. 292. dice-
bamus, nulla directa cauſa eſt.

Denique ponũtur illæ particulæ *primò*, 367
& per ſe, & non per accidens ineſt; quibus
admonemur duo, primum eſt, acciden-
tia non eſſe naturam, ſed naturam debe-
re eſſe cauſas ſubſtantiales, quia ſola ſub-
ſtantia dicitur, & eſt *principium primum*, *Ariſtoteles*
& principale *vnde motus*. quare, vt dicit *S. Thomas*
hic Philoſophus, ars Medici, non eſt na-
tura, licet contingat per accidens cauſare
motum, ideſt, ſanitatem in homine, cui
ipſa intrinſece ineſt, nempè in Medico
curanti ſe; nam eam ſanitatem, æque be-
ne cauſaret in homine non Medico, cui
intrinſecè non eſſet ars Medicinæ. Secun-
dum eſt, cauſam motus, quæ eſt natura,
debere non ſolum intrinſecè eſſe in re,
quam facit moueri, aut quieſcere; ſed
etiam pertinere ad vnius per ſe compoſi-
ti conſtitutionem v.g. anima eſt natura,
quia eſt primo, & per ſe, ideſt, ſubſtantia,
& quia ineſt intrinſecè in homine, cum
conſtituens vnum per ſe compoſitum,
cuius motus, & quietis eſt ipſa principiũ,
ſiue in quo producit varias operationes
manentes intra ipſum.

Ex his collige primò, quidquid propriè
natura eſt, debere eſſe realiter diſtinctum
ab eo, in quo eſt, & quod facit moueri,
aut quieſcere, & ſubinde ſemper debere
eſſe compoſitionem in rebus, in quibus
natura eſt, id quod expreſſit *Ariſtoteles*. *Ariſtoteles*
hic tex.4. dicens *natura autem ſubiectum* *S. Thomas*
eſt, aut in ſubiecto ineſt, & ideo anima,
quæ proprie natura eſt realiter diſtincta
eſt a compoſito, cuius mutationum eſt
cauſa, & cum materia componit.

Collige ſecundo, Naturam eſſe quid- 368
quid eſt ſubſtantiale, & intrinſecum prin-
cipium operationum rei, in qua eſt, eo
præciſe, quod eas in ea re manentes pro-
ducat, quidquid ſit, an etiam id princi-
pium producat alias operationes in rebus,
in quibus non eſt, ſimilis enim productio
neque prodeſt ad hoc, vt aliquid ſit na-
tura in acceptione *Ariſtotelis*, neque
officit; ita anima eſt natura adæquato
titulo, quia cauſat operationes ſui com-
poſiti, manentes intra ipſum, quod autem
producat alias in extraneis ſubiectis, non
tollit ab ea rationem naturæ, neque da-
ret, ſi illarum operationum immanen-
tium, ipſa principium non eſſet. Collige

ter.

tertiò, naturam exiſtere, & adde cum *Ariſtotele* hic tex.6. *quod autem ſit natura tentare demonſtrare ridiculum eſt*, vt fusè probat S.*Thomas* in *Alamanie* hic q 6.a.5. manifeſtum enim eſt quod entia, quæ ſint Naturæ, ſunt multa, vt videbis in ſequentibus.

Ariſtoteles *S. Thomas*

SECTIO II.

Determinat quæ res ſint naturæ, quæ non, & quæ contineant in ſe naturam, & quæ non.

Regula generalis, ac certa eſt, illas res eſſe Naturas, quibus conueniat definitio Naturæ, vt ſupra declarata eſt; illas vero non eſſe, quibus definitio non conueniat; ſed deſcendendo magis in particulari, antequam diſcurram per decem rerum genera, & per varias ſubſtan ſtantias actu exiſtentes, & poſſibiles.

Decerno primo, Deus, ſeu S.*Trinitas non eſt natura* in hoc ſenſu *Ariſtotelis*, probatur, quia S. Trinitas non eſt principiũ mutationis reſidentis in aliquo ſubiecto, à Trinitate realiter diſtincto, & cui aliunde Trinitas ſit intrinſeca, & eſſentialis cõſtitutiua, quaſi pars, & minus multo eſt natura, quia ſit principium, & cauſa producens ad extra mutationes, & varias operationes in ſuis creaturis; quoniam ſi Deus in aliquo, cuius ipſe intrinſeca quaſi pars ſit, non producit immanenter motum, & quietem, quantumuis hos effectus producat ad extra, ſiue in exteris ſubiectis, nequit eſſe natura, quæ ab *Ariſtotele* definita eſt, vt colligebas ad finem ſectionis præcedentis.

369 Decerno ſecundo, Prima perſona, ideſt, *Pater non eſt natura* quamuis ſit principiũ, & quaſi cauſa immanens Verbi Diuini. Probatur primò, quia ipſe non eſt propriè cauſa ſui filij, neque filius eſt propriè motus, vel quies, qui debent eſſe effectus differentes in eſſentia à principio, quod eſt natura. Filius vero Dei quamuis realiter diſtinguatur ratione perſonæ, ſiue perſonalitatis a Patre, non differt ratione eſſentiæ. Secundo, quia Pater non habet in ſe aliquid realiter à ſe ipſo diſtinctum, cum quo componat, & in quo filius eius recipiatur, & quod per filium tamquam per motum cauſatum moueatur.

Decerno Tertiò, quod licet Perſona Verbi ſit maximè, & ſupra quam dici poteſt, ſupernaturalis, in ſenſu vero, & modo loquendi Theologorum, tamen poſtquam naturæ humanæ copulata eſt, attenta definitione *Ariſtotelis*, dici poteſt *quaſi natura*, ſicut & dici ſolet quaſi forma humanitatis aſſumptæ, hoc eſt principium, & cauſa intrinſeca operationum motus, & quietis compoſiti eius, in quo eſt primo, & per ſe, & non ſecundum accidens. Eſt nimirum Chriſtus admirabile quoddam vnum per ſe, compoſitum ex natura diuina, & humana; vt loquuntur Concilia, & Patres apud *Vazquez*, to.1. in 3.p. diſp.26. cap.2. & *Granado* ibi, cuius altera quaſi pars intrinſeca eſt verbum, quod ſine dubio eſt cauſa per ſe, non ſolum moralis, ſed phyſica operationum humanitatis aſſumptæ, & ita dici poteſt quaſi natura, quod nomen non tollit illud eſſe rem omnino ſupernaturalem, imo nomen, & ratio naturæ, vt ab *Ariſtotele* definita eſt, conuenire poteſt rebus ſupernaturalibus, vt iam dico, & item vnioni hypoſtaticæ Chriſti, præſertim ſi iſta operatiua eſt, vti voluerunt nonnulli ſupra nu.345.

Ariſtoteles *S. Thomas 3.p.q.2.a.4*

Decerno quartò, Angelum non eſſe naturam. Probatur, quia Angelus vt pote qui eſt ſimplex ſubſtantia ſpiritualis, non conſtituitur duplici parte, nempe materia, & forma, quarum altera ſit principium mutationum alterius, ſiue compoſiti, in quo illa, quæ natura eſt, intrinſece inſit; & propter eamdem rationem natura non eſſet corpus ſimplex completum, ſi id poſſibile eſt, aut exiſtit, carens, nimirùm, partium compoſitione. 370

Quinimo auſim dicere, ſaluo meliori iuditio, non fore naturam in acceptione Philoſophi, ſubſtantiam quamlibet ſimplicem ſupernaturalem, v.g. aliquod ſubſtantiale corpus ſimplex ſupernaturale completum, vel aliquem ſubſtantialem ſupernaturalem ſpiritum ſimplicem; & è contra dico fore naturam formam quandam ſupernaturalem, quæ cum aliqua materia ſupernaturali cõſtitueret compoſitum; quia licet ea ſimplex ſubſtantia eſſet principium operationum productarum intra ſe, vel extra, tamen non eſſet principium, & cauſa motus, & quietis eius rei, in qua ſit, cum in nulla re eſſet; at ſimilis compoſiti forma, licet ſupernaturalis, eſſet natura, quia eſſet principium motus, & quietis eius rei, in qua eſſet,

quam-

quamuis ea duo entia propter alias definitiones eſſent maxime ſupernaturalia, vti dicebã ſupra de verbo Diuino, e hypoſtatica vnione.

371 Decerno quintò, totum compoſitum ſubſtantiale (vt eſt homo v.g. aut Leo) nõ eſſe naturam, quamuis naturæ ſint partes compoſiti cuiuslibet, nempe eius materie, & forma; *Ariſtoteles S.Thomas.* hoc eſt decretum *Ariſtotelis*, & *S.Thomæ*, ille enim hic tex. 12. ita loquitur, *quod autem eſt ex his natura quidem non eſt, ſed à natura, vt homo, & magis natura hæc eſt* (idest forma) *quam materia* quæ verba *Paraphraſtes Pallauic.* ita illuſtrat, *nec verò arbitretur aliquis quod ex materia & forma reſultat, eſſe naturam, nam quod conſtat ex ijs, vt homo, natura quidem non eſt ſed à natura.*

S.Thomas. S.vero *Thomas* ita habet ibidem, lect. 2. *poſſet autem aliquis credere quod quia materia dicitur natura & etiam forma, compoſitum poſſet dici natura quia ſubſtantia dicitur de forma & de materia. & de compoſito, ſed hoc excludit Ariſtoteles dicens, quod compoſitum ex materia, & forma, vt homo, non eſt ipſa natura, ſed aliquid eſt à natura.* conſentiunt *Scotus Suarez. Conimbric.* & interpretes, vt vides in *Hurtado* hic d. 7. §. 13. licet ex parte contradicat *Ariſtoteles* *Rubius* c. 1. q. 2. n. 16. allegans *Ariſtotelem* 5. m. c. 5. aientem compoſitum ex materia, & forma eſſe naturam perfectam, quia conſtet naturis incompletis, nempe materia, & forma: ſed *Ariſtoteles* ibi nomine naturæ intelligit rei eſſentiã, ſiue ſubiectum habens formam, vel quod ex his ambobus eſt, & perfectũ, ac cõpletũ eſt.

Huius doctrinæ ratio eſt eadem, quæ præcedentis; etenim totum compoſitum non eſt eſſentialis, & intrinſeca pars alterius rei, cuius mutationum ſit principiũ; ergo non eſt natura in *Ariſtotelis* opinione, quod autem forma ſit natura, probatur, quia eſt principium, & cauſa vt moueatur, & quieſcat compoſitum, in quo ipſa vt pars eſſentialis ineſt, vt ſupra in anima exemplificabam.

372 Deinde, quod itẽ materia ſit ſufficientèr natura, ex eo, quod eſt principium receptiuum motus, vel quietis compoſiti, cuius & ipſa pars eſſentialis eſt, probatur, quia in definitione nihil amplius requiritur, quã quod res futura natura, ſit principium, & cauſa motus eius, in quo eſt & c. principium, & cauſa (ſubintellige) in genere cauſæ ſiue efficientis, ſiue materialis, disiunctiue; ſicut ſat eſt cauſam eſſe motus ſolius, vel quietis: quod totũ video conforme *Ariſtoteli*, & expreſſum *Ariſtoteles S.Thomas ad tex. 10. & 11.* à *S.Thoma* in *Alamanio* q. 6. citata a. 2. & conſentiunt *Arriaga* hic d. 6. num. 6. cum *Conimbric.* & *Hurtado, Tellez.* & alij communiter.

Hic aduerte naturas eſſe tum formas, & materias corporeas, tam formas, & materias ſpirituales cuiuſcunque ordinis, naturalis, ſcilicet, vel ſupernaturalis, ſi iſte eſt poſſibilis, quoniam illis omnibus cõpetit definitio naturæ, vt planum eſt cõſideranti. porrò naturas eſſe animas viuentium etiam rationales, tradunt *Ariſtoteles* hic tex. 1. & 12. *S.Thomas* ad t. 26. *Ariſtoteles S.Thomas* *Conimb* q. 4. *Rubius* q. 3. *Pererius* l. 7. c. 12. *Tolet* 1. de an. q. 2. *Tellez* cũ *Suarez* & merito, quia illis conuenit definitio naturæ, atq. formas ſpirituales v.g. animas noſtras etiã in ſtatu ſeparationis, (& idẽ dicendũ de alijs formis ſeparatis per diuinam potentiam) eſſe intrinſece naturas in quantũ coniunctæ cum corporibus ſunt principia motus, & quietis compoſitorum, in quibus ſunt, quamuis in ſtatu ſeparationis nulla ſit in eis operatio, quæ indicet eas eſſe naturas; quia per operationes animæ ſæparatæ, nulla res, cui ipſa intrinſeca ſit, contingit moueri, aut quieſcere.

Sed & naturę ſubſtantiales, vt ſunt humanitas, anima, & Angelus, conſideratæ, vt quodammodo inſunt, aut ſubſunt ſuppoſitis ſuis, ſeu ſubſiſtentijs, naturæ verè ſunt ſecundum definitionem *Ariſtotelis*, vt patet eam illis applicanti. quod video annotaſſe quoque *Arriagam* hic d 6. n. 5. quia ſolùm excludantur a natura, tota vt tota.

373 *Ariſtoteles S.Thomas:* Decernit ſextò *Ariſtoteles* in tex. 4. omnia compoſita ſubſtantialia, quæ modò dicebat non eſſe naturas, intra ſe habere naturam, verba eius ſunt hæc. *Naturam autem habent quæcunque huiuſmodi habẽt principium* (idest principium motus, & quietis) *& ſunt hæc omnia ſubſtantia, ſubiectum enim quoddam, & in ſubiecto eſt natura ſemper*, quæ verba ſic interpretatur *Pallauicinus*, *naturam habere dicuntur quæcunque in ſe ipſis habẽt principium motus, & quietis, ſunt autem hæc omnia ſubſtantia vel ſubſtantialia compoſita (ſubiectum enim quoddam videlicet materia eſt, & in ſubiecto ſemper natura eſt. non quidem vt accidens inhærens. ſed vt pars eſſen-*

tia

tialiter complens, ac perficiens, quæ igitur naturam habent, ſubſtantia ſunt ex materia, & forma compoſita, atque ipſam compoſitionem, ſiue vnionem compoſiti, meritò naturam eſſe ait P. *Arriaga* ſupra n. 7. quia ſine dubio ei conuenit definitio naturæ; & idem dico ego de quauis creata ſubſiſtentia, præſertim ſi eę efficiant pluſquam proprias paſſiones, nempe aliquid, quo immutetur ſuum compoſitum, aut quaſi compoſitum, vel recipiant aliquid à ſocia comparte, velut à natura productum.

Ariſtoteles
S. Thomas.
Decernit ſeptimò *Ariſtoteles*, non ſolum compoſita ſubſtantialia, eſſe entia à natura, vel ſecundum naturam, ſiue entia naturæ, & naturalia, ſed etiam omnia accidentia ſpectantia ad nouem prædicamenta, dici ſimiliter, quia nimirum fiunt à rebus, quæ ſunt natura, veluti operationes noſtræ homines non ſunt, ſed operationes humanæ, ſeu ab homine procedétes, & ideo dicit hic in tex. 5. *Secundum autem naturam ſunt, & hæc* (ideſt ſubſtantialia compoſita) *& quæcunque his inſunt ſecundum ſe vt igni ferri ſurſum, hoc enim natura quidem non eſt, nec quæ habet naturam, ſed à natura, & ſecundum naturam eſt;* hoc autem diſcrimen eſt inter compoſita ſubſtantialia, & accidentia, quod illa habeant in ſe ipſis naturam, accidentia non.

374 Denique ex dictis colligitur naturæ conceptum integrum, & completum ſecundum Philoſophum, debere de neceſſitate eſſe ens incompletum, vt eſt materia, forma, humanitas, vnio, ſubſiſtentia naturæ, ſiue eſſentia Angeli, vel cuiuslibet alterius ſubſtantiæ corporeæ, aut ſpiritualis ſimplicis, concepta ſine ſubſiſtentia.

SECTIO III.

Diluit argumenta oppoſita noſtris, Ariſtoteliſque Decretis circa naturam.

Contra *decretum* quartum obijcis, Angelus, & illa ſimplicia corpora poſſunt producere mutationes in ſubiectis, in quibus ſunt, ſiue in rebus, quarum ſunt partes eſſentiales; ergo naturæ ſunt. Patet antecedens, quia ſaltem illa entia poſſunt producere motum localem, aut quietem in proprijs ſubſiſtentijs, quę ſunt modi realiter diſtincti ab eorum eſſétijs, & in quibus modis illa inſunt intrinſece. Reſpódeo, quod ceſſat vis obiectionis ex dictis ſupra nu. 372. etenim illa ſimplicia, vt ſunt quædam tota, naturæ non ſunt; licet ipſorum partes naturę ſint, quoniam vti dixit *Ariſtoteles* totum, quod ex naturis componitur, natura non eſt, & ideo dum operantur intra ſe, vel extra ſe quaſi tota, dicenda non *natura*, in rigore Ariſtotelico, ſed cauſæ naturales; dum verò illorum partes operantur, vel recipiunt aliquam operationem immanentem intra totum, *naturæ* ſunt; quia eis conuenit definitio naturæ. *Ariſtoteles.*

Contra *decretum* quintum obijcis ſecúdò. Forma non eſt natura, primò, quia non eſt intrinſeca motui, ſiue operationi, cuius eſt principium. Secundo, quia non omnis forma eſt natura, anima enim rationalis nequit eſſe natura, quoniam natura teſte *Ariſtotele* 9. Met. cap. 2. eſt determinata ad vnum, ſed anima rationalis, vt potè libera, indifferens eſt ad hanc, & illam operationem; ergo falſum eſt illud decretum. *Ariſtoteles.*

Reſpondeo negando antecedens, omnis enim forma ſubſtantialis eſt natura, 375 neque petitur in definitione quod id, quod eſt natura, ſit intrinſecum motui à ſe producto, licet requiratur quod ſit intrinſecum rei, quæ per talem motum in ſe receptum, mouetur; quare licet forma extrinſecè ſe habeat ad motum, natura eſt; Deinde anima rationalis non ſolum eſt natura, quia eſt principium mutationum, ſiue operationum ſentiendi, vegetandi, & aliarum, quæ recipiuntur in corpore, & quæ neceſſariæ ſunt, ſed etiam quia, & inquantum eſt principium liberum operationum, quod non eſt contra *Ariſtotelem*, qui hic definiuit naturam in communi, abſtrahentem à libera, & neceſſaria, & ſic rebus liberis, & neceſſarijs conuenientem; in *Metaph.* verò definiebat naturam, ſiue cauſam magis in particulari, nempe determinatè neceſſariam, quæ *natura*, & *naturalis* vulgò dicitur.

Obijcis tertiò pro *Vaſquez* opinante 1. 2. d. 25. n. 20. materiam non eſſe naturã, apud *Ariſtotelem* perinde eſt *motus principium*, atque *cauſa efficiens*, ergo materia, quæ eſt principium non actiuum, ſed paſſiuum tantùm, non eſt natura; antecedés patet ex cap. 3. huius libri, rurſus 5. *met.* *Ariſtoteles.*

c. 4.

Digitized by Google

c. 4. dixit *omnem ſubſtantiam dici naturā metaphoricè, propter formam;* ergo materia non eſt propriè natura. & confirmatur, quia ſi ſufficeret, vt materia foret natura, eſſe principium, paſſiuum, nullus eſſet ei motus violentus, ſeu quilibet cōnaturalis, ſiquidem ad quemuis motum ſurſum, vel deorſum, habet ipſa potentiā receptiuam; hoc videtur falſum, ergo illud, ex quo ſequitur.

Reſpondeo apud *Ariſtotelem* idem eſſe cum cauſa efficiente, *motus*, non nudè principium, ſed *primum principium*. vnde cùm in præſenti, nudè dixerit *principium motus*, non eſt id reſtringendum ad ſolam cauſam efficientem, ſed extendendum ad principium receptiuum, vt expreſsè
Ariſtoteles extendebat ſupra ipſe in *decreto* 5. ad illud ex 5. *met.* dicit *S.Thomas* 2. Phyſ. l. 2. *S.Thomas.*
quod ratio naturæ propriè, & non metaphoricè, tam dicitur de materia, quàm de forma, licet magis conueniat formæ, quam materiæ, vt leges in *Alamanio* q. 6. a. 2. vnde *Ariſtoteles* tantum vult formam eſſe naturam principaliùs, quia eſt principium motus actiuum, & receptiuum, materia vero magis, aut ſolum paſſiuum.

376 Ad confirmationem do nullum motū, aut quietem poſitiuā fore materiæ violentam, ſed omnes connaturales, quia tale receptiuum eſt, ideſt, indifferens ad omnes formas, & motus. quod maximè conſonum eſt Patri *Vaſquez* generaliter vbi ſupra opinanti nulli principio merè paſſiuo, nec aliquid in contrarium actiuè conanti, poſſe fieri violentiam. quare nō rectè probatur materiam non eſſe naturam, præſertim cum dicat *Ariſtoteles motum eſſe actum eius potentiæ, vt in potentia*, vti dicam infra a n. 641.

Obijcis quartò. effectus productus ab agenti quouis naturali, ſiue productus ſit intra ipſum agens, ſiue extra, dicitur, & eſt effectus, & motus naturalis, v. g. calor productus ab igne, vel etiam a ſole, licet ſol eſſet corpus ſimplex, effectus naturalis dicitur; ergo etiam erit effectus a natura, & ſecundum naturam, ideſt, procedens a natura; ſed procedit à toto compoſito vel à corpore ſimplici; & procedere poteſt ab altero accidente, ergo totum compoſitum, & corpus ſimplex, & accidens, ſunt naturæ.

Reſpondeo conceſſo antecedenti, diſtinguendo conſequens, effectus erit naturalis, & à natura, ideſt, à cauſa naturali efficienti, quam etiam ſignificat nomen *natura* iuxta dicta ſupra nu. 365. & ſic cōcedo conſequentiam; effectus erit naturalis, & a natura definita hic ab *Ariſtotele*, & ſic nego conſequentiam; quamuis ſecundum definitionem *Ariſtotelis*, calor productus in extraneo ſubiecto, dici poſſit à natura, attento principio recipienti, vti iam explano, reliqua argumenta diſſoluta a *S.Thoma* videbis in *Alamanio*. *S.Thomas.*

SECTIO IV.

Definit Artem; & monſtrat quot modis ars imitetur naturam, ei ſit ſimilis, & ab ipſa differat; & infert naturam eſſe arte longe perfectiorem.

QVamuis nullus ſit fortaſſe effectus productus a cauſis naturalibus, qui 377
non ſit a natura, vt ab *Ariſtotele* definita *Ariſtoteles*
eſt, ſin minus tanquam a principio efficiente, ſaltem tanquam a principio recipienti, ſiquidem naturales cauſæ nihil poſſunt producere extra ſubiectum. Verumtamen in præſenti quando comparamus artem cum natura, nomine *natura* intelligimus omnes cauſas naturales producentes tam intra ſe, & immanēter, quo pacto ſunt natura ab *Ariſtotele* ſtrictè ſūpta; quam producentes tranſeunter, & extra ſe in alijs ſubiectis, quas omnes cauſas ſignificari, etiam nomine *natura* notabam ſupra nu. 365. cum *Auguſtino*, & *S. Auguſt.*
Communi.

Ars ergo *eſt principium, & cauſa motus & quietis artificialis, ſiue operis artificioſi, exiſtens in agente rationali*, ideſt, ars eſt cauſa dirigens ſubiectum rationale, in quo eſt, ad aliquod opus artificioſe faciendū; vti ſunt quæcunque practica iudicia, ex quorum directione poſſumus procedere ad efficiendum opus. alia eſt ars *actiua*, alia *factiua*, quæ declaratæ manent ſupra n. 48. alia *mixta*, alia *ſimplex*, illa ſunt regulæ docentes applicare actiua paſſiuis, vt Medicina, & Agricultura, & ſimiles. ſimplex vero, regulæ docentes fieri artefacta ſua, ſine eiuſmodi applicatione, vt *Logica*, *Muſica*, & huiuſmodi. alias artis
diuiſiones exponunt *Ariſtoteles*, & *S.Thomas* hic à t. 24. & pulchra ſcribit de *arte*, *Ariſtoteles* *S.Thomas.*
& *artibus S. Auguſtinus* to. 5. & 8. quærendus in Indice V. *artes*. *S. Auguſt.*

Mul.

378 Multis differt Ars à natura; primò enim ars eſt cauſa ſolum directiua; natura vero eſt cauſa effectiua. Secundò, ars ſemper eſt accidentalis qualitas, ideſt, actus, vel habitus reſidens in intellectu; natura ſemper eſt ſubſtantia, & conſequenter perfectior arte, tum propter dicta, tum etiã, quia collectio effectuum à natura procedentium eſt multo perfectior collectione effectuum artis, ſiquidem à natura fiunt perfectiſſima quæq; viuentia, quæ longe ſuperant artificialia omnia, licet inter ea contingat eſſe aliquot perfecta quoque viuentia, vt habes in Tripartita à n. 140. & ſupra n. 49.

Ariſtoteles cap. 1. & S. Thomas 1. p. q. 117. a. 1 c.

Præterquamquod, quæ fiunt ab arte abſolute fiũt à natura, ſiue cauſis naturalibus, arte ſolùm dirigente, non phyſice influente, quidquid ſit, an aliquãdo aliqua cauſa naturalis perficiatur ab arte, propter modum producendi directum ab arte; vnde manat prouerbium, *natura perficitur arte*, ſiue adiuuatur ab arte, vt producat effectum perfectiorem.

Ariſtoteles hic t. 79.

Tertiò, ars non petit neceſſario, quod motus, & opus, cuius eſt cauſa, maneat intra ſe, & in proprio ſubiecto, ſicut petit natura, in illa curta acceptione Philoſophi imo frequenter ars eſt cauſa operum trãſeuntium, & quæ fiũt in alienis ſubiectis, vt vides in artibus Argẽtarij, Architecti & Pictoris, & reliquis ſcientijs factiuis; neque enim fiũt intra hominẽ vaſa aurea, ædificia, neque picturæ pluſquam intentionaliter; ars quidem logica intra mentem, & circa ſe cauſat, & habet ſua arte facta, nempe definitiones, & reliquos ſciendi modos mentales; ſicut etiam cauſant effectus ſuos reliquæ ſcientiæ actiuæ, vt leges ſupra n. 48.

379 Quarto eſt ſingularis illa differentia, quam indicauit *Ariſtoteles* inter naturam, & artem, hic t. 1. 3. & ibi S. *Thomas*, nempe, naturam eſſe principium, & cauſã per ſe motus naturalis, & eiuſdem ſolere eſſe artem, cauſam per accidens. vnde ars Medici eſt cauſa ſalutis ſuæ per accidens, natura vero hominis Medici, eſt ſola cauſa per ſe; verba Philoſophi explicantis definitionem naturæ ſunt hæc, *Dico autem non ſecundum accidens, quoniam fiet vtiq; ſibi ipſi aliquis cauſa ſanitatis cum ſit Medicus, attamen non quatenus ſanatur, medicinam habet, ſed accidit eundem Medicum eſſe & ſanari, quapropter, & ſeparãtur aliquando ab inuicem.*

Ariſtoteles S. Thomas

Quinto, in noſtris opinionibus ars differt à natura, in eo, quod vt exiſtat, & perſeueret ſub ratione artis, non petit fieri poſſe opus, ad quod dirigit, per vires naturales agentis naturalis, ideſt, non petit neceſſario ſuum opus eſſe poſſibile naturaliter, ſufficit ſi ſit poſſibile præternaturaliter; quare hæc regula logica, ars eſt, & modo exiſtit in me, *Omnis definitio mentalis debet repræſentare genus, & differentiam*, etiam in ordine ad definitionem ſupernaturalem naturaliter impoſſibilem, iuxta dicta in *Tripartita*, num. 1212. in quo conſentit *Bernal.* d. 2. annot. 97. natura verò non eſt ſic, nam ſi eius operatio eſt impoſſibilis, ipſa ſimiliter eſt impoſſibilis; vnde, ſi calor omnis naturaliter eſſet impoſſibilis, forma Ignis non eſſet poſſibilis, neque natura, denique ars petit eſſe in agenti *rationali* ſemper, licet illius executor poſſit, & ſoleat eſſe aliquod brutũ, natura autem in Agenti rationali, vel irrationali æquè bene moratur.

Ariſtoteles hic t. 80.

380 Eſt tamen in alijs ars ſimilis Naturæ, primò, quia ſicut hæc facit figuras, formas & compoſita naturalia ex illis, & materia prima conſtituta; ita illa quaſi facit formas ſeu figuras, & compoſita plerumq; compacta ex materia ſua ſecunda, & artefacta figura; quæ ſubinde vocamus artificia, vel opera artificioſa, & effectus artis quorum aliqui ſunt tam mirabiles, vt propter eos natura videatur ab arte ſuperari. tales ſunt Tẽpla aliquot, Palatia & Archimedis celeberrima ſpæra vitrea, tanto artificio confecta, vt in ea ortus, & occaſus Planetarum, Solis, & Lunæ defectus viſerentur; horologia etiam tam variæ magnitudinis, & curioſitatis, & vt alia omittam, Toletanũ artificium à Ioanello inuentum, vt à profundo Tago, in Vrbem aqua ſubiret ſubuecta peremni motu præterlabentis aquæ.

Secundo ars aſſimilatur naturæ, quoniam illa etiam ſuo modo directiuo producit effectus ſubſtantiales, vti ſupra indicaui, & fuſe docet P. *del Rio* to. 1. diſquiſit. Mag. Cap. 5. q. 1. ſect. 2. & 3. & colligitur ex S. *Scriptura*, vt habes ſupra n. 49. & in *Tripartita* nu. 140. vbi docuimus per artis regulas docentes applicare actiua paſſiuis, poſſe, & ſolere viuentia generari, à natura tamen, ſiue à ſuis cauſis naturalibus. vbi caute notandum, quando contingit à Magis, aut Sagis diſcipulis Diaboli,

boli, detui lari homines à ſana mente, ac miſere reddi mentecaptos, & amore turpi illaqueatos, & vulnera etiam periculoſiora ſanari, & alia mirabil.a fieri, ea omnia nullatenus fieri virtute verborum, tactus, vel aliorum ſignorum externorum, ſed occulta dæmonis arte, qui propter infame, & ſacrilegum pactum tacitum, vel expreſſum, cum ipſo, præſto eſt inuocantibus, vel ea ſigna dantibus, eo fine, vt homines decipiat præ inuidia, & auocet à cultu, & inuocatione veri Dei, hæc omnia iuſtiſſime permittentis. lege de his *Auguſtinum* lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 6. in to 5. *S. Auguſt.*

381 Producuntur verò effectiue huiuſmodi effectus præſertim ſubſtantiales, à cauſis naturalibus, quarum temperamenta, & efficaciam bene nouit Diabolus, & quas ſcit ita commiſcere, & attemperare, applicando actiua paſſiuis, vt inde oriatur quandoque repente, quandoque breui tempore, effectus intentus.

Et ſane ſi vellet aliquis Angelus, facile poſſet ex commixtione variorum metallorum, producere verum aurum, ac docere eam artem homines; quoniam opinor cum *Valentia*, *Conimb. Alberto, Mirandul. Fernelio, Cardano*, & alijs, reduci poſſe ad actum, artem *chymicam* dictam; ſed tamen hominibus, quaſi impoſſibilem eſſe, præ noſtra curta ſcientia, & multa ignorantia, vt iam à multo tempore, experientia compertum eſt, maximo cerebri Chymicorum & rei familiaris detrimẽto; quo ſenſu interpretor S. *Thomam* inclinantem in partem negantem in 2. diſt. 6. q. 3. art. 1. licet item faueat affirmanti 22 q. 77. art. 2. ad 1. *S. Thomas.*

Verumtamen non omnino condemno Magiam naturalem, *Magia* quippe nomen apud Perſas valet, quod apud Latinos *Sapientia*, & quod apud Græcos *Philoſophia*, quæ eſt quædam pars noſtræ naturalis ſcientiæ, conſtans actibus, ac regulis docentibus applicare actiua paſſiuis, vnde mirabilia effecta naſcuntur, certum enim videtur, vt verbis P. *Conimb.* hoc lib. 2. q. 6. ar. 2. vtar, artificio naturalis Magiæ, occultas naturalium cauſarum vires inter ſe copulantis, multa abſque interuentu dæmonum fieri, quæ licet admirationem excitent, quod ſupra naturæ facultatem effici videantur, re vera tamen phyſicam, & naturalem habent rationem; quale eſt viderj extendi per triclinium vitem, apparere ſubito conuiuas omnes truncos, aut aſininis capitibus, & alia, de quibus ſcripſit *Guillelmus Pariſienſis* in ſuo opere de *Vniuerſo corporali*, & *ſpirituali* quibus etiã ſimilia non pauca circumforanei ludificatores, vulgo *Jugadores de manos*. aſpectui exhibent arte exercitatiſſima, quæ celeri motu, atque agitatione defixum in res obtutum fruſtretur.

Sed omnino vitupero Magiæ abuſum, & recurſum ad Dæmonem, qui abutens hac ſcientia in hominum perniciem, facile poteſt, ac ſolet, Deo ob inſcrutabilia iudicia ſua, permittente, tum dementare homines diſturbando cerebri, & imaginatiuæ regulatam qualitatum temperiem; tum, qua pollet ſagacitate, mediantibus ſuis ſuggeſtionibus, inſtrumentis, ac motiuis, inclinare, & quaſi trahere voluntates Mortalium, ad amanda ea, quæ non expedit, & auertere ab ijs, quæ omnino amare oporteret, cautè ambulare, deſideria carnis non perficere, vigilare in orationibus, ſunt conſilia Dei armare nos volentis contra inſidias Diaboli; debent ergo omnes cum omni timore gratiam Dei conſeruare, & Beatæ Mariæ Genitrici Dei puriſſimè conceptæ deditiſſimi eſſe; contra eiuſmodi enim nihil proſunt maleficia, neque diabolicæ artes. 382

Tertio demum imitatur ars naturam, quia ſæpe effectus naturales, pro exemplaribus aſſumit, ad alios nouos, illis quodammodo ſimiles efformandos, ars v. g. Pictoris efficit imagines Homini, Cælo, Terræ, & reliquis Creaturis corporalibus ſimiles; & ſimiliter faciunt artes ſcultoriæ & aliæ. quare repellendus eſt, qui contra *Ariſtotelem* dicat iã in trunco, aut ſaxo actu exiſtere ſtatuas omnes poſſibiles perfecte elaboratas ante laborem Artificis. & qui afferat figuram ſtatuæ eſſe vbicationem diſtantiæ talis, facile mobilem, factam primo ab Artifice, & deinde a mouentibus ſtatuam, quia falſo facit omnes homines, & iumenta ſtatuarios perfectos, & ridicule, Fabros, & Sartores. Lege *Arriagam*, hic de *Compoſito artifitiali*. Concludo ergo ab arte proprio influxu effectiuo, nihil fieri, vt probaui in *Tripartita* à nu. 145 omnia enim facta ſunt, vel fiunt à natura, ſiue a cauſis naturalibus, fiunt autem plurima, & fortaſſe omnia *effecta naturalia poſſunt fieri arte* quoque dirigente, vt notaui ſupra nu. 51. atqui de facto omnia arte diuina facta fuiſſe, ac fieri à Deo, veluti à ſummo Artifice, indicat *S. Au-*

Ariſtoteles hic t. 79.

Ariſtoteles 3. m. t. 17. S. Thomas ibi.

Ariſtoteles hic t. 78. S. Thomas ibi.

Google

Auguſt. S. *Auguſtinus* to. 5. lib. 1. de Ciuit. Dei c. 26. & alibi frequenter, & meritò, Sapientia enim Dei condidit orbem terrarum, at *quis horum, quæ ſunt, magis quam illa eſt artifex*, à cuius operibus creati Artifices diſcentes promouerunt artes ſuas.

SECTIO V.

Definit Naturale, Artificiale, Violentum, Liberum, Obedientiale, Præternaturale, Supernaturale, Tranſnaturale, *& indicat eorum conuenientias, & differentias à* Naturali.

383 *Ariſtoteles* NAturale ergo in acceptione *Ariſtotelis*, eſt habens naturam, vel quidquid fit à natura, vt colligo ex tex. 11. ita eſt Homo, Leo, & quoduis naturale compoſitum, quod fit quodam modo à natura, id eſt, à ſuis partibus diuiſiue ſumptis, quæ natura ſunt; ita etiam ſunt quicunque effectus, qui produci ſolent à natura propriè ſumpta, intra compoſita manentes. *Naturale* vero magis late ſumptum, eſt quidquid fit, & procedit à cauſis naturalibus manens, vel non manens intra ipſas; ac tot modis dicitur naturale quot natura ſupra nu. 365.

Ariſtoteles hic t 11. S Thomas ibi. Artificiale verò eſt, quod fit ex artis directione, vt Apis, quæ generari ſolet à Natura arte dirigente. & conceptus, & actus intellectus, qui quoque ſecundum artem fiunt a ſuis cauſis. Et vt ſcabellum, & tunica, ſtatuæ, & imagines, horologia, & ſimilia, quæ ſunt artis effecta magis propria, quia nihil noui producitur in eis, ſed quæ naturalia extabant per applicationem, additionem & detractionem imperatas ab arte, artificialia fiunt. Vnde colliges tria. Primum, figuram ſtatuæ, veſtis, & ſimilium artefactorum non eſſe vbicationem, vel ſitum facile mutabilem, ſed corporum talem fundamentalem diſpoſitionem elaboratam ſecundum artem, indiſtinctam ab eis materijs ſecundis; id quod manifeſtum videtur, & admiſſum à noſtris Præceptoribus, qui figuras agnouerunt, ſed vbique modos excluſerunt. Secus quotidie ſtatuas faciet, qui eas loco mouerit. Secundum eſt, quod *Mercurius non eſt in rudi lapide actu, ſed potentia*, ſicut lectus non eſt in ligno actu antequam fiat. Vti prædixit *Ariſtoteles* contra Quoſdam. Tertium, ex prædictis tribus artificiorum generibus priora duo eſſe entia per ſe, & ab arte tantum habere dici ab ipſa fieri; vltimum autem ens per accidens, ac de arte magis habere, nimirum, perſeuerantes illas figuras, quæ non facile ſolent omnes fieri à natura, & ideo in *Tripartita* nu 201. dicebam ipſas eſſe ſigna naturalia Artificum. quo verò modo Ars reſpiciat artefacta ſua, & quo modo ab ipſis reſpiciatur, fusè dictum eſt ſupra nu. 55. & in Logica à nu. 137. *Ariſtotel. 3. m. t. 17. S. Thomas ibi.*

In multis differt ens artificiale à naturali, in acceptione Philoſophi hic à tex. 3. nam hoc ſemper vel eſt ipſum naturale compoſitum, vel in eo immanens; artificiale verò, præſertim quod procedit ab arte actiua, & immanet intra artificem, fit à natura quidem, vt motus naturalis, ab arte, vt artificialis. Secundo differunt quoniam, vt ait *Ariſtoteles* tex. 13. artificiale non germinat, neque producit aliud artificiale, nimirum, phyſico influxu; naturale vero aliud naturale producit. Vnde ſi forte plantaueris lectum, & is germinauerit, quia adhuc ex viridi ligno eſſet, non naſcetur alter lectus, ſed lignum, ſeu arbor; at vero calor, quod eſt ens naturale, producit alterum calorem. *Ariſtoteles S. Thomas.*

Tertio differt maxime Artificiale à Na- 384
turali, quia illud ſemper procedit ab agēti rationali operanti cum cognitione ſui operis; naturale vero neque ſemper procedit à cauſa rationali, neque quando ab ea procedit, ſemper eſt neceſſe, quod procedat ab ea vt rationali, & attendenti ad opus, rurſus conuenientias, quas habet artificiale cum naturali, facile perſpiciet qui legerit ſimilitudines inter naturam, & artem. *Ariſtotel. hic t. 80.*

Violentum eſt, vt colligo ex Philoſopho 3. Ethic. cap. 1. *quod fit ab agenti extrinſeco, paſſo non conferente vim*; duo requiruntur ad hoc, vt motus dicatur paſſo violentus; primum eſt, vt paſſum non concurrat efficienter ad talem motum; ſecundum, & potiſſimum, vt tradit cum *S Thoma. Granade* 12. tr 2. diſt. 5. eſt, quod is motus non reſiſtat paſſo, ſiue contra eius inclinationem naturalem, & ideo motus impreſſus lapidi, vt aſcendat ſurſum, eſt violentus, primo, quia non fit à lapide, licet in lapide recipiatur, ſecundò, & principalius, quia eſt contra inclinationem grauitatis lapidis, quæ appetit centum. *Ariſtoteles S. Thomas.*

Vnde colliges primò, motum impreſſum lapidi, vt deſcendat recta linea deorſum verſus centrum, non eſſe violentum; ille tamen motus, quo impelleretur adire linea tranſuerſa, partim eſſet violentus, & partim naturalis, ſicut eſt motus noſter progreſſiuus, qui ex parte ſurſum eſt, ex parte deorſum. Vnde contingit nos defatigari, quia, ſcilicet, corpus, quod aggrauat, in altum ambulando ducimus, & attollimus.

Colliges ſecundò, aliquando motum violentum fieri à paſſo in genere cauſæ efficientis, vt fit motus progreſſiuus, & motus manus, quando eam eleuas, vel motus corporis tui eleuati ſurſum per ſaltum, itaque, vti adnotaui, violentum potiſſimùm eſt, quod fit ab agenti extrinſeco, paſſo reſiſtente, ſiue contra eius inclinationem; licet contingat aliquando fieri a potentia paſſi motum ſibi violentum, & contra propriam inclinationem, quod in nobis agentibus liberis ſæpe vſu venit.

385 Colliges tertio, motum lapidis eſſe, ac dici violentum eis partibus ſubiecti moti, contra quarum inclinationem fit, quare motus ſurſum lapidis, formæ, & eius grauitati erit violentus, non materiæ primæ lapidis, vel quantitati, quæ ſaltem negatiue ſe habent ad motum ſurſum, vel deorſum, ideo non cenſetur ille motus eſſe contra earum inclinationem, non enim prudenter pati dicitur violētiam, qui nec reſiſtit, neque non reſiſtit, ſed negatiue ſe habet.

Colliges quartò, *naturale*, vt opponitur violento, eſſe quidquid fit in paſſo, iuxta inclinationem eius, an ſit motus naturalis ille, quo corpus quantumuis graue aſcendit ad replendum vacuum, quem quotidie in luſibus ſuis, vel pueri experiuntur, dicam inferius; modo magis me inclino ad aſſerendum eſſe violentum, vt me docent *Vaſquez* 1.2. diſp 25 cap. 4. & *Granado* ibidem, de *actibus humanis* tr. 2. diſp. 7. & patebit ex lib. 4. vbi aſſignabimus cauſam, & virtutem, qua corpora mouentur ad vacuum replendum. vide infra n. 782.

Ariſtoteles 4. cæli t. 39.

Liberum autem eſt, quod poſitis omnibus requiſitis ex parte principij operationis, poteſt fieri, & non fieri, iuxta dicenda fuſius libris de Anima. *Naturale* vero vt opponitur libero, eſt quod poſitis omnibus requiſitis neceſſario fit & ſic naturale perinde eſt ac neceſſarium; dixi, vt opponitur libero, nam vt opponitur *naturale* artificiali, & violento, non officit illi eſſe liberum, imò ſic eſſe contingit, & ſic eſt amor, quo mater diligit filios ſuos, & actus huiuſmodi, qui liberi ſunt, & naturales.

Ariſtoteles 3 Eth. c. 5.

Obedientiale eſt illud, per quod Creatura obedit Deo ad faciēdum, vel recipiendum aliquid, quod non poteſt efficere, neque recipere virtute ſola ſua, vel agentium naturalium, ita eſt virtus animæ ad recipiendam gratiam, & ad efficiendos actus ſupernaturales. *Naturale* ergo, vt opponitur ei obediētiali, & ab eo diſtinguitur, eſt quid quid facit, vel recipit aliud virtute propria, vel iuuamine agentium naturalium. 386

S. Auguſt. S. Thomas. ſup. n. 198.

Præternaturale eſt quidquid eſt, aut fit præter naturalem curſum rerum, & leges ordinarias Vniuerſi, vt eſſet viuens quoddam incorruptibile, compoſitum omninò ſpirituale, vel corporeum conſtans duplici, vel quadruplici forma huius ordinis, vel alterius ſuperioris; homo tam proceræ ſtaturæ, vt Cælum vertice pertingeret, ceſſatio ſolis a curſu, Cæli ab influendo, & ignis à comburendo. *Naturale* autem, vt Præternaturali opponitur, & ab eo diſtinguitur eſt quidquid fit iuxta ſtatū, & ordinarium curſum rerum.

Supernaturale vero eſt quidquid eſt ſupra naturam, non ſolum ratione entitatis ſuæ, ſed ratione modi, quo producitur, ita ſunt gratia, & virtutes perſe infuſæ, & vnio hypoſtatica; *naturale* autem, vt diſtinguitur à ſupernaturali, eſt quidquid in ſua natura eſt naturale, & intra ambitum, & vires naturalium agētium continetur; atque illud aliud eſt ſupernaturale intrinſecè, vel quoad eſſentiam, vt gratia, & actiones, quibus fiet ſuſcitatio mortuorum, & viſus reſtituitur cæco. Aliud extrinſecè, & tantum quoad modum, vt eſt ſuſcitatio illa, & viſus reſtitutus, & ſimiles entitates naturales, quæ modis ſupernaturalibus fiunt.

Denique *tranſnaturale* dici ſolet, quidquid eſt expers natura ſenſibili: vti ſunt omnes rationes communes vniuerſales; vnde *naturale*, vt diſtinguitur à tranſnaturali, erit quidquid ſingulare ſenſibile ſit, ſed de his ſatis; vſus enim, & experientia docebit acceptiones varias nominis *naturale*. ſolum reuoco in memoriam, iuxta definitionem *natura* præſentem, *naturale* ſolum eſſe illud, quod fit à natura declarata ſupra num. 366. vt eſt calor, qui a forma ignis, vt a natura producitur, 387

Ariſtoteles hic t. 11. S. Thomas ibi.

& ma-

& manet in quantitate ipſius ignis,qui eo calore mouetur.

Quo modo item naturalia ſunt *Propria* omnia,& *Accidentia* producta à natura immanenter,vel etiam tranſeunter in alio receptiuo ſubiecto, quinimo, & forma compoſiti eſt naturalis, nec ſolum natura, quatenus eſt motus materiæ, & ſic eius quaſi effectus in genere cauſæ recipientis; & ſimiliter eſt vnio,cuius principium paſſiuum eſt materia , & forma , quæ per illam mouentur,& perficiuntur.; quare negandum non eſt calorem, lucem, & ſimiles qualitates productas in exteris ſubiectis , à cauſis naturalibus , eſſe naturales , verè enim tales ſunt, non ſolum latè, Ariſtoteles ſed etiam in rigoroſa acceptione *Ariſtotelis* , quatenus ab illis externis ſubiectis educuntur, recipiuntur, & conſeruantur, ceu a propriè naturis.

QVAESTIO II.

De Cauſa in communi; vbi an ſit, quotuplex , & propter quid ; ac declaratur conceptus cauſæ in actu primo,& ſecundo, & Cauſalitas item in communi.

388 CAuſas plures exiſtere certum eſt.*Cauſa* verò *in communi* , vt colligo ex S. Thomas S. *Thoma* in *Alamanio* hic q. 7. art. 2. *eſt* hic l. 10 & *principium per ſe conducens , vt alteri* op. 3. *communicetur eſſe. vel à quo ſequitur eſſe alterius* ; ita ſunt *ignis* , qui communicat eſſe alteri igni, *forma* & *materia*, quæ dant eſſe per ſui exhibitionem compoſito , *bonitas* ſalutis , quæ eſt cauſa mouens voluntatem,tum ad actum amoris circa ipſam, tum circa media,& remedia, quibus ſalus ipſe obtinentur; ideo *cauſa* dici ſolet *id, ex quo* , vel *propter quod* , vel *per quod*, vel *à quo* aliquid fit, & ſcite dixit *Cicero de* Fato,*cauſa ea eſt,qua id efficit cuius eſt cauſa* nimirum in quolibet genere cauſæ , & S Thomas. iterum S.*Thomas* hic lib.1 & 1.part.q.33. art. 1. C. dicit nomen *cauſa* importare principium , à quo aliud diuerſæ naturæ, per ſe pendet.

Nota definitionem tradi à nobis pro cauſis, ſecundum quod naturaliter operantur effectus,nimirum, à ſe ipſis diſtinctos; quo ſi poſſibile ſit cauſam eleuari, vt ſibi deſecundo eſſe, ſiue ſe conſeruet vti opinantur multi,opus erit ſic corrigere, & generalius tradere definitionem , *Cauſa eſt principium per ſe conducens , vt communicetur eſſe*, ideſt,vt eſſentia fiat.

Duplex in primis eſt cauſa, alia *phyſica*, S. Thomas alia *moralis*,ſiue intentionalis rurſus cau- op 3. ſa *phyſica* eſt triplex, prima eſt *efficiens*, vt Ariſtoteles homo,vel calor, ſecunda *formalis*,vt ani- hic c 3. ma hominis , vel equi inquantum informant materias, tertia *materialis*,vt materia prima,& quantitas. Cauſa moralis,vel intentionalis,eſt multiplex ; alia *finalis*,vt bonum ; alia *exemplaris* , vt homo imitabilis à pictore ; alia *directiua*, vt ars , vel regula artis ; alia *ſuaſoria*, conſulens , ſiue motiua, vti ſolent eſſe bona , vel praua conſilia ad bonum, vel malum prouocatia,atque item iniuriæ,quæ mouent iniuria affectos ad vindictam, & merita,quæ mouent ad præmiandum,ſicut & demerita ad puniendum,& reliquæ cauſæ mouentes.

Cauſa phyſica in communi eſt principium 389 *per ſe phyſica cauſalitate communicans entitatem alteri diuerſa natura*. In hac definitione loco generis, ponitur *principium*, per quod cauſa phyſica conuenit cum cauſis moralibus,& cum *priuatione*,quod eſt principium cōpoſiti naturalis, & cum *vnitate* , quæ eſt principium numeri ; & alijs rebus, quæ principij nomen merentur . per reliquas definitionis particulas, differt cauſa phyſica à dictis principijs,& à Deo Patre , qui non eſt dicendus *cauſa* filij ſui , neque generatiua , quia vt ait S. *Thomas* apud *Granado* 1.par. Controu. de S.Thomas. *Trinit.* t. 8. diſp.3. nomen *cauſa* ſignificat vim producendi effectum , qui habet diuerſam naturam,& eſſentiam a cauſa ; Filius autem Dei, licet diſtinguatur realiter ratione perſonalitatis,a Patre, non eſt diuerſæ naturæ ac eſt Pater,qui tamen Filij ſui dicitur vere *principium generatiuum*. Scio SS.PP. *Græcos* appellare Patrem *Cauſam* filij,& aliquando etiam aliquos *Latinos*,ſed tamen nomen *Cauſa* vſurpant latiſſimè, & impropriè, vt, videlicet, idem valet quod *principium*, vt leges in *Granado* vbi ſupra . *Montoya* de Trinit. diſp. 45. ſect 3.& S *Thoma* 1 par.q 33 art.1.c. S.Thomas.

Cauſa vero *moralis in communi eſt principium communicans eſſe effectui , morali, ſiue intentionali cauſalitate*. vt eſt *bonitas* auri , quæ media cognitione ſui, veluti propria cauſalitate, mouet auarum ad ſui amorem,& ad amorē mediorum, quibus au-

aurum comparabitur. Et *Chirographum* cauſans debiti ſolutionem.

Ariſtoteles hic t. 34. S. Thomas l. 6. & op. 31.

Deinde cauſa quælibet ſiue *phyſica*, ſiue *moralis*, ſolet eſſe in ſtatu duplici, ſcilicet, in *actu primo*, & in *actu ſecundo*, Cauſa in actu primo, eſt eius virtus ſecundum internas vires cõſiderata, quaſi in otio, actu nihil efficiens, potens tamen efficere aliquid; quia cum cauſa omnis relatiua ſit tranſcendentaliter, nequit a nobis ritè, & vt eſt in ſe cognoſci, quin ſimul in obliquo cognoſcamus effectus eius, ſaltem poſſibiles; habent enim hæc omnia relatiua, vti dixi in *Tripartita* num. 820. vt *ſi vnum eorum definitè ſcias; & aliud, ad quod eſt, neceſſario ſciturus ſit*; eorum autem, *quæ ad aliquid, materia eſt*; & ſic eſt quælibet alia cauſa, & ideo cognoſci, nec in actu primo poteſt vt quid abſolutum, & ſine reſpectu.

Ariſtoteles cap. ad Aliquid, & hic t. 16.

390 Tum vero eſt cauſa in actu ſecundo, quando actu operatur, & actu exercet virtutem ſuam, producendo effectum, quem poteſt, mediante ſua cauſalitate. *Omnipotentia* Dei, exempli cauſa, ab æterno eſt cauſa in actu primo ad producendum Antichriſtum, ſed tamen modo non eſt in actu ſecundo cauſa Antichriſti, ſed erit quando actu eum per creationem producat, vel conſeruet, & *anima ſeparata* eſt cauſa compoſiti in actu primo, coniuncta vero cum vnione, eſt cauſa in actu ſecundo.

Quocirca impoſſibilis eſt conceptus perfectus cauſæ in actu primo, ſi concipiat rem, vt eſt in ſe, qui excludat effectum eius cauſæ, licet eum non cognoſcat, vt eius conſtitutiuum, quod etiam contingit, quando perfectè cognoſcitur *omnipotentia* in actu primo, quæ, vt eo nomine ſignificatur, importat omnium poſſibilium potentiam, atque hoc verum eſt, etiam ſi neges ordines tranſcendentes, inter cauſas, & effectus, quoties *congrua*, & *apta nomina* rebus vſurpes, ideſt, indicantia relationes ſaltem prædicamentales, vt ſunt *cauſa omnipotentia*, & huiuſmodi, quæ neceſſario nos ducunt præuiè cognita, in cognitionem ſui ſignificati, & aliorum, vt ſæpe nos docuit *Ariſtoteles* in *Tripartita* quæſtione de *Relatione*, quod ſi contendas cauſam in actu primo fore quid abſolutum, non efferas eam nomine *cauſa*, ſed dic illud, quod eſt cauſa, conſiderando ipſum imperfectè quaſi ſecundum prædicata abſoluta, & libera ab omni reſpectu, & in ordine ad ſe, ad modum, quo concipiebamus in *Tripartita* nu. 603. *naturam ſecundum ſe*.

Ariſtoteles cap. ad Aliquid.

Ariſtoteles S. Auguſt. in Tripart. nu. 223.

Sed dices, in omnipotentia, neque in alia cauſa creata, datur relatio tranſcendentalis ad effectus ſuos; quia ſi talis relatio daretur, ipſæ cauſæ ordinarentur ad eos, vt in finem, quod omnino repugnat; neque enim, quod perfectius eſt, decet ordinari ad imperfectius, ergo conceptus cauſæ in actu primo, neceſſario eſt abſolutus, & liber ab omni reſpectu. & confirmas, quia nulla cauſa pendet a ſuo effectu, neque cum ipſo habet neceſſariam connexionem. 391

Ariſtoteles S. Thomas. S. Auguſt. de Quant. an. c. 27.

Reſpondeo eſſe exploratum apud *Ariſtotelem*, & *S. Thomam* cauſas omnes creatas eſſe propter operationem, tanquam propter finem, vt videre eſt 9. metaph. tex. 15. 2. de Cælo, tex. 17 & 1. par. q. 105. art. 5. cor. vb. ſic ait pro ſe, & *Ariſtotele*, S. Doctor, *quin imò omnes res viderentur quodammodo eſſe fruſtra ſi propria operatione deſtituerentur cum omnes res ſint propter ſuam operationem, ſemper enim imperfectum eſt propter perfectius, ſicut igitur materia eſt propter formam, ita forma, quæ eſt actus primus, eſt propter ſuam operationem, quæ eſt actus ſecundus: & ſic operatio eſt finis rei creatæ*, nimirum in *abſtracto*, quando ſic eſſet, vel extenſiue ſolum perfectior cauſa; vel in *concreto*, quando ſit imperfectior, & ideo intellectus eſt propter operationes in concreto, ideſt, propter ſe ipſum intelligentem, ſiue adornatum operatione intelligente. De Dei omnipotentia aliter ſentiunt Theologi, ſpeciatim videatur *Molina* 1. par. diſp. 5. art. 4. ipſa enim ex natura ſua nõ deſtinatur ad operationes ad extra, vt in finem, atque ex his reſpondebis argumento. cui aliter reſpondit *S. Thomas*.

S. Thomas 3. c. G. c. 24

Et ad confirmationẽ dices cauſas creatas pendere a poſteriori a ſuis cauſalitatibus, & effectis, & cum ipſis neceſſario connecti, & ad ipſa referri tranſcendentaliter; non quidem, vt actu exiſtunt, vt patet, ſiquidem ſine ipſis illæ ſæpe perſeuerant, ſed tantum vt poſſibilia ſunt; non tamen hoc aſſero de effectis quæ ſunt cauſarum paſſiones, Propriè prædicabilia, aut quaſi, a quorum exiſtentia illæ quoque pendent, idem de effectis, quæ de illis dicuntur ad modum *prædicabilis quinti*.

Vnde colliges primo, in ſtatu cauſæ in actu ſecundo, quatuor reperiri ſimul primum 392

Digitized by Google

mum eſt virtus cauſæ; ſecundum, effectus; tertium, effectio, ſiue cauſalitas; quartum ſolet eſſe aliqua conditio, vel conditiones requiſitæ ad effectus productionem, vt eſt approximatio agentis ad paſſum. in ſtatu verò cauſæ in actu primo, tantum reperitur virtus, quæ dicit omnia requiſita ex parte principij ad operandum, ſecluſa cauſalitate, & reliquis adiacentibus.

Colliges ſecundò, cauſam in actu primo ſolere eſſe ens per ſe, vt eſt Deus, quidam Angelus, Petrus, Calor. Cauſam vero in actu ſecundo, neceſſario eſſe ens quoddam per accidens, ideſt, congeriem rerum non vnitarum. Colliges tertiò, ad diluendas obiectiones, cauſam in actu primo cōſideratam vt poſſibilem, & vt exiſtentem, eodem modo conſtitui, & nihil aliud eſſe, præter virtutem intrinſecam ipſius; & ſimiliter cauſam in actu ſecundo in ſtatu vtroque poſſibilitatis, & exiſtentiæ, eſſe virtutem intrinſecam cauſæ, & eius cauſalitatem ſimul, vt ſupra declaratum eſt.

Quod autem cōtingat non poſſe a nobis cognoſci cauſam in actu primo, quin ſimul, & in obliquo cognoſcamus cauſalitatem, vel effectum, non facit quod ea conſtituatur per cauſalitatem, ſeu per effectum; nam ſimili modo viſio coloris non poteſt cognoſci, quin cognoſcatur eius obiectum, & tamen obiectum non conſtituit viſionem; & in hoc de cauſa in actu primo, & ſecundo, non diſſentit *Arriaga* hic diſp. 7. a nu 8. ſed quidam *Iuniores*, quorum replicæ ex dictis facilè diluuntur.

393 Tertiò, cauſa alia eſt *immediata*, ſeu proxima, alia *mediata*, ſeu remota; illa eſt quæ immediatè per ſe ipſam attingit effectū; vt eſt ignis quando producit alterum ignem ſua propria actione. Cauſa mediata eſt, quæ non proprio influxu, ſed mediante influxu inſtrumenti ſui producit effectum; vt eſt ignis, quando producit ignem mediante calore ſuo, vel etiam alium calorem extra ſe in alio ſubiecto.

Non admitto intra gregem cauſarum, neque *mediatarum*, res, quæ ſolum ſuſtentant, & habent in ſe cauſas effectuum; aqua calida v.g. quia ſolùm ſuſtentat calorem, & per ſe non ordinatur ad eum producendum, non eſt dicenda cauſa, neque mediata caloris, qui producitur in manu miſſa in aquam calidam, etiam ſi calefeceris aquam in eum finem, vt poſtea manum calefacias, quia ſimiles cauſæ ad tales effectus deſtinatæ non ſunt a Natura.

Quare hinc refelluntur quidam docti *Thomiſtæ*, qui vocant cauſam, quinimò cauſam principalem actuum ſupernaturalium, noſtrum liberum arbitrium, quin ipſum aliquem ordinem natiuum habeat erga eos, & quin exerceat aliquam actiuitatem, erga ipſos, ex eo ſolum, quod ex diuina ordinatione in ſe ſuſtentet, tanquam ſibi attributas potentias, & ſua quaſi inſtrumenta, virtutes ſupernaturales, cauſas totaliter influxiuas in prædictos actus, quæ ſolæ adiutæ a Deo, nihil faciente arbitrio, faciant negotium noſtræ ſalutis, ideſt, actus Fidei, Spei, & Charitatis, & cæteros.

Quartò, cauſa alia eſt *totalis*, alia *partia-* 394
lis, quæ alijs nominibus dicuntur adæquata, & inadæquata. Cauſa totalis eſt, quæ affert omnes concauſas neceſſario concurrentes ad aliquem effectum, Cauſa partialis eſt quælibet earum ſeorſim ſumpta, de quibus, & alijs fuſe infra, lege Ariſtotelem hic a t 30.

Poſtremo cauſalitates, ſiue actiones exiſtere docet communis ſententia, & ſic definitur, *cauſalitas in communi eſt medium ſiue via, qua cauſa communicat eſſe effectui, vel producit effectum*: quoniam vero variæ ſunt cauſalitates, pro varietate cauſarum; ideo commodius explicabuntur mixtim cum cauſis ſuis; lege quæ de cauſis dixi olim in *Tripartita* a n. 993. & de cauſalitatibus a nu. 958. nec mireris ſi a Modernis negentur cauſalitates, qui modi ſunt, nihil enim ij noui faciunt; ſiquidem modi omnes *Ariſtoteli* SS. PP. *Ariſtoteles*
Auguſtino, *Thomæ*, & Antiquitati toti S. *Auguſt.*
ignoti fuerunt; admittendi autem ſunt, S. *Thomas*
cum *Communi*, tum quia infirmiter probant nouantiquam opinationem, illi Authores, tum potiſſimum, quia ſimiles entitates non implicant, captu faciles ſunt, & maxime iuuant ad aliqualiter cognoſcendas Philoſophiæ, & Theologiæ varias difficultates, alioqui inſuperabiles.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO III.

De peculiari, & potiſſimo genere cauſæ, nempe de Cauſa Efficiente in communi, eius ſpeciebus, & cauſalitate; vbi de modo, quo concurrit nobiliſſima cauſa prima, videlicet, Deus cum cauſis creatis ſecundis.

395 *Ariſtoteles. S. Auguſt. S. Thomas.* TRactarunt de Cauſa efficienti SS.PP. *Auguſtinus* videndus in Indice ſuo, ver *Cauſa*, & S. *Thomas* cum *Ariſtotele* in allegandis textibus, & fusè, & optimè in *Alamanio* hic q 11. per totam.

SECTIO I.

Declarat quid ſit Cauſa efficiens, quotuplex, & quid cauſalitas eius, vbi de cauſa totali.

Ariſtoteles 3. phy. t 18. S. Auguſt. de Ciu. 12. c. 17. S. Thomas infra. CAuſa efficiens eſt *principium per ſe influens in aliud ſine mutatione ſui, vt præciſè efficiens eſt*. Principium ponitur in definitione loco generis, nam per id conuenit cauſa efficiens cum cæteris cauſis, & rebus, quæ principia ſunt: per particulas, *per ſe influens in aliud*, differt a cauſis finali, exemplari, & reliquis cauſis moralibus, quæ non influunt phyſico influxu in effectus ſuos. per partes illas, *ſine mutatione ſui, vt præciſe efficiens eſt*, differt cauſa efficiens a cauſis materiali, & formali; quia per illas denotatur cauſam efficientem, vt talem non mutari intrinſecè recipiendo in ſe influxum, vel effectum; cauſæ tamen materiales, & formales intrinſecè mutantur, tum per ſe inuicem, tum per ſuam cauſalitatem, qua cauſant compoſitum, quia, nimirum, intrinſecè recipiunt vnionem, & ea mediante intrinſece vniuntur, & immutantur.

Deus e. c. eſt cauſa efficiens, quatenus ſine vlla ſui mutatione, per verum influxum creat Angelum extra ſe; & item Sol producens ſimiliter effectus ſuos extra ſe. Conſentiunt *Hurtado*, & *Arriaga* hic diſp. 9. nu. 3. & dicti Recentiores, & iuxta hanc definitionem intelligenda eſt illa tradita ab *Ariſtotele* hic tex. 29. 5. meth. tex. 2. & 1. de Gener. tex. 5; *cauſa efficiens eſt, vnde primum principium eſt mutationis, & quietis*; quam bonam eſſe tuetur S. *Thomas* in *Alamanio* art. 3. & meritò, quia cauſa efficiens eſt quaſi primus motor, & prima origo: ita quod ſic dicat S. *Auguſtinus* 5. de Ciuitate Dei c. 9 *nam & illud, quod Cicero concedit, nihil fieri ſi cauſa efficiens non præcedat*, verum eſt, quatenus ab ea incipit omnis mutatio tam eius rei, quæ mutat aliud, quod antea præexiſtebat, quàm, quæ ante non erat, ſed de nouo tranſit de nihilo ad eſſe; quod quidem contingit ſine intrinſeca primi huius motoris mutatione, vt indicat ibidem S. *Thomas*.

Ariſtoteles — *S. Thomas op. 31.* — *S. Auguſt.*

Quod ſi aliquando contingit immanere actionem, & effectum cauſæ efficientis in ipſa, & conſequenter ipſam mutari per ſuum effectum, id non fit præciſè, quia cauſa efficiens eſt, ſed quia ſimul eſt cauſa materialis; propterea cauſæ efficientes, quæ ſimul producunt effectus ſuos, & illos in ſe recipiunt, dicuntur *immanentes*, ideſt, non ſolum effectiuæ, ſed materiales, & receptiuæ, vti ſunt potentiæ vitales, v. g. intellectus, voluntas, viſus, & auditus, & reliquæ. Cauſæ vero efficientes, quæ producunt effectus extra ſe, vt ſunt ignis, qui producit in extera materia ignem, & ſimiles dicuntur cauſæ *tranſeuntes*. 396

Deinde cauſa efficiens eſt multiplex. Primo, enim alia eſt *increata* vt Deus; alia *creata*, vt reliquæ cauſæ præter Deum. Secundo, alia eſt *prima*, alia *ſecunda*. Tertio, alia eſt cauſa *vniuerſalis* alia *particularis*; de quibus fuse infra. Quarto, alia *phyſica*, alia *moralis*; cauſa efficiens phyſica eſt, quæ phyſica actione producit effectum, vt ignis, moralis, quæ morali tantum motione producit effectum, vt ſunt bonus, vel malus conſiliarius. Quintò, alia eſt *vniuoca*, alia *æquiuoca*; vniuoca eſt, quæ producit effectum ſimilè ſibi, vt homo, quatenus generat hominem; æquiuoca, quæ producit effectum diſſimilem ſibi in ſpecie, vt Deus reſpectu Creaturarum, & ignis reſpectu caloris.

S. Thomas 1 par q 19. art 8. & de Ver. q. 2 à 4. ad 7. S. Auguſt. 3. de Trin. c. 3. S. Thomas 1. p. q. 13. a 5. ad 1.

397 Sexto, alia cauſa dicitur *eminenter continens effectum*, alia *formaliter continens*. Cauſa eminenter continens eſt vt Deus, qui ſua eminentiali virtute, poteſt producere Angelos, Homines, Cælos, & alias Creaturas, & tamen ipſe non eſt ex Creaturæ formaliter, quo autem modo creata omnia ſint in Deo, eiuſque eminentiali eſſen-

eſſentia perfectiùs, quam in ſe ipſis, declarat S *Dionyſius* cap. 5. de *diuin nomin.* exemplo argenti, cuius valor perfectius exiſtit in auro; & exemplo nummi inferioris metalli, cuius valor perfectius reperitur in nummo metalli perfectioris. Legite ad hæc SS. *Auguſtinum* in ſerm. de verbis Domini, & *Anſelmum* in Proſolog. cap. 17. & S. *Thomam* 1. par. q. 4. art 2. c.

S. Auguſt.
S Thomas.

Cauſa formaliter continens effectum eſt, quæ habet ſimilem eſſentiam cum effectu; vt homo reſpectu alterius hominis. coincidit hæc diuiſio cum præcedenti de cauſa vniuoca, & æquiuoca; ſed aduerto eamdem cauſam reſpectu diuerſorum effectuum ſolere eſſe cauſam vniuocam, & formaliter continentem, & æquiuocam, & eminenter continentem, homo v.g. eſt cauſa vniuoca, & formaliter continēs, reſpectu Filij, & idem eſt æquiuoca reſpectu viſionis, & huiuſmodi operum ſpecie diſtinctorum ab homine. quo vero ſenſu *Vniuerſa, quæ fiunt, fiant ab vniuoco*, fusè exponit Philoſophus 7. meta. tex. 30. & nos dicemus infra nu. 599. notat autem S. *Auguſtinus* cauſam æquiuocam ſemper eſſe effectu nobiliorem.

S. Thomas.
1. p. q. 4. a. 2
Ariſtoteles
S. Auguſt.
l. 83. q. q. 2

Septimo, alia cauſa eſt *eſſentialiter alteri ſubordinata*, quia ſine eius concurſu operari non poteſt. ſic ſubordinatur cauſa ſecunda primæ: & ſpecies colorum potentiæ Viſus. Alia dicitur *accidentaliter alteri ſubordinata*, quia exiſtens quodam modo, aut ordine cum ipſa, vel poſt ipſam, contingenter, & non neceſſario, facit effectum. ſic ſubordinatur ſecundus, & tertius martellus aſſumptus ad opus ab artifice, quia rupti ſunt antecedentes. Vel etiam Pater, qui te genuit, quem præceſſere Auus, proauus, & anteceſſores. ſic quoque videtur eſſe intellectus quandoque ſubiectus in operādo habitibus ſuis, quatenùs abſolute ſine ipſis potuit actus elicere, quos accidentario elicit concurrentibus ipſis.

S. Thomas
1. p. q 7 ar. 4. & 46. a. 2. ad 7.

Octauo, alia cauſa eſt *totalis*, vel adæquata, alia *partialis*, & inadæquata. illa eſt, quæ adæquate producit. hæc, quæ non ſola, ſed ſimulcum alia. & vtraque aliquando, ita ſe ſolet accommodare, vt vna vice ſit totalis, alia partialis, nimirum addendo, vel ſubtrahendo concurſum. Deus, ex. Sol, & Homo ſunt cauſa adæquata hominis, & vnuſquiſque tunc cauſa partialis. poteſt tamen Deus, ſi vult, *eſſe cauſa totalis* cuiuſcumque boni effectus, ſe ſolo faciendo quidquid nunc facit vtens creaturarum conſortio. ita quoque homo robuſtus ſufficiens portare pondus ingens, ſe facit cauſam partialem dum cum alio illud portat. atque idem contingit duplici igni applicato in productione tertij alterius.

S. Thomas
1. p. q. 105. a. 6.

Cauſa *totalis* eſt duplex, alia *in ſuo ordine*, aut *genere*, in quo non indiget con- 398
ſorte. vti Deus, vt eſt cauſa prima, & vniuerſalis, qui alio non indiget, vt talis cauſa ſit. alia eſt *totalis abſolutè* quæ a diuerſis variè deſcribitur, ſed, vt opinor, æquipollenter. a Patribus *Suarez* & *Cenine Arriaga* diſp. 7. nu. 115 cum *Communi*. cauſa *totalis dicitur, quæ formaliter, vel eminenter continet perfectionem effectus*. ab alijs, *quæ ſola ſufficit ad producendum effectum*, modo ea cauſa ſit vna ſola res, modo multarum congeries; vt eſt Deus reſpectu Angeli creandi: ac Deus, Sol, & equus ad generandum equum. a PP. *Vaſquez*, & *Hurtado* hic diſp. 9. ſect. 5. definitur, quod *cauſa totalis ſit, quæ formaliter, vel eminenter contineat omnes formalitates effectus*, interpretor ego definitionem hanc extendi tantùm ad cauſas naturales, & naturaliter concurrentes, vel correſpondentiam formalitatum effectus, & cauſæ eſſe latè dictam, & analogicam ſimilitudinem, qualem prætendunt ſemper exiſtere inter effectus, & ſuas cauſas quantumuis æquiuocas, *Ariſtoteles*, S. *Dionyſius*, & S. *Thomas* infra nu. 599. & in *Bubalo* pag. 333.

S Thomas.
1 p q. 4 a. 2

Sed tamen ex *Arriaga* contradicenti diſp. 9. a nu. 6. oppones. Deus concurrens cum igne continet eminenter formalitates ignis. & intellectus ſimiliter continet formalitates actus ſui. rurſus clariùs. ignis quilibet continet formaliter formalitates, ſeu prædicata alterius, & tamen nec Deus ſine igne; nec intellectus ſine ſpecie, neque ignis ſine Deo ſunt cauſæ totales. ergo mala eſt definitio ſed argumentum hoc fieri poteſt contra omnes opiniones.

Ariſtoteles
7 met. 30. & 12. t. 18
S. Thomas ibi & 1. p. q. 4. a. 3.

Reſpondeo Deum, vt concurrentem ibi, vt potè cauſam vniuerſalem, non continere effectum eminenter. neque intellectum continere proprie eminenter actum ſine auxilio ſpeciei, ſicut, nec ſine Dei concurſu; defectu cuius, neque ignis proprie continet formaliter alterum ignem; nam ad ſimiles continentias non prodeſt cauſæ æqualis, aut maior perfectio, quam effectus, ſi deeſt potentia

ad efficiendum, vti ijs cauſis ſolitariè ſumptis ſine dubio deeſſe videtur. hæc autem alibi fuſius proſequor. & infra item alias cauſæ *diuiſiones*.

Ariſtoteles hic t. 30.

Altera pars Sectionis oſtendit cauſalitatem cauſæ efficientis eſſe modum diſtinctum dictum actionem, *maximè contra* Antimodiſtas.

399 INter diſtinguentes actionem ab agenti, & termino, diſſidium hic eſt de ſolo nomine. nam alij aiunt nomen *cauſalitas*, æquipollere his *agere*, *actu agens*, & ideo cauſalitatem eſſe complexum ex agenti, & actione. Alij non, ſed *actioni*, qui ſignificat formam eius cócreti *agere*, & hi melius loquuntur; nunc enim non quæritur quid ſit *actu agens*, vel *agere quod*, & *quo* ſimul, ſed duntaxat, quæ ſit ratio, & forma vltima agendi vt *qua*, quæ ſine dubio eſt actio, licet connotet correlatum agens; ſicut ratio vniendi eſt vnio, etſi extrema referat. quare ſi probemus actionem diſtingui ab eius cauſa, & effectu, habebimus tituli intentum. incipiamus ab Authoritate.

Ergo PP. *Suarez* in met. d. 18. ſect. 10. nu. 5. & 8. & alibi ſæpe. *Rubius* lib. 3. Phy. tract. 2. q. 4. nu. 26. cum *Ariſtotele*, *Veneto*, *Aureolo*, *Capreolo*, *Hiſpalenſi*, *Burleo Argentina*. & alijs. *Hurtado* d. 9. § 9. cum *S. Thoma Scoto*, & *Durando*, *Vaſquez* 1. p. d. 173. n. 5. *C. lugo*, & *Bernal* de Incarnat. *C. Complut.* *Murzia*, *Ouiedo*, d. 12. *Caſtelui*, *Arriaga* hic d. 9. n. 18. *Tellez* d. 26. ſect. 1. & d. 66. *Granado*, *Machin*, d. 87 *Hemelman*, *Alarcon*, & Theologi communiter ad q. 12. 1. p. agentes de productione viſionis beatæ. Magiſter meus P. *Meleadez* in M. S. & multi Recentiores tituli aſſertum contuentur.

S. Thomas 2. c. g. c. 17. & 5. m. 12.

Et probatur ratione primò. etenim cauſalitas cauſæ cuiuſcumq. eſt illud, per quod dicitur cauſa actu cauſare; ſed cauſa efficiens dicitur actu cauſare per actionem, ergo actio eſt cauſæ efficientis cauſalitas. maior certa eſt. Probatur minor, quia cauſa dicitur actu cauſare per id, quod de nouo illi adueniens, reducit eius virtutem ad actum ſecundum, vel ad effectum cauſandum; id autem ſine dubio aliquid eſt, & nihil poteſt eſſe niſi actio; ergo per actionem dicitur cauſa actu cauſare, & ea eſt cauſalitas eius, & ſubinde diſtincta à ſua cauſa, & cauſato.

400 Vis huius rationis declaratur, & confirmatur magis primò, quia cauſalitas iſta nequit eſſe cauſa, & effectus eius, neq. hic ſolus; patet hoc caſu, quo calor hic producat hunc calorem, & poſtmodùm, etiã manentibus eiſdem cauſa, & effectu, & in eodem loco, cum eadem approximatione, idem calor productus, à Deo ſolo conſeruetur; tunc enim cauſalitas illius cauſæ ceſſabit; ergo diſtinctum quid eſt à cauſa, & effectu; ſiquidem præſentes iam non cauſant; dicere autem illum calorem non poſſe à Deo ſolo conſeruari, abſurdum eſt; & magis abſurdum, requiri, aut connotari à cauſis, & ſuis effectibus, Deum non conſeruantem; vt eæ operari dicantur, ſiquidem poſita diuina conſeruatione, perſeuerant immutatæ intrinſecè, & extrinſecè.

S. Thomas. 4. d. 12. q. 2. a. 1. q. 1. c.

Secundo, nam ſi actio cauſæ non eſt diſtincta à cauſis, & effectis, nequit intelligi quo pacto diuina Potentia impediat effectus quarumdam cauſarum, & alias relinquat; & alias aſſumat ad ſecum cooperandum; cur enim ignis Babylonicus nó combuſſit pabulum applicatum, *tres pueros*, & combuſſit ligna applicata per miniſtros Regis? paratæ erant cauſæ ſecundæ, & prima, id eſt, præſentes, & applicatæ, & ſecundum *Antimodiſtas*, ad Aſyla connotatorum, vel nominum relatiuorum, confugientes, concurſus nullus prohibitus fuit, neque impedimentum intrinſecum, nec extrinſecum à Deo poſitum.

Aut quo pacto volet Deus, quando concurrent duæ cauſæ eiuſdem effectus, & vel non eſſet maior ratio, cur is fieret ab vna, quam ab altera, quod ab vna tantum fieret? vel etiã, quia ſic placitum illi fuiſſet, quo pacto vellet, vt ex lucernis duabus applicatis, lucerna A. ſecum lucem faceret, & non lucerna B. quin adiuuaret lucernam A. et quin impediret lucernam B. quia ambas relinqueret in terminis ſuis, immutatas omnino, vt erãt anteà? ſane hæc, et alia, quæ paſſim obijciuntur *Antimodiſtis*, facile ſolui non poſſunt, neque eis pluſquam verbis reſpondetur, vt legis in *Tiphano*, c. 15. ſed conceſsis influxibus, ſeu actionibus realiter

Digitized by Google

liter diſtinctis, facile capiuntur. quid
ergo prodeſt Reip. ablegare modos, quos
tanti Doctores tradiderunt, nempe *Seri.*
Ariſtoteles *prætet* omnes huius téporis, vno, vel altero
S. Auguſt. exceptis, quantũuis *Antiquitate* munitis?
S.Thomas. A quibus ſi petas cur humanitas no-
ſtra ſit vnita Verbo, & non Patri? cur lux
401 hæc cõſeruatur à Deo, & non à ſole præ-
ſenti, à quo primo producta fuit? cur lux
eadem fieret adæquate à duplici cauſa?
reſpondent verbis nos ſic illudendo, ad
primum, quia humanitas à tota Trinita-
te vnita eſt verbo ſoli, & ea ſola habet
relationem ad verbum, id eſt, dicitur
vnita modo, quia relatio, ea nihil noui, ni-
ſi nomẽ eſt. Ad ſecundum, quia Deus nũc
eſt principium lucis, non vero iam ſol.
Ad tertium, quia ea vtraque cauſa adæ-
quate producit eam lucem.

Sed quis non videat quod vana verba
ſunt iſta, neque enim Chriſtus verbis
componitur, nec conſtat verbo præſen-
ti, & penetrato cum humanitate, quan-
tumuis pretioſis gratiæ donis referta,
etiam accedenti beneplacito Trinitatis,
nihil efficienti, quod ea extrema tam
diſparata, nec ſe reſpicientia connectat
intrinſece; nam relatio, qua dici poſſunt
ſibi coexiſtentia, & penetrata; quinimo,
& volitio potius chimærica, quam diui-
na, qua velle dicatur Deus ea vnire, aut
etiam nomen *relatio vnionis*, ſunt quæ-
dam entitates, quæ vniones intrinſece
non ſunt, nec vnire poſſunt, licet poſſent
vtcumque referre, ſicut nec albedo po-
teſt nigrum facere.

Deinde quando dicitur, modo lucem
conſeruari à ſolo Deo, oportuit oſtende-
re, præter cauſam efficientem, & forma-
lem, aliquid, ob quod cum fundamento
incipiat ille dici conſeruator, & ſimiliter
aſſignare quid, & quomodo agat, quid
conferat, aut quid denuo addatur cauſæ
ſecundæ adæquatæ, quando accedit ad
conſeruandam lucem, quæ adæquate ſit
item ab altera; nec ſat eſt relatio coexi-
ſtentiæ, & approximationis vtriuſque,
nec relatio dualitatis, ſiue qua dicuntur
duæ, ſed nec ſat eſt nomenclatura, qua
dicuntur cauſæ adæquatæ *duæ*, nam iſtæ
omnes relationes pertinent ad prædica-
mentum aliud ſterile, non ad actionis;
quod agit, & fœcundum eſt, vt *quo*.

Quæ omnia euidenter confirmantur
ex illo principio irrefragabili, quod ni-
mirum, *ad nouam denominationem præ-
ſertim phyſicam*, id eſt, *ad nouum quid-
quam prædicandum de ſubiecto quolibet,
neceſſario prærequiratur fundamentum
nouum phyſicum, idoneum prædicato nouo
& noto nomini cohærens*, vt inter alios
conuincit ſapientiſſimus Pater *Hemel-
man* Magiſter meus in Theologia, in
*materia de actibus liberis Dei, ac Pro-
uidentia*.

Vnde ad illas tres quæſtiones facile
tu reſpondebis, ad primam, Humanita- 402
tem vnitam verbo ſoli, quia S. Trinitas
volens produxit vnionem connecten-
tem id ſolum cum ea; Ad ſecundam,
quoniam ceſſauit actiuitas, ſeu actio
ſolis, & à Deo adhibitus vberior concur-
ſus. Ad tertiam, cauſam ſecundam adæ-
quatam item dici propter nouum influ-
xum tantæ efficacitatis, quantæ cauſæ
alterius. Atque ex his refutata quoque
manet opinio, cui fauet *Conimb.* q. 72.
num. 12. quæ docet cauſalitatem cau-
ſæ eſſe identificatam cum ipſa, ſed
hanc actu cauſare intelligi non poſſe,
niſi concipiatur applicata ad agendum
connotans effectum procedere à ſe, quæ
ſic eſt ſua actio. lege *P. Arriaga* hic q. 11.
a nu. 18 ſapienter inuectum contra an-
tiquos *Nominales* & iſtos Nominalizan-
tes Iuniores: & collige ex dictis quanta
neceſſitas ſit, & vtilitas in multiplicãdo
iſtam entitatem modalem. de qua ite-
rum tractamus infra nu 811.

Tertia Pars Sectionis reſpondet argumentis quorumdam, qui negant cauſalitatem cauſæ efficientis eſſe aliud præter cauſam, & effectum eius, & Antimodiſtarum.

Sed pro *Conimbric. Vallio Soncinate,* 403
*Burydano Alberto Saxo. Ferrara, To-
leto, Pererio, Zabarella, Soto, Ouiedo,* &
multis alijs quibus fauet *Conimb.* de Sa-
cr. q. 77. n. 10. qui modum actionis iden-
tificarunt cum termino; pro *Tiphano*,
& *Vuadingo*, & multis *antiquis*, ab ipſis *Ariſtoteles*
allegatis, excludentibus modos omnes, *S. Auguſt.*
Primo obijcis. Cauſalitas debet eſſe ra- *S.Thomas.*
tio agendi, & via ad effectum, ſed actio
ita non eſt; ergo cauſalitas non eſt;
Probas minorem: Actio eſt effectus

denuo productus, ergo non eſt via ad effectum.

Concedo maiorem & nego minorem ad eius probationem diſtinguo antecedens, actio eſt effectus *qui*, nego antecedens, eſt effectus *quo* concedo, antecedens. actio igitur, quia ſine dubio, denuo fit à ſua cauſa, eſt effectus eius; ſed dicitur, & eſt effectus *quo medio*, quia eſt medium, & via, qua communicatur effectui principaliter intento, eſſe, qui propterea dicitur effectus *qui*, id eſt, qui intenditur ab agenti, & in quo, vt in termino, quaſi quieſcit eius actiuitas.

Dicitur præterea actio, *ratio vltima* cauſandi, quia ſe ipſa exiliit a cauſa, & ſe ipſa ſibi, & effectui haurit eſſe ex cauſa, quin ad id ſit neceſſaria alia intermedia actio. ſecus abiretur in infinitum; & ideo actio quælibet eſt modus, quia ſe ipſa vnitur termino producto, & quia ſe ipſa capit ſibi eſſe, & termino ſuo, à cauſa efficienti, eſt modus talis.

Obijcis ſecundo, Deus, qui eſt prima cauſa efficiens, non conſtituitur actu efficiens per actionem, ergo actio non eſt cauſæ efficientis cauſalitas. Probatur antecedens, quia ſi Deus conſtitueretur in tempore actu cauſans per actionem, Deus mutaretur; hoc eſt impoſſibile; ergo & illud ex quo ſequitur.

Ariſtoteles ſup. n. 387

Reſpondetur negando antecedens, & dicendo ad probationem non *mutari* cauſas efficientes, præſertim tranſeuntes, per ſuas actiones, quia eas ponunt extra ſe, quare Deus, qui neque creaturas ſuas, neque actiones, quibus eas producit, recipit intra ſe, intrinſece, ſibi illas vniendo, nullo modo mutatur quantumuis per eas actiones cauſans in actu ſecundo conſtituatur.

S. Thomas 1. 2. q. 5. a. 5. ad 4. & 2. de P. a. 1.

404 Tertio obijcies pro *Fonſeca, Maſtio. Iauello, Soncinate, Conimc C complut.* d. 10. q. vlt. & *Thomiſtis*, qui imitari videntur *S. Thomam* in *Alamanio* hic q. 11. art. 2. fuſe, & præclarè docentem agentis cauſalitatem non eſſe actionem de prædicamento actionis, nec declarari poſſe nomine abſtracto *actio*, ſed concreto *agere*, quod importat cauſam applicatam ad agendum, ſeu exercentem virtutem agendi, & effectum ipſum; ſicut illuminans dicit ſolem, & lumen diffuſum; id quod proſequitur *Tiphanus* cap. 53. vbi in altis probare contendit *actionem* modum non eſſe, neque per id nomen ſignificari pluſquam cauſam, & effectū immediate per ſe à cauſa prodeuntem.

Reſpondetur, quod ex quo modi cogniti eſſe cæperunt, nomen *Cauſalitas*, communiter ſignificat in abſtracto formam, vel ſolam actionem modalem, præſertim realiter diſtinctam à cauſa, & effectu producto, licet tempore *S. Thomæ* & antiquiori, illud aliud ſignificaret, & ideo ſtandum communiori, & captu faciliori ſententiæ *Modiſtarum*, neque aliud conuincunt *Tiphani*, & aliorum rationes, quibus ex dictis hic, & dicendis infra a nu. 811. facile ſatisfiet.

Obijcias vltimo, creatio eſt cauſalitas cauſæ efficientis; & non eſt modus diſtinctus a cauſa, & effectu; ergo nulla cauſalitas eſt taliter modus, ſiquidem generalis debet eſſe doctrina. antecedens probas primo. quia creatio modalis nequit habere ſubiectum, id enim non poteſt eſſe creator, qui eſt immutabilis Deus; neque creatura, ſiue effectus creatus; tum quia ea actio eſſet creatio, & non eſſet, ſiquidem eſſet ſui eductio ex ſuo ſubiecto, & ſubinde dependens ab ipſo, vnde vlterius fieret, quod non poſſet producere ſuum effectum independenter à ſubiecto; quoniam *nemo dat, quod non habet*. tum etiam, quia effectus creationis nequit eſſe eius cauſa, ſicut neque ipſa prior.

Ariſtoteles

405 Probas ſecundo idem antecedēs; quia nullum eſt ſignum diſtinctionis, creationis à Deo, & effectu creato, ſiquidem hic variare cauſam ſui, neque cauſalitatem poteſt, nam neceſſario procedit primo, & conſeruatur à ſolo Deo, ſine interuentu cauſæ defectibilis creatæ. Hoc argumentum male torſit Iuniores quoſdam, & coegit inconſequenter procedere in hac materia; etenim propter id Alij dixerunt creationem formaliter eſſe Deum, ſeu volitionē, qua vult creare, & actu creat; Alij eſſe coniunctum ex ea volitione, & effectu eius; Alij cum *Suarez* d. 48. m. & 3. p. tom. 3. d. 27. ſect. 5. eſſe modum ſubſtantialem ſubſiſtentem per ſe; Alij demum modum creantem dicunt *adhærere* termino, educentem verò *inhærere*, vt vides in *Arriaga* hic d. 9. à n. 40. quorum rationes, & opiniones ex dictis & dicendis diluës, & impugnabis.

Reſpondemus ergo, negando antecedens, & conſequentiam. ad primam pro-

probationem dicimus ſubiectum adhæſionis, vel inhæſionis (quod perinde putamus eſſe cum *Ariſtotele* vbique definiente accidens per inhærentiam, *Vaſquez* p. 1. d. 173. c. 3. & *communi*, neque admittimus inuentionem nouam illorum, qui volunt formam eductam dici inhærere, creatam vero adhærere ſubiectis, vt eo nouo modo loquendi, ſe ab argumento tueantur) eſſe creatum terminum, quem illa producit, ipſamque eſſe ſui veram eductionem, ſed termini ſui veram creationem; neque inconuenit terminum eſſe cauſam materialem ſui, & ſubinde priorem ſe, & vt effectus eſt, item poſteriorem prioritate, & poſterioritate [dicta à *quo*, in *Tripartita* nu. 992. cum conſenſu *S. Thomæ*.

S. *Thomas* 1. p. q. 45. a. 3. ad 3.

Sed neque debuit creatio eſſe independens ab omni ſubiecto, vt det termino, independentiam, illud enim pertinet ad cauſam creantem, quæ quidem dare nequit, quod non habet, non ad actionem, vt patet in actionibus, quibus fiunt ignis, & Angelus, quæ accidentales ſunt, & modi, termini vero ſubſtantiæ abſolutæ.

406 Ad ſecundam probationem dico ſignum diſtinctionis illius eſſe, quod non repugnet quod Deus variare poſſit actiones, v. g. modo ſe ſolo creare Michaelem, & poſtmodum ipſum creare mediante Gabrielis, vel alterius creaturæ potentia obedientiali; vel etiam, mediante alia numero actione, id quod ex parte cernitur factum in Tranſubſtantiatione Euchariſtica, vbi reor interueniſſe actiones, quaſi creatiuas nouas, quibus denuo in tot locis, non ſolú conuertuntur materiæ panis. & vini in materiam Corporis Chriſti, ſed etiam formæ in animam Chriſti Domini.

Sed vero non prætendimus, quæ de modis iſtis dicimus certa eſſe; ſed eos adſtruimus cum tantis Modernis, & ob facilitatem doctrinæ, nec putamus omnia vera tradita iam fuiſſe ab Antiquis; *neque enim putandum eſt*, inquit *Paſchaſius Abbas* ſuper Matthæum, *nulli nunc temporis gratiam intelligentiæ largiri, cum pateat illud Propheticum pertranſibunt plurimi* (ibi ſupplet Hieronymus) *& multiplex erit ſcientia; ſed & Philoſophi ſæculi tale quid poſt priorũ ſtud. à videtur conceſſum, quorum Doctores quanto iuniores fuere, tanto vtique perſpicaciores.*

Dicendum potius eſt cum *S. Thoma* ſcientias *profeciſſe per ſucceſſionem temporum*, *etiam ex imperfectione Inuentorum*, per ſolertem induſtriam Recentiorum, ſiquidem non minus Naturæ, ſeu Dei Prouidentia, mente, ingenio, & iudicio, ditauit poſteros homines, quam priores; nec inuentis iam olim à Maioribus noſtris, inuenienda obſtant, aut inuenta, præſertim cum facile ſit inuentis addere: exceſſiſſe ergo videbitur, qui dixerit opinionem de modis parum probabilem videri ſibi, quia PP. *Suarez* in Met. d. 7. ſect. 13. n. 13. *Vaſquez* 3. p. d. 41. c. 4. n. 25. *Hurtado* d. 15. Met. ſect. 2. n. 10. & alij, ſuæ opinionis nouitatem planè confitentur. S. *Thomas*

SECTIO II.

De Cauſa efficienti vniuerſali, & particulari, prima, & ſecunda.

Cauſa *efficiens vniuerſalis* eſt comprincipium ex ſe indifferens ad 407
plures effectus ſpecie, vel genere differentes producendos iuxta exigentiam comprincipij alterius, quod illud vniuerſalius determinat, vt potius hic, quã alius effectus ſimul ab vtroque fiat per actionem ab vtroque profectam, ita eſt *Cælum*, quod quia in actu primo eſt indifferens ad varios effectus in hæc inferiora gignendos, ab equo determinatur, & cum eo generat equum. Sed & *Deus O. M.* quamuis ſæpe ſit, & fuerit cauſa particularis creando v. g. quotidie animas rationales, & creando ab initio vtramque de nihilo creaturam, ſpiritualem, ſcilicet, & corpoream, ipſe tamen eſt primum; & potiſſimum analogatum nominis *cauſæ vniuerſalis*, quatenus eſt vniuerſaliſſimum comprincipium, quod paratum eſt concurrere, & concurrit ſemper cum omnibus creaturis ad omnes earum operationes, iuxta creaturarum variam determinationem.

S. *Thomas de ve.* q. 2. *a.* 4. *ad* 7. *& hic l.* 6.

Cauſa vero *particularis* eſt comprincipium ex ſe determinatum ad quoſdã effectus, determinans cauſam vniuerſalem ad eos producendos. ita ſunt omnes cauſæ creatæ, etiam illæ, quæ ſub alia conſideratione; & comparatæ ad alias cauſas inferiores, ſunt cauſæ vniuerſales vnde non ſolum leo eſt cauſa parti-

particularis determinans Deum ad producendum ſecum leonem; ſed etiam ſol, & cælum, quæ cauſæ vniuerſales dicuntur, nā cum principio excelſo, & vniuerſali, excelſius, & vniuerſalius eſt aliud

Quare Cælum comparatum ad ſublunares cauſas; dici poteſt cauſa vniuerſalis, comparatione vero Dei eſt cauſa particularis, quod tamen Cælum planetis, ac ſyderibus diſtinctum, ac plenum, propter ſuam eminentiſſimam perfectionem, multigenam virtutem, ac potentiam, hoc peculiare habet, quod determinat Deum, vt concurrat ſecum ad plurimos varioſque effectus producendos, nēpe metalla auri, & argenti & alia mineralia, lapides pretioſos, & alia, quæ in mari, & in terra gignuntur neſe fere omnia iſthæc corporea effecta.

408 *Ariſtoteles 2 m. t 4.* Quoniam vero Deus inter omnes cauſas primatū tenet in modo eſſēdi, & modo operādi, & præſertim quia eſt primū mobile, primum, ſcilicet, principium, & fontale quod reliquis dat eſſe, & poteſt operari ab illis omnino independens, & quia licet plerumque ſimul cooperetur cum ſuis creaturis, ſolus poſſit operari, cum tamen creaturæ nihil poſſint ſine Deo, dicitur *cauſa prima*; cauſæ vero creatæ, quoniam a Prima habent ſuas eſſentias & potentias, ab ea ſunt dependentes, & dignitate inferiores, appellantur *cauſa ſecunda*. Fecit mentionem *S. Thomas* huius diuiſionis 1 *p.* q. 105. a. 5. vbi Deum appellat *primum agens* cauſas reliquas *ſecunda agentia*, & item illam cauſam primam independentem, iſtas cauſas ſecundas pendentes à prima, & *Ariſtoteles*, qui hic t. 43. & 44. aſſeruit hanc rerum, & cauſarum vniuerſitatem non caſu factam, ſed ab aliquo primo principio mente, & ratione participe. de cuius exiſtentia videbis PP. *Suar.* 2. m. d. 29. *Hurtado* hic d. 10. & ibi *Molinam Vaſquez*, & *Valentiam*.

S. Thomas. 1. p. q. 19. a. 8.

Ariſtoteles

SECTIO III.

Defendit ineſſe cauſis ſecundis innatam virtutem ad ſimul cum prima producendum effectus, neque ſolam primam producere illarum effectus in ipſarum præſentia.

409 PRæceptorum noſtrorum *S. Auguſtini* de Ciuit. Dei, lib 7. c. 30. & 5. ad Gen. ad lit. c. 20. & *S. Thoma* reſolutio eſt in 1 p. q. 105. a. 5. c. contra quoſdam, quos illi proprio nomine citat, & fuſe in *Alamano* hic q. 11. a. 1. eſſe impoſſibile iuxta leges ordinarias diuinæ Prouidentiæ, quod Creaturis, nullam actiuitatem habentibus erga effectus ſuos, Deus ſolus in ipſis omnes earum effectus faceret; puta quod ignis non calefaciat, ſed Deus in igne, & in præſentia ignis nihil agentis. *S. Auguſt. S. Thomas 3 c. g. c. 70.*

Propterea nos eorum imitatores aſſeueramus cauſas omnes ſecundas habere innatam virtutem operatiuam, & vero, realiq; influxu producere effectus ſuos. Locutus hoc *Ariſtoteles*, quatenus vbique conceſſit cauſis omnibus actiuitatem, *Ariſtoteles* & ſpeciatim, l. 1. *Topic.* cap. 9 de more ſuo ait, *ſenſu, vel pœna indigere hoc negantes*. Conſentiunt *Peripatetici* cum *Platone*, & Antiquioribus. PP. *Molina* q. 14. art. 3. diſp 23 *Suarez* diſp. 18. m. ſ. ect. 1. *Conimbric.* hoc libro cap. 7. q. 11. art. 2. *Hurtado* diſp. 9. Phyſ. ſect 2 *Arriaga* diſp. 11. *Rubius* tract. 4 q. 2. n. 22. *Ouiedo, Tellez*, & Communis Doctorum, qui cum *S. Thoma* in 2 diſtin. 1. q. 1. a. 4. *oppoſitam ſententiam ſtultam* vocant: & in quantum tollit efficientiam a noſtra voluntate *temeraria*, & *erronea* appellatur à PP. *Molina*, & *Suarez*. *S. Thomas*

Quare quamuis confiteamur tùm à ſola Sancta *Trinitate* in principio procreata fuiſſe cælum, & terram, & alia quæ enumerāt *Geneſis* liber, tum etiam poſſe hæc item omnia effecta bona à ſolo Deo per ſuam abſolutam potentiam produci, dicimus tamen effectus quotidianos, qui dicuntur proficiſci a cauſis ſecundis, a ſolo Deo non produci, ſed à Deo ſecundumq; e influxum attemperante. & a cauſis ſecundis, ſimul cum Deo concurrentibus. *S. Thomas*

Tradit hoc in primis S. *Scriptura* vbique, & præſertim in cap. 1. *Geneſis* n. 11. & 12. dicens *germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, & protulit terra herbam virentem*, &c. & *Luc.* 21 *videte ficulneas, & omnes arbores, cum producunt iam ex ſe fructum*, & *Iſaia* 65. actiuitatem a ſe creatis datam, nobis dicit Dominus ibi. *nunquid ego, qui alios parere facio ipſe non pariam. qui generationem cæteris tribuo ſterilis ero?* & alibi dicuntur quædam res ſteriles, 410

al æ

aliæ fœcundæ; quæ diuina verba ſincerè intelligi non poſſunt, ſi negetur generatiua virtus cauſis ſecundis, erga effectus generis ſui.

S. Thomas. Probat id ipſum S. *Thomas* in illa q. 106. a. 5. quia ſi cauſa ſecunda nihil omnino ageret, ſed merè otioſè, & paſſiue ſe haberet, *Primò ſubtraheretur ordo cauſæ, & cauſati à rebus creatis: quod pertinet ad impotentiam creantis; ex virtute enim agentis eſt, quod ſuo effectui det virtutem agendi. Secundò, quia virtutes operatiuæ, quæ in rebus inueniuntur, fruſtra eſſent rebus attributæ, ſi per eas nihil operarentur, quinimò omnes res creatæ viderentur quodammodo eſſe fruſtra, ſi propria virtute deſtituerentur, cum omnes res ſint propter operationem.*

Ariſtoteles 2. de cælo t. 17.

Probant reliqui Authores id ipſum ex abſurdis, quæ ex oppoſita ſententia ſequeretur; nam primo ſequerentur homines, & Angelos nihil mereri, neque demereri, neque quidquid dignum laude facere, aut vituperio, ſi ipſi nihil efficiunt, ſed Deus in eorum præſentia facit eorum opera bona, & mala. Vnde vlterius ſequeretur Deum eſſe cauſam, & authorem malorum culpæ, ſeu peccatorum, ſicut & bonorum operum, quod videtur hæreticum. lege ad hæc *Tirinum* to. 3. controu. 13.

411 Tertio ſequeretur principium viuens nõ diſtingui a non viuenti, ſed vtrumque moueri ab extrinſeco motore, ſcilicet, à Deo ſolo, cum tamen in vera ſententia principium viuens ſit, quod per propriã virtutem à ſe, & ab intrinſeco mouetur intelligendo, & amando, vel alium motum, vel actum vitalem producendo; vt apparet in homine, qui producit actus quinque ſenſuum, & potentiarum interiorum, per virtutem propriam. Quartò ſequeretur quod lapis eſſet cauſa Angeli, ſi Deus ad præſentiam lapidis Angelum ſe ſolo crearet; atque de facto hominẽ eſſe cauſam animæ rationalis filij ſui, & non tantum eius vnionis, quia, nimirum, ad præſentiam virtutis matris generantis, Deus producit animam rationalem corpuſculo infundendam.

Quartò probant, id ipſum experientiæ manifeſtæ, nempe actus gaudij, & lætitiæ, mæroris, atque triſtitiæ; actus item vehementiſſimi doloris, quos efficiunt & quibus variè afficiuntur ſani, ægri. & ſancti Martyres inter tormenta. Quare authores oppoſitæ ſentẽtiæ, fuſte, vel flagello validè percutiendi erant, quo ad vſque inter plagarum crepitantium vulnera, faterẽtur ineſſe innatam vim Creaturis ad agendum, atque ſibi ipſis ad ſentiendum, & percutienti ad cruciandum ipſos.

Probatur vltimò à paritate efficaciſſimè. in libero arbitrio eſt innata virtus, de facto producens immediate actus ſupernaturales ſpei, charitatis, & fidei, & alios; ergo in reliquis cauſis ſecundis ineſt ſua virtus ad ſuos effectus. Antecedens eſt valde conſonum fidei, & illum colligunt ferè manifeſte ex ſacra *Scriptura*, *Concilijs*, & SS. *Patribus* noſtri Authores ſpeciatim *Coninc.* de act. ſuper d. 5. d. 8. a n. 47. & *Molina* ibi. Dicitur enim ſapientiæ 9. *Mitte illam de Cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, &* 1. Corint. 3. *adiutores ſumus Dei*, & Pſalmo 26. *adiutor meus eſto, ne derelinquas me*. ac Deus olim otioſos, *operarios* voluit eſſe in vinea ſua.

Quæ quidem teſtimonia, & alia, quæ videri poſſunt in *Tyrin*, vbi ſupra, & in 412
alijs Theologis, verificari non poſſe, ſi liberum Deo non cooperetur arbitrium, credit, ac docet vbique S. *Auguſtinus*, S. Auguſt.
ſed præſertim to. 7. lib. 2. de peccat. meritis, cap. 5. fine. illis verbis, *neque tamen ſolis votis agendum eſt, vt non ſubinferatur ad bene agendum etiam noſtra efficacia voluntatis; adiutor enim noſter Deus dicitur, nec adiuuari poteſt niſi qui aliquid ſponte conatur*, & to. 10. ſer. 13. de verbis Apoſtoli longe poſt medium, ita habet *ipſum nomen adiutoris præſcribit tibi, quia tu ipſe aliquid agis; agnoſce quid peccas, agnoſce quid confitearis, quando dicis, adiutor meus eſto, ne derelinquas me; adiutorem vtique inuocas Deum; nemo adiuuatur, ſi ab illo nihil agatur. Scimus*, inquit *Apoſtolus*. *quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ſi non eſſes operator, ille non eſſet cooperator, non enim adiutor eſt ille, ſi nihil agatis, non enim cooperator eſt ille, ſi nihil operamini*. Sed *per hoc* ait, S. Thomas, *quod Deus eſt cauſa operans in cordibus noſtris, non excluditur quin ipſa humana mentes ſint cauſa ſuorum motuum*.

ad Simpl. l. 1. q. 2.

S. Thomas de ve. q. 24. a. 1. ad 3. 22. q. 23. a. 2. ad

Propter hæc, & alia clariſſima teſtimonia, Sacroſancta *Tridentina* Synodus aduerſus hæreticos noſtri temporis, præs

ſer

ſertim contra *Caluinum*. qui concedentes gratiam Dei in manibus noſtris inhærentem, ei attribuebant totam vim, virtutemque agendi opera ſalutis, ſiue actus ſupernaturales Fidei, Spei, & Charitatis, denegantes libero arbitrio noſtro, omnem actiuitatem proximam, & formalem, non virtutem vitalem, radicalem, gratiæ Dei ſuſtentatiuam, vt videre potes apud Theologos, qui contra iſtos hæreticos ſcripſerunt, quorum aliqui ſunt *Ruardus Taper.* art. 7. pag. 262 & 263. *Stapletonus* in antydotis Euangelicis cap. 35. in *Ioannem* nu. 5. à pag. 327. *Maldonado, Ioannis* 15. verſ. 5. *Tirinus* to. 3. contr. 14. n. 5. & alij, ita decernit, ac definit in ſeſ. 16. canone 4. Si *quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, neque poſſe diſſentire, ſi velit, ſed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque paſſiue ſe habere, anathema ſit.*

413 Quis ergo negare audebit vim actiuam arbitrio, etiam erga actus maximè ſupernaturales, quibus diſponimur ad iuſtificationem, totam actiuitatem, totum influxum tribuens gratiæ, contra apertam *Tridentini* definitionem: quod ſi aliqua cauſa ſecunda coefficit effectus ſuos, nec ſolum cauſa prima eos facit in eius præſentia; quidni cauſæ reliquæ ſimiliter coefficient actus, & effectus ſuos, præſertim naturales, & ſibi magis proportionatos? argumentum hoc à paritate, vel à maiori deſumptum, eſt mihi valde conuincens. Vide alias rationes

S. Thomas. *S. Thoma* 3. c. G. c. 70.

Altera pars Sectionis reſpondet argumentis eorum, qui putant cauſas ſecundas nihil operari, nec cū cauſa prima cooperari.

OPpones primo Teſtimonia Sacræ *ſcripturæ*, vbi ſolus Deus dicitur author, & cauſa omnium operum. nam 1. Corint. 12. legitur, *qui operatur omnia, in omnibus* Ioannis 15. dicitur *ſine me nihil poteſtis facere.* vbi illud *ſine me*, idem eſſe videtur, vti explicat *Caluinus* referendus, ac *non niſi ex me*. ad Philippenſes 3. *Deus eſt, qui operatur in nobis velle, & perficere.*

Eorum teſtimoniorū, & aliorum, quæ opponi poſſunt, generalis expoſitio eſt illa, quam tradit *S. Thomas* lect. 3. in caput 9 Epiſtolæ ad *Romanos*, dicens. *Propterea bona noſtra non tribui voluntati noſtræ ſed Deo quia Deus eſt author principalis eorum & effectus tribui ſolet principali agenti; licet inſtrumentum etiam libere operetur.* Vbi obiter aduerte voluntatem noſtram vocari à S. Doctore inſtrumentum, & cauſam minus principalem reſpectu actuum ſupernaturalium. S. Thomas.

Sed deſcendendo magis in particulari ad illa teſtimonia Reſpondeo Apoſtolum ad *Corint.* ſolum docere Deum eſſe primam cauſam omnium operum, non tamen excludere alias cauſas ſecundas, neque earum cooperationem, imo ne iſtæ ſuperfluæ videantur, addidit idem Apoſtolus, vt aduertit *S. Thomas* lect. 1. *in omnibus*, quia in cauſis ſecundis, prima cauſa operatur, & cum ipſis, iuxta id Eſaiæ 26. *Domine omnia opera noſtra operatus es in nobis* quæ Prophetæ verba affert idem S. Doctor 1. p. q. illa 105. a. 5. in argumento, *ſed contra*, quibus ſuam, noſtramque ſententiam dantem creaturis influxum in effectus, corroborat. S. Thomas.

Teſtimonium *Ioannis* pro nobis eſt, 414
nam ex eo, quod Deus dicat *ſine me nihil poteſtis facere*, inepte colligitur nos cum illo non poſſe agere ex innata noſtra virtute, ſed potius colligitur nihil nos poſſe agere ex noſtra virtute, ſine illo, cum illo tamen aliquid poſſe, imo multa poſſe, quaſi iactante confidenter Apoſtolo, *omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Præterquam quod, longe recedere debemus ab explicatione *Caluini*, qui illa verba, *ſine me*, hæreticè credidit idē valere, quod hæc, *non niſi ex me*, vt conſequenter ad ſuam hæreſim, penitus auferret actiuitatem à noſtra libera voluntate, actiuitatem totaliter tribuendo ſoli gratiæ Dei, qui ſolus opera noſtra faceret ad præſentiam noſtræ voluntatis, ſine vlla ipſius actiuitate, ſed ipſa mere ſe paſſiue habente, gratiam, totum negotium noſtræ ſalutis agentem, ſuſtentante, vt inanimi quoddam, quod damnauit *Tridentinum*.

Teſtimonium Epiſtolæ ad *Philipp.* declarat S. *Auguſtinus* in fauorem noſtrum S. Auguſt.
to. 7. *de gratia, & libero arbitrio* cap. 9. dicens Deum quidem eſſe, qui operatur in nobis bonam voluntatem, ſiue bonū

actum

Digitized by Google

actum voluntatis: ſed ita vt velit nos
humiliter,& ſtrenuè cooperari cum ipſo
Deo. Verba eius ſunt, *non enim quia
dixit, Deus eſt qui operatur in vobis &
velle & operari pro bona voluntate; ideo
liberum arbitrium abſtuliſſe putandus eſt;
quod ſi ita eſſet, non ſuperius dixiſſet, cum
timore & tremore veſtram ipſorum ſalu-
tem operamini, quando enim iubetur vt
operentur, liberum eorum conuenitur arbi-
trium; ſed ideo cum timore & tremore, ne
ſibi tribuendo quod bene operantur, de bonis
tanquam ſuis extollantur operibus.*

Secundo opponitur ex Epiſtola ad
415 *Corin.* 2. cap. 3. *non quod ſufficientes ſimus
cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis ſed
ſufficientia noſtra ex Deo eſt*; ſed reſpon-
detur ibi ſermonem eſſe de operibus ſu-
pernaturalibus, quæ operari non poſſu-
mus abſente gratia Dei, quæ conſiſtit in
bonis cogitationibus, ac conſilijs inter-
nis, quibus Deus alloquitur nobiſcum,
& ad bonum inclinat, & in affectuoſis
voluntatibus immiſſis in animas no-
ſtras, quibus vocamur interius à Deo, &
& inuitamur ad libere credendum diui-
na, & ad ea amanda; ſed tamen in hoc
teſtimonio non negatur noſtra aliqualis
cooperatio *eleuata instrumentalis*, etiam
erga operationes ſupernaturales, vt aie-
S. Thomas bat *S. Thomas*.

Quando enim ego conuertor ad Deũ;
amo Deum ſuper omnia; habeo contri-
tionem de peccatis meis; credo firmiter
Deum eſſe trinum & vnum, quia ita di-
cit Deus, quando laboro in vinea Dei;
cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto; &
ſpero vitam æternam; ſine dubio mo-
ueor, aliquid conor, aliquid modo viuo
facio, ſed non ego ſolum, neque vt prin-
cipalis cauſa, ſed gratia Dei mecum coo-
perans, ceù cauſa principalis, & cui me-
rito multis titulis omnes noſtri actus at-
tribuuntur; quos tamen nos facimus,
nec enim ſumus inanes ſtatuæ, aut
S. Auguſt. lapides non viui, *qui non habent motum
ſuum prorſus hoc credite*, monet *Augu-
ſtinus* ſerm. 13. de Verb. Apoſt. *Sic vos age-
re bona voluntate quia viuitis, vtique
S. Thomas ſup n. 412. agitis*. ſiquidem *humanæ mentes cauſæ
ſunt ſuorum motuum*

Ruſus dum pecco, aliquid ex me ef-
ficio, nec enim vel Gentilis dicat pec-
cata noſtra à nobis non fieri, ſed à ſolo
Deo, in noſtra præſentia illud enim *Iſaiæ
45. v. 23. bene facito aut malè, ſi poteſtis*;
non dirigitur ad homines, vt mentitur
Lutherus; ſed ad idola, & mortuas ſta-
tuas: illud autem *Ioan.* 15. v. 4. *ſicut pal-
mes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo,
niſi manſerit in vite*, &c. manifeſte oſten-
dit palmitem in vite fructum facere,
& nos item, ſi manſerimus in Chriſto di-
cente ibi *Ego ſum vitis, vos palmites, qui
manet in me, & ego in eo, hic fert fructum
multum, quia ſine me nihil poteſtis facere.*
lege *Auguſtinum* tract. 81. in *Ioan.* & de- S. Auguſt.
prehendes actiuitatem cauſarum ſecun-
darum euidentius.

Tertiò opponitur *S. Auguſtinus*: qui 416
lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 9. aſſeruit cauſas
corporales non eſſe annumerandas inter
cauſas efficientes; ergo neque nos, neque
reliquæ cauſæ ſecundæ aliquid efficiũt;
ſed Deus ſolus omnia efficit in cauſarum
præſentia, ſed S. P. ſolum ibi contendit
cauſas corporales non eſſe numerandas
inter cauſas efficientes liberas, non vero
eas non efficere, nam id ipſe manifeſte
concedit, ibidem, & lib. 7. cap. 30. dicens,
ſic, itaque Deus adminiſtrat omnia, quæ S. Auguſt.
*creauit, vt etiam ipſa proprios exercere, &
agere motus ſinat*. qui locus eſt celebris
apud Doctores, vt probent cauſas ſecun-
das etiam liberas agere verè effectus
ſuos.

Quartò oppones; vnus Angelus nequit
producere alium, neque vna anima ra-
tionalis aliam; ergo nulla cauſa ſecunda
eſt immediate operatiua. concedo an-
tecedens, & diſtinguo conſequens nulla
cauſa ſecunda eſt operatiua effectuum,
ad quos non ſe extendit eius virtus, con-
cedo conſequẽtiam; effectuum, ad quos
ſe extendit, nego conſequentiam; neque
enim omnia opera, & effectus poſsũt in-
differẽter omnes cauſę cauſare, ſed certos
quoſdam, iuxta propriam virtutem ac-
ceptam in gradu limitato, ab authore
naturæ, quod etiam decantauit alter ille
non omnia poſſumus omnes.

Quintò oppones, *fruſtra fiunt per plu-* S. Thomas
ra, quæ poſſunt fieri per pauciora; ſed 3 G. 9. c. 70
cauſa prima ſufficit efficere omnia ope-
ra cauſarum ſecundarum; ergo nihil fa-
ciunt cauſæ ſecundæ. Reſpondetur, con-
ceſſa maiori, diſtinguendo minorem;
cauſa prima poteſt operari omnia opera
cauſarum ſecundarum, ſe gerendo vt
cauſa vniuerſalis, ac de potentia ordina-
ria, nego minorem, ſe gerendo vt cauſa S. Thomas
particularis, & operando de potentia 1 p. q. 105.

abſoluta, concedo minorem. Expediens autem eſt, vt ſe gerat Deus ad modum primi, & vniuerſalis agentis, ne virtus attributa cauſis ſecundis fruſtra ſit, & otioſa ſemper; quare non ſuperfluit virtus, & operatio ſecundorum agentium, S.Thomas. ita ferè reſpondit S. *Thomas* in 1. par. q. illa 105 a.5. ad 1, eidem argumento; vbi legere tu potes ad alia argumenta ſolutiones; & pulchrà ad propoſitum, 3. c. Gent. c. 70.

417 Quamuis autem certum ſit ineſſe cauſis ſecūdis actiuitatem erga effectus ſuos, & ſimiliter certum videatur eam ineſſe quoque libero arbitrio non ſolū erga actus naturales, ſed etiam erga actus ſupernaturales Fidei, Spei, Charitatis, Contritionis, & reliquos, in quibus conſiſtit, vt in medio, negotium noſtræ ſalutis; verumtamen Bañes, *Aluarez*, & plerique & *Thomiſtæ* recentiores nobiſcū concedentes cauſis ſecundis actiuitatem in actus ſibi proportionatos; & connaturales, accerrimè negant noſtræ voluntati, & intellectui, omnem actiuitatem, & influxum erga actus prædictos ſupernaturales, & eos fieri totaliter aſſeuerant à Deo, & à gratia eius in libero arbitrio, reſidente, quaſi in eius præſentia, nihil omnino ipſo efficiente; ideò pro reliquis *Thomiſtis* ita loquitur M. *Nauarrete* 1. p. to. 1. controu. 41. §. Præterea notandum, *quapropter tota actiuitas, quam intellectus habet reſpectu actus ſupernaturalis, reducenda eſt ad principiū ſupernaturale*, quæ verba habet poſtquā negauit intellectui noſtro potentiam obedientialem actiuam, etiam inſtrumētalem (vt vocabat S. *Thomas*) influentem in actus ſuos ſupernaturales Fidei; & viſionis Dei. S.Thomas.

Dixerunt hoc *Thomiſtæ*, vt quam longiſſime diſtarent a *Pelagio*, qui pluſquā impiè aſſeruit, ad facienda opera pietatis, nempe actus Fidei, Spei, & Charitatis, & reliquos, quibus tamquam diſpoſitionibus, medijs, & cauſis meritorijs; impetramus noſtram ſalutem, ſufficere ſimpliciter loquendo ſine alia maiori gratia, naturam noſtram, ſiue liberum arbitrium, non eleuatum, ſed adiutum tantū prædicatione externa legis Chriſti, quamuis ad melius eſſe auxilia gratiæ altiora exiſtere in nobis, & facilitare arbitrium noſtrum, contingeret.

Nos autem inſiſtentes, vt credimus, S. *Scriptura* teſtimonijs, Conciliorum à SS. *Patrum* veſtigijs, mediam viam, ductante *Tridentino* tenemus inter periculoſas Syrtes duas Scyllam, & Caribdim, nempe inter duos peſtilentes hæreſiarchas *Caluinum*, videlicet, qui totam efficaciam & influentiam in actus ſupernaturales dedit gratiæ Dei, arbitrium noſtrum omnino deſtituens actiuitate etiam partiali; & *Palagium*, qui è contrario, totam efficaciam, ſeu influentiam ad faciendos eos actus, conceſſit viribus naturalibus liberi arbitrij; & confitemur cum eodem Concilio, prædictos actus ſupernaturales Fidei, Spei, Charitatis, & reliquos fieri à Deo mouente nos, & excitante interius, & ſic ab eius gratia, vt à cauſa principali, & ſimul à noſtro libero arbitrio, tamquam ab *inſtrumento*, (vt aiebat ſupra S. *Thomas*) eleuato cooperante, & tamquam a cauſa inferiori, & S. Thomas minus principali, in effectione enim operum tantorum, qualia ſunt opera noſtræ ſalutis, humiliter Deo potiores partes deferimus, omnem verò gloriam, & honorem, memoria retinentes illud Apoſtoli ad *Philip.* 2. *cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus enim eſt, qui operatur in vobis & velle, & perficere*.

Tunc autem cum metu, & tremore actus ſupernaturales, quæ ſunt media ad ſalutem obtinendam, *operamur* conformiter ad Apoſtoli conſilium, ſiue præceptum, vt dixit ſupra num. 414. S. *Auguſtinus*, quando nobis non tribuimus quod bene operamur, de bonis actibus, & operibus noſtris, quaſi S. August. de nobis principaliter profectis, non gloriantes nos, neque extollentes, ſed Deo vt principali authori, omnia bona noſtra attribuentes, licet nos etiam ad ea ſimul, & mixtim concurrerimus cum ipſo, vt proſequitur S. *Bernardus*, legendus in tract. de Gratia, & Libero arbitrio, & P. *Rodriguez* tom. 2. t. 3. c. 32. adducens illud *Lu* 17. *cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus*, vbi clare efficientiæ noſtræ admonemur.

SE.

SECTIO IV.

Statuit contra Durandum, Deum immediatè concurrere cum Cauſis ſecundis: nec aliter fieri poſſe, etiã de potentia abſoluta.

419 *Ariſtoteles S. Auguſt. 5 de G. ad l. c. 20. S. Thomas. de Po. q. 3. a. 7.*

ASſertum tituli conſtanter tradiderunt *Ariſtoteles, S. Auguſtinus* in locis allegandis, *S. Thomas* 1. p. q. 105 a. 5. & 3. contra Gent cap. 70. *Suarez* in Metaph. d. 22. ſect. 1. num. 6. vbi referuntur *Caietanus, Ferrara, Capreolus* . *Alexander, Gregorius, Scotus, S. Bonauen. Herueus,* & *Albertus*, qui in 2. diſt. 35. art. 7. de oppoſita opinione ſic loquitur, *Alia opinio ſere ceſſit ab Aula & à multis modernorum reputatur hæretica*, conſentiunt noſtri *Molina* in concordia q. 14. a. 3. *Vaſquez* 2. 2. tom. 1. diſp. 129 *Rubius* hic trac. 4. q. 6. n. 61 *Fonſeca* 5. met c 2. q. 9. a. 2. *Conimbricen.* hoc libro cap. 2. q. 12 a. 2. *Granado* 1. p. to. 3. tract. vnico diſp. 1. nu. 2. in controu. 6 *Hurtado* hic d. 10. a. §. 28. *Arriaga* diſp. 10. *Ferrarius* hic tract. 4 q. 4. art. 1. *Pererius* lib. 8. cap 8. *Tollet.* cum antiquis Philoſophis, & *Triſmegiſto, Platone*, ab ipſis allegatis . *Moderni* omnes . & *Ouiedo* fuſſe refutans *Dolam Durandi* nouiſsimũ ſectatorem ex parte, nempe quod attinet ad noſtros actus liberos, propter fundamentum poſitum infra num. 426.

Veritatis huius potiſſimũ fundamentum ſunt teſtimonia *S. Scripturæ* , quæ perſuadent Deum concurrere ad effectionem omnium . Dicitur enim Eſaiæ 26 *omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine*, & Sapien. 7. *attingit a fine vſque ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter*, Ioan. 1. *omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil* , & cap. 5. *Pater vſque modo operatur, & ego operor,*

S. Auguſt. in quem locum ait, vbi ſupra S. Auguſtinus *contra* illos Authores *profertur illa ſententia Domini, Pater meus vſque modo operatur, & ego operor, deinde quia non ſolum magna & præcipua , verum etiam iſta terrena & infima ipſe operatur vt dicit Apoſtolus* lege ad ea loca, Interpretes, ſpeciatim *Maldonatum, Cornelium*, & *Tirinũ*.

420 *S. Auguſt. de imm. an. c. 8.*

Secundum fundamentum ſunt illæ rationes: prima eſt, omnes Creaturæ dependent a Deo, non ſolum in ſua conſeruatione , quod late demonſtrat *Suarez* d. 21. m. à n. 4 . ſed etiam in ſua prima productione; ergo Deus ſuo influxu attingit omnes creaturas; quod ſi aduerſarij fatentur conſeruari creaturas immediate à Deo, quoniam à Deo illæ dependent, eadem ratio dependentiæ cogit ipſis, ab ipſo immediate primo produci . *S. Thomas 1 p. q. 104. a. 1.*

Secunda ratio eſt, nam poſſibilis eſt influxus immediatus Dei erga omnes effectus, & aliunde, ſic magis elucet ſubordinatio, & ſubiectio illarum ad primã cauſam, & dependentia effectuũ ab ipſa. Deinde facilius intelligitur modus , quo ignis Babylonicus ſit prohibitus comburere tres pueros, nempe , ceſſatione concurſus ſimultanei , quo cauſa prima concurrit cum igne , ſine quo ignis non poteſt prodire in actum , ſicut neque alia cauſa ſecunda ; & quidem ſi Deus immediatum influxum non haberet, nõ poſſet impedire directe effectus cauſarũ ſecundarum ; repugnat autem non eſſe omnes Creaturas ſub dominio directo Dei, ipſi immediate ſubiectas .

Tertia ratio eſt , Deus concurrit immediate cum libero arbitrio ad effectus ſupernaturales ; ergo etiam ad effectus naturales , antecedens certum eſſe probant teſtimonia citata, & alia. conſequẽtia ſuadetur à Pari . *S. Auguſt. S. Thomas ſup. n. 403.*

Hæc fundamenta non tantum probant de facto Deum immediate concurrere cum cauſis ſecundis ; ſed etiã, aliter fieri nec diuinitus poſſe ; quia Deus nequit à ſe auferre dominium directum , neque dependentiam , quam habent Creaturæ omnes ab ipſo, ſecus dici poſſet Creaturas fieri , & conſeruari poſſe ſine concurſu Diuino . Præterquam quod , de eſſentia cuiuſcunque creaturæ eſt dependere à Deo creatore in fieri ſui, & conſeruari , & operari, vti docuit *S. Thomas* de Po. quæſt. 3. art. 7. ſicut de eſſentia Creatoris eſt oppoſitum , *S. Thomas 1. p. q. 105. a. 1. ad 2. S. Thomas.*

Altera Pars Sectionis reſpondet argumentis, quæ pro Durando probare intendunt Cauſas ſecundas ſolas operari ſine diuino concurſu, vbi Deum, & illas coefficere effectus eadem entitate actionis, ſtabilitur.

TAm longe receſſit *Durandus* ab errore Antiquorum, qui ſupra n. 409.

negarunt actiuitatem cauſis ſecundis, vt ipſe ſimili errore ſuſcitarit quorumdam commentum, (cuius mentionem facit *Auguſtinus* 5. de Gen. ad l.t.c. 20.) è contrario docens in 2. d. 1. q.5. cauſas ſecundas ſolas producere effectus ſuos, quin Deus ad ipſos concurrat pluſquam mediatè, & remotè, quatenus eas cauſas olim primò produxit, & modò conſeruat; ſed *Durandus* alioqui valde doctus, & catholicus, communiter reijcitur in hoc puncto, & eius ſententia à modeſtiſſimo *Suarez* erronea in fide appellatur.

S. Auguſt. S.Thomas de Po. q.3. a.7.

Sed pro *Durando* oppones primo. non aufertur creaturæ dependentia à Deo, ſi ignis v.g producatur, vel conſeruetur per vnam actionem prouenientem tantùm ab alio igne, dummodo per aliam à Deo ſolo conſeruante, vel à Deo, ſimul alio igne producente conſeruetur: ergo poterit a ſola cauſa ſecunda vnus effectus produci, & conſeruari. Nego antecedẽs, quia ſi is caſus cõceditur, ſequitur quod ſaltẽ actio, qua ſolus ignis cõſeruat ignẽ, nõ pendeat à Deo; quod itẽ eſt impoſſibile; quia illa actio creatura eſt, & pendet à Deo non per aliam actionem, ſed per ipſam, quia ea eſt vltima ratio dependentiæ.

Durandus opponit ſecundo, quælibet creatura, ſeu cauſa ſecunda principalis, vel eſt effectu ſuo perfectior, vel ſaltem æque perfecta; ergo non eſt neceſſarius Dei concurſus ad producendum effectum. probatur conſequentia: quia ideo requiritur concurſus ignis, qui eſt cauſa principalis à calore ſuo, qui eſt inſtrumentum, ad producendum alterum ignem, quia calor non eſt tam perfecta cauſa, ac eſt effectus producendus: ergo quando cauſa eſt tam perfecta, ſicut effectus, ſufficit eius cauſæ concurſus, & multo magis quando ſit longe perfectior effectu; ergo ſuperabundat ſæpe, & neceſſarius non eſt cõcurſus diuinus.

422 Reſpondeo concesſo antecedenti; diſtinguendo conſequens. non eſt neceſſarium Dei adiutorium ex eo, quod deſit perfectio tanta in cauſa; quanta eſt perfectio effectus, & ſic concedo conſequentiam; ex eo, quod ſint cauſa, & effectus creaturæ omnino à Deo dependentes; & ſic nego conſequentiam. Ad probationem, ſimiliter diſtinguo primum conſequens, & nego ſecundam conſequentiam; quamuis enim contingat cauſam ſecundam eſſe æque perfectam, ſeu perfectiorem ſuo effectu, tamen Dei concurſus deeſſe non poteſt creaturæ ſuæ, & effectui a ſe omnino depẽdenti; quia effectus omnis creatura eſt.

S. Thomas de Po. 43. a.7. ad 1.

Oppones tertio *S.Thomam* in 2. diſt 7. q. 2. atr. 2. & 3. dicentem *cauſam* primam, & *vniuerſalem* concurrere ad rationem communem affectus; & *cauſam particularem*, atque ſecundam, ad rationem particularem effectus; ſed quod propriùs producitur eſt ratio particularis effectus, non vniuerſalis, quam dixi in *Logica* eſſe ingenerabilem, & incorruptibilem; ergo ſine Deo immediate concurrente producit cauſa ſecunda effectum, vel ſaltem aliquid eius. *S. Thomas*

Reſpondeo *S. Thomam* ibi voluiſſe quod Deus propter ſuam eminentiſſimam potentiam, ad omnia ſe extendentem ampliſſime, concurrat ad omnes vniuerſaliter effectus ſingulares, ideſt, ad collectionem omnium effectuum in indiuiduo, nullo excepto, & quod cauſæ ſecundæ propter ſuas limitatas vires ſolum concurrant, ad certos quoſdam, & particulares vnaquæque iuxta particulare genus ſuum.

Quoniam euidentiſſimum eſt à parte rei, & ſine diſtinctione intellectus, non eſſe in calore producto v.g. duas res, vel rationes; quarum altera ſit communis procedens a ſolo Deo, alia particularis procedens a ſola creatura; tota ergo entitas ſingularis caloris a Deo procedit; & à creatura impartibiliter; tota, inquã, totalitate effectus, non totalitate cauſæ; ideſt, totus effectus a Deò, & totus à cauſa ſecunda, ſed non tanquam a cauſis totalibus, ſed partialibus; ita enim Deus concurrit cum cauſa ſecunda ad effectus, vt attemperet ſuum concurſum, illumque reddat partialem, non totalẽ, quamuis poſſet, ſi vellet, totum effectum *ſolus producere*, hinc patet ad formam argumenti. *423*

S. Thomas 3 c g. c.7

S.Thomas. 1.p q.105. a.6, c.

Oppones quartò. duplex eſt modus concurrendi immediate ad effectum; alter eſt immediatus *immediatione ſuppoſiti*, quomodo concurrit cauſa, quando concurrit per actionem, immediate dimanantem a ſua intrinſeca, propriaq; virtute, nullo alio intermedio concurrente; hoc immediationis modo concurrit ignis ad producendum ignem.

alter

alter modus eſt immediatus, *immediatione virtutis*, quomodo concurrit cauſa, quando concurrit ad effectum per virtutem, non ſibi intrinſecam, ſed a ſe productam, & relictam, & poſteritatem promouētem, ita concurrit Auus ad generationem nepotis, & ignis ad calefaciendam manum mediante calore, in aqua ab igne relicto; ſed neutro modo iſtorum concurrit Deus ad effectus cauſarum ſecundarum: ergo ſolæ cauſæ ſecundæ producunt effectus ſuos.

Reſpondetur negādo minorem; Deus enim vtroque modo concurrit ad effectus cauſarum ſecundarum, immediatione quidem ſuppoſiti, quatenus nullum aliud ſuppoſitum producit effectus eos magis immediate, quam ipſe, immediatione item virtutis, quatenus produxit, & conſeruat cauſas ſecundas ſecum operantes, quod pulchrè tradit
S. Thomas. S. *Thomas* de Po. q. 3. ar. 7. ad 3. & 4.

424 Oppones quarto, nulla eſt repugnantia in eo, quod Deus ſinat cauſas ſecundas ſolas operari maximè dum peccant; imò Dei omnipotentia videbitur magis oſtendi, ſi producere poſſit creaturam tam excellentem, vt ſola poſſit producere effectus ſuos, vel etiam quæ Dei vices gerens cooperetur cum alijs cauſis inferioribus, effectus aliquos, ſibi commiſſos; ergo creaturæ de facto producunt ſolæ effectus ſuos. antecedens ſuadetur primo, quia Deus eſt liber, & poteſt concurrere, & non concurrere cum cauſis ſecundis. Secundo, quia Deus non eſt alligatus ſuis creaturis, neque dependet ab ipſis in operando, ita vt velit nolit, trahatur à cauſa quauis ſecunda, vt ſecum cooperetur.

S. Thomas 1. p. q. 104. a. 1. ad 2. Reſpondetur negando antecedens; quia repugnantia eſt quod Deus non habeat perfectum dominium erga creaturas, quod exercetur, & elucet maximè in eo, quod eæ neque vnum paſſum dare valeant ſine adiutorio Dei, & quod poſſint a Deo, dum velit, retardari, vel omnino in operationibus impediri; repugnantia etiam eſt quod Deus non habeat perfectum dominium, quia, ſcilicet, ſint cauſæ ſecundæ tam exemptæ, vt ſolæ & independenter a Deo, operentur, & ſimiliter ſint extra dominium Dei, earū effectus, vel per breue tempus ſubſtitutionis, aut commiſſionis.

Ad probationem primam antecedentis, dico Deum eſſe quidem liberum, & propterea potuiſſe ab initio nullas creaturas condere, ſed ex ſuppoſitione quod iam condiderit, & inter eas multas cauſas ſecundas, neceſſario tenetur cooperari cum illis, ſe accommodando illarum naturis, ab eo in eſſendo, & in operando dependentibus, & item attendendo ad ſuum ius, dominiumque perfectum ſuper eis. S. Thomas 1. p. q. 105. a. 6.

Hinc patet ad ſecundam probationē; non enim dicendus eſt Deus abſolutè alligatus cauſis ſecundis, & ab eis dependens in operando, ſed obligatus, quia ipſe ſe voluit libere obligare, & voluit conſequenter quodammodo dependere dependentia, & neceſſitate, quam ipſe ſibi libere impoſuit, quando decreuit creare cauſas ſecundas, quas tamen potuit non creare, & conſequenter ſe de hac obligatione, & quaſi dependentia liberare.

Et quidem P. *Vaſquez* 1. p. q. 23. diſp. 90. cap. 3. *fine*, plane confitetur, & ſine ſcrupulo, cauſam primam dependere à ſecunda, vt cum ipſa cooperetur, ſiue in cooperatione, quamuis non dependeat, vt a ſecunda accipiat virtutem ad cooperandum, idemque optime tradit P. *Suarez*, contra *Aluarez*. omnino legēdus tom. 3. de *Gratia* lib. 10. c. 7. à n. 11. 425

Sextò oppones, ſi cauſa prima concurreret cum cauſis ſecundis ad earum effectus, vel concurreret actione diſtincta, vel eadem; neutra actione concurrit; ergo cauſæ ſecundæ ſolæ producunt effectus ſuos; & confirmatur primò, quia ſi concurrerent ambæ cauſæ, nempe, *prima*, & *ſecunda*, partirentur inter ſe effectum, & vna produceret vnam partem eius, & altera alteram, hoc eſt falſum; quia effectus impartibilis ſæpe eſt, vt quando eſt indiuiſibilis & ſpiritualis, ergo & falſum eſt illud ex quo ſequitur.

Confirmatur ſecundò, vel Deus eſſet cauſa totalis, vel partialis, nullo modo poteſt eſſe; non totalis ſecundum noſtram opinionem, neque partialis, tum quia dedecet Deum eſſe cauſam partialem, tum quia totum effectum facit; ergo nullo modo concurrit ad effectum cauſæ ſecundæ. Vnde vera erit illorum opinio, qui referente S. *Auguſtino* 5. de Gene. ad liter. cap. 20. *arbitrabantur tantummodo Mundum ipſum factum à Deo; cætera iam fieri ab ipſo Mundo*, S. Auguſt.

do, ſicut ille ordinauit, & iuſſit, Deum autem ipſum nihil operari.

426 Reſpondetur Deum concurrere eadē entitate actionis, qua concurrit cauſa ſecunda; ſicut eadem realitas caloris producti, profluit ab vtraque cauſa; diſtincta enim actione non poteſt, propter dicta in ſolutione primi argumenti; & quia nō ſunt multiplicandæ actiones ſine neceſſitate; ita reſpondent PP. *Arriaga* hic diſp. 11. n. 74. *Suarez*, *Molina* ibi, & Communis cum S. *Thoma* 1. par. q. 105. a. 5. ad 2.

S. Thomas 3. c. G c 70

S. Thomas.

Ad primam confirmationem dic nullo modo partiri a cauſis prima, & ſecunda effectum, ſed totum integrum indiuiſibiliter ab vtraque pendere. ad ſecundam dicito Deum eſſe cauſam partialem effectus, ex ipſo enim ſeſe attemperante, & cauſa ſecūda, fit vnum integrum principium effectus; in quo nulla eſt indecentia; quia ſic poſtulatur tum a perfecto dominio Dei erga creaturas, tum a ſubordinatione cauſarum ad Deum, & exigentia effectus producendi; qui tamen dicitur totus fieri a cauſa prima, totalitate ſui, ſiue effectus, non tamen totalitate actionis, & cauſæ; quod eſt dixiſſe; procedere a Deo vt a cauſa partiali, totam eſſentiā effectus, ſicut tota ipſa eſſentia procedit a cauſa ſecunda, itē vt a cauſa partiali: nec enim cauſæ partiuntur effectum, vt bene tradit S. *Thomas in Alamanio* hic q. 11. a. 4. fine, ad 16. Opinio denique illorum; quam refert S. *Auguſtinus*, & refutat, *iam ceſſit ab Aula & a multis Modernis cenſetur erronea*.

S Thomā de Po q. 3. a. 3. ad 16.

S. Auguſt.

Septimo objicitur pro *Dola*. ſi Deus influeret in actiones humanas, & coefficeret nobiſcum etiam actus liberos, ſequeretur in primis, quod ipſe peccata noſtra faceret; deinde, quod impediret noſtram libertatem; ſed quoniam hæc obiectio tangit graues difficultates, eæ expediendæ erunt ante ſolutiones, vt iſtæ facilius percipiantur. Legatur *Sāctus Thomas* de Pot. q. 3. a. 7. & 1. p. q. 105. a. 5. vbi hæc & alia argumenta afferuntur, & à S. Doctore diluuntur.

S. Thomas.

SECTIO V.

De concurſu vario Dei cauſa vniuerſalis, & prima cum cauſis particularibus ſecundis; ſed prius diſcernit duplex, aut triplex genus cauſarum harum.

Duplex eſt genus cauſarum, cum quibus debet cauſa prima concurrere, primum eſt liberum, vt ſunt Homo, & Angelus; ſecundum, neceſſarium, quod eſt dupliciter, alterum cognoſcitiuum, vt ſunt Bruta, & iterum Homo, & Angelus quamdiu ſine libertate operantur, alterum non cognoſcitiuum, vt ignis, aqua, & huiuſmodi. quæ pulchre diſtinxit S. *Thomas* 1. p. q. 83. a. 1. 427

S Thomas. S August.

Quoniam vero dixit S. *Auguſtinus* lib. 5. de Ciu. Dei c. 9. quod cauſæ reliquæ præſertim corporales, licet affectiuæ ſint, comparatæ cum liberis, *non ſunt inter cauſas efficientes annumerandæ*; liberæ enim longē perfectiores ſunt, & in eſſe, & in modo operandi, idcirco hic fuſius agendum de Dei cōcurſibus cum ijs cauſis liberis.

Prima pars Sectionis declarat an ſit, quid, & quotuplex concurſus Dei cum cauſis ſecundis; & nomina motio, præmotio, applicatio, *& ſimilia, quæ item ad concurſum pertinent.*

Concurſum Dei exiſtere liquet ex dictis a n. 419. & infra magis reuincitur, is verò late ſumptus eſt quidquid ex parte ſua habet, & ponit Deus, quod iuuat, aut iuuare poteſt creaturas ad operandum: quomodo inprimis ſunt Deus, eius omnipotentia, ac decreta; quibus paratus quaſi in procinctu eſt volens concurrere cum cauſis ſecundis; qui dicitur *concurſus in actu primo*; deinde actio ſimultanea, qua de facto cōcurrit Deus ipſe cum ijs cauſis, qui dicitur *concurſus in actu ſecundo*.

Tertio concurſus Dei ritè dicuntur quidem actus intellectus, & voluntatis, ſiue imaginatiuæ, & appetitus, quibus eę potentiæ a Deo illuſtrantur, & afficiuntur, vt aliqua obiecta amore, aut odio pro-

Digitized by Google

proſequantur; iſti vero concurſus, ſiue actus, quibus gaudent ſola agentia cognoſcitiua ita, ſe habent, & talem ordinem ſeruant inter ſe, vt prius cognoſcitiui præcedant illuminantes agens, idque certiorantes de bonitate, vel malitia obiecti; & poſtea ſuccedant appetitiui, ſiue actus appetitus quaſi inefficaces, qui tamen agens ſuum inclinant ad eliciendum circa idem obiectum, actum alium tertium appetitus efficaciorem; id quod ſic neceſſario contingit, *quia nihil volitum, quin præcognitum*. & ab imperfecto proceditur ad perfectius.

Atque eiuſmodi primi actus cognoſcitiui, & appetitiui cauſas neceſſarias trahunt neceſſariò in conſenſum, nempe in tertium actum *efficacem* dictum ſupra. Liberas vero non, exemplis rem illuſtrant *Auguſtinus*, & *Thomas*. ille tr. 26. in Ioan. ait, *Ramum viridem oſtendis oui, & trahis illam, nuces puero demonſtrantur, & trahitur*, ſic Deus Pater oſtendens, & reuelans hominibus infinitos theſauros Chriſti, & gratiæ ipſius, & æternæ beatitudinis præmia, per immiſſas, & iniectas intellectui noſtro illuſtrationes, & inſpirationes voluntatis (ſic enim vocant Theologi ſimiles concurſus) nos homines valde allicit, & inclinat ad Chriſti Domini & tantæ beatitudinis amorem, & ad exequenda media, quæ ad rem obtinendam maxime pertinent.

Ita tamen ſubdit Auguſtinus, *hæc omnia adminiſtrat* Deus, ita cauſas liberas coadiuuat, *vt etiam ipſas proprios exercere & agere motus ſinat*, quoniam ſcriptum eſt Eccleſ. 15. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui adiecit mandata, & præcepta ſua ſi volueris mandata ſeruare, ſeruabũt te appoſui tibi ignem, & aquam, ad quod volueris, porrige manum tuam.*

Licet enim Deus pro ſua infinita miſericordia, ſupplicia nobis proponat, & & præmia, & interiùs, exteriùſque coadiuuet, corda noſtra pulſet, & moueat inuitando nos ad bona, & retrahendo à malis, conſilijs præſertim interioribus, amorem & timorẽ incutientibus; verũtamen *ſic Deus mouet voluntatem* ſcribit S. *Thomas* 1. 2. q. 10. a. 4. *quod non ex neceſſitate ad vnum determinet, ſed remanet motus eius contingens*. & clarius de Pot. q. 3. a. 3. ad 13. *dicendum quod voluntas dicitur habere dominium ſui actus, non per excluſionem cauſæ primæ; ſed quia cauſa prima non ita agit in voluntate, vt eam de neceſſitate ad vnum determinet, ſicut determinat naturam* ideſt cauſas neceſſarias; *& ideo determinatio actus relinquitur in poteſtate rationis, & voluntatis* Lege ad hæc S. Doctorem 1. p. q. 19. a. 12. ad 3. & in 1. d. 38. q. 1. a. 5.

Rurſus ijdem primi actus intellectus, & voluntatis dicuntur, aut dici poſſunt *auxilia, iuuamina, motiones, præmotiones, determinationes, applicationes, approximationes*, & aliter, propter titulos, quodammodo diuerſos, officia, & modos, quibus nos coadiuuant; *auxilia* quidem ſunt, & iuuamina, quia ſine ipſis nihil poſſumus facere: *motiones*, & *præmotiones*, quatenus nos in otio, ex obliuione quaſi torpentes, pulſant, mouent, & antequam cogitemus tale, ad id præuocant; *determinationes*, quia noſtrã indifferentiam determinant proponendo certa obiecta, quæ poſſumus, ſi volumus, amplecti, vel auerſari; nec enim tam efficaces ſunt eiuſmodi entitates, vt libero arbitrio dominantes, id neceſſario trahant in conſenſum; imò potius ipſi quaſi ſubduntur quantum ad vſum, & non vſum, quatenus ipſum liberum relinquunt, vt eis vtatur, ſi velit.

Viſio tamen Beatorum eſt concurſus vitæ, & efficaciæ alterius, quia ita applicat illorum voluntati infinitum bonũ; vt eam neceſſario trahat in ipſius amorem; & ideo is, & ſimiles dicuntur *concurſus antecedentes illatiui* conſenſus, cæteri ſolent eſſe antecedentes, ſed non inferunt neceſſario conſenſum.

Applicationes demum, & approximationes actus prædicti appellantur, ſumpta ſimilitudine à cauſis tranſeuntibus: 430
quemadmodum enim iſtæ indigent, vt operentur applicatione, ſiue approximatione ſecundum locum, ad paſſum, quod calefaciant, vel frigefaciant, aut aliter immutent: ita cauſæ liberæ, vt eliciant actus ſuos, indigent applicatione intentionali, ideſt, actibus intellectus, & voluntatis ſupra expoſitis, quibus medijs approximentur, & quaſi præſententur illis obiecta, circa quæ verſentur, etiam alioqui loco valde diſtantia. quo autem ordine, & modo *Voluntas* libera *moueatur ab intellectu* & hic viciſſim a Volun- S. *Auguſt.*
tate, optime declarat cum *Auguſtino* S. *Thomas.*

S. Tho.

S *Thomas* legendus 12.q.9.a.1.& infra num. 883.

Secunda Sectionis pars explicat abundantius quid ſit concurſus Dei cum cauſis ſecundis; vbi iterum de concurſu eius in actu primò,& ſecundo, *ac de Decretis conditionatis,& abſolutis, quibus concurrit cum cauſis liberis, & neceſſarijs.*

Concurſus Dei cum cauſis ſecundis duplex diſtinguitur. Primus dicitur *concurſus in actu primo. Secundus in actu ſecundo.* ille prior per metaphoram dictus eſt concurſus, quia potius diceretur principium, à quo procedit concurſus, eſt enim diuinæ voluntatis decretum, quo voluit ab æterno Deus concurrere cum cauſis ſecundis,in tempore, quandocumque ipſæ habeant omnia requiſita reliqua,ad operandum,& accommodatè ad ipſarum exigentiam,& naturas.

431 Decretum vero id æternum, quo paratus eſt Deus in actu primo,ad adiuuãdas cauſas ſecundas, quamuis in ſe vnicum ſit,tamen a nobis res grandes vno intellectu non capientibus, partiri ſolet in varias quaſi partes, & vnum Decretũ appellamus illud,cum quo vult concurrere cum igne v. g., & aliud,illud, quo vult concurrere cum homine; & ita diſtinguimus reliqua ſecũdum diſtinctionem, & numerum cauſarum ſecundarũ, & operationum earum; & hoc facimus cum fundamento,credimus enim Deum non confusè,& in generali decreuiſſe concurrere cum omnibus cauſis, ſed in ſpeciali vidiſſe omnes; & earum operationes,etiam antequam eſſent, cum quibus omnibus & ſingulis voluit concurrere in tempore,ad omnes earum, & ſingulas operationes. S. August. 11. de Ciui. c. 10.

Secundus concurſus dicitur propriè talis,quia eſt actio,qua diuinum illud decretum influit actu in effectus. Vnde apparet grande diſcrimen inter vtrumque concurſum, ille enim eſt ipſe Deus, & conſequenter ab eterno ex-iſtens,quid pertinens ad diuinam Omnipotentiam, hic verò eſt in tempore, & extra Deum, quia eſt creatura de actionis prædicamento. S. Thomas 1.p.q 106. a.6.ad 3.

Sed quoniam duplex eſt genus cauſarum ſecundarum, alterum liberum, alterum naturale,& neceſſarium,vt vtrique cauſarum generi Deus ſe ſe accommodaret, & referuaret cauſis liberis iura libertatis; Duplex item decretum diſtinguimus in ipſo,alterum vocamus *decretum conditionatum*, quo concurrit cum cauſis liberis: alterum *abſolutum*, quo concurrit cum cauſis neceſſarijs,& ideſt voluntas Dei efficax, & reſoluta, qua vult coefficere effectus cauſarum neceſſariarum, qualis eſt voluntas concurrẽs cum igne ad producendos alios ignes, & huiuſmodi. limitauit vero Deus iſtud decretum pro quibuſdam miraculoſis euentibus, in quibus etiam applicatis cauſis ad operandum; & iam exiſtentibus cum ſuis omnibus requiſitis; decreuit denegare concurſus, vt vides in igne fornacis Babylonici, & alibi frequenter. S. Thomas 1.p q. 105. a.6.ad 3.

Conditionatum vero decretum eſt *voluntas actualis, qua Deus vult concurrere ad quoſcunque actus agentis liberi, ſi ipſum velit,vel quando velit*: per quam voluntatem non ſtabit, quo minus fiat operatio, cum qua tamen voluntate ſæpe non coniungitur operatio, quia liberum agens ſæpe reſiſtit vocanti Deo, & excitanti,& operari non vult; neque propterea ea voluntas Dei eſt fruſtra, licet effectus ſuo aliquando fruſtretur, quia ipſa ex natura ſua fruſtrabilis eo modo eſt,per eam quaſi dependentiã, quam illam Deus voluit habere à creaturæ libera cooperatione, vti ſæpe nos docuit S *Thomas*. 432 S. Thomas 1. p. q. 19. a.8.c.

Ita explicarunt decretum; quo Deus concurrit cum cauſis liberis PP. *Suarez* d.22.ſect.4. n. 14. & to. 1.de Gratia Prolog.2.c.8.n. 16.& lib.2. de concurſu Dei ad actus.c.3.& ibi *Marſilius*, *Gregorius*, *Gabriel Almainus Scotus Mayronis*, *S.Bonau.Alenſis*, *S.Thomas*, *Capreolus*, *Conradus* & alii,*Vaſquez* 1.p.d.83, n. 20 *Leſsius* de Gratia c.4.n.15.*Ruiz*, *Molina*,*Prapoſitus*,q.22.a.4.d.4.n.45.*Alarcon*, tr.de ſcient. d.9.c.8.*Herice*, *Granado*, *Hemelman*' *Tellez* d.15.ſect.3.& *Eſpinoſa* in m.5.cum alijs communiter. S. Thomas 1.d.47.q.1 a 1. & 12 q 80.a.1.

Concurſum verò Dei vtrumque, id eſt,id decretum, & cooperationem eius, cum noſtro libero arbitrio, pulchrè declarabat olim quidam antiquus Doctor exemplo curriculi, quod vulgo Hiſpani vocant

Digitized by Google

vocant *Carretilla*, & Itali *Cariola*, cui dicebat eſſe ſimilem in propoſito hoc, Deum, eiuſque voluntatem, qua paratus eſt concurrere, & concurrit nobiſcum: & puerum ſimilem eſſe arbitrio; quemadmodum enim puer, & curriculum, & curriculum & puer ſimul incedunt, & mouentur, neque prius illud, quam hic, ſed ſimul hic, quando illud, & non ante; nec poſt; ita Deus decretis ſuis, & liberum arbitrium ab eis aductum & operatur omnia opera noſtra.

433 Sed tamen Patres noſtri recentiores, rem hanc primo aſpectu facilem, profundiùs, vt putant ipſi, conſiderantes, exiſtimarunt benignè explicandum eſſe modum loquendi, & ſenſum *Molina*, *Suarez*, *Vaſquez*, & aliorum, vel reijciendum, primo; quia decretum illud, vt explicatur ſupra, videtur quædam volitio, ſiue promiſſio ſtulta, ridicula, & impoſſibilis. Secundo, quia videtur decretum non liberum, ſed neceſſarium, & probãt primùm; etenim id decretum æqui pollet huic, *volo concurrere cum agentibus* S. *Auguſt.* *liberis, cum ipſa, vel ſi ipſa velint*; ipſa vero velle non poſſunt ſine Deo, *ipſe enim*, ait Auguſtinus, *vt velimus operatur incipiens. qui volentibus cooperatur perficienti*; & ſubinde illa voluntas vult quod eſt impoſſibile rurſus ea decreti propoſitio facit hunc ſenſum, *volo concurrere quãdo concurram cum ijs agentibus*, quod ridiculum videtur, & ſtultè promiſſum.

Secundum ſic reuincunt; quia poſita conditione, nempe, quod iam agentia libera velint, ſiue velint ſola, ſiue cum Deo cooperante, non eſt liberum Deo non concurrere, ſed neceſſario cõcurrit, & quia ſic promiſit dicens *volo concurrere*, vel *ſtatuo*, aut *decerno*, vt effe. runt *Vaſquez*, & *Suarez*, & quia ſic debet facere, ne deſit muneri cauſæ vniuerſalis; aliter enim ſe nec iuſtè, nec perfectè geſſerit, & confirmant, quia in vniuerſũ, quando conditio poſita libero agenti, non illi finit indifferentiam ad vtrumq; non illi finit libertatem; ſed in præſenti ſuppoſita Dei promiſſione, ſiue decreto conditionato & poſita conditione, ſub qua, vel ſtante qua, vult Deus concurrere, nimirum, quod *Petrus* iam velit amare, Deum, nequit ſuſpendi, neque non concurrere ad amorem, neque poteſt concurrere ad odium, vt manifeſtum eſt; ergo ſimile decretum Dei liberum non eſt. dedecet autem concurſum Dei in actu ſecundo, à Deo liberè non fieri, atque ſub Dei libero dominio non eſſe.

Propter hæc, aut ſimilia forſan argumenta, quæ mihi quoque occurrerũt, ij docti Magiſtri ita, vt reor, declarant decretũ hoc Dei. *volo dare, & ponere in manibus agentiũ liberorũ meã Omnipotentiã, vt ea vtantur iuxta arbitrium ſuum, vti ſolent, vti habitibus ſuis, vel alijs concauſis, quibus operantur*, qui ſane modus 434 dicendi, bene declaratur exemplo illo curriculi, quod datum eſt puero ad ambulandum; & illud habens in manibus, ipſo vtitur ſecum coambulante, dum vult, ſed indiget prudenti hac extenſione iterum elucidanda infra n. 436 & 439.

Quoniam ergo non videtur rationabile, quod Deus quaſi cæco modo tradat ſuam Omnipotentiam creaturis, quin ipſe videat, & velit finem, ad quẽ eam tradit, videtur dicendum, & addẽdum iuxta Magiſtrorum iſtorum ſentẽtiam, ita Deum geſſiſſe ſeſe, & ſtatuiſſe, nempe, iuxta quod re ipſa videmus factum, & fieri *volo tradere meam Omnipotentiam agentibus liberis, vt cum ipſis concurrat, & cooperetur actus ipſorum*, quæ voluntas ita intelligenda erit, vt ſit efficax quantum ad dationem ſuæ potentiæ, & inefficax, conditionata, & indifferens, quantum ad concurſus, & nõ concurſus, quemadmodum eſt illa, qua Deus infundit gratiam, & habitus ſupernaturales, vt cum arbitrio cooperentur; quæ ſine dubio efficax, & efficiens eſt reſpectu eorum donorum, ſed inefficax reſpectu actuum, quos non efficit, niſi arbitrio liberè cooperante; & ideo congruentius dici poterit *voluntas ſufficiens* concurrere, quod faciet, quando a libero arbitrio determinetur; ſicut contingit curriculo exiſtenti in manibus pueri, quod ibi quoque indifferens eſt ad motum, & non motum, & ad vtrumque ſufficiens.

Atqui huic modo dicendi videtur accedere P. *Arriaga* hic diſp. 10. a n. 87 435 addens n. 91. ſubiectam quodammodo eſſe Omnipotentiam diuinam creaturis liberis at quia hæc quaſi ſubiectio, ſi nõ penderet a volitione diuina, eſſet ſumma imperfectio in Deo, ideo oportet vt pendeat ab aliquo actu voluntatis Dei libero, tunc enim ſaluatur perfectiſſimè

Bb domi-

Digitized by Google

dominium Dei in hunc concurſum, Omnipotentia vero Dei iam creaturis libere tradita, cum ipſis non libere, ſed neceſſario cooperatur, quando operari contingit, ſicut & neceſſario habitus cum libero arbitrio cooperantur; quod item bene *Leſſius* annotauit.

Vocat præterea voluntatem hãc, qua Deus ſubdit ſuam Omnipotentiã creaturis, & vult cum eis concurrere ad bona opera, & mala, vel ſuſpendi; & non concurrere *ineſſicacem*, nimirum, ſecũdum quod eſt Omnipotentia illis tradita, quæ manet ſicut habitus indifferens ad operandum, vel non operandum; atque eiuſmodi voluntatem parem eſſe abſolute, fateri videtur, reſpectu, cõcurrens ad bonum, & malum opus, licet ex parte Dei ſit magna differentia in verſando circa bona, & mala, hęc enim Deus peralias voluntates deteſtatur, multis diſſuadet, & non vult plusquam illa inefficaci voluntate, ac ne deſit muneri cauſæ vniuerſalis, ſine qua nihil fieri poteſt; bona autem non tantum vult ineſficaciter, & per illam communem voluntatem, qua vult concurrere, indifferenter ad omnes actus liberos, ſed illa nobis deſideraт, ad ipſa multis hortatur, & inuitat. vt fuſius declaro infra à nu. 444. ſed nec dictis contradicit *Auguſt.* pulchrè oſtendens, Dei potentiam abſolutè, videlicet, ac de ſe, alligatam creaturis non eſset licet ex pacto quaſi alligata nobis eſse videatur, quod item ſupra n. 425. ingenue *Vaſquez* fatebatur.

Decretum iſtud Dei ſapienter ſic effertur. Volo concurrere cum cauſis liberis, ſi velint ipſæ, *& videtur eſſe actus ineſſicax, & neceſſarius formaliter ex ſuppoſitione*.

436. VErumtamen retinẽdus videtur modus loquendi Noſtrorum *Scriptorũ* & Antiquorum, tum quia communis eſt, & vſurpatus ab *Scriptura*, & SS.PP. & ſubinde ſapiens, & prudens; tum quia veritatem continet, *Volo*, vel *decerno*, inquit Deus, *concurrere cum meis creaturis liberis, ſi velint ipſa*, ideſt, *quando concurrant ipſa, & mecum cooperentur*; quæ non eſt promiſſio ridicula, aut ſtulta, neque verbis ineptis propoſita, ſapienter enim loquuntur Theologi omnes & Philoſophi dum ſic dicũt agendo de cauſis partialiter cooperantibus.

Si concurras, concurram tecum, ſi operaberis, cooperabor; quando Pater operatur, Filius & Spiritus ſanctus operantur. ſi laboras, laborabo tecum. quando concurrat cauſa efficiens eductiua, concurret cauſa materialis; ſi concurrat intellectus, concurret ſpecies: ſi generabit homo, Deus, & ſol concurrent ad generationem, quæ conditiones ponuntur, atque concurrunt ſimul natura cum concauſis, nempe concauſæ omnes concurrunt concomitanter, vt noſtri Theologi aduertunt; ſpeciatim *Leſſius* cap. 4. n. 56. quid ni ergo, dicat *Deus concurram & volo concurrere, quando tu concurras* præſertim cum ſic ſemper contingat, & ipſe cooperetur nobiſcum omnia opera noſtra, quinimo *Apoc.* c. 3 dixerit; *ecce ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis aperuerit mihi & cœnabo cum illo, & ipſe mecum*. & vulgo colligitur ex ſacra Scriptura illa paremia. *Deus adiuuat, qui ſe adiuuat*. & Sanctè dicitur. *adiuuemus Deum, & adiuuabit nos in eo in quo ſumus adiutores Dei.* S. Auguſt. ſup. n. 432.

Ad hæc, *Eccleſia ſancta* edocta per *Scripturas* ab Spiritu Dei, docet nos non tãtum petere potentiã ad operandũ, ſed etiã concurſum cooperationẽ Dei, cuius petitionis compendiũ in ea oratione celebri apud Theologos continetur. *Actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præueni & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur*. quod ſignum manifeſtum eſt, decreti Dei volentis ponere in manu noſtra ſuam cooperatricem potentiam, cum expreſſa voluntate cooperandi nobiſcum, quam cooperationem cum *Eccleſia* ſupplicamus, opportuno nobis tempore dari, ſiue applicari, nimirum quando Deus ſcit fore, vt nos cum ipſo, & gratia ipſius cooperari velimus.

Ruſus SS. & Antiqui *Patres* & ſacri *Interpretes* expõnẽtes illud Apoſtoli 1 ad Tim. 2. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*; ſupplent, *ſi nimirum ipſi homines velint, ſi per ipſos non ſteterit, ſi ipſi Deo cooperentur*, ſpeciatim *Ambroſius*, ibi; late ait hanc conditionem *ſi ipſi velint*, & *Hieronymus* ibidem ſimilem ſubintelligit. 437.

ſigit conditionem, *ſi ipſi vocanti Deo conſenſire voluerint.*

S. *Auguſt.* S. *Thomas* Conſonant S. *Auguſtinus*, S. *Chriſoſtomus*, S. *Thomas*, *Hugo Cardin. Encumen*, *Theophilactus Gloſſa*, & alij citati, & imitati à *Cornelio*, & *Tirino* ad locum Pauli, & à *Maldonato* Ioan. 1. ad illud *erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, & *Toleto* ibi annotat 29 & *Pererio* diſpu. 22. & conſentiunt. *Suarez*, *Beccanus*, *Pius*, *Bellarm.* *Salas*, *Molina*, *Scotus*, *Corduba Fonſeca*, *Ruiz*, *Granado*, *Homelman*, & alij complures vbicumque tractare occurrit illud Apoſtoli teſtimonium, quos item ſequitur P. *Eſpinoſa* in m. 5.

Quare ad probationem, qua intendũt probare quidam Iuniores, decretum illud eſſe ridiculum, vel impoſſibile, nego antecedens, quia verba, quibus effertur, nempe illa. *ſi cauſa libere velint*, non prætendunt eas poſſe velle ſine Deo. licet in recto ſignificent magis ipſarum concurſus, vti in his exemplis. *Si conuertimini ad me*, ego conuertar ad vos: *Si trahis nos*; poſt te curremus, & in alijs plurimis, quibus loquutionibus ſignificatur quidem operatio vnius cauſæ, ſed non excluditur cooparatio comitans ſociæ alterius, & ſane propriè, & prudenter; nam eo etiam denotatur effectuum totalitate ſui; licet non totalitate cauſæ; fieri ab ea cauſa, cuius fit cõmemoratio in recto. formentur ergo propoſitiones; quæ declaraturæ ſunt rei veritatem, ſapienter; nec ridiculè dicatur, *volo concurrere, ſi concurrant cum cauſis ſecundis*, licet enim veritatem hæc verba contineant bene intellecta inepte tamen ſic efferuntur; alia enim expedit edicere, alia ſupponere, & ſubiicere.

438 Ad ſecundum concedo ſimile decretum eſſe actum neceſſarium, non quidẽ

S. *Thomas* 1 p. q. 19, a. 3. abſolute, ſed ex ſuppoſitione: atque & id bene reuinci eo argumento: Etenim eo ipſo, quod Deus libere voluerit creare cauſas liberas, & vt eæ libere operarẽtur, debuit ipſis prouidere de requiſitis ad operandum libere, quorum præcipuũ eſt Dei concurſus, ſiue potentia ad concurrendum, ſuppoſito item, quod, vt ſupra probatum eſt, non poteſt ſimilis cõcurſus committi alijs creaturis, ſed de neceſſitate debet concurrere Deus; rem exempla illuſtrent.

Hi ſunt actus neceſſarij in operatione communi, Si Deus intendat efficaciter aliquem finem, neceſſario debet adhibere velle media ad obtinendum eum finem. vel imprudentiæ, aut impotentiæ arguatur, quaſi qui cœperit ædificare; & non potuerit conſummare. Si voluerit aliquid nobis reuelare, neceſſario debet vera dicere. Si voluerit incarnari, & hominem fieri, debet taliter gubernare humanitatem aſſumptam, vt non peccet. Si creet Angelos, eis in opinione S. *Thomæ* taliter debet prouidere, S. *Thomas* vt peccare non poſſint in inſtanti primo ſuæ creationis; ne peccatum eorum refundatur in Creatorem. Si viceris dabitur tibi mãna. Si perſeueraueris ſaluus eris. Si bene ageris recipies bona. Si volueris mandata ſeruare, & ipſa ſeruabunt te. Remittam peccata. Si de illis doleant peccatores.

Et ita ſunt alij multi, & potuit hic eſſe *ſi creauerit creaturas liberas neceſſario debet illis prouidere de neceſſario concurſu*, ſi nolit ipſas perpetuo fruſtrari, & permanere ſuſpenſas in otio, ſine vlla operatione, quod non faciet, *res* enim conditæ à Deo *ſunt propter operationes, at Deus, & natura nihil faciunt fruſtra*, ideo merito S. *Thomas.* *Ariſtoteles* *Suarez* l. 2. de *Concurſu* Dei c. 3 num. 13r cum *Scoto*, & *Almaino*, id decretum, Dei *pactum* vocauit.

Quamuis autem hic actus, *volo concurrere cum creaturis, ſi ipſa concurrant*, ſit neceſſarius quoad concurrendum, vt ſic, & quo ad ſpeciem concurſus, liber tamen abſolutè cenſetur; tum radicaliter, & ratione volitionis primæ, qua Deus omnino libere creauit eas cauſas; tum item formaliter quo ad indiuidua, quatenus libere eligit Deus ex multis cõcurſibus poſſibilibus intra eandem ſpeciem, quem liberè mauult, & ita quoque contingere in exemplis adductis aduertunt Magiſtri recentiores, qui dicunt illa decreta eſſe libera abſolute; ſed ex ſuppoſitione pacti, & promiſſionis Dei, neceſſaria.

Addo præterea ſimile decretum concurrendi, eſſe volitionem inefficacem; 439
& probo, quia nequit eſſe efficax, ideſt, interens neceſſario effectum liberum creaturæ præſertim malum; nec quaſi obligans ipſam, & trahens ad operandũ; ſed quaſi poſitum, & relictum in eius manibus, & arbitrio, vt eo vtatur pro vt velit, ſicut vtitur habitibus, vt perſpicuè ſupra à n. 432. declaratum eſt, ſecus de-

ſtruitur libertas noſtra.

Vbi nota, hoc decretum, ritè a me dictum ſupra *ſufficiens & indifferens*, eſſe illud celebre inter Theologos, quod nimirum, vt obijcitur ſcientię conditionate *media* nuncupatę, dat eſſe conditionate futuris liberis; & eſt origo concordię voluntatis efficacis Dei, & prędeſtinationis cum libero arbitrio, & fundamentum, in quo fundantur multę, ac ſubtiles Theologicę quæſtiones.

Ex quo tandem collige non benè, nec ſufficienter ſic exprimi decretum generale hoc conditionatum *volo dare meam omnipotentiam creaturis liberis* nihil aliud decernendo præterquàm addendo, *alla ſe le auengan ellas facite quod vobis libet*. Primo, quia ea formula loquendi ſubiecta videtur argumento poſito ſupra n. 433. vt innuit illud *facite*, ſiquidem facere non poſſunt ſine concurſu Dei, ſecundo, quia eo modo Deus voluit dare omnipotentiam ad eum finem, ad quem de facto dat, ſed de facto dat illam ad concurrendum. & concurrit, ergo ipſam dare voluit ad concurrendũ, ſecus actu concurreret non volendo, ideſt, quin vellet, aut voluiſſet concurrere; quod eſt impoſſibile; de Deo enim Scriptum eſt Sap. 11. *Nihil odiſti eorum, quæ feciſti &c.* ergo quæ facit, voluit
S. Auguſt. facere: & ideo dixit *Auguſtinus* lib. 83. qq. q. 3. *Hoc eſt aliquid fieri Deo agente, quod Deo volente*, & ſuper id. Pſal. 144. *Iuſtus eſt Dominus in omnibus vijs ſuis*, aiebat *apud Deum hoc eſt velle quod facere, quia ex eius voluntate res habent eſſe*; rectè ergo, & ſine inconueniente ſic potuit dicere Deus, *Volo concurrere cum cauſis liberis, ſi velint ipſa, & quando velint*, præſertim quia alterius modi declarandi ſimile decretum, nullum indicium habemus in Scripturis. poſt hæc vidi *Ouiedo* his contradicentem in terminis, hic con. 10 p. 4. ſed rationes eius ex dictis
440 facile diluuntur.

Ad finem aduerto decreta abſoluta & item conditionata, quorum conditiones non pendent à voluntate creata, ad nullos effectus ſe extendere præter eos qui de facto fiunt; decreta vero cõditionata, quæ pendent à conditionibus ponendis ab agenti libero, quaſi
S. Auguſt. S. Thomas. fruſtrabilia eſſe, ſiue *defectibilia*, & ad plures effectus ſe extendere, quam ſunt hi, qui de facto fiunt; quoniam ſic eſſe ea decreta in Deo magis congruum videtur, & magis accommodatum agentium liberorum indifferentię. Vnde nos per eiuſmodi decreta, & alias vires, & auxilia, quę ſecum deferunt, ſufficientiam ſemper habemus ad multa bona opera, quę non facimus, & per illa non ſtare; ſed per nos ſolos, quominus ea faciamus. *ſupra nu. 421. & 1. p. q. 19. a. 8. c.*

Tertia pars ſectionis inquirit vlterius an habeat Deus aliquod aliud decretum abſolutum, & efficax prædefiniens noſtros bonos actus liberos in ſe ipſis.

RES hæc non minus eſt phyſica, quã theologica, vt conſtat ex dictis in Præfatione de Phyſicę obiecto, ſed quia Theologi vt propriam fusè tractarunt, nos breues erimus, & ſolum proponemus varias opiniones, ne quid, quod ad concurſum cauſę primę cũ ſecundis ſpectet, prætermiſſum cum ſtudendium diſpendio, videatur

Prima ergo opinio aſſerit habere Deum vltra decretum illud generale conditionatum, aliud abſolutum, & efficax, quo vult hic, & nunc fieri actus noſtros liberos ita procedunt *Suarez* lib. 3 *de aux* c. 16. *à n. 6. &* 3. *c.* 17. *à n.* 12. *Vaſquez* 1. p. *d.* 99. *c.* 7. ſi iungas, quę tradit d. 85. n. 20. *Granado* trac. 2 de Prædeſt. d. 2. cum S. *Thoma*, *Bellarminus* lib. 4. de grat. & lib. arbit. c. 16. *Corduba* lib 1. q 55. dub. 8. 9. & 10 *Diotalen*. opuſ. de ſcient. *Peſantius* 1. p. q. 14. *Ruiz* de Prouid d. 9. ſect. 2. *Arrubal* 1. p. d. 65: c. 4. & d. 67. c. 3. & 4. *Molina* 1 par. q. 14. a. 13. d. 18. m. 3. & plerique Recentiores pręſertim *Baetica* noſtrę prouincię & Caſtellanę vtriuſque, quibus adhæſit *Arriaga* d. 8. de Anima. & *Tellez*, & fauet *Coninch* de virtut d. 7.

Vocant vero ij Authores hoc decretũ, 441
efficax, abſolutum, comitans, conſequens, & aliter huiuſmodi, quia infallibiliter cum effectu iungitur, reſolute decernit determinatum effectum fieri, concurrit concurſu ſimultaneo ad illum cum libero arbitrio in actu ſecundo, licet in actu primo id præcedat æternitate, & alias de non antecedit cauſalitate; ſed quaſi conſequitur ad noſtram liberam determinationem, & operationem præuiſam

a Deo

Digitized by Google

à Deo vt prius conditionate exercitam à noſtra voluntate roborata, & adiuta, ab altero illo communi, & generali decreto, & a viribus, quas ſecum affert; & ideo, inquiunt illi, decretum iſtud efficax non lædit libertatem, ſiquidem ipſam præſupponit, nec vult eius operationem fore, aut fieri alio differenti modo ab illo, quo conditionate futura, aut facienda præuiſa fuit. Vulgo item dicitur id decretum *Præfinitio per modū executionis*, ad differentiam alterius iam declarandi, quod dicitur *Præfinitio per modum intentionis*.

Secunda opinio tenet habere quidem Deū decretū efficax, quo decernit dare nobis vires ad actus bonos hic, & nunc, quando conditionate præuiderat bonū vſum noſtrum, & cooperationem futuram quoque ex vi generalis illius decreti & auxiliorum eius, ita tamen, vt efficaciter non decernat conſenſum noſtrū, vel operationem, licet eam intendat, & velit ex animo, ac deſiderio, quantum ad ſe attinet, efficaci, ſiquidem ipſam ſæpe precipiat nobis, ac conſulat.

Ita opinantur docti magiſtri è Recentioribus, & ſine dubio conſentiunt, qui negāt præfinitiones actuum liberorum P. *Leſſius* de grat. c.4. *Herice* 1. p. d. 7. c. 5. & d. 23. c.9 *Præpoſitus* ibidem q.23. a.4. dub. 4. a n. 44. *Alarcon* tract. 4. de Præd. d. 1. c. 6. a n. 70. *Tirinus* contro. 3. tr. 3. & alij complures. id ipſum ego tenui iam olim a principio ſtudiorum meorum ductus ab his fundamentis.

Primo, quia tituli, & cauſæ, quas congerunt Doctores primæ opinionis, vt probent decreti ſui exiſtentiam, non conuincunt id extendi ad decernendum actum liberum, licet decernat cauſam ſufficientem, & alias eius circunſtantias. Et ex alia parte attente ponderatis authoritate ſacri textus, SS. Patrum, & Conciliorum, natura noſtræ liberæ voluntatis, ac facilitate doctrinę, non videtur neceſſarium, extendere decreta hæc præfinientia, ita quod efficaciter definiant, vltra cauſas ſuas, etiā ipſos actus liberos, quamuis id tanquam poſſibile tueatur P. *Arriaga* n.68. vbi dicit. *non ergo præfinitiones vt impoſſibiles vllo modo reijcienda ſunt. Verum autem de facto dentur, viderint Theologi.*

442 Tituli illi ſunt, hoc enim Decreto inquiunt ij Authores, in primis manifeſtat Deus peculiarem amorem erga iuſtos, eoſque diſcernit ab iniuſtis, deinde idem eſt cauſa vocationis, & fidei noſtræ, bonæ vitæ, perſeuerantiæ. et ſalutis æternæ, per ipsū omnia opera noſtra in nobis operatur Deus, ac demùm per ipſum redduntur certò futura omnia, quæ a nobis libere vult ipſe fieri, & in ipſo certò futura à Deo præſciuntur & ab ipſo certitudinē ſumit Diuina Prouidentia, vel Prædeſtinatio facile concordata cum liberi arbitrij indifferentia. quos titulos omnes verificari modo ſufficienti, in decreto noſtro ſolùm terminato ad cauſas liberi noſtri conſenſus, ipſas applicanti in tempore oportuno, & circunſtantia congrua, in quibus præuiſus eſt in ſe ipſo futurus noſter bonus vſus, vos Theologi effecti videritis.

Rurſus cum dixerit ſcriptura *Eccl.* 15. *Deus hominem reliquit in manu conſilij ſui*, locuta de ſtatu non conditionato, ſed abſoluto noſtro, et ſubinde ſubdat *Conſilium* liberum hominis arbitrium vocationi Dei poſſe deſſentire, ſi velit, Quia, inquit Auguſtinus, *ſic Deus omnia quæ creauit adminiſtrat, vt etiam ipſa proprios exercere & agere motus ſinat*, et ideo aiebat S. *Thomas* adaptaſſe *Deum cauſis liberis cauſas adiutrices contingentes defectibiles* ac fruſtrabiles, *ex quibus effectus contingentes eueniunt*. ſcite *Damaſcenus* 2. de *fid. præſcit. Deus*, inquit, *ea, quæ in noſtra poteſtate, & arbitrio ſita ſunt, at non item ea præfinit, ea demum præfinit quæ in arbitrio noſtro minimè conſiſtunt* addidit in lib. contra *Manic.* S. *Auguſt.* S. *Thomas* 1. p. q. 19. a. 8. c.

Inter quæ, in noſtro propoſito, numerandæ ſunt vires, & iuuamina, quæ per hoc noſtrum decretum *fiunt a Deo in nobis ſine nobis* libere ad eorum fieri concurrentibus, et quibus roborati vocanti Deo reſpondemus. reijciatur ergo quæuis præfinitio actus liberi, quia videtur læſura libertatem eius, quatenus, ſi non tollit, aut deſtruit cauſas ipſius, conditionatè præuiſas, eas inuertit miſcendo ſe denuò cum ipſis, quaſi trahēdo earum contingentiam determinatè ad partem vnam, et conſequenter mutando, et ſubſtantiam cauſæ adæquatæ, et modum faciendæ operationis, ſecus contradicemus S *Thomæ* dicenti, a Deo decerni *rem fieri & modum, quo fit*, id eſt & fieri actum, et libere fieri nempe per concauſas libero arbitrio congruentes, S. *Thomas* 1 p. q. 18, a. 8.

Quarta

Quarta pars ſect. exponit quomodo Deus concurrat ad actus malos, quin ſit eorum cauſa phyſica, aut moralis, & præcludit aditum argumentis.

443. DIco primo Deus concurrit immediate ad actus peccati, vt cauſa vniuerſalis probatur contra *Durandũ & Aureolũ* contradicentes. etenim nulla entitas creata fit ſine immediato cõcurſu Dei, ſed actus peccati ſunt, entitates creatæ. ergo non fiunt ſine immediato concurſu Dei, ita procedunt *S. Bonau* in 2. d. 37. a. 1. q. 1. & ibidem *Scotus, Richard. Maior.* & alij complures *S. Thomas* 1 2 q. 79. & ibi *Caietanus*, *Conradus*, *Medina Vazquez*, *Zumel*, & *Granado* 12. tra. 6. d. vnica ſect. 4. *Leſſius* de grat. c. 4 n. 18. *Suarez* lib. 2. de concur. Dei c. 3. cum allegatis ibi *Marſilio*, *Gregorio*, *Gabri. Almain. Alenſi*, *Capreolo* & alijs. *Arriaga* hic d. 10. a nu. 34 *Hurtado* d. 10. *Baldell.* lib. 2. d. 44. cum *Salaſ. Azor*, *Aluarez*, *Ferrara*, *Molina*, *Cano*, *Soto*, *Bellarm.* et reliqui Catholici Doctores, ideo merito ait S. Thomas *oppoſitum eſſe proximum errori.* *S. Thomas 2. d. 37 qu. 2. a. 2.*

Dico ſecundo, iſte concurſus Dei in actu ſecundo, non eſt indifferens ad bonum, & malum actum, neque ſolum terminatur ad rationem communem actus humani, ſed determinate producit ſingularem entitatem malam probatur prima pars dicti; quia, iſte concurſus eſt actio ſingularis, idem realiter cũ noſtro influxu ad actum peccati; ergo non eſt indifferens ad actum bonum, & malum. Probatur ſecunda pars, quia Deus concurrit ad omne, quod producitur realiter; ſed peccatum ſingulare producitur realiter; ergo ad peccatum ſingulare concurrit. Confirmatur, quia concurſus ſingularis non poteſt producere ſolam rationem communem, quæ iuxta dicta in *Logica* eſt improducibilis, & quia dicit Ariſtoteles *actiones eſſe ſingularium, & ad ſingularia terminari* atq; hoc etiam aduertunt multi ex præcitatis Authoribus *Ariſtoteles 1. m. c. 1. S. Thomas lec. 1.*

444 Dico tertiò, licet decretum generale conditionatum Dei in actu primo ſumptum, in quantum includit quaſi duas voluntates, quarum altera vult concurrere cum cauſis ſecundis liberis, ad bona opera, et altera ad mala, dici poſſit indifferens ad bona, et mala, quatenus ad vtrumq; operum genus paratum eſt, ſecundum quod voluntas creata determinauerit ac voluerit; iſta tamen ſecunda pars decreti, quaſi determinata eſt ad concurſus ad actus peccati; ita quod formaliter ea non poſſit concurrere niſi ad mala; atque hoc etiam eſt conſequens ad communem doctrinam. Dico quartò, quamuis Deus concurrere velit, ac debeat, et de facto immediate concurrat certo, et ſingulari concurſu in actu primo, et in ſecundo, cum homine ad determinatam entitatem peccati, non ſecus, quod attinet ad concurſus, ac concurrit ad producendum ignem quemdam, cum alio igne, veruntamen nullo titulo dici debet, aut poteſt ſimpliciter author, et cauſa malorum, ſicut eſt bonorum; ita docet Catholica ſententia cum *Tridentino* ſeſſ. 6. can. 6. Quare vt ait S. *Auguſtinus* ad articulos ſibi falſo impoſitos, art. 10. *S. Auguſt.* *deteſtanda, & abominanda opinio eſt, quæ Deum, cuiuſq; malæ volũtatis, aut actionis credit authorem, malæ quippe voluntates*, dixit 5. de Ciuit. c. 9. *ab illo non ſunt, quoniam contra naturam ſunt, quæ ab illo eſt*. Quomodo autem cohæreant inter ſe hæc duo, nempe, Deum concurrere ad peccatum, et eius non eſſe cauſam, optime, et aptis exemplis declararunt S. *Thomas*, et noſtri Doctores, ex quibus ego aliqua prælibo, ne errem aut labar in via lubrica, vbi vix incedes ſine caſu, aut certè prolapſione, niſi ducatum præſtent ſapientiores.

Ergo S. *Thomas* 1. 2. q. 79. a. 2. concludit actum peccati afferre entitatem cum defectu, et à recta ratione deuiantem, et peccati entitatem defectuoſam eſſe, & produci a Deo, & a creatura, ſed Creaturæ attribui defectum, eamque ſolam eſſe proprie cauſam peccati, non vero Deum, ibi *peccati defectus iſte non reducitur in Deum, ſicut in cauſam, ſed in liberum arbitrium, ſicut defectus claudicationis reducitur in tibiam curuam ſicut in cauſam, non autem in virtutem motiuam, à qua tamen cauſatur quidquid eſt motionis in claudicatione, & ſecundum hoc Deus eſt cauſa* (ſcilicet productiua) *actus peccati, non tamen eſt cauſa peccati, quia non eſt cauſa huius, quod actus ſit cum defectu* 445 *Thomas S.*

quia

quia, ſcilicet, Deus peccatum non vult, neque approbat, neque conſulit, neque ad id nos præmouet, aut fecit naturam rationalem, vt aiebat *Auguſtinus*. S. *Auguſt.*

Attende ad exemplum, & vide quam verum ſit, quod potentiæ motiuæ, non attribuitur vt cauſę, defectuoſus ille motus, nempe, claudicatio; licet tota claudicatio ab ea producatur, quæ tamen attribuitur tibiæ defectui; quare rogatus cur claudicas? Reſpondes, cauſa eſt tibia hæc, quæ aliquantulum eſt magis curta, quam alia.

446 Aliud exemplum affert doctus Modernus dicens, ſi quis vocem emittat diſſonam voci, quam magis dexter muſicus emittit ſimul concionendo, cauſa diſſonantiæ in eo concentu ab vtroque partialiter producto, eſt ille, qui vocem diſſonantem emiſit, non ille alter, & ſic hic vituperatur, non ille, licet vterque producant diſſonum eundem concentū; ita licet Deus, & homo concurrant ad actum peccati, & ambo producant peccati diſſonantiam, homini ſoli ea tota attribuitur, vt cauſæ, non Deo præcipienti ſub grauiſſimis pœnis ne fiat peccatum, ad quod comproducendum, quaſi ab homine tractus, ac determinatus concurrit.

Tertium exemplum erit hoc. puta Deum efficaciter velle proiectionem mercium in mare, idque indicare auaro vectori illarum Domino, media tempeſtate minitante ſubmerſionem nauis, ni proijciantur, quas tandem vector volens, nolens proijcit; proiectio quidem iſta fit à Deo, & mercatore, ſed huic non attribuitur, ſed Deo, ac tempeſtati; quia ille fecit coactus, *à mas no poder*, & quia aliter euadere non poterat, & quia, alium de maxime deſiderabat retinere merces, & vt eas conſeruaret fecit quantum potuit, vel debuit, ita contingit in propoſito, peccatum comproducitur a creatura, & Creatore, ſed huic non attribuitur, vt cauſæ, authori, vel factori; quia concurrit quaſi coactus obligatione ſeruandi munus cauſę vniuerſalis, & quia maxime deſiderat oppoſitum, & ad id contulit nobis quantum debuit; atque hoc ipſum cernitur in exemplis ægroti, & incarcerati, qui ſæpe volentes, nolentes patiuntur ſectionem alicuius particularis, membri, vt ſaluetur totum.

447 Ex quibus colligitur dici quodammodo poſſe cum *Arriaga* hic d. 10. à nu. 87. *Suarez* l. 2. c. 3. nu. 11. & alijs, Deum non tantum permittere peccata, ſed etiam; quia poſitiuo concurſu ad ea concurrit, velle concurrere ad ipſa, velle non peccare, ſed peccata, quadam voluntate inefficaci, propter quam ſimpliciter dici nequit velle peccata; quemadmodum muſicus ille dexter diſſonantiam quidem faciens illam ſimpliciter non vult, & mercator iacturam faciens mercium, eam tantum vult voluntate ſecundum quid.

Ratio ergo, ob quam Deus peccati cauſa non ſit, nec phyſica, nec moralis, hæc eſt. Etenim ad hoc, vt aliquis cenſeatur, & dicatur propriè cauſa moralis, vel phyſica effectus, habere debet aut duo, vel vnum è duobus, primum eſt in gēnere moris, nempe, vt ipſe velit, aut deſideret præcipiat, aut conſulat fieri talem effectum. Secundum eſt in genere phyſico, vt, ſcilicet, ipſe producat ſe ſolo effectum, vel prædeterminet ad ipſum aliquam creaturam; aut creet aliquam cauſam determinatam; & inclinatam ex natura ſua ad ſimilem effectum. Sed nihil horum habet Deus, reſpectu noſtri peccati; ergo eius cauſa non eſt.

In primis non habet primum; quia Deus inquit Eccl. 15. *Nemini mandauit impie agere*: & Ierem. 19. *Hominet ædificauerunt excelſa Baalim, quæ non præcipi, neque locutus ſum, neque aſcenderunt in cor meum*. Sed potius vult non fieri peccata, & nunquam fouet peccantes, ſed eos ſupplicio æterno, & alijs pœnis minitatur, coercet, & coerceri iubet à ſuis adminiſtris Eccleſiaſticis, & ſæcularibus; & aliunde bene facere præcipit, & recedere à malo, propoſito præmio æterno ſibi obſequentibus; quod ſi præbet concurſum ad peccata, id præſtat, quia non debet deeſſe cauſis ſecundis, & per decretum conditionatum indifferens, quaſi expectans determinationem earum, nullam vim inferens liberæ creaturæ, quinimo quaſi in altera manu habens aliud decretum, ad cuius vſum inuitat creaturam, etiam tunc, quando ſe vult determinare ad peccandum.

Quia tamen ſic expedit cauſam vni- 448
uerſalem ſe gerere cum cauſis liberis, propoſito vtroque decreto conditionato, & viribus ſufficientibus, per ipſa decreta præparatis ad bonum, & ad malum,

malum, dicit *Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit illum in manu conſilij ſui, adiecit mandata. & præcepta ſua, ſi volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te: appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris, porrige manum tuam, nemini mandauit impie agere*, licet item in manu conſilij hominis poſuerit concurſum ſuum, ideo ſapienter dixit *Epiphanius* hæreſi 66. *iuxta permiſſionem liberi arbitrij, omnibus propria voluntate Deus uti concedit, vt quiſque quod voluerit, faciat, quod ipſe quidem malorum cauſa non ſit.*

Ecce habes ſimul in tua poteſtate poſſe actu peccare, & non peccare, & me amare, & conſequenter habes voluntatem meam in manu conſilij tui, &, quia conditionata eſt, quaſi ſpectantem, reſpicientem ad nutum tuum, comitaturam, & ſecuturam te quocumque ire velis, verum tamen iuſtum, æquumque foret, vt propter tanta beneficia collata iam tibi, & propter maxima, quæ conferam in præmium bonorum operum, te inclinares ad actus, quibus me amares, & iam tandem, peccatis tuis, & offenſis meis poneres modum, ac finem, ne me diutius ad iracundiam prouocares, & cogeres me te ipſum, quem proprio ſanguine redemi, detrudere ad inferos, perpetuo cruciandum; ſed quoniam liber tu es, concurſu meo, & auxilio ſum te coadiuuare in vtrumuis paratus.

449 Denique ſecundum non habet Deus; quia nec ipſe ſe ipſum ad peccatũ determinat ne nos determinat poſitiue volendo vt peccemus neq; creauit ad peccatũ ex natura noſtra inclinatos, imo peccare eſt contra rationalem naturam, vt monſtrat P. *Granado* 1.2. *de peccatis* tr. 1. d. 4. qui etiam recte probat tr. 1. de *actibus humanis* diſp. 2. ſect. 3. implicare quod Deus creet creaturam rationalem ad peccatum ſuapte natura determinatam; aut præmotionem ad peccatum deſtinatam; vel ſe ſolo producat habitum vitioſum, vt probat ipſe Pater de *Peccat.* tr. 6. d. ſ. vnica ſect. 5. Quare Deus neque moralis, nec phyſica cauſa malorum eſt, licet ad peccata concurrat immediate; ſiquidẽ, vt manifeſtum eſt, nec ipſe poteſt ſolus facere peccatum, neque ad id faciendũ nos vllo modo cogere, nec per ſe, nec aclinare.

S. *Auguſt.* l. 3. *de ſp. & lit.* c. 27.

S. *Thoma*, 12. q. 18. a. 2

. hæc additur, quod nouum non eſt, ſed ſæpe contingit duas cauſas pari modo, & concurſu eodem producere effectum, ſed non pari modo dici, aut denominari ab eo ſuo effectu, vel concurſu: ſic Petrus currit, loquitur, videt, olfacit, & aliter ſentire dicitur, intelligit, amat, plorat, ridet, orat, & operatur eos omnes effectus cooperante Deo, qui tamen per eos non currit, nec loquitur, nec aliter ſentit, nec intelligit, nec amat, plorat, nec ridet, nec orat; quod euenit ratione quorumdam circumſtantiarum, & requiſitorum, quæ in Deo eſſe non poſſunt: quid ni ergo, licet comproducat Deus cum Petro peccatum, is ſolus dicatur peccans, & peccator, nequaquã vero Deus, propter dictas rationes, & circumſtantias.

Ex dictis colliges poſſe dici cum veritate, iſtas propoſitiones; *Deus* eſt principium concurrens ad actum peccati, Deus producit, & effectiue influit in actum peccati. Deus producit entitatem monſtroſã actus, quæ eſt fundamentum deformitatis. *Ea* entitas formalis procedit à Deo concurrente, peccati entitas mala, & quæ mala eſt producitur à *Deo*. Hę vero propoſitiones ſunt blaſphemiæ. Entitas peccati prout, & quia à Deo procedit, eſt mala; quaſi ſit eius ſenſus, quod Deus mouetur ad eam producendam, quia mala eſt, & rationi diſſona. Deus peccat, vel facit, & eſt cauſa peccati, vt peccatum eſt, & ſimiles.

450 Aliæ ſunt propoſitiones, quas ego cũ ſcrupulo proferrem, nempe iſtæ. Deus facit actum peccati, ſeu entitatem peccati. Deus eſt cauſa malæ actionis, & praui actus, tum quia dixit S. *Auguſtinus* ſupra, *abominanda opinio eſt, qua Deum cuiuſcumque malæ voluntatis aut actionis credit authorem;* tum quia nomen *cauſa*, & verbum *facio* ſignificant ea, quę cauſant effectus duplici illo, vel vno ex modis ſupradictis: quamuis cum S. *Thoma* ad a. 2. citatũ nõ verentur graues Theologi *Caietanus*, *Corradus*, *Sotus* 1. de nat. & grat. cap. 18. *Molina* 1. p. diſp. 32. *Salas* 1. 2. tract. 13. diſp. 10. ſect. 2. nu. 32. *Baldellus* lib. 2. d. 44. a n. 8 & ibi *Aluarez*. *Capreolus* *Ferrata* & alij vocare Deũ cauſam peccati, inquantum eſt *actus* & inquantum eſt *ens*, etiam *ſingulare* ſubintellige, ideſt, mali actus peccati, ſic enim loquitur S. Thomas *Deus eſt cauſa actus peccati, non tamen eſt cauſa peccati*

S. *Auguſt.*

S. *Thomas* 12. q. 29.

quia

quia non eſt cauſa huius, quod actus ſit cum defectu.

Hi tamen omnes, licet videantur re ipſa ſentire nobiſcum, quia nomine *cauſæ* ſignificant id ipſum, quod nos, per *principium concurrens*. & *comproducens*, non placent, quoniam in vſu communi nomen *cauſa* in præſenti tempore, quādo ſermo eſt de peccatis, non ita bene ſonat, ſed diſſonantiam facit; ſicut & verbum *facio*. præterquam quod odium Dei, vt eſt actus, & ens ſubſtantialiter malum in ſe videtur eſſe, etiam ſine ordine ad extrinſecam regulam.

Argumenta à ratione petita, quæ nobis opponi poſſunt, ex dictis facile ſoluentur; quæ vero ab *ſcriptura*, quæ primo aſpectu indicat Deum velle peccata; dilues aſſerendo ibi *ſcripturam* loqui de voluntate permittente, aut permiſſiua, qua Deus vult aliquot circunſtantias, in quibus ſcit peccata facienda, quę tamen ipſe nec vult, neque procurat, ſed alios fines optimos intendens, concurſu ſuo generali nolens, volens pertingit; quod fuse proſequuntur PP. *Suarez* lib. 2 de concur. c. 3. *Tirinus* to. 3. controu. 12 *Granado* vbi ſupra, qui ſect. 4. nu. 32 ſtatuit contra *Durandum*, neque dicendum Deum eſſe cauſam vniuerſalem peccati, neque Dei influxum appellandum ſimpliciter cauſalitatem, ſed concurſum influxum, vel productionem.

Quinta pars Sectionis indicat facilem modum, quo Deus poſſit concurrere determinando omnium effectuum indiuiduationes, etiam malorum, quin bonorum propterea ſit cauſa, vel author, aut impediat noſtram libertatem.

451 SVppone, vt præſentem difficultatem percipias, cauſam naturalem, v.g. ignem habere iam omnia requiſita ad producendum alium ignem; vel voluntatem noſtram habere quidquid requiritur ad actum bonum amoris Dei, vel ad actum peccati; & poſſibiles eſſe infinitos ignes numero diſtinctos; & infinitos actus amoris numero item ſolo differentes, & totidem actus peccati, quos poſſunt producere prædictę cauſæ diuiſiue, ſed tamen nullum determinate poſſe producere; quia non eſt ratio cur vnus hic potius, quam alter ille producatur, ſi Deus non determinat hunc numero effectum potius, quam illum. Creatura enim illum determinare non poteſt; quia licet rationalis ſit, & prædita libero arbitrio, non cognoſcit hunc actum numero, neque illum, & ideo ad neutrum determinabitur, neutrum volet, quia *nihil volitum, quin præcognitum*, ſed manebit ſuſpenſa ſemper, neceſſario impotens ſpectans Dei determinationem. Quo ergo modo ſe habebit Deus in iſta determinatione, quin lædat voluntatis indifferentiam, & quin ſit cauſa peccati ipſe ſolus, licet ſolus ipſe antecedenter quodammodo negatiuo, & indirecto determinet differentias numerales actuum voluntatis bonorū, & malorum, iam explano exemplis, & incipio per iſtam ſimilitudinem. *S. August.*

Erat quidam Scholaſticus diebus præteritis orans in templo noſtro, circa 452 vndecimam circiter horam, & noſter Sacriſta ſciens futurum eſſe, vt ille aliquando poſt orationem vellet è templo in domum ſuam redire, è ianuis templi quinque, vel ſex, quas habet, vnam tantum reliquit apertam, cæteris de more reclußis, & abijt ad reliquas ſui muneris functiones; paulo poſt ſurrexit ab oratione adoleſcens, & libere volens domum ſuam adire, libere abit recto ad vnicam illam ianuam apertam, liber, inquam, quia quamuis alia ianua non potuit exire, ſuppoſito quod eſſent clauſæ, & ianuis clauſis egredi non poterat, ſiquidem non erat corpus glorioſum, potuit tamen non exire, ſed perſeuerare in oratione, vel in templo aliud agendo, vel etiam exire paulopoſt. quare licet neceſſitatus fuit ad indiuiduam portam ſuppoſito, quod voluit exire, abſolute manſit liber quo ad exercitium exeundi, vel non exeundi.

Simili modo Deus, dum habet noſtra voluntas omnia requiſita ad quemlibet numero actum producendum, & determinata à ſe eſt, v.g. ad ſpeciem actus odij Dei, ne deſit muneri vniuerſalis concurrentis, illo ſuo conditionali decreto non trahente, neque cogente voluntatem noſtram ad vnum, offert illi hunc ſolum concurſum numero, qui habet connexionem cum tali odio Dei

numeri, negatis alijs omnibus concurſibus, & ſic voluntas noſtra liberrime libertate exercitij, & contradictionis committit hoc numero peccatum, quod licet vnum ſit, vitare potuit ſuſpendendo ſe circa illud, vel amando Deum ad quod habebat item concurſum præparatum.

453 Vnde ſi rogaueris cur à voluntate noſtra facta non ſint alia numero peccata? reſpondebo ideo non facta fuiſſe, quia Deus negauit concurſus ad ea, ratione cuius negationis, noſtra voluntas proxime potens non eſt ad ponenda illa numero peccata. Quod ſi roges quare hoc numero peccatũ factum ſit? nõ reſpondebo, quia Deus obtulit concurſum ad hoc numero tantùm peccatum, ſed quia voluntas vſa fuit, vel abuſa eo concurſu: quia non infertur ex hoc antecedenti; Deus obtulit concurſum in actu primo ad hoc numero peccatum, ergo hoc numero peccatum factum eſt; nam oblato eo concurſu in actu primo potuit voluntas non facere id numero peccatum, ſed ſuſpendi circa illud ſicut ianitor, vel ianua illa aperta non eſt cauſa neceſſaria, vt adoleſcens ille per eam egrediatur, neque cogit eum ad egreſſum, niſi ex ſuppoſitione, quod velit egredi Sed tamen ex hoc antecedenti; Deus denegauit concurſus ad reliqua peccata, neceſſario infertur hoc conſequens; ergo reliqua peccata non fient; quia, vt verum fatear, denegatis concurſibus Dei ad ea peccata, non poteſt proximę voluntas facere reliqua peccata, neq; ad ea habet indifferentiam, ſicut neque potentiam integram.

Prædicto modo ſe gerit Deus, ac procedit in determinandis actibus liberis bonis, vel indifferentibus, ac etiam in actibus, & effectis neceſſarijs cuiuſcunq; cauſæ, quare dum voluntas habet requiſita omnia ad actum quemlibet charitatis, denegat illi Deus concurſus ad reliquos omnes actus charitatis, & offert concurſum vnum, ad hunc numero, qui adhuc elicitur libere, quia poteſt voluntas ſuſpendi, & odio habere Deum in ſenſu compoſito cũ omnibus requiſitis, & oblatione concurſus ad actum illum bonum, quia ea omnia quo ad vſum ſunt quaſi ſub dominio voluntatis.

454 Sed ingenioſus Scholaſticus duo poſtulat, vt illi declaremus. Primum eſt an, & quid faciat Deus antecedenter, & independenter a noſtra libertate, in negotio determinationis eius ad indiuiduationem actuum liberorum. Secundũ eſt, an iſte concurſus oblatus, ſit in actu primo, vel in actu ſecundo; ſi enim eſt in actu ſecundo, libertatem noſtram videtur inuertere, ſiquidem antecedenter ad noſtram libertatem offerri videtur, & neceſſario infert actum, cum quo habet neceſſariam connexionem.

Reſpondeo ad primum eiuſmodi concurſum eſſe antecedentem quodammodo, ideſt, habitum ſine attentione ad noſtram liberam determinationem, conditionate futuram, credo enim non fuiſſe neceſſarium, quod Deus attenderet ad noſtram libertatem, ſiue ad noſtrã determinationem, per ſuam ſcientiam conditionatam, ad hoc, vt decreuerit negare nobis concurſus alios, & concedere vnum ſolum, ſi nos illo vti velimus, quia eiuſmodi decretum, & concurſus eſt conditionatus, & indifferens, operationem non inferens neceſſario; quãuis verum ſit Deum habere eum ſapientiſſimum modum concurrendi nobiſcum, cum attentione ad naturam noſtræ voluntatis, vt ſecum eius indifferentia in cooperando, accommodaret, dominiũ ſupra ſuam actionem integrum voluntati reſeruans; quomodo etiam ſe Deus creaturæ libere accommodat, quando immittit illi auxilia indifferentia, quæ licet immittantur antecedenter ad noſtram libertatem non lædunt ipſam, quia non inferunt noſtrum conſenſum, ſed eis poſſumus reſiſtere, vel aſſentiri, ſi volumus.

Sed deſcendendo magis in particulari, dico ideo non lædi noſtram libertatem, ex huiuſmodi diuina, ad indiuiduum determinatione, quaſi conditionata, quia ea conditionata eſt; & quia ab ea relinquitur noſtræ voluntati liberum exercitium circa id indiuiduum, quamuis enim, ſi operatur, neceſſario hunc numero actum in indiuiduo elicitura ſit; libere tamen operatur hunc numero actum; quia per determinationem & concurſum Dei ad ipſum, non cogitur voluntas actu operari, neque eum actum, ſed quamtumuis ſic determinata poteſt ſuſpendi quod eſt habere libertatem quo ad exercitum, & contradictionem, ſicut non cogitur egredi homo ille

de

de templo quamuis cogatur a ſe ipſo e-
gredi, libere iam volens exire per quã-
dam numero portam.

Ad ſecundum dicendum ibi ſermonẽ
455 fuiſſe de concurſu in actu primo; quod
eſt, vt ſupra dictum manet, decretum
conditionatum, quod habet in ſua
poteſtate creatura, vt pote quod illam
non cogit, neque determinat ad indiui-
S. Thomas 5. deve. a. 9 ad 12. duum, neque officio ſuo actualiter fun-
gitur, quoad vſque voluntas noſtra ſe
ad exercendum actum determinat, quæ
doctrina mirifice declaratur exemplo
illo curriculi ſupra allato. Quare abſo-
lute loquendo eſt in poteſtate volunta-
tis, non ſolum exercitium actus ſui, ſed
etiam diuinus ille concurſus, ac deter-
minatio ad indiuiduum; ſiquidem hæc
licet antecedens ſit inquantum negat
concurſus alios, non infert actum hunc
indiuiduum, ſed coadiuuat, & comi-
tatur voluntatem ad ipſum exercendũ,
ſi voluntas ſe ſuſpendere, vt poteſt, non
volet.

Rem hãc difficilem declaro illuſtriſſi-
mo exemplo ſupponamus in eſſe in vo-
luntate libera Petri quendam habitum
tam limitatæ potentiæ, & concurſus, vt
ſolum poſſit coelicere cum eius volun-
tate, vnum numero actum, qui vocetur
A. & quod iſte habitus, & eius vſus ſit
in poteſtate Petri, & eo vtatur; dum
volet, quoniam, vt communiter dicitur
S. Thomas 1 2. q. 63. a. 2. ad 2. *habitibus vtimur, dum volumus*; quis
dicat auferri a Petro libertatem, ab eo
habitu ad illum numero actum *A.* eli-
ciendum, per determinationem eius
habitus, ſi Petrus poteſt actum *A.* elice-
re, & non elicere, per æternitatem fru-
ſtrando, ſi ita dici poteſt, determina-
tionem illius habitus; quod ſi ex ſuppo-
ſitione, quod actum eum *A.* velit Pe-
trus elicere, neceſſario eliciat actum *A.*
ratione habitus, nihil inconuenit liber-
tati; quia Petrus determinando ſe ad
exercitium, ſecum trahit determinatio-
nem habitus ad indiuiduum, ſicut puer
compreſſis pugillis, curriculo ad motis
fert ſecum illud. Neque enim debetis
penſare præcedere poſitiuã determina-
tionem actualem indiuidui, & eſſe ante
exercitium voluntatis.

Habet ſe ſicut iſte habitus declaratus
456 decretum Dei cõditionatum, quo Deus
paratus eſt concurrere cum Petri volun-
tate, ad indiuiduum actum *A*, quod à
voluntate libere exercente eum actum,
viciſſim determinatur, & quaſi trahitur
vt determinet actu eius actus numera-
lem differentiam, licet enim ipſum de-
cretum in actu primo, ſit prius libera
Petri operatione, & exercitio, & habi-
tum a Deo ab æterno, volens denegare
alios concurſus, independenter à libera
Petri operatione, tamen concurſus in
actu ſecundo, qui procedit a decreto
actu, & poſitiue determinando indiuĩ
duationem actus, venit in tempore, &
applicatur ad opus per noſtram volun-
tatem determinantem ſe ad exercitium
eius actus; quod eſt tam verum, vt ſi-
mul verum ſit, nunquam determinatu-
rum tale decretum indiuiduationem
actus; ſi Petrus nunquam traheret illud
& quaſi cogeret, vt ſibi ſuum actum
numero determinaret, coefficeretq;

Vnde ſit vlterius primo, dari mutuã
determinationem, vt ſæpe alias, inter
primam cauſam, & ſecundam, in caſu
præſenti, nam Deus habendo decretum
concurrendi cum Petro, tãtum ad hunc
numero actum, determinauit Petrum
ad eum eliciendum, & non alium, caſu
quo libere vellet aliquẽ actum exercere;
Petrus item ex ſua parte determinat illã
indifferentiã, & quaſi otioſitatem illius
decreti conditionati faciendo quod iam
in actu ſecundo, ſuo actui aſſignet, ac
determinet differentiam. Quemadmo-
dum enim ſi Deus, vt poſſibile fuit, de-
creuiſſet mecum concurrere ad peccata
venialia tantum, nullatenus verò ad
mortalia, ſed ad hæc mihi omnes con-
curſus denegaſſet, eueniret, vt Deus de-
terminaſſet me negatiue, ad peccata
venialia, ſi tamen ego peccare vellem
& rurſus ego peccando determinarem
concurſum Dei ad venialia, & illum me-
cum quaſi traherem, venialiter pec-
cando.

Fit ſecũdò, nullo modo per huiſmodi 457
determinationes diuinas tolli libertatẽ
noſtram, neque Deum eſſe cauſam pec-
cati; Primum patet, quia non tollit li-
bertatem, qui non cogit, ſed liberum
mihi relinquit exercitium mei actus;
Deus autem mediante hoc decreto pa-
rato concurrere mecum ad hunc nume-
ro actum, non me cogit, ſed me quaſi
ſpectat, vt cooperetur mecum, & actu
determinet differentiam mei actus, non
niſi volente me prodire in exercitium, &

ſi velim ego, vti explicant decretum iſtud S. *Thomas* S. *Bonau. Scotus, Suarez,* & alij communiter citati ſupra n. 434.

S. Thomas

Non ſecundum, quia Deus non eſt cauſa peccati mei, neq; quiſquam eum eſſe cauſam prudenter iudicabit, ex eo, quo negauerit mihi concurſus ad alia peccata; & certum aliunde videtur mihi non alio modo determinare me ad hoc numero peccatum, niſi negando concurſus ad reliqua, & concedendo ad hoc ſolum per ſuum cõditionale decretum, non cogens, non trahens, non determinans me ad exercitium actualis peccati ſiue ad exercẽdum, faciendumue peccatum, nam vt ait S. *Thomas* 1. 2. q. 9. a. 3. ad 3. *voluntas a ſeipſa mouetur, ac determinatur quantum ad exercitium actus*, ideſt ipſa, vt loquitur In argumẽto, ſed contra, *quia domina eſt ſui actus & in ipſa eſt velle, & non velle*, ſe ipſam vltimate mouet exercendo actum, quẽ mauult, ſed cum diuino concurſu.

S. Thomas q. 3. om. a. 2. d

458 Fit tertio ſapienter dictum a S. *Thoma* q. 5. de Verit. art. 9. ad 12. *quod effectus non ſequitur ex cauſa prima, niſi poſita cauſa ſecunda* & ad 10. actio *prima cauſa quodammodo determinatur ad hunc effectum per cauſam ſecundam*. Vnde colligit *Capreolus* in 1. diſt. 38. quæſt. 1. art. 1. ad 2. *Scoti* cont. 4. concluſ. & cum ipſo P. *Suarez* lib 1. de *concurſu Dei* cap. 14. nu. 13. cauſam primam concurrere cum ſecunda liberei per concomitantẽ concurſum, in quo non eſt realitas, & cauſalitas prior in re, ſed tantum dignitatis; ſeu ordinis, qui ordo præciſe ſũptus non ſufficit ad neceſſitatem effectus ſi cauſa ſecunda ſit libera. Et nos idem colligimus, & videmus *in manu conſilij noſtri* eſſe, & *optioni* noſtræ relictum hic, & nunc, non ſolum vſum diuini huius concurſus, ſed etiam, ſi fas eſt ita loqui poſitiuum, & negatiuum abuſum quia poſſumus poſitis omnibus requiſitis & ſublatis omnibus impedimentis ad hoc bonum opus, id exequi, & non exequi, ſed ſuſpendi, vel etiam exequi poſitiue oppoſitum, ex quo apparet adhuc reſeruari nobis libertatem ſpecificationis, vel contrarietatis, & exercitij, vel contradictionis; & ſubinde partialem, ſed *minus principalem* originem bonæ actionis totalem vero malæ iuxta dicta ſupra a nu. 443.

S. Thomas

S. Thomas ſupra n. 405

Fit quarto facilis intellectu, & explicatu implexa queſtio *Metaphyſicæ*: Vbi generaliter quæri ſolet, vnde rerum indiuiduatio deſumatur dici enim poſſet ſine vlla abſurditate, deſumi, iuxta dicta de actibus noſtræ voluntatis, à Deo determinante ignis. Leonis, caloris, & alterius cuiuſcumq; cauſæ ſecundæ concurſus per adiunctionem talis ſui concurrente, & alios omnes in actu ſignato, vel exercito denegante de hoc tamen alibi oportunius agendum, tamen nonnihil etiam hic addendum erit interim videri poſſunt PP. *Vaſquez* to. 1. in 3. p. d. 94. c. 7. *Suarez* to. 2. in 3. p. d. 44. ſect. 6. & ſe retractans in m. d. 5. ſect. 6. & lib. 1. *de concurſu Dei* c. 7. n 4. *Arriaga* in m. d. 1. a nu. 74. mecum in doctrinæ præfatæ ſubſtantia conuenientes, ſed præſertim legendus P. *Homelman* quem vidi poſt hæc prædicta confirmantẽ, tit. 11. d. 16. c. 8. n. 5.

Modus, quo Deus determinat indiuiduationes actionum noſtrarum, roboratur magis ſolutione argumentorum.

Sed oppones primò Authoritates S. *Scripturæ* SS. *Patrum*, Theologorũ 459 *Ariſtotelis*, & Philoſophorum, in quibus admonemur libertatis, & indifferentiæ noſtræ, etiam erga actiones indiuiduas hic, & nunc eliciendas ergo optare, & eligere hic, & nunc actum, vel illum eiuſdem ſpecies, poſitum eſt in noſtra poteſtate antecedens probarunt; Vt omittam alios PP. & Authores, quos fuſe allegat, & ſequitur P. *Didacus Ruiz* in tom. de *ſcient Volunt*, & in alijs Præceptores mei illuminati ab Scripturis, ac doctrinæ Philoſophi conformes, nam S. *Auguſtinus* non ſemel protulit eam ſententiam, *ita Deus adminiſtrat res quas condidit, vt eas motus ſuos agere ſinat*. Vbi verbum *ſinat*, inſinuat quemlibet ita relictum à Deo eſſe in manu conſilij ſui, vt operaturus hic, & nunc, manum poſſit porrigere ad quod voluerit ex indiuiduis multis tunc poſſibilibus. *S. Auguſt. 7. de ciuitas c. 30.*

Ad idem facit S. *Thomas* dicens 1. 2. q. 9. a. 6. quod *Deus mouet Voluntatem hominis ſicut vniuerſalis obiectum voluntatis, quod eſt bonum*, quatenus videlicet cauſauit voluntatem cum neceſſaria, & naturali inclinatione ad bonum, *S. Thomas*

& ſi.

cut mouiſſe dicitur *grauia & leuia ſecundum locum*, ea generans cum inclinatio, ne ad motus ſurſū, & deorſum, 8. *Phyſic.* vt euidenter textus continet, & euidentius *Granado* ibi d. 1. nu. 11. *& ſine hac vniuerſali motione*, ideſt, ſine tali natura, & eſſentia, *homo non poteſt aliquid velle*, ſicut corpus ſine grauitate non poteſt natura deſcendere *Sed homo per rationem determinat ſe ad volendum hoc, vel illud, quod eſt vere bonum, vel apparens bonum*, ergo poteſt determinare ſe ad volendum per hunc numero actum, aut per illum. præſertim cum dixerit S. Doctor ſupra nu. 457. *voluntatem determinare ſe ad exercitium actus, quia ipſa eſt domina ſui actus primum determinatiuum, & mouens.* in genere ſuo intrinſeco, & tandem ſit Deum nullo modo determinare indiuiduationes actus noſtri, ſed potius, diuini actus indiuiduationem a nobis determinari, ſi quidem vt ait idem S. Pater. *actus primæ cauſæ quodammodo determinatur ad hunc effectum per cauſam ſecundam.*

S. Thomas 1.p q 83.a.1.ad 3.q.105 a.4.ad 2.

460 PP. *Vazquez, Suarez*, & alij recentiores citati ab *Arriaga* vbi ſupra, dixerunt hic, & nunc ab homine operaturo elici non poſſe niſi vnum actum numero quia is ſolus ſit poſſibilis, qui indiuiduetur per præſentes circunſtantias temporis, loci, & cæteras, & ideo reſponderent prædicto argumento reuinci libertatem noſtram ſpecificationis, & exercitij, & nihil aliud, atq; vltimis verbis S. *Thomæ* probari ſimul tantum dei nobiſcum cooperationem, quæ quia vere non antecedit cauſalitatis ordine, & noſtram determinat, & viciſſim a noſtra quodammodo determinatur cū quo ſtare poteſt illa alia noſtra indirecta anterior determinatio Dei declarata à num. 452.

Ferme conſentio cum iſtis Patribus, quia, & ipſi a fortiori dicent nolle Deū dare concurſus ad actus plures numero hic, & nunc impoſſibiles ſed vero *Suarez* retractans ſe ſupra, et *Arriaga* cōcedentes hic, & nunc poſſibiles plures actus numero, & hunc, qui determinate fit, determinari a prima cauſa ſola pro me ſunt, licet enim non exprimant, quod ego viderim, concurſus cæteros omnes ab ipſa denegatos fuiſſe, ex applicatione, ſiue oblatione vnius determinati concurſus, ſine dubio reliqui in actu exercito excluduntur. ex quo à nobis magis expreſſo, nullo modo libertas noſtra magis coercetur, nec dominium ſupra proprios actus limitatur, nec ratio mouentis primi minuitur.

Oppones ſecundo multi ſapientes, maxime Angeli, & Beati cognoſcent differentias numerales actuum, quos volent elicere; ergo ipſi ſe poterunt determinare ad indiuiduationes ipſorū, eligendo, & eliciendo, quos elegerint, ac determinando actiones ſimultaneas Dei, totum concedit meus in Metaphyſica *Magiſter* R.P. *Iacobus Molendez.* & e, go ſubſcribo atq; addo condecere Deū eiuſmodi variā, & heterogeneam Prouidentiæ rationē, vt ſuiſſe creaturis accōmoder per decreta ſua, iuxta ipſarum capacitatem, & exigentiam neq; æqualem, nec vniformem.

Sexta pars Sectionis remittit alijs tractatum de Phyſica Præmotione, vel Prædeterminatione, *quæ inter concurſus Cauſæ primæ à nonnullis ſolet numerari.*

DE hac materia non tracto propter decretum ſacræ Congregationis generalis Inquiſitionis ſummi Pontificis authoritate editum, & promulgatum, & affixum ad valuas S. Petri 24. Auguſti an. 1641. quod incipit *Alias*, & in eo habetur clauſula tenoris ſequētis; 461

Inſuper mandauit Sua Sanctitas *omnibus, &* Singulis &c. *ſub pænis excommunicationis ipſo facto incurrenda, interdicti* &c. *aliiſque arbitrio Sanctitatis ſuæ pœnis infligendis, etiam corporalibus, ne in poſterum audeant imprimere. nec quoquo modo in lucem edere libros, tractatus. compoſitiones ex profeſſo, vel incidenter etiam ſub prætextu commentandi* S *Thomam, ſeu in* Philoſophicis *agendo de concurſu cauſæ primæ cum ſecunda, & de materia auxiliorum diuinorum, ſeu de gratia, & libero arbitrio tractantes, ſine expreſſa & ſpeciali licentia a Sanctitate ſua in Congregatione S. Officij obtinenda, donec aliud in hac materia a Sede Apoſtolica fuerit ordinatum.* &c.

Quoniam vero eſt ſcitu digniſſima materia de Auxilijs etiam naturalis ordinis

ordinis,& notitia eius valde neceſſaria, Reipublicę eccleſiaſticæ conſulentibus videri poſſunt Autores vtriusque partis, qui vulgo circum feruntur. Sed ante omnes *P. Franciſcus Suarez*, qui fuſe ,& præclarę, & ſine alicuius inuidia, modeſtia ſua nunquam ſatis laudata, pro omnibus accommodatius, abūdè ſcripſit in *Opuſculis*,quæ de præſenti materia ſcire conuenit,licet nos in Phyſicis contenti ſumus cum eo multiplici, & vario concurſu cauſæ Primæ cum ſe- *Ariſtoteles* cunda,ſupra hactenus declarato, nec alium ſcire deſideramus ,maximè,quia *S. Thomas* *quod non eſt non eſt ſcibile* .

SECTIO. VI.

Diuidit cauſam efficientem in communi in principalem, & inſtrumentalem ; definit vtrāque ; & ponit vtriuſque diuiſiones , & colligit varia conſectaria.

462 COmmunis ſententia diuiſit cauſam efficientem in principalem , & inſtrumentalem, & ambas multi Doctores variè definierunt , vt videre eſt in Suarez to. 1. met. diſp. 17. ſect. 2. præſertim a. n. 7. ego vero ita definio faciliùs, & verius.

Cauſa inſtrumentalis eſt quid quid tributum eſt alteri . vel aſſumptum ab altero vt ei inſeruiat ad operandum, ſiue ad effectus intentos producendos, bona eſt hæc definitio, quia ſufficienter declarat quid ſit inſtrumentum , & videtur conformis *Ariſtoteli*, vbi declarat cauſas naturales *principalem* , & *inſtrumentalem* , per ſimilitudinem cauſarum artificialium , nempe Artificis,& inſtrumentorum eius ,legendus 2 de *Ani tex.* 50. 2. de *Gen tex.* 55. & alibi frequenter ; & doctrinæ S. *Thomæ* in 3 p. q. 62. a. 1. c. vbi explicaturus cauſam inſtrumentalem,duos indicauit habere reſpectus ,alterum ad cauſam principalem, cui ſeruit ; alterum ad effectus cauſæ principalis,ad quorū effectionē adiuuat ſeruiendo,& cōcludens dicit *hoc autem proprie dicitur inſtrumentū,per quod aliquis operatur*;& merito qui inſtrumétū& nomine,& re eſt *ad aliquid* , ſiue relatiuum

Ariſtoteles *S. Thomas* *& 5.m.l.2.*

in quidem inſtrumentum , alicuius inſtrumentum eſt,& ad aliquid faciēdum, ſicut medium alicuius medium ,& ad aliud obtinendum eſt , vnde ſumitur ratio demonſtrans præfatam definitionem bonam eſſe .

Præterea definitio hæc quadrat omnibus rebus ,quæ inſtrumenta ſunt, vt patet diſcurrenti per ſingula; nam primo, manibus, & pedibus conuenit, quæ nobis ,& animantibus reliquis ad varia opera ſeruiunt ; ſecundò , calori , qui ſeruit igni ad comburendum ; & cæteris qualitatibus , & potentijs , quæ tributæ ſunt ab authore naturæ , ſubſtantialibus compoſitis ad operandum . Tertio conuenit item inſtrumentis artificialibus , qualia ſunt ſerra, maleus , & reliqua reliquarum artium , quæ artificibus deſeruiunt ad eorum opera : atq; quando inſtrumenta ſunt intra ſuppoſitum , cui ſeruiunt , dicuntur *inſtrumenta coniuncta* , vt eſt manus hominis ; & calor ignis ; & huiuſmodi ;quando vero ſunt extra,appellantur *ſeparata* vt ſūt ſerra, tuba , & temo . *Ariſtoteles* *S. Thomas*

Ruſus inſtrumentum id vtrumque nempe coniunctum , & ſeparatum , eſt duplex ; nam primo aliud eſt inſtrumētum *coniunctum in eſſendo* , vt eſt calor , qui intrinſece ineſt igni,aliud eſt *coniunctum in operando* , quod ſcilicet , nihil facit abſente cauſa principali , vt eſt ſerra, & pleraq; artificialia ; ſecundò inſtrumentum ſeparatum in eſſendo eſt , quod extrinſecum eſt ſuæ cauſæ principali, vt ſerra , & ſimilia , ſeparatum in operando eſt , quod operatur in abſentia ſuæ cauſæ , qualia ſunt ſemina omnia , calor , qui eſt in aqua , & illa inſtrumenta artificialia , quæ operantur in abſentia artificis ratione alicuius artificij moti ab aqua, impetu fluente,vel à vento. 463

Denique omnes creaturæ quæ per potentiam obedientialē eleuari poſſunt a Deo ad faciendum quidquid non implicat contradictionem , iuxta dicta ſupra nu. 170. quia Deo præſto ſunt , & obediunt ad operandum ſeruientes,sūt cauſæ inſtrumentales ; ita etiam eſſe ait S. *Thomas* vbi Sacramenta , quæ eleuata a Deo producunt gratiam in nobis ea digne recipientibus miſſa facio inſtrumenta moralia, vt ſunt bona , vel mala conſilia hominis boni, vel mali, qui- *S. Thomas*

bus

bus vtuntur alij homines in opus bonū vel malum perpetrandum, quo etiam ſpectant bonæ cogitationes, & affectus quibus Deus nos mouet ad bonum, & diabolicæ item ſuggeſtiones, dictæ *tentationes*; & mali amici, quibus medijs diabolus mortales ſæpe ad malum pertrahit.

Vnde colliges primò multiplicem eſſe inſtrumentalem cauſam; nempe, alia eſt naturalis, vt calor; alia artificialis, vt ſerra; alia obedientalis, vt quæuis creatura eleuabilis; alia coniuncta; alia ſeparata modo dicto duplici; alia moralis, vt conſilia, vel ſuaſiones; alia Phyſica, vt calor; alia ſubſtantialis vt manus, vel homo ſeruus; alia accidentalis, vt frigus; alia corporea; alia ſpiritualis; alia naturalis; alia ſupernaturalis, vt patet contemplanti.

464 Colliges ſecundo *cauſam principalem eſſe quidquid non tributum eſt alteri, neque aſſumptum eſt ab altero, neque ſeruit alteri ad operandum effectus eius, ſed potius eſt illud, cui alterum ſeruit, vt inſtrumentum ad operandum effectus, ad quos producendos habet virtutem propotionatā*: quæ definitio, ſiue deſcriptio apprimè quadrat omnibus cauſis principalibus, Deo in primis, deinde Angelo, Cælo, Homini, & reliquis compoſitis ſubſtātialibus, quorum entium nullum ſeruit ex natura ſua alteri ad operandum, ſed vnumquodqȝ virtute propotionata operari poteſt, & ſolet effectus ſuos vertendo alijs cauſis vt adminiſtris, & inſtrumentis.

Ariſtoteles Quare aduertendum cum *Suarez* d. 17. m. ſect. 2. nu. 15. & *Ariſtotele* ibi, & *Communi*, quod, licet cauſæ principales ſecundæ, Deo ſubbordinentur, vt factori, conſeruatori, & coadiutori ſuo eiuſmodi ſubordinatio compatitur cum ratione cauſæ principalis, ſi quidem cauſæ ſecundæ non propterea dicuntur ſubordinari Deo, ad Dei vt cauſæ principalis effectus producendos, ſed quia indigeant diuino iuuamine ad ſuos; ſicut homo, qui ſimul cum altero portat pondus, non dicitur alterius inſtrumētum, licet cum ſubordinatione ad alterum, ideſt, cum iuuamine alterius id portet, tamen ſi cauſæ ſecundæ collatæ cum prima, à qua in eſſe, & operari pendent, retinentes rationem cauſarum principalium, inſtrumenta quoque latè dicantur a S. *Thoma* 1. p. q. 105. a. 5. *Damaſcено* in Phyſic. c. 9. & alijs *Antiquis*.

Collige tertiò multifariam eſſe cauſas principales; alia eſt increata, vt Deus alia creata, vt Creaturæ; alia naturalis vt eſt quæcunq; ſubſtantia creata intra hunc ordinem rerum, alia ſupernaturalis, vt gratia, & Deus, vt eſt author rerum ſupernaturalium, alia eſt artificialis, vt eſt homo architectus, & logicus & quilibet alius artifex; alia eſt phyſica, qualiter eſt ſubſtantia, quæ influit in opus phyſico influxu; alia moralis, vt eſt bonus, & malus conſiliarius, qui nomine ſuo opus intentum facit ſuis conſilijs; an verò ſit aliqua cauſa principalis accidentalis, dicam inferius. *S. Thomas*

Collige quartò cū *Conimb.* hoc lib. c. 7. q. 18. a. 3. poſſe, & ſolere phyſica inſtrumenta eſſe æque perfecta, vel perfectiora effectu, ad quem producendum deſeruiunt ſuæ cauſæ principali vg. Angelus, qui poteſt aſſumi à Deo vt inſtrumentum ad producendam formicam, perfectior eſt; quam formica, & manus, mediante qua cauſamus in lapide motum, aut impetum, quando illum proijcimus perfectior eſt motu, & impetu; & potentiæ intellectus, & voluntatis, & quinque ſenſus, quæ ſunt hominis inſtrumenta, perfectiores ſunt actibus reſpectiuè ſuis. 465

Deinde perfectiora eſſe inſtrumenta moralia, quam effectus, quos producunt eſt euidentius; nam Angeli, & homines quantumuis mali, quibus, vt inſtrumentis vtitur Deus, vel Iudex quilibet ad infligendum dolorem, vel etiam mortem ſontibus, vel inſontibus ſine dubio ſunt perfectiores quam eſt dolor, & cruciatus, & mors. Prætereà aliquando vtitur artifex inſtrumento argenteo, vel aureo, vel ex alia prætioſa materia, ad vilem lineam, vel circulum efformandum; huius rei ratio eſt quia cauſa inſtrumentalis, vt talis ſit, ſolum per ſe petit ſufficienter ſeruire alteri ad eius effectus producendos, non autem petit habere maiorem, vel minorem perfectionem, quam effectus, & ita materialiter contingit aliquando eam eſſe effectu perfectiorem, aliquando imperfectiorem.

Collige quinto cū *Communi*, aliquot inſtrumenta ſolere eleuari à ſuis cauſis

prin.

Digitized by Google

principalibus, & per ſimultaneum concurſum extrahi ad producendum id, quod ſola ſua virtute non poſſunt; aliquod vero non; quia ipſa inſtrumenta habent ſufficientem virtutem ad effectum cauſæ principalis producendum calor eſto exemplum, qui in Recentiorum opinione, ab igne eleuatur, & ſic poteſt eius cōcomitante concurſu producere alium ignem, quem ſolus non poterat, calor vero ipſe non indiget alienatione ad producendum alium calorem.

466 Notant hic Moderni cum *Scoto* in 4. diſt. 12. q. 3. *Scotiſtis*, *Paludano* in 4. *Egidio* in Theor. prot 43. *Suarez* d. 18. Sect. 6. *Rubio Maſſio Aſtudillo Arriaga* hic d 11. nu. 43. *C. Complut* & alijs, calorem eſſe cauſam principalem alterius caloris, quia, ſcilicet, vident in calore virtutem proportionatam, ſiue æqualem ad efficiendum alium calorē, & ipſi definierunt *cauſam principalem* dicentes eam eſſe, *quæ virtute proportionata, & connaturali producit effectum*. Sed nos, qui definimus cauſam inſtrumētalē eſſe illud omne, quod a naturāte natura tributū eſt alteri, & ei ſeruit in ſuis operationibus, dicimus conſequenter calorem eſſe cauſam inſtrumentalē reſpectu alterius caloris, quia in eius productione deſeruit ille igni, quamuis calor producens foret non ſolum æqualis perfectionis, ſed etiam multo maioris, comparatus cum calore producto; nam maior, vel minor perfectio in inſtrumento, per accidens ſe habet, & inſtrumentaria eſt, ſi ſeruit alteri. Conformis eſt doctrina hæc P. *Granado* in 1. p. to. 3. tr. vnico diſp. 4. n. 5. *Conimb.* hic c. 7. q. 18. a. 3. fine, & ibi S. *Thoma Themiſtis*, *Fonſeca* 5. met. c. 2. q. 6 ſect. 6. *Bubalo*, & alijs diſtinguit vero Doctor 1. p. in *inſtrumēto duas actiones* vnam quā id facit in nomine, & virtute alterius, alteram, quam facit ſuo nomine, & virtute & dicens reſpectu illius eſſe illud cauſam inſtrumentalem, indicat reſpectu huius eſſe principalem.

S. Thomas 3 p. q. 62. a. 1. ad. 2.

S. Thomas 1. d. 3. q. 4. a. 3. 1. p. q. 62. a. 2. ad 2.

Illud autem certum videtur, nempe omnia inſtrumenta phyſica debere eſſe imperfectiora ſuis reſpectiuè cauſis principalibus; ita enim a natura ordinatè comparatū eſt, vt minor ſeruiat maiori, accidens ſubſtantiæ, non contra, quod itē probatur ex eo, quod inſtrumenta phyſica plerumq; emanant, ſunt proprietates, & effectus, vel partes cauſarum principalium, effectus autem non poſſunt ſuperare in perfectione cauſas ſuas, licet interdum ſint æque perfecti cum ipſis; neque pars ſuperabit totum, cuius eſt pars.

Deinde artificialia inſtrumenta eſſe imperfectiora artificibus; qui ſunt cauſæ principales, & ſemper ſunt rationales, certum eſt; ſed aliquot inſtrumenta moralia ſine dubio ſunt meliora ſuis cauſis principalibus, contingit enim ſæpe ſeruum eſſe tum nobiliorem, tum etiam in alijs donis gratiæ, & naturæ, ſuo domino excellentiorem; & tamen talis ſeruus inſtrumentaliter ſeruit domino in multis effectibus, ſolet etiam diabolus vt inſtrumentum deſeruire alicui vetulæ maleficæ, qui tamen ea longe perfectioris naturæ eſt. 467

Colliges ſexto cum *Granado* 22. con 3. tr. 1. d. 2. n. 3. & 12. de Grat. tr. 4. d. 3. n. 13. *Baldello* l. 2. d. 5. & *Bernalio* de Incarn. d. 39. n. 15 & doctis Recentioribus, habitus ſupernaturales infuſos noſtro intellectui, & voluntati, & auxilia, quibus iſtæ adiuuantur, deleuantur à Deo ad producendos actus ſupernaturales, Fidei, Spei, Charitatis, & reliquos, eſſe cauſas inſtrumentales, propriè loquendo, Dei, cuius principaliter ſunt tales actus ſupernaturales, & cui propterea deſeruiunt illa, vt authori principaliori, in effectione ſimilium actuum.

Impropriè vero loquendo non recuſarem appellare eoſdem habitus, & auxilia quaſi inſtrumenta hominum, non quia hominibus debeantur ex natura ſua, ſed quatenus homines pro ſuo libito illis vtuntur, quaſi facultatibus ſibi donatis ad operandum, dum volunt elicere actus ſupernaturales, & quatenus hominum arbitrio quaſi miniſtrant & ſubijciuntur, ſi non quantum ad eorum fieri, & infundi, ſiue habitionem quantum ad cooperari, & vſum, nihil enim nobis nolentibus operabuntur, & nobis volentibus coadiuuabunt nos ad actus prædictos ſupernaturales, qui noſtri etiam ſunt, licet minus principaliter quam Dei. Scio præfatos habitus vocari cauſas principales dictorum actuum à PP. *Valentia* 2. 2. q. 1. p. 1. §. 2. *Suarez* q. 1. in 3. p. diſp. 32. ſect. 4. §. Dices

S. Thomàs ſupra nu. 413.

Ban.

Digitized by Google

Bannez, Aragon, Nauarrete, Fonſeca, Zumel, Salas, Maſcarennas, Aluarez, & alijs, & quidem probabiliter.

468 Colliges ſeptimo noſtros intellectus, & voluntates, quas potentias influere in actus ſupernaturales, definiſſe videtur *Tridentinum* ſes. 6. can. 4. eſſe abſolute loquendo cauſas inſtrumentales Dei, reſpectu actuum ſupernaturalium, fidei, ſpei, charitatis, & cæterorum; quod col-

S. Thomas ligo ex S. *Thoma* in id Roman. 8. *quicunque ſpiritu Dei aguntur*. & ex 2. 2. q. 173. a. 4. c. & q. 24. de ver. a. 1. ad 5. & docuerunt expreſsè *Suarez* vbi ſupra in ſect. 6. *Vaſquez* 1. p. diſp. 47. n. 38. *Arrubal, Manchin, Gillius Monteſin, Torres, Tena, Paludan. Medina, Turrianus, Henriquez, Albertinus,* & alij multi contra alios referendos infra nu. 477.

Ratio vero eſt, quia liberum arbitriũ, habitibus infuſis, gratiæ Dei, & Deo ipſi ſeruit in effectione ſimilium actuũ, qui ſunt opera potiſſimum Dei, ita quod ipſum ſit inſtrumentum inſtrumentorum Dei, quemadmodum per effectũ

Ariſtoteles contrarium ab *Ariſtotele* 4. de part. ani. c. 10 & *Galeno* n. 10 lib. 1. de *vſu partium* manus compellatur organum, & inſtrumentum omnium inſtrumentorum nominis, atque ex his declaratum vtcumque manet obſcurum diſcrimen eſſentiale inter cauſas principalem, & inſtrumentalem.

SECTIO VII.

Reſpondet argumentis, quæ fiunt contra doctrinam de cauſis principali, & inſtrumentali; vbi pauca de motione, *&* actione præuia *inſtrumenti, aſſertis a* Thomiſtis *quibuſdam.*

469 Primo obijcis definitiones, quas tradit S. *Thomas* pro cauſis principali, & inſtrumentali 3. p. q. 62. a. 1. c. dicens

S. Thomas *Cauſa principalis quidem operatur per virtutem ſuæ formæ cui aſſimilatur effectus, ſicut ignis ſuo calore calefacit. Cauſa verò inſtrumentalis non agit per virtutem ſuæ formæ, ſed ſolum per motum, quo mouetur à principali agenti.*

Reſpondebo hac authoritate, licet ſub obſcura, corroborari noſtras definitiones ambas; nam ibi expreſſe docet S. *Thomas* cauſam principalem eſſe, non quæ ſubditur alteri ad operandum, ſed quæ habet aliam potentiam, & cauſam ſibi ſubiectam, & ſeruientem, vt eſt ignis cui ſeruit ſuus calor, vt calefaciat. Cauſam verò inſtrumẽtalẽ dicit eſſe illam quæ non habet formam, ſeu potentiam aliam ſibi in operationibus ſeruientem ſed quæ alteri cauſæ ſeruit, quaſi mota *S. Thomas 3. m. loc. 2.*
per eius cauſæ principalis productionẽ conſeruationem, vel cooperationem, quando nimirum ea cooperatio neceſſaria, fit, vt eleuetur, & confortetur inſtrumentum.

Sed vrgent *Thomiſtæ* illa poſtrema verba S. *Thomæ causa vero inſtrumentalis agit per motum, quo mouetur à principali agenti*, atq; ex eis colligunt ad eſſentiam inſtrumenti cuiuſcunq; pertinere quod moueatur à cauſa principali, priuſquam ſeruiendo eidem, operetur, & ſic id ponendum eſſe in definitione cauſæ inſtrumentalis. *S. Thomas 1 p. a. 1. q. 118 de ver. q. 27. a. 4.*

Declaro Thomiſtarum mentem: Putant, nimirum, ad hoc, vt calor v. g. 470
quod eſt inſtrumentum ignis, producat calorem, prærequiri quod ignis in ſuo calore producat, eique communicet, in ipſo primo vſu operationis, quandam entitatem, vel qualitatem, qua mediante id inſtrumentum excitetur, & reddatur expeditum, promptum, atq; paratum ad operandum, ſicuti contingit baculo, qui a tenente illum in manu prius mouetur, vt deinde poſt quam motum in ſe receperit, globulum feriat moueatq; quod etiam contingit ſerræ, et alijs pleriq; inſtrumentis Artificum.

Atque ſimili modo fore præmouẽdas creaturas, quæ adhibet Deus ad producendos effectus ſupernaturales, tamquã inſtrumenta, expreſſe tradunt *Paludanus Capreolus, Deza, Viguerius, Ferrara, Nazar Medina*, & reliqui *Thomiſtæ, Lorca*, & late *Aegidius de Praſ.* 12. to. 2. lib. 10. q. 2. a. 15. ꝟ. 4. & 5. & alij tractantes modum, quo eleuantur Sacramenta ad producendam gratiam.

Veruntamen quia priùs moueri inſtrumentum a cauſa principali, vt operetur eſt quid accidentarium, & quod non conuenit omnibus inſtrumentis, ſed aliquibus tantum, nempe artificialibus quæ pro ſua imperfectione indigent ad operandũ motione, & applicatione ſe

cundum locum, facienda ab artifice, & noſtro intellectui, & voluntati, quæ præ ſua perfectione indigent moueri prius motione, & applicatione intentionali, declarata ſupra nu. 430. vt faciant opera etiam ſupernaturalia, ad quæ nimirum liberum arbitrium excitatur, & applicatur per quaſdam præuias cogitationes, & ſubito affectus; opinior non eſſe de eſſentia inſtrumenti, quod prius quam operetur opus principalis agentis, moueatur ipſum in ſe aliquid recipiendo, productum in ipſo à principali agenti; & ſufficientem eſſe illam noſtram definitionem pro inſtrumento in communi, etiam ſi ibi non ſit poſita hæc particula quod *prius ipſum moueatur*.

471 Sequor in hac parte *Ariſtotelem* 2. de Gen. Ani. c. 2. & 3. & 2. de Anima c. 4. & ibidem *S. Thomam* diuidentes inſtrumentum in ſeparatum, & coniunctum in ſeparato verò nihil imprimi potuit a principali agenti. *Caietanum* 1. p. q. 1. a. 9. §. *ad primam* & q. 77. a. *fine Suarez* diſp. 17. met. ſect. 2. *Conimb.* hic c. 7. q. 18. a. 3. *Scotum* ibi, & *Durandum Bubalum* q. 51. a. 1. *Arriagam* d. 11. nu. 47. & Theologos, qui tradunt Sacramenta eleuari ad producendum gratiam, ſine qualitate ipſis impreſſa, nempe *Granado Peſantium, Albertin, Sairum, Bonacinam Suarez, Hurtado*, hic d. 9. ſect. 4. *Bernal* d. 39. nu. 4. & 19. cum *S. Thoma* citato in 3. d. 16. q. 1. a. 6. & plures alios afferentes plura exempla, in quibus euidenter apparet inſtrumenta operari, & ſeruire cauſis principalibus, quin ab ipſis præmoueantur, & ſane mirandum eſt quod velint *Thomiſtæ* quod non ſolum cauſæ ſecundæ omnes recipiant præmotionem a Deo, priuſquam operentur ſed etiam quod cauſæ inſtrumentales, per vlteriores præmotiones præmoueantur à ſuis creatis cauſis principalibus.

Ariſtoteles
S. Thomas
S. Thomas

Primum exemplum præbent accidentia Euchariſtiæ, quæ in opinione Thomiſtarum tanquam inſtrumenta panis, & vini abſentium, producunt vermes, quando eos ibi contingit generari, & tamen non recipiunt illa accidentia motum, aut entitatem impreſſam à principali agenti, nempe à ſubſtantijs ſiue formis panis, & vini, quæ quia non ſunt non poſſunt quidquam in ſuo inſtrumento facere quia, vt ait *S. Thomas* 4. d. 8. q. 2. *quod non exiſtit non poteſt operari*.

S. Thomas

Secundo exéplo clariſſimo ſunt omnia ſemina viuentium, quæ ſunt cauſæ inſtrumentales agentium quorum ſemina deciſa ſunt, & producunt fœtus ſuos, aut fructus, vnumquodq; iuxta genus ſuum, ſine eo, quod ipſa prius mota ſint a ſuis cauſis principalibus, quæ ſemper, aut fere ſemper abſentes ſunt, & ad ſemina non poſſunt tranſmittere actionem *nihil* enim *poteſt operari* vbi non eſt; neque *in remoto loco, quin operetur in proximo*.

Ariſtoteles
S. Thomas
infra nu. 898.

472 Tertium exemplum ſunt ſpecies intelligibiles, & habitus naturales, quæ ſunt inſtrumenta intellectus, quibus is producit intellectionem, in quibus tamen intellectus non prius, vel in vſu impreſſit qualitatem; neque ego dum hæc calamo ſcribo, ei nunc imprimo aliquid præter motum neceſſarium, quo chartæ huic applicatus attramentum per varios verſus affundat.

Quare calor ignis v. g. ſufficientem virtutem habet ad calorem producendum, & ad ſimul cum ignis cooperatione alium ignem in multorum opinione, & ſufficienter diſpoſitus & promptus eſt ad operandum, ſine motu, aut entitate ſuperaddita, illi deriuata ab igne, cuius eſt inſtrumentum; & *entitates multiplicare non oportet ſine neceſſitate*, & idem dico de quolibet alio inſtrumento, quod ob peculiarem ſuam naturam non petat moueri localiter vel intentionaliter, vt applicetur ad paſſum.

S. Thomas 3. c. g. c. 70

Quando verò dixit *S. Thomas* inſtrumentum operari per motum, quo mouetur a principali agenti, tantum voluit, vt, & ait *Suarez* vbi ſupra nu. 15. illud operari, vt dependens, ſubordinatum, vel adiutum à principali agenti, per cooperationem, qua ab eo ſolet applicari, & eleuari, nempe, iuxta inſtrumenti exigentiam, non autem per inutilem motum, aut qualitatem præuiè impreſſam; vti quoque annotauit *Caietanus* vbi ſupra, & infra, & præclare traditum à *S. Thoma*, vides in *Alamanio* 3. 2. P. ſum. Phi. q. 105. a. 1. c.

S. Thomas
S. Thomas 1. 2. q. 9. a. 1. c.

Hæc veritas confirmatur ex recta intelligentia illius, quod quaſi axioma circúfertur, *Cauſa ſecunda non agit niſi mota a prima* quod colligi potuit ex noſtris magiſtris *Ariſtotele* 7. Phy c. 1. & 8. c. 5. *Auguſtino* 5. de Gen. ad lit. c. 20. &

Ariſtoteles
S. August.

c8. de

S. Thomas 8. de Ciuit. Dei c. 9. S. *Thoma* q. 3. de poten. a. 7. & 1. p. q. 505. a 3 4. & 5. non obſcure tradentibus creaturas moueri, & motas eſſe à primo motore, & prima cauſa Deo, quatenus ab ipſo conditæ ſunt, gubernantur, conſeruantur & ipſis virtutes datæ ſunt ad operandum, atq; ab ipſo modis varijs eis debitis, & proportionatis adiuuantur ad cooperandum ipſi Deo, eaſdem non tantùm de non eſſe ad eſſe, ſed etiam de otio, & quiete ad motus, ſiue operationes quaſi extrahenti.

473 Et quidem quod iſto modo inſtrumẽta quædam, nempè Sacramenta moueantur à Deo cauſa principali, quatenus aleuata ab ipſo per cooperationẽ ſolam producunt gratiam proſequitur ibidem S *Thomas* atq; idem contingere S. Thomas in reliquis cauſis ſecundis, quas ipſe vocabat ſupra nu. 464. *inſtrumenta prima*, tradunt expreſſe nobiliſſimi Thomiſtæ *Caietanus* citatus ſupra nu. 471. & *Sotus*. 1. de nat. Grat. c. 10.

Ergo nec authoritas S. *Thoma* cogit nos, & multò minùs *Ariſtotelis*, & S. *Auguſtini*, penſare omnes cauſas ſecundas antequam operentur, accipere à Deo aliquid præuium quo illæ ad operationes excitentur; ſi quidam ſimile incitamentum eſt ſuperfluum, & inintelligibile: eſto dolabra, ſerra, & alia Artificum inſtrumenta, præ ſua imperfectione, debeant præmoueri, vti faciant opera ſua, vt apparet ea ad opus applicanti.

Quare ad illud argumentum, cauſa inſtrumentalis nõ operatur niſi moueatur à Principali, dices diſtinguendo, ita verum eſſe, quod illa nequeat operari, niſi moueatur aliquo modo ex dictis, vel omnibus, præſertim concurſu Dei, ſibi proportionato; quod dixero propter cauſas cognoſcitiuas, quæ diuerſomodo mouentur ad operandum, ab eo quo irrationales, iuxta dicta ſupra nu. 478. ſed falſum eſſe, quod vlterius cauſa inſtrumentalis indigeat alia noua excitatione, & impulſu, ad operandum.

Objiciunt ſecundo Thomiſtæ alij, vt *Ferrara* 2. contra Gent. cap. 21. *Bannez* 1. p. q. 45. a. 5. in ſpeciali dubio *concluſ.* 4. *Sotus, Nazarius, Medina, Aluarez, Maſſius, Capreol.* quos citat, & ſequitur *C. Compl.* d. 12. q 2. de ratione inſtrumẽti eſt, quod prius operetur aliquid in paſſo, ſiue in materia, antequam veniat operatio principalis agentis ad idem paſſum, v. g. calor prius debet producere calorem alium in ligno, quam ignis ſuus dominus producat alium ignem in eodem ligno; & ita ſunt cætera inſtrumenta; ergo hoc debuit poni in definitione cauſæ inſtrumentalis in communi, ne illa curta foret, antecedens videtur docuiſſe S. *Thomas* 1. p. q. 45. a. 5. dicens: *Cauſa ſecunda inſtrumentalis non participat actionem cauſæ ſuperioris, niſi inquantum per aliquid ſibi proprium, diſpoſitiue operatur ad effectum principalis agentis, ſi igitur nihil ibi ageret ſecundum illud, quod eſt ſibi proprium, fruſtra adhiberetur ad agendum &c.* ergo ſentit S. *Thomas* omne inſtrumentũ habere ſemper actionem præuiam. S. Thomas 2. c. g. c. 21. a. 8.

474 Sed reſpondetur non eſſe de eſſentia inſtrumentorum omnium, licet multorum ſit, habere præuiam actionem, poſtquam ſequatur operatio principalis agentis, vt patebit ab exemplis afferendis; vnde opus non fuit id poni in definitione inſtrumenti in communis: Satis completa definitio eſt illa, quæ dicit id eſſe *quidquid alteri ſeruit in operando*, quin aliud addatur, quod definitionem reddat curtam, ideſt, non conuenientem omnibus inſtrumentis; ſicut enim ineptam feciſſet hominis definitionem ille, qui, quia vidiſſet aliquos homines caluos, ita definiret hominem: *Homo eſt animal rationale caluum*, ita non apte definierit cauſam inſtrumentalem, qui, quia viderit aliquot inſtrumenta præmoueri à cauſis principalibus, & habere actionem præuiam in paſſo, ita tradat generalem definitionem. *Inſtrumentum eſt, quod ſeruit alteri præmotum ab ipſo, & habens actionem præuiam propriam in paſſo, quam poſtea ſequatur actio principalis agentis*.

Mens S *Thoma* ſecundum *Caietanum*, S. Thomas & PP. *Granado* 1 p. controu. 6. tract. vnico diſp. 4. *Vaſquez* 1. p. diſp. 176. à n. 24. cum *Scoto* eſt, de ratione inſtrumenti cuiuſcunque eſſe vnum è duobus, nempe vel habere operationem præuie poſitam ante operationem principalis agentis, & ſic diſtinctam ab operatione agentis huius; vel ſaltem concurrere ad operationem eandem agentis, quæ propterea titulo aliquo cauſæ inſtrumentali competat, & hanc eſſe mentem S Do-

ctoris monſtrat contextus.

475 Quare non eſſe de eſſentia inſtrumentorum omnium habere actionem præuiam in paſſo docuerunt ante me, cum *Scoto*, & *Durando* PP. *Suarez* to. 1. in 3. p. diſp. 35. ſect. 9. *Molina* 1. p q. 45. a. 5. diſp. 2. *Rubius* hic tract. 4 q 2. *Hurtado* diſp 9. phyſ. ſect. 12. *Arriaga* d. 11. n 47. *Granado* ſupra, & *Caietanus*. *Vaſquez* 1. p. d. 47. n. 38 *Bernal* d. 39. n 4. & Recentiores, qui id eſſe fere certum conuincunt ab his exẽplis. Primo enim ſpecies viſiua (& idem dicendum de reliquis ſpeciebus reliquorum ſenſuum, & potentiarum) eſt inſtrumentum, quo vtuntur colores, vt concurrunt ad producendam viſionem eorum, dicitur enim ex Auguſtino, ex obiecto, & potentia paritur notitia, & tamen talis ſpecies nihil præuium producit in pupilla oculi, vbi fit actus viſionis. Secundo, manus eſt inſtrumentum hominis ad producendum modum in lapide, ſeu impetum, & tamen nihil producit in lapide ante eum motum, ſeu impetum. Tertio, vt certum eſt, inſtrumenta artificialia nihil producunt ante opus Artificis.

S. Auguſt. 9 de Trinit c 12.
S. Thomas 3 d 27. q. 2. a. 4. q 1. ad 3.

Quarto ſimiliter nihil præuiẽ producerent inſtrumenta eleuata à Deo ante effectus, ad quos eleuarentur, præſertim ſi tales effectus producerentur extra ſubiectum, et de facto ſacramenta, quæ ſine dubio in ſententia S. Thomæ, ſunt vera inſtrumenta gratiæ, eam in animalibus ea rite ſuſcipientibus, eleuata à Deo producunt, quin prius producant quidpiam præuium, quod diſponat ad gratiam producendam à Deo ſuo principali agenti.

S. Thomas

Obijcias tertio, non ſolum omnia inſtrumenta connaturalia agentium ſubſtantialium, prius producunt diſpoſitiones, & qualitates in materia prima, & poſt ſequitur productio formæ, à principali agenti, vt nos concedimus, ſed etiam omnia inſtrumenta artificialia habent ſuam actionem præuiam; ergo de ratione cuiuſcunque inſtrumenti eſt habere actionem præuiam: Probant antecedens quo ad illam ſecundam partem exemplis; nam primo, ſerra ſcindit lignum, & poſt reſultant variæ figuræ ſuggeſti, feneſtræ, vel alterius artefacti, quæ ſunt effectus Artificis. Deinde penicillus facit lineam, & colores diffundit, eos applicando tabulæ, & poſt ſequitur imago hominis, aut alia pictura, qui eſt effectus pictoris; ergo antecedit operatio inſtrumentorum propria ad opus principalis agentis. 476

Reſpondent aliqui concesſo antecedenti, & quod in eius probatione aſſertur, ſed tamen, quia alia inſtrumenta ſunt poſita ſupra, quæ nihil præuium agunt, negant & merito ambas conſequentias. Ego vero reſponderem aliter conformiter ad *Caietanum*, & *Granado* allegatos, negando inſtrumenta illa habere præuiam actionem, & quæ non ſit etiam actio principalis agentis, nam ſine dubio ſcitlio lignorum, ſeu tabularũ facta a ſerra, & delineatio; diffuſione colorum, facta a penicillo, ſunt effectus tum inſtrumentorum eorum, ſuorum Artificium: neque enim præcedit aliquid factum prius à ſolo eo vtroq; inſtrumento, poſt quod ſequatur effectus agẽtis principalis.

Et quidem propter hanc concomitãtem cooperationem, quam habent inſtrumenta, quando præuiam non habent dicuntur, & ſunt inſtrumenta iuxta mentem S. *Thomæ*; quinimo, & applicata ad operandum, & mota ab eo dicuntur, neque requiritur ex neceſſitate, & ſemper, ad rationem inſtrumẽti præuia operatio, quod eſſe verum clariſſimẽ cernitur, tum ex contextu, tum ex intentione S. Patris; ibi enim contendit probare implicare inſtrumentum ad creandum, quod probat ex eo, quod implicet creatura, ſeu inſtrumentum, quod quid quam producat de nihilo, ſeu independenter à ſubiecto, & quod non indigeat ad operandum aliquo paſſo, vel ſubiecto, in quo præuiẽ producat ſuum proprium effectum diſtinctum ab effectu principalis agentis vel in quo concomitanter cum ſuo principali agenti producat effectum eius, dependenter ab eodem ſubiecto.

S. Thomas

Vltimo obijcias ſi doctrina tradita de cauſa principali, & inſtrumentali, eſt vera, ſequitur nullum accidens quantumuis perfectum, & ſupernaturale eſſe poſſe cauſam principalem: ſed hoc videtur eſſe contra rationem manifeſtam, & authoritatem multorum, ergo non eſt verum. 477

Minorem probat ſic *Arriaga* hic d. 11. nu. 43. primò omnes docent cauſam æqualis, vel maioris perfectionis

cum

Digitized by Google

cum effectu, & habentem proportionẽ natura ſua ad illum, dicendam principalem, quia ſi quæ alia hoc nomen meretur, non dubium quin hæc. Vnde Deus eſt cauſa principalis creaturarum; ignis alterius ignis; & calor reſpectu alterius caloris.

Secundo, propter eandem rationem opinantur eſſe cauſas principales actuum ſupernaturalium, habitus ſupernaturales, doctores allegati ſupra n. 467. nempe, *Valentia Bannez, Aragon, Nauarreto, Suar. 2, Fonſeca, Zumel, Maſcarennas, Aluarez*, & alij præſertim ſi ij habitus coniuncti conſiderentur cum intellectu, & voluntate.

Præterea *Arriaga* n. 46. & *Aegidius de Praſ. Aragon, Maſcarennas, Salas, Becanus, Fonſeca, Valentia, & Vazquez* 1. p. q. 176. c. 5. §. *his omnibus*, admittentes liberum arbitrium coefficere cum Deo, & gratia, actus ſupernaturales, & qui eiuſmodi efficientiã negant nimirũ *Bannes, Nauarreto, Lorca, Cabrera, Zumel P. de Ledeſma, Aluarez*, & alij Thomiſtæ, ex alia ratione putarunt nudum intellectum, & voluntatem eſſe cauſas principales actuum ſupernaturalium; quia eos coefficiant cum habitibus ſupernaturalibus, vel quia totaliter illos efficiant habitus reſidentes, & quaſi ſuſtentati in illis potentijs.

Accedit & alia ratio, quia ſine dubio calor, intellectus, gratia, & reliqua omnia accidentia ſunt cauſæ principales vbi, relationis, & ſimilium effectuum, quæ dicuntur proprietates ſuæ, in quorum productione nulli cauſæ ſubordinantur, nec ſeruiunt; quemadmodum *Marchio* reſpectu Vaſſalorum ſuorum Princeps dicitur, etiam ſi reſpectu Regis ſui, talis non dicatur, ſed miniſter, & inſtrumentum.

Reſpondeo ſequi ex noſtra doctrina nullum accidens fore cauſam principalem reſpectu effectuum, quos producit ſeruiendo ſuę cauſæ principali, & quoniam, vt bene quoque aduertit P. *Baldellus* lib. 2. d. 5. n. 9. omne accidẽs eſt inſtrumentum ſubſtantiæ, opinor omnes habitus etiam ſupernaturales, & gratiam Dei eſſe ipſius inſtrumenta, medijs quibus Deus operatur omnia in omnibus, id quod aſſero cum authoritate, & ratione ſufficienti, vt vides ſupra n. 467.

Quod ſi accidentia producant per emanationem, vel aliter aliquos modales effectus, quaſi *nomine ſuo*, eorum dicantur cauſæ principales, ac ſi quis opinetur cum P. *Granado* vnionem hypoſtaticã Chriſti D. phyſice producere emanatiue gratiam, & habitus ſupernaturales; quod acriter refellit *Bernal* d. 30. eam appellabit, vt volet, & quidem ipſe *Granado* 12. Cont. de *Gratia* tract. 4. d. 3. n. 13. gratiam ſanctificantem, quam ſimiliter putat eſſe radicem illorum habituum, cauſam principalem appellare videtur. *S. Thomas 3. p. q. 62. a. 1. ad 2.*

Ad finem ſciſcitaris curioſè, an dari poſſit inſtrumentum in alio genere præter quam efficienti, ideſt, quod dicatur inſtrumentum ſeruiens cauſæ materiali, formali, aut finali non effectiuè ſed in alio genere cauſæ. Reſpondeo affirmatiuè, nam eæ tres cauſæ habent ſua inſtrumenta, quibus ad operandum modo ſuo vtuntur; in primis materia vtitur quantitate, vt inſtrumento, quo recipiente qualitates varias, diſponitur ad complexum formarum; & item vtitur vnione, vel diſpoſitionibus, quibus cum forma vnitur: & ſubinde vnio, vel diſpoſitiones erunt propterea cauſæ item formalis inſtrumenta, ac eius quodammodo dici poſſunt inſtrumenta potentiæ & qualitates, & alia accidentia, quibus illa vtitur ad ſuam conſeruationem, & ornamentum. Cauſæ demum finalis dici poteſt inſtrumentum cauſalitas eius quæ eſt cognitio, & deſiderium, vti declaro infra. 479

SECTIO VIII.

Determinat an ſola cauſa principalis immediatè per ſe producat effectus ſuos ſubſtantiales, vel ſola cauſa ſua inſtrumentalis, vel vtraq; ſimul influendo, poſt quædam vtilia Prolegomena.

SVpra oſtenſum eſt cauſas naturales eſſe operatorias, & inter eas, alias eſſe principales, alias inſtrumentales; ignis, exempli cauſa eſt cauſa principalis alterius ignis, & habet in ſe calorem, ſiccitatem, vt potentias, & inſtrumenta

ſibi

ſibi attributa, a quibus adiuuatur ad varios ignes producendos, eſt ergo in præſenti difficultas, an ſola ignea ſubſtantia immediate influendo producat alias ſubſtantias igneas, calore, & ſiccitate, materias ſolum prius diſponentibus per productionem caloris, & ſiccitatis; vel an calor, & ſiccitas vlterius immediate attingant illas ſubſtantias vt cauſæ partiales coadiutæ, & confortatæ ab igne; vel vt totales, & ita deſeruiant cauſæ ſuę principali, interim in otio manenti, cui tamen attribuantur omnia opera, quæ tiene quaſi eius nomine, & virtute, ſiue à virtute immediate deriuata ab ipſa, & ſic concurrente ad ea remote, ſiue, vt

S. Thomas dici ſolet, *immediate immediatione virtutis*. in qua difficultate volui ordinarium ſtilum variare, & prius aliorũ ſententias proponere, ac tandem eligere, & confirmare quam iudico probabiliorem.

480 Vt vero ſolita claritate procedamus, ſuppono quinque notabilia; primum eſt, in igne, vel quolibet alio ſubſtantiali compoſito ſolam formam ſubſiſtentem cum potentijs ſuis accidentalibus, eſſe operatiuam, non materiam, neque

Ariſtoteles *S. Auguſt. ſupra nu. 263.* vnionem. Secundum eſt omnes effectus phyſice procedentes à forma ſola, vel ab aliquo eius accidenti, attribui toti ſuppoſito, vt domino domus: ideo dicitur communi prouerbio *actiones eſſe ſuppoſitorum*, quod adeo verum putauit *Ariſtoteles* vt 1. de Anima tex.64. conſulat ne vtamur iſtis locutionibus, *Anima iraſcitur, anima miſeretur, anima addiſcit*, aut *cogitat*, nam tam impropriæ ſunt iſtæ locutiones, ac illæ, *anima texit*, vel *ædificat* quamuis in rigore veræ ſint, quia ab anima fiunt illæ operationes:

Ariſtoteles *S. Thomas ibi & 22. q.58. a.2.* *melius* enim, ait Ariſtoteles, *fortaſſis eſt non dicere animam miſereri aut addiſcere, aut cogitare, ſed hominem anima* conſtantem ea omnia facere.

Tertium eſt, formam compoſiti naturalis eſſe immediatam cauſam proprie-

S. Thomas 1.p.q.77. a.6. tatum ſuarum, quæ ſpectant ad *Propriũ*, v.g. anima rationalis in puncto ſuæ creationis, per actionem, quam vocant *emanatiuam*, in ſe produxit ſubſiſtentiã propriam, *vbi*, intellectum, & voluntatem; & in quantitate ſui corporis, ſimiliter produxit ſenſus, & potentias corporales, & ita contingit in reliquis entibus, quando primo fiunt.

Quia vero huiuſmodi proprietates emanant neceſſario à forma, in primo inſtanti conditionis ſuæ, merito attribui ſolent per modum vnius cum ſua radice cauſæ talem radicem producenti. Vnde emanarunt duo hæc axiomata; *paſſiones attribuuntur generanti*, & *qui dat formam dat conſequentia ad formam*, idcirco Deus, qui dedit animam, dicitur dediſſe intellectum, & voluntatem, & cætera, quæ ab illa per emanationem in primo ſui eſſe producuntur conſentiunt in hoc PP. *Suarez* in met. d. 14. ſect. 3. *Hurtado* hic diſp. 9. §. 21. *Arriaga* d. 18. a n.11. cum communi Recentiorum. *S. Auguſt. 12 de Ciu. c.25. Ariſtoteles 8 Phy. t.27 & 29. S. Thomas 12 q.9 a.6. & 3.c.G.c. 13.*

Quartum infertur ex dictis, nempe ſubſtantiam eſſe immediate operatiuam etiam ſolitariè acceptam, tum alterius rei ſubſtantialis modalis, tum multorum accidentium, quæ ſunt proprietates eius; forma enim ignis v. g. producit per emanationem propriam ſubſiſtentiam, quæ ſubſtantialis modus eſt; & calorem, & ſiccitatem, & vbi, quæ accidentia ſunt; relinquitur tamen difficultas ã ſubſtãtia poſſit nõ per actionem emanatiuam, ſed per actionem ſimpliciter dictam, producere extra ſe ſubſtantias ſimiles ſibi, vel diſſimiles vltimum notabile eſt, ſemper in iſtis quæſtionibus ſupponi, vt certiſſimum quod Deus exiſtens infinita ſubſtantia, ad effectus omnes ſuo concurſu ſimultaneo immediate concurrat cum cauſis operantibus, quæcunq; illæ ſint. 481

Prima pars Sectionis proponit ſententiam Scoti, & aliorum qui putarunt ſolas ſubſtantias immediatè producere alias ſubſtantias, ſine concurſu accidentium.

SCotus in 1. diſt. 37. q. vnica, & alibi ſæpe, docuit vnum ignem adæquatè producere alios ignes, ſine eo, quod ignis accidentia, vel inſtrumenta; nempe calor, & ſiccitas concurrant magis, quam ad diſponendum materias, in quibus nouæ formæ ignis introducendę ſunt; & ita generaliter aſſerit ſubſtantias immediate ſe ſolis producere Subſtantias iuxta genus ſuum, ſine concurſu accidentium. *Scotum* ſequuntur *Scotiſtæ Nominales*, *Sandunus Tartaret Valleſ-*

vil-

Digitized by Google

Villalpandus Dhurtado diſp. 9. Phyſ. ſect. 5 §. 63. & ibi *arandus*, *C. L. ugo* de Euc. d. 10 nu. 26. *Arriaga* hic d. 11. a n. 36. *Quiedo* & docti Recentiores quibus faciut *S. Dioniſius* in *P. Ruiz* de Trin. d. 49. ſect. 3.

Ariſtoteles 3. cali t. 21 S. Thomas lect. 5.

Ratio prima, & potiſſima *Scoti* eſt *quia nemo dat quod non habet*, & quicunque dat, dat de eo, quod habet, vel ſecundum id, quod habet; ergo calor neque ſolus, neque coniunctus cum igne, poteſt producere ſubſtantiam igneam; ergo eam producet ſola alia ſubſtantia ignis probantur ambæ conſequentiæ; quoniam vnus ignis continet alium virtualiter, & formaliter; virtualiter, quatenus habet virtutem æqualem, & ſufficientem ad eum producendum: formaliter quatenus eſt eiuſdem ſpeciei, & formæ ſimilis cum ipſo; Calor autem non continet in ſe ignem neque eminenter, neque formaliter, vt manifeſtum eſt, ſed neque virtualiter, ſi quidem non habet ſufficientem virtutem, ideſt, ſaltem æqualem cum igne producendo.

482 Secunda ratio eſt deſumpta ex illis axiomatibus *non ſunt multiplicanda cauſa ſine neceſſitate fruſtra ſiunt per plura quæ poſſunt fieri per pauciora*, ſed ignis cũ cauſa vniuerſali ſufficit producere alios ignes; ergo ad eos non concurrit calor; minor probatur; quia illa cauſa ſufficit ad effectum producendum, quæ eſt cauſa eius effectus, & habet ſaltem æqualem perfectionem cũ effectui, ideo enim conceditur ſolum calorem poſſe producere calores alios; ſed ignis eſt æque perfectus, ac ignis alter producẽdus; & eſt eius cauſa, ergo eum ſolus poteſt producere.

Ariſtoteles S. Thomas 3. c. g. c. 70.

Tertia ratio eſt bona regula generalis ad cognoſcendam cauſam adæquatam cuius vis effectus; etenim cauſa adæquata efficiens eſt illa, quæ influit in effectum per virtutem, cui poſſint omnes partes, & formalitates effectus attribui; ſed partes, & formalitates omnes ignis producti, poſſunt atrribui virtuti alterius ignis; ergo is alter ignis eſt cauſa adæqata illius, ſine interuentu accidentium; maior placere debet cuiuis viro ſapienti, vt ſtatutum tandem in re tam difficili apud nos ſit, quid ſit cauſa adæquata, & quid non; & quia videtur per ſe nota illa propoſitio maior; minor certa; & conſequentia legitima.

Quarta ratio eſt ſubſtantia v. g. ignis non habet neceſſitatem, vt cum eo iungat ſuam actionem calor, vt ſimul cum eo producat alium ignem; ergo ſolus ignis valet producere alium ignem

Probatur antecedens; quia ille concurſus caloris nõ petitur ab effectu ſubſtantiali, qui ſolum petit fieri actione proueniente à cauſa ſibi proportionata, & æquali ſaltem ſecum in perfectione qualiter ſine dubio eſt alter ignis. Deinde ſolus ignis eſt ſatis proportionatus & expeditus, vt cum diuino concurſu iungat influxum ſuum, & ſic producat alios ignes; neq; videtur poſſe ignem proportionari ab accidentis influxu, ad producendum alium ignem, ſicut neque eleuari; nihil enim eleuatur niſi à re perfectiori ſe, eleuari autem calorem ab igne vt calor influxu ſuo attingat alium ignem ſuperuacaneum iudico, ſi non eſt impoſſibile.

Ad hœc diuina ſubſtantia immediate operatiua *communicauit* cauſis ſecundis hanc ſui in operando *ſimilitudinem*, vt ſcitè dixit S. *Thomas* 3. cont. Gent. c. 70. ergo, & ipſæ ſubſtantiales cauſæ immediate operatiuæ ſunt. ſecus dici poſſet impune, Deum nihil ſubſtantiale immediatè poſſe producere, ſed per adminiſtras Creaturas accidentales, quæ nomine illius ſubſtantias attingant. *S. Thomas*

Quinta ratio eſt nullum eſt inditium nullum firmum fundamentum, quod conuincat ſubſtantiam ſolam non poſſe producere aliam ſubſtantiam; neque quod probet accidens ſolum, vel ipſum ſimul cum ſubſtantia producere ſubſtãtiam, vt infra in ſolutione argumentorum monſtratur; ergo ſubſtantia ſola eſt adæquata cauſa influens in aliam ſubſtantiam, quare ſi ignem productum inſpicias, & velis eius cauſam influentem à poſteriori indagare, nihil videbis in ipſo, quod attribui poſſit calori, aut ſiccitati, tribue ergo totum ignem a teri igni, ac Deo vt cauſæ vniuerſali; & dicito accidentia, vtpote, quæ inſtrumenta ſunt, deſeruire ſubſtantiæ ſuę cauſæ principali diſpoſitiuè ſolùm, producendo in materia diſpoſitiones, & accidentia alia ſibi ſimilia non vero attingere effectui ſubſtãtiales, qui ſoli cauſę principal reſeruantur: vt ſic debita proportio reſeruetur, *tractent fabrilia fabri &* 483

nullus

Digitized by Google

nullus mittat falcem in meſſem alienam, ideſt, accidentia producant accidentia, ſubſtantiæ ſubſtantias.

Secunda pars Sectionis refert Thomiſtarum opinionem, quæ tenet ſola accidentia immediatè producere effectus ſubſtantiales.

484 **C***Aietanus, Ferrara Capreolus, Aſtudillo, Deza, Hericus, Bann.z, Zumel, Sotus, Areſius Bubalus Vaſquez, Pererius, Fonſeca, Valentia, Albertinus, Conimbric. Rubius, Toletus cum Alexandro, Auerroe, Simplicio, & alijs, maxime Thomiſtis, quos citant, & ſequuntur C. Compl. Auerſa* t 2 q. 37. ſect. 5. & plerique Recentiores tenent tituli aſſertũ, & abſolute docent ignis inſtrumenta ſola, nempe calorem, & ſiccitatem immediate efficere alios ignes in nomine, & in virtute ſubſtantiæ ſiue per virtutem propriam ſuam inſtrumentariam acceptam à ſubſtantia ignis, cui ſeruiunt, & cujus ſunt formæ, virtutes, & inſtrumenta.

Eorum primum fundamentum eſt authoritas S. *Thomæ*, & *Ariſtotelis* ille enim 1. p. q. 45. a. 8 ad 2. & q. 77. a. 1. et alibi ſæpe, vt videbis in *Alamanio* hic q. 9. a. 4. expreſſit quod nulla forma ſubſtantialis eſt immediatum principiũ ſubſtantiæ, ſed eam operatur mediante proprio accidente.

Ariſtoteles vero lib. de *ſenſu & ſenſili* cap. 4. ita ſcribit, *Quæ igitur ignis, & quæ terra nihil natum eſt agere vel pati neque aliud quidquam quæ autem ineſt contrarietas in eis hæc omnia agunt, & patiuntur* ſentit ergo *Ariſtoteles* formas ſubſtantiales ignis, et aquæ. non eſſe operatorias, ſed omnia effecta fieri ab earum formarum qualitatibus, & inſtrumentis vt ibidem interpretatur S. *Thomas* in Lect. 4. & *Alexander* aduertit eam eſſe *peripateticam* ſententiam. S. Thomas

Secundum fundamentum eſt, quia ſubſtantia creata nulla eſt operatiua per ſe, & immediatè, ſed mediate ſolum & per ſua accidentia; excedit enim perfectionem limitatam ſubſtãtiæ creatæ, poſſe producere aliam ſubſtantiam immediatè; ſed hoc eſt admirabile, quod nimirum, calor, qui eſt accidens, & ens tam imperfectum, vt vix in ſchola peripatetica mereatur dici ſimpliciter ens, ſed *entis ens*, ideſt ſubſtantiæ, poſſit producere ſubſtantiam ignis immediatè & ſolus; & quod eam nequeat producere alter ſubſtantialis ignis, hoc credat qui volet. *Ariſtoteles 9. m. ſ. 2. S. Thomas ibi, & 1. p. q 90. a. 2.*

485 Tertium fundamentum ſumitur ab experientijs; nam ſæpe generantur variæ ſubſtantiæ à ſolis accidentibus, in abſentia ſubſtantialium cauſarum; vt patet quando à Solis, Cælique luce, & alijs accidentibus generantur in viſceribus terræ varia metalla, & ignis generatur à calore, & ſiccitate productis ex colliſio ferri, & ſilicis, vel etiam a ferro, carbone candentibus præ nimio calore; & quando in ſpeciebus Euchariſtiæ corruptis, generantur vermes; quorum ſubſtantias ſine dubio non producunt aliæ ſubſtantiæ, quia ibi nullæ ſunt. Sed & innaturalis erit recurſus ad Deum, licet dixerit Dominus, *Pater vſque modo operatur, & ego operor*; & multo magis ad Angelum motorem cæli, vt nonnulli volunt cum *Conimbric.* 2. Cæli c. 3. q. 6. a. 2. *S. Thoma* & *Thomiſtis*. *S. Thomas 1. p. q 10. a. 2.*

Tertia pars Sectionis proponit ſententiam Franciſci Suarez, & communiter Recentiorum aientium ſubſtantiam ſimul, & accidens concurrere ad producendam ſubſtantiam.

DOctor *Suarez* in diſp. 18. met. ſect. 2 an. 24. perpenſis S. *Thomæ* & *Ariſtotelis* teſtimonijs, in quibus immediata actiuitas ad producendum ſubſtantias, conceditur tum ſubſtantijs, tum etiã accidentibus, aſſeruit formam ſubſtantialem ſimul cum ſuo accidentali inſtrumento, producere poſſe alias ſubſtantias. Hunc tantum Patrem pleriq; Recentiores imitantur, ſpeciatim *Raconis*, PP. *Balth Tellez.* & *Ferrarius* allegãtes proſe *Maiorem Iandunum* & *Alexandrũ*.

Argumentum primum eſt deſumptum ex authoritatibus *Ariſtotelis* & *S. Thomæ*, qui varijs in locis allegatis iã, & allegãdis dixerũt ſubſtãtias eſſe operatorias, & ſimiliter qualitates earũ, & inſtrumẽta, ex quo deducunt iſti Authores eſſe valde conforme his comunibus magiſtris aſſerere ignis formã, & calorem eius ſimul producere alios ignes; & ſimiliter in *Ariſtoteles S. Thomas 3 p. q 77. a. 3. ad 2.*

reliqui

Digitized by Google

reliquis agentibus philoſophari.

486 Secundum argumentum deſumitur ex rationibus, quibus Scoti opinio probabat ſubſtantias eſſe operatorias, & ex rationibus, quibus *Thomiſtæ* pro ſua parte probant accidentia poſſe efficere ſubſtantias, & potiſſimum, quia non repugnat accidens partialiter concurrere ad producendam ſubſtantiam perfectiorem ſe, ſicut concurrit ſpecies impreſſa cum potentia vitali ad actum vitalem ſpecie perfectiorem.

Vnde concludunt ij Doctores, adæquatam cauſam cuiuſuis ſubſtantię eſſe ſubſtantiam, & accidens eius, itaut ab vtroque comprincipio immediatè procedat actio; & addunt, ſi contingat aliquando ſubſtantiam, quæ eſt cauſa principalis, eſſe abſentem, vel propter diſtantiam loci, vel propter ſui non eſſe, quia nempe perierit, relicto ſuo inſtrumento accidentali operaturo, Deum præſto eſſe, qui ſuppleat, & gerat vicem cauſæ principalis facturum, quod illa cauſa, ſi præſens eſſet, erat factura; ſane Authores huius opinionis volentes conciliare *Scotiſtas*, & *Thomiſtas*, neque his, neque illis placuerunt, quia fundamentis horum, & illorum ſeſe regione oppoſuerunt.

Quarta Pars Sectionis præfert reliquis opinionem Scoti, eam magis illuſtrat, monſtrando eſſe S. Scripturæ, Ariſtoteli, *&* S. Thomæ *conformem.*

487 SEmper mihi perſuaſum habui, ita bene à natura, & eius authore Deo prouiſum eſſe, & ita rerum ordinem, & proportionem debitam ſeruari, ſi ſubſtantiæ ſubſtantias poſſent producere, & accidentia ſimiliter alia accidentia, & ſi hæc diſponendo tantũ materias, concurrerent, illæ autem in materijs diſpoſitis, formas generarent. Quapropter aſſero cauſas principales ſubſtantiales immediate, adæquate, & ſolitarias influere in ſubſtantias contentas intra propriam ſphæram; cauſas vero inſtrumentales deſeruiſſe competenter cauſis ſuis dominis, ſi eis materias legitime ante diſpoſuerint, & ipſas cauſas præſentialiter comitentur, defendant, & adornent, quod extendo, & intelligi volo de omni inſtrumento accidentali, non tantũ exiſtenti, ſed etiam poſſibili.

Collegi perſuaſionem meam primo ex S. *Scriptura*, dictum eſt enim *Geneſis primo*, ex quo apparere cœperunt creaturarum vires ingenitæ ad operandũ, tunc primo conditæ, *Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum: & protulit terra herbam virentem lignumque faciens fructum.* qui contextus, & litera, ſine dubio ſimplicius intelligitur, ſi dicimus prædictas ſubſtantias viuentes productas quidẽ feciſſet tunc à ſolo Deo, terra materiã ſubminiſtrante, perfectas cum fructibus, & vt legis In *Cornelio*, & *S. Thoma*, S. Thomas
ſed vero tunc primo accepiſſe à Conditore virtutem ad immediatam productionem fructuum, & ſibi ſimilium, ad propagationem ſuæ ſpeciei; & poſtmodum, & modo ſolitarias produxiſſe, & producere immediate fœtus, & fructus illos ſubſtantiales, quam ſi dixerimus eos produxiſſe, & producere remotè, ideſt per qualitates ſuas, & accidentalia inſtrumenta, vel ſimul cum iſtis, præſertim cum *Cant.* 2. n. 13. dicat Spiritus Sanctus, *ficus protulit groſſos ſuos*, & Chriſtus D. Lucæ 21. n. 29 *videte ficulneam, & arbores cum producunt iam ex ſe fructum*; cur ergo negabimus ſubſtantias ex ſe eſſe actiuas, quid cogit nos?

Collegi ſecundo ex *Ariſtotele*, qui in 488
2. lib. *de Generat.* tex. 54. & 55. reprehẽdit eos, qui dabant materiæ primæ, & *Ariſtoteles*
qualitatibus compoſiti naturalis actiuam, & generatiuam virtutem, eam denegantes formæ ſubſtantiali, quæ communiter dicitur actuoſa, & effectrix, illis verbis. *Quoniam derelinquunt principaliorem cauſam, auferunt enim, quod quid eſt eſſe & formam, amplius autem, & potentias attribuunt corporibus, propter quas & generant valde inſtrumentaliter, auferentes eam, quæ ſecundum ſpeciem eſt cauſam*, vbi *Ariſtoteles* formam ignis vult eſſe cauſam principaliorem immediatè producentem alios ignes, calorem vero, & ſiccitatem velle videtur eſſe cauſas valde inſtrumentarias, ideſt ſolum diſponentes.

Neque potes huic authoritati re-

ſpondere, attribui efficientiam formis ſubſtantialibus ab *Ariſtotele*, quia ab illis manant qualitates, per quas ſolas exerceant illæ formæ omnes actiones ſuas; quoniam eiuſmodi efficientia non eſt propria, & formalis, qualiter hic aſſeritur à Philoſopho, & in præcedentibus à *S. Scriptura*, ſed impropria remota, & radicalis, vel de ſolo titulo, & nomine; præſertim cum addat ille ibidem *quocirca maxime facit, & mouet* *S. Thomas* *ignis*; & conſonat ibidem *S. Thomas* in lect.9. dicens, quod *ignis eſt maxime actiuus*.

Collegi id ipſum tertio iterum ex *S. Thoma*, qui expræſſiſſe videtur accidentia, vtpote improportionata ratione ſui imperfecti eſſe, concurrere diſpoſitiue ſolum ad effectus ſubſtantiales, & nullo modo poſſe actiuè. nam poſtquam *in 4. Sent.* diſt.8. q.2. a.3. ſibi ſic obieciſſet, *Virtus actiua directe proportionatur ei, ad quod actio terminatur, quia hoc eſt intentum ab agente, & ex eo determinatur actio; ſed Corpus Chriſti, ad quod terminatur conuerſio, eſt multo dignius qualibet pura creatura; ergo cum agens debeat eſſe nobilius facto, non poteſt aliqua virtute creata aliquid in Corpus Chriſti conuerti.*

489 Reſpondet *ad 5. dicendum, quod virtus agentis principalis reſpicit principaliter* *S. Thomas* *terminum, ad quem, ſed virtus cauſæ inſtrumentalis non attingit ad terminum, ad quem, ſed habet operationem ſuam in his, quæ ſunt circa terminum, ſicut qualitates actiuæ elementales non attingunt ad animæ rationalis introductionem.*

Poſuit pro exemplo animam rationalem S. Doctor, vt oſtenderet clariſſimè intentionem, & opinionem ſuam eſſe, quod qualitates non pertingunt, neque producunt ſubſtantiales formas corporales, ſicut non attingunt formas ſpirituales, ad quas tamen omnes formas introducendas diſponunt producendo in materia ſibi ſimiles qualitates.

Deinde idem S. Pater clarius loquitur in 3. contra Gentil. cap.69. ad medium ibi. *S. Thomas* *Si agere ſequitur ad eſſe in actu, inconueniens eſt, quod actus perfectior actione deſtituatur, perfectior autem actus eſt forma ſubſtantialis, quam accidentalis, ſi igitur formæ accidentales, quæ ſunt in rebus corporalibus, habent proprias actiones, multo magis forma ſubſtantialis habet propriam aliquam actionem; non eſt autem eiuſmodi actio diſponere materiam, quia hoc fit per alterationem, ad quam ſufficiunt formæ accidentales; igitur forma generantis eſt principium actionis, vt forma ſubſtantialis introducatur in generatum*, hactenus Doctor Angelicus. Demum colligo hanc eſſe veram ſententiam ex efficacibus rationibus allatis ſupra nu.481. & ideo eam præfero reliquis, ac defendo, vt *S. Thomæ* conformem, ſaltem pro memoratis locis, fateor tamen alibi tam clarè docuiſſe oppoſitum, vt verba ſua, neque à ſectatoribus Patris *Suarez*, neque à nobis poſſint ſatis commodè explicari.

Quinta Pars Sectionis reſpondet ad fundamenta Thomiſtarum, & P. Suarez, & argumentis aliorum, qui contendunt ſubſtantiam ſolam non eſſe immediatè operatiuam alterius ſubſtantiæ.

AD primum *Thomiſtarum* fundamentum à *S. Thoma* depromptū, modo reſpondebam; ad authoritatem Philoſophi citati ſupra nu.484. reſpondeo in eo cap.4. de *ſenſu*, & *ſenſili* tractare *Ariſtotelem* de origine, & cauſa ſaporum, qui reſidere ſolent in terra, & aqua, quos nullatenus ait cauſari à formis terræ, & aquæ, ſed à commixtione ſiccitatis, & caloris, & qualitatū contrariarum; non vero negare actiuitatem formis ſubſtantialibus; quam tamen ſi negat, vt putat ibi *S. Thomas*, iam ſe retractauit, quādo in 2. de Gen. t.54. & 55. reprehendit quoſdam, quoniam derelinquunt principaliorem cauſam, nempe formam ſubſtantialē, quam dicit *maxime facere, & mouere*. 490 *Ariſtoteles* *S. Thomas* *Ariſtoteles*

Secundum fundamentum firmum non eſt, vnde enim colligitur ſubſtātias non eſſe operatorias, vel excedere earum perfectionem operari alias ſubſtantias; imo vero, ait *S. Thomas* ſupra inconueniens eſt, quod actus perfectior, qualiter eſt ſubſtantialis forma in comparatione accidentium, quibus conceditur ſua proportionata efficientia, actione deſtituatur, præſertim quia in operando ſimilis facta

fit

S. Thomas 3.c.g.c.70. ſit Fictori ſuo, vt legis ſupra nu.483.

Sed vrgent Recentiores, & opponũt ſuum potiſſimum fundamentum ſic; ſi ſubſtantia creata ſola, & immediatè tanquam cauſa principalis produceret extra ſe aliam ſubſtantiam, ſequeretur illam cauſam eſſe infinitè perfectam, Deum eſſe, & non creaturam; ſed hoc eſt impoſſibile; ergo impoſſibile eſt, quod vna ſubſtantia immediatè producat ſola, & ſine inſtrumentis alias ſubſtantias. Probant maiorem, quia cauſa ſubſtantialis, quæ poteſt operari ſine inſtrumentis, eſt ſolus Deus, non creatura, quæ, ſecundum limitatam naturæ creatæ conditionem, per ſe poſtulat operari medijs inſtrumentis, vti nos docuerunt *Ariſtoteles* 2.de Anima t.38. & alibi, & *S. Thomas* 1.p.q.7. a.1. cum Theologorum Apice *Dioniſio Areopagita*. *Ariſtoteles S. Thomas*

491 Reſpondeo negando maiorem, nam euidens videtur non eſſe cauſam infinitam in perfectione, neque Deum, illamque indiget neceſſario vt operetur, inſtrumentis, ſibi ad ſuum effectum diſponentibus ſubiectum, & quę præ ſua limitatione creare non poteſt quidquam; ſed ſemper indiget ſubiecto, vnde educat, & vbi reponat formas ſuas; qualiter fortaſſe indigent omnes cauſę ſubſtantiales creatæ. quare non eſt tantæ molis produci vnam ſubſtantiam ab altera, vt ſimilis productio dicatur excedere limites creaturæ; quando præſertim communiter conceditur, quod vnus calor immediatè producat ſibi ſimiles; & quod materia prima immediatè influat in formas ſubſtantiales.

Ad tertium fundamentum firmatũ in illis experientijs reſpondent plerique nunquam effectus ſubſtantiales prodire à ſolis accidentibus, ſed à Deo ſupplente, & faciente quod facturæ eſſent cauſæ ſubſtantiales, ſi præſentes eſſent. Pertinet enim ad diuinam prouidentiam, & bonam gubernationem rerum naturalium, quod ſæpe Deus, qui eſt author naturæ, ſe gerat vt cauſa particularis multorum effectuũ, quos ſuæ cauſæ naturales non poſſunt aliquando pertingere; quare poſtquam calore ſolis, & alijs cæli qualitatibus, & influentijs diſpoſitæ ſunt in terræ viſceribus, materiæ primæ portiones, *S. Auguſt. 12.de Ciu. c.25.* à Deo generantur varia illa metalla, & formæ ignis in materia aeris ambientis, & intercepti inter ſilicem, ferro colliſum; in ſtupæ vero materia applicata ferro candenti, vel carbonibus ignitis, forſan producit ignem, ignis exiſtens in poris, & foraminibus ferri, & carbonum, ſiue in eorum ſuperficie ambienti, quem opinatur *Ariſtoteles* ibi præſentem eſſe, dicens lib. *de ſenſu*, & *ſenſili* cap.2. *extinguitur enim aut humido, aut frigido calidum, & ſiccum, qualis eſſe videtur qui in carbonibus ignis, & flamma*. quare recurſus ad Deum, dum opus eſt naturæ videtur conſentaneus; non item ad cęli Motricem poteſtatem. quod alibi oſtendam magis opportunè cum *Auguſtino*, & *Thoma*. *Ariſtoteles S. Auguſt. 12. de Ciu. c.14. S. Thomas 3.c.G.c. 103.*

Sed vlterius nobis opponunt, omnes cauſæ inſtrumentales partialiter concurrunt cum ſuis cauſis principalibus ad effectus earum, eoſque immediatè attingunt ſimultanea influentia; ergo non ſolæ ſubſtantiæ producunt alias ſubſtantias, concurrentibus inſtrumẽtis ſolum diſpoſitiuè. Antecedens probant primo exemplorum longa inductione, quæ elucidabunt magis doctrinam, & erunt lectori emolumento; nam in primis, inquiunt, habitus reſidens in intellectu, generatus ab actibus, concurrit vt cauſa inſtrumentalis ad actus ſimiles illis, à quibus fuit genitus, ſimul cum intellectu. Deinde ſpecies viſibilis colorum, quæ veniũt ab illis per medium aerem ad potentiam viſiuam, concurrunt vt inſtrumenta, & ſemina obiectorum, cum ea potentia ad actus videndi; & ſimiliter concurrunt reliquæ ſpecies ſenſuum, & potentiarum cæterarum; iuxta vetus *Auguſtini* prouerbium, *ex obiecto, & potentia paritur notitia*. Tertiò noſtrum liberum arbitrium vt cauſa inſtrumentalis, producit actus ſupernaturales, ſimul cum gratia Dei; aqua baptiſmi, & Sacramenta reliqua, quæ omnia ſunt inſtrumenta, producunt eleuata à Deo per ſimultaneum influxum gratiam in animabus rite ea ſuſcipientium, ſecundum *S. Thomam*. *S. Auguſt. 9. de Trin. c.12.*

S. Thomas Secundò probant idem antecedens ratione; quoniam poſſibile eſt calorem v.g. ſolum, nomine ignis, totaliter, vel ſaltem ſimul cum igne partialiter ignē

 alte-

alterum producere, neq; officit ignem producendum eſſe perfectiorem calore, quia, vt patet in exemplis allatis, non eſt neceſſarium, quod cauſæ inſtrumentales ſint perfectiores, vel tam perfectæ ac ſunt effectus; ſat erit ſi maior ea vel æqualis perfectio reperiatur in cauſa principali, in cuius nomine, & virtute cauſa inſtrumentalis illi deſeruiendo operatur, aut cooperatur.

493 Reſpondeo negando antecedens, & ambas conſequentias; ad exempla dico quod video in effectibus cauſarum inſtrumentalium, quæ afferentur, aliqua indicia, quæ perſuadent eos fieri à ſuis cauſis principalibus, & ab earū inſtrumentis; etenim in modo operandi intellectus habentis habitum, inuenio facilitatem, quam attribuo concurſui habitus, qui dat habenti ſe facilitatem.

Deinde in viſione, ſeu in actu videndi, reperio rationem repræſentationis, quæ venit illi ab ſpecie, & rationem vitalitatis, quę venit illi à potentia viſiua; & idem reperitur in actibus reliquis potentiarum cognoſcitiuarum; licet enim tota entitas actus impartibiliter procedat tota litate effectus, à potentia, & ab ſpecie; tamen ideo eſt tota entitas actus repræſentatio, quia procedit ab ſpecie; & ideo eſt tota vitalis, quia procedit à vitali potentia illum intra ſe producente, & recipiente. Tertio in actibus ſupernaturalibus ſimiliter video ſupernaturalitatem tribuendam Deo, & eius gratiæ; & vitalitatem attribuendam arbitrio.

Quarto, Sacramenta comproducūt ſimul cum Deo, phyſico influxu gratiam, vt ex *S. ...ct. ſanct...* ..., & *P...tribus* efficaciter probant multi Doctores, & meritò: quia ita magis extolluntur noſtra Sacramenta; nam de oppoſita ſententia, quæ tenet Deum ad præſentiam Sacramenti, quando adminiſtratur, producere gratiam, nihil faciente phyſicè ipſo Sacramento, ita

S. Thomas loquitur *S. Thomas* in 4. diſt. 8. q. 2. a. 1. ad 3. E. *Hæc opinio dignitati Sacramentorum noſtræ legis, derogat, & dictis Sanctorum obuiare videtur*, & propter hoc cōcedo influxum phyſicum Sacramentorum in gratiam.

Quapropter concedite libenter cō- 494
curſum cauſæ principalis, & inſtrumētalis, in illos effectus, in quibus videritis veſtigia, & indicia ſpecialia cauſæ vtriuſque, hoc eſt, aliquid, quod attribui debeat vni, & aliquid, quod attribui debeat alteri; tunc enim neceſſe erit concurriſſe cauſam vtramque, & nulla fruſtra concurret; modo ſit cauſa inſtrumentalis effectu perfectior, modò imperfectior.

Addo præterea ad maiorem abundantiam, quod ſuppoſito, quod prædicta inſtrumenta ſunt cauſæ, aliquid debent cauſare, nam non eſt cauſa, quæ non cauſet aliquos effectus, & cum non cauſent, nec habeant proprios effectus, quos diſponendo ad effectum cauſæ principalis, producant, oportet concurrant ad effectus cauſæ principalis, quid enim obſecro faciat ſpecies coloris, ſi non producit viſionem; & ita ſunt reliqua inſtrumenta nobis ſupra oppoſita.

Ad rationem negatur poſſibile eſſe calorem, aut aliud inſtrumentum producere effectus ſubſtantiales, coniunctum cum cauſa ſua principali, & multo minus ſeiunctum, & ſolitariū: tum quia quoduis inſtrumentum eſt imperfectius effectu ſubſtantiali, tum præſertim, quia ſufficit virtus cauſæ principalis ad producendum effectum ſubſtantialem, concurrente inſtrumēto diſponendo ſolum, per actionem præuiam, quando non eluceat in effectu aliquid, quod attribuendum ſit cauſæ inſtrumentali, ſiue quod illa habeat, quia ad illum ea concurrit, &
ideo opus non eſt *fieri per plura, quæ* S. Thomas
poſſunt fieri per pauciora. 3. c. g. c. 70

Quapropter generaliter negandum
eſt inſtrumenta concurrere effectiuè 495
ad producendos effectus cauſæ principalis, niſi quando cogamur concedere ea concurriſſe, propter ſigna, quæ viderimus in effectibus productis; vel propter aliquam authoritatem *S. Scripturæ*, vel *...atrum*, quæ nobis perſuadeat efficaciter, Deum voluiſſe honorare aliquam creaturam, eleuando cā ad effectus altiores ipſa, producendos; vt contigiſſe creditur Sacramentis nouæ legis: quando vero effectus ſunt ſubſtantiales, naturaliter facti, exiſtimo nunquam fore ſigna, quæ

indi-

indicet ad eos concurriſſe inſtrumenta; & ita abſolute dicendum, ad effectus ſubſtantiales ordinarios non concurriſſe accidentia.

Sed inſtas primo, ergo, & vos nitimini adnegandum actiuitatem inſtrumentis aliquibus, erga effectus cauſarum principalium, in opinione P. *Vazquez* qui opinatus eſt 1. p. diſp. 43. cap. 5. cauſam propriam adæquatã immedite influentem, alicuius effectus, quãdo præſertim contingit eam componi ex multis inuicem ſubordinatis, eſſe illam cuius cocauſis ſingulis in effectu correſpondet ratio aliqua peculiaris. Vnde ſi ab illo peteres, quæ ſit cauſa adæquata actus vidẽdi, reſpoderet eſſe potentiam viſiuam vitalem, & ſpeciẽ obiecti colorati viſi; quia, ſcilicet, in potentia, & in ſpecie inueniuntur duo, quæ item ſunt in effectu, ſuo modo; nẽpe, repræſentatio, & vitalitas, ſed hæc opinio videtur falſa, ergo falſum eſt veſtrum fundamentum.

Reſpondeo nos noninniti in ea probabili opinione eius Patris, neque pro nunc putamus generaliter eſſe veram, ſicut neque ipſe *Vaſquez* putaſſe videtur quando dixit diſp. 189. num. 10. ſola accidentia attingere ſubſtantiã, producendo ipſam, quibus nihil video ſimile reſpondere in ſubſtãntia producta. Dico tamen à poſteriori eſſe fidele indicium, vt cõcedã aliqua inſtrumẽta phyſica concurrere cũ ſuis cauſis principalibus, ad effectus, reperiri in ipſis formalitates varias, quarum aliæ reſpondeant, & aſſimilentur quodammodo cauſæ principali, aliæ cauſæ inſtrumentali. Quocirca cum iſta limitatione noſtra ſententia intelligenda eſt.

495 Inſtas ſecundo. ad hoc, vt vere dicatur vnum effectum etiam ſubſtantialem procedere à cauſa inſtrumentali, non eſt neceſſe, quod illi euadat ſimile in aliqua formalitate ſpeciali; ergo calor producit ſubſtantiam. Probatur antecedens: quia Angelus poteſt procedere à puluiſculo terræ, tanquam à cauſa inſtrumentali eleuata à Deo, qui tamen Angelus vere producitur ab illo puluiſculo, quin propterea in ſe aliquid habeat ſimile eo vili inſtrumento; poterit ergo ignis procedere à calore totaliter, vel partialiter, quamuis nihil ſit in eo, ob quod aſſimiletur ſpecialiter calori.

Reſpondeo conceſſo vtroque antecedenti, negando vtramque conſequentiam: Ego enim non dico, quod ſit neceſſe ſemper, quod effectus procedens à cauſa inſtrumentali, & principali, vtrique aſſimilandus ſit, vel alteri; ſed ſic eſſe indicium bonum ad colligendum concurſum inſtrumenti, ſi ſit aliquid in effectu, quod redoleat virtutem eius; ita vt hæc ſit regula generalis. quotieſcunque in effectu cauſæ principalis, vel in actione, qua fit, eſt aliquid, quod attribui debeat inſtrumento, dicendum eſt ad effectũ id concurri ſecum illa cauſa, quando autem nihil eſt eiuſmodi in effectu, neque in actione, qua fit.

Diſtinguendum eſt, ſi effectus ille factus eſt virtute naturali agentium naturalium, tunc ad eum non cõcurrit cauſa inſtrumentalis; quia eius cõcurſus eſt ſuperfluus; ſi vero factus eſt eleuante Deo, tunc ad eum concurrit, vt inſtrumentum ſimul cum Deo authore principali, creatura eleuata, cuius actiuitas non eſt ſuperflua, quia ſic placitum eſt Deo volenti honorare illam creaturam, comproductione talis effectus, cum ea contemperando ſuum concurſum ad producendam rem, quam ipſe ſolus poſſet producere, & axioma non dicit nihil eſt ſuperfluum in ordine obedientiali, & voluntario, ſed *nihil eſt ſuperfluum in natura*, ſiue in cauſarum naturalium ordine. *Ariſtoteles*

Inſtas tertio. ignis ſolus, licet intra ſe producat calorem, vt propriam paſſionem, tamen non poteſt illum producere extra ſe; ergo multo minus poterit producere alium ignem extra ſe. Probas antecedens: quia quod nõ poteſt id, quod eſt minus à fortiori nõ poterit, quod eſt magis. 497

Reſpondeo conceſſo antecedenti, negando conſequentiã. Videtur enim congruentius dicere, quod ignis poſſit per emanationem producere in ſua quantitate calorem, & ſiccitatem, tanquam proprias paſſiones, & potentias; & quod præterea illi datum non fuerit poſſe producere extra ſe ſimiles qualitates; quia id reſeruatum ſit ſuis potentijs, ne quid ſit ſuperfluum in

natur-;

natura; nam certè otioſa ſemper eſſet potentia ignis ad producendum extra ſe calorem; quia nunquam reduceretur ad actum; ſiquidem ſufficit calor eius ad producendum calorem extra ſe; neque enim decet, quod calor poſſit extra ſe producere calorem, & ignis ſit deterioris conditionis, non valens producere alium ignem extra ſe, vt ſupra nu. 489. dicebat S. Thomas.

S. Thomas

Ad probationem antecedentis dico videri faciliorem productu vnum gradum humiditatis, quam vnam perfectam ſubſtantiam, & tamé conceditur ſubſtantiæ poſſe producere hanc, non vero illum; quia ille eſt extra ſphærã agentis; illa verò non ita in propoſito, licet de ſe videatur facilior factu calor, quam ſubſtantia ignis, hanc poteſt producere ignis, & non illum, quia ab Authore naturæ data eſt potentia igni ad ignem, non ad calorem, extra ſe producendum: quare nõ ſolum difficilius eſt igni producere calorem extra ſe, ſed etiam impoſſibile, quia *non eſt potentia, quæ non poteſt reduci ad actum.*

498 Probabilis eſt hæc reſponſio, licet poſſet probabiliter concedi poſſe ignis ſubſtantiam producere extra ſe caloré in ſubiecto ſibi approximato, ita quod ex igne, & calore ſuo ſe contemperantibus, & ſimul influentibus, calor alter immediatè naſceretur. quis enim ſciat an frigiditas, quæ producitur in manu miſſa in aquam frigidam, procedat ſolum à frigiditate, & non partialiter ab ipſa, & ab aquæ ſubſtantia; ſiquidem non magis difficilis productu eſt frigiditas prima, quæ eſt paſſio aquæ, & producta ab aqua per emanationem, in propria quantitate, in puncto conditionis ſuę, quam alia quæuis frigiditas. Producenda in manu aquæ contigua. Vnde reſpondere poteris aliter argumento, negando antecedens, concedendo igni potentiam proximam ad producendum ignem alium extra ſe, & item alium calorem; quia illum formaliter, hunc eminenter, & virtualiter contineant.

S. Thomas 1.p.q.17. a.6.

Inſtas quartò, puer concurrit ſimul cum homine robuſto ad eleuandum pondus ingens, quod ſolus puer leuare non poteſt; ergo licet calor ſolus non poſſit producere ignem, eum producere poterit, ſi cum eo concurrat alter ignis.

Reſpondeo conceſſo antecedenti, idque concedendum eſſe conuincunt duo, primũ eſt, quod experimur puerum in ea eleuatione defatigari, quod ſignum eſt efficientiæ ſuæ. Secundum eſt, motum illum, ſeu lapidis eleuationem non ſuperare in perfectione potentiam motiuam pueri; ſed vero neque calor eſt tam perfectus, atque ignis, neque calorem videmus defatigari, neque in igne producto videmus elucere aliquid, quod ſpecialiter attribuendũ ſit calori; & ſic non cogimur aſſerere calorem influere in illum.

Inſtas vltimo. ergo quotieſcunque 499
elucet in effectu aliquid, quod attribui poſſit, ac debeat titulo ſpeciali inſtrumento, dicendum eſt id phyſico influxu, & immediato concurriſſe: ergo cauſæ morales præſertim artes, & exemplaria phyſico influxu concurrũt ad ſuos effectus; quod eſt omnino cõtrarium noſtræ doctrinæ. Patet conſequentia; quia quæ fiunt ab artificibus ex directione artium, ſiue exemplariũ euadunt ſimillima exemplaribus.

Reſpondeo tenere doctrinam noſtram, & illud generale principium, in cauſis phyſicis, non in moralibus, & intentionalibus, quas diximus ſupra & dicemus infra, non attingere phyſico influxu effectus ſuos, licet illis euadant ſimiles.

SECTIO IX.

Oſtendit quid ſit cauſa per ſe, & per accidens, vbi quid Caſus, Fortuna, & Fatum.

Cauſa efficiens alia eſt *per ſe*, alia *per accidens*; cauſa per ſe eſt ad effectum omnino neceſſaria, vt ignis reſpectu alterius, & ſimiles; cauſa vero per accidens, quæ ad effectum intentum non eſt neceſſaria; vt muſica exiſtens in architecto, vel in medico reſpectu edificij, & ſanitatis.

Cauſa per accidens eſt duplex, altera, quæ accidentaliter adiungitur cauſæ per ſe effectus; vt eſt muſica, quæ contingenter iungitur in medico medicinæ, cauſæ per ſe ſanitatis. Secũda dicitur cauſa per accidens eadem,

quæ

que eſt cauſa per ſe reſpectu vnius effectus, cui præter intẽtionem contingenter adiungitur alius inſolitus; vel quæ per ſe intendens aliquem effectũ, eum non aſſequitur, & facit alterum præter intentionem ſuam; ita eſt homo effoſor terræ, qui licet reſpectu effoſionis, qui eſt effectus intentus, ſit cauſa per ſe, eſt item cauſa per accidẽs reſpectu inuentionis theſauri, quæ fortè, & cauſaliter adiungitur effectu intento; & cauſa generans monſtrum, ea enim prolem perfectam intendit, quam dum non aſſequitur, producit monſtrum.

500 Cauſa per accidens in iſto ſecundo ſenſu, dicitur dupliciter, alia *caſus*, alia *fortuna* caſus eſt cauſa per accidẽs præter ſuam intentionem, vel quaſi intentionem, cauſans aliquem effectum coniunctum tamen, licet raro, cum effectu per ſe intento; ita eſt effoſor terræ reſpectu inuentionis theſauri, & qui proijcit lapidem reſpectu percuſſionis animalis fortè tũc prætereuntis.

Caſus etiam ſunt, & cauſæ per accidens pueri carentes vſu rationis; equus, vel alia beſtia; vel etiam res inanimatæ, quæ dum operationes per ſe intentas faciunt, cauſant quaſi præter intentionem, alios effectus, rarò adiunctos effectibus intentis: & ſignatè caſus ſunt cauſę, quæ generant monſtra, quæ inter mirabiles effectus cauſæ huius numerantur: *monſtrum* enim in communi *eſt effectus naturalis à recta intenta, & ſolita diſpoſitione degenerans:* vt eſt homo monoculus, bifrons, & ſimiles effectus, qui degenerant ab intentione principij generantis; de quibus legendi ſunt noſtri Præceptores in indicibus v. *monſtrum*, præſertim *Auguſtinus* to. 5. lib. 16. de Ciuit. D. E. 8. tradens monſtra fieri volente Deo tum ob alios fines, tum ob Mundi pulchritudinem. vt habes apud *Conimb.* hic c. 9. q. 6. a. 2. *Ariſtoteles S. Thomas S. Auguſt.*

Fortuna vero eſt cauſa rationalis, & ex conſilio operans, cauſans effectum præter intentionem, coniunctum tamen, licet raro cum effectu per ſe intento; ita eſt foſſor ille terræ benè fortunatus. Aduerte hic primò differentiam inter caſum, & fortunam; etenim caſus poteſt eſſe indifferenter creatura rationalis, & irrationalis; fortuna vero ſemper eſt rationalis, & quæ ex conſilio, & propter finem operatur; quare ad plura ſe extendit caſus, quam fortuna, nam ille in pluribus eſt, quam hæc; cuius nulla alia ratio eſſe videtur, niſi quia ſic voluere Poetæ, ſic voluit *Ariſtoteles*, qui doctrinam præcedentẽ tradidit hic t. 57. & *S. Thomas* ibi. *Ariſtoteles S. Thomas*

501 Aduerte ſecundo, fortunam proſperam, & felicem eſſe cauſam definitam, cuius effectus per accidens ſecutus eſt bonus, & proſper, nempe, vel vtilius, vel iucundus, vel honeſtus; ſicut è contra fortunam aduerſam eſſe cauſam illam, cuius effectus per accidens, eſt malus, & aduerſus; vnde hominem bene fortunatum appellant terræ effoſſorem, theſaurum inuenientem; & malè fortunatum terræ effoſſorem viperam mordentẽ; & quidem effectus iſti cauſales, à caſu, vel à fortuna nominantur, ſed plerumque vocantur & ipſi, nomine ſuarum cauſarum, *caſus*, & *fortuna*, proſpera, vel aduerſa fortuna.

Qui plura volet de caſu, & fortuna legat *Ariſtotelem* hic à t. 30. ibi *S. Thomam*, vbi has cauſas exiſtere probant, atque earum effectus; & referunt illorum deliria, qui eas negarunt, & aliorum, qui caſualium effectũ cauſam eſſe dixerunt, vim occultam nobis, & quaſi quoddam Numen, ac Deam: & quidem, vt ibi loquitur *Pallauicinus*, vulgus *Græcorum*, & *Romanorum* fortunam tanquam Deam adorabat; ſed hæc omnia ſunt vana figmenta; etenim fortuna, ideſt, primum illud principium, quod ita res contemperat, vt euentus felices, & aduerſi eueniant, potius eſt Diuina Prouidentia, ad quam omnia referenda ſunt, vt pulchrè *Ariſtoteles* lib. 7. Ethic. ad Eudem. *S. Thomas* 1. 2. quæſt. 9. a. 4. & *S. Auguſtinus* to. 3. lib. de *Geneſi* ad lit. cap. 34. & to. 4. lib. 1. ad *Simplicianum* q. 2 proſequuntur. *Ariſtoteles S. Thomas S. Auguſt.*

502 Aduerto tertio, quod dixit Philoſophus 2. magnor. moral. *Vbi parum eſt intellectus, ibi multum eſt fortunæ, & vbi multum eſt intellectus, ibi parum eſt fortunæ*. Vnde colligas primò cum *Auguſtino* lib. 83. qq. q. 24. Deum non poſſe dici *Caſum*, neque *Fortunam*, reſpectu alicuius effectus, quia caſu fiat reſpectu *S. Auguſt.*

ſpectu ſui ipſius; nihil enim fit ab ipſo directè, neque indirectè; neque reſultat ex eius operatione quidquam, quod ſit præter eius intentionem, ipſi caſuale, aut fortuitum; Omnia enim operatur ex conſilio, aut certa ſcien-
S. Thomas 3 c.G.c.9. tia, & ideo Deo nihil caſu accidit, aut fortuito; quin potius caſus omnes, quos nos ita vocamus, & fortunas, & item monſtra, quibuſdam poſitis defectuoſis circumſtantijs, Deus per ſe vult, cauſat, & ordinat: quod indicat
S. Auguſt. *Auguſtinus* 10. de *Ciuit.* c. 16. ſaltem ſicut per ſe velle, & cauſare remiſſionem peccatorum, ijs poſitis, & patratis à peccantibus, iam de illis dolentibus, tradunt Doctores.

Collige ſecundo, homines ſapientes ſæpe ſua ſapientia, & prudentia olfacere effectus, qui ſolent adiungi cum effectibus, à ſe intentis directè; ac proinde tales effectus ipſis non eſſe caſuales, ac fortuitos; quamuis adhuc plurimi ſint, qui prætereunt humanam omnem ſcientiam: cuius rationem reddidit *Cicero* in *Academicos* dicens *Fortuna efficit multa dura nobis, propter obſcuritatem, ignorantiamque cauſarum.*

Aduerte quarto, quemlibet effectũ caſualem, ſiue fortuitum habere ſuam cauſam per ſe, à qua pendent, & cui propterea caſuales non ſunt, v.g. inuentio theſauri eſt effectus per ſe prouenienſ à terræ effoſione, & ita ſunt cæteri: dicuntur tamen effectus caſuales reſpectu cauſarum particulariũ, quæ illos non intendunt.

503 Fatum denique, vt omittam delitia, & opiniones Gentium, eſt ſeries, & congeries cauſarum naturalium neceſſariò operantium, præordinata à Diuina prouidentia, vt ſiant effectus ineuitabiliter, à ſuis iſtis cauſis neceſſarijs, & omnino independentibus à ſecundis cauſis liberis. Quare omnes effectus, qui fiunt à cauſis naturalibus, ita præordinatis à Deo, dicuntur à *fato*, & *fatales*, id eſt neceſſariò, & ineuitabiliter ſuccedentes, conſonat his re
S. Auguſt. Ariſtoteles S. Thomas ipſa *Auguſtinus* to. 5. l. 5. de Ciu. D. cap. 9. omnino legendus, & *Ariſtoteles* 5. Phyſ. tex. 57. & ibi Sacer Interpres.

Vnde infers primò, à fato non lædi, neque tangi liberum arbitrium, neque actus liberos noſtros dici poſſe fatales, neque illos effectus, qui licet in ſe ſint neceſſarij, tamen pendent ab aliqua libera voluntate. Secundò fatum imponere quidem neceſſitatem effectibus, quorum eſt cauſa, non vero effectibus liberis, qui fato non ſubdũtur. ſumitur etiam *fatum* pro effectu cauſarum earum naturalium, ſicut de *fortuna*, & *caſu*, ſupra dictum eſt.

Doctrinam præcedentem confirmare videtur, ac præſeferre, ipſum nomen *fatum*, quod vt ſupra dixit *Auguſtinus à fando* dicitur, quaſi perinde ſit *fatum*, atque illud, quod ineuitabiliter futurum prælocutum, & fatum ante ſit, ex vi cauſarum neceſſario, & ineuitabiliter operantium: qui plura volet de *fato* legat indices *Ariſtotelis*, *&* *Auguſtini*, & *S. Thomæ*, & *Calepini*, & notet *fatum* etiam à *S. Thoma* 1. p. q. 1. art 8. extendi ita, vt importet collectionem cauſarum etiam contigentium, & liberarum, ita diſpoſitarum à Dei prouidentia, vt infallibiliter coniungantur cum effectibus ſuis, ſalua tamen liberorum agentium indifferentia. ex quo tandem collige *fatum*, *cauſas per accidens*, *fortunam*, & *caſum* reduci ad cauſam efficientem. quod & probat *Ariſtoteles* hic t. 61. 62. & 65. demum videndus eſt S. *Thomas in lamanio* hic fusè tractans de prædictis cauſis per accidens, & effectis. Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

SECTIO X.

Declarat cauſas primo producentem, & conſeruantem; primam productionem, & conſeruationem; & probat iſtas actiones reſpectu eiuſdem effectus, non diſtingui vel numero ſed ſolum per extrinſeca connotata; ſi tamen agentia non varientur.

Cauſa primò producens eſt, quæ dat eſſe effectui, qui immediatè antea eſſe non habebat. Cauſa conſeruans eſt, quæ effectum productum retinet in eſſe. Deus eſt cauſa vtroque modo Michaelis, v.g. quem antea non exiſtentem, primo produxit initio; & eundem poſt retinuit, ac retinet in eſſe. 504

Cauſa hæc conſeruans alia eſt per ſe,

qualiter eſt illa, quæ vera actione rem
S. Thomas productam retinet in eſſe; alia eſt per
1.p.q.104. accidens, vt eſt illa, quæ non conſer-
a.2. uat directa actione rem, ad ipſam ter-
minata, ſed remouendo contraria de-
ſtruentia. ita eſt ſal, qui conſeruat à
putredine carnes, expellendo qualita-
tes corruptionè ob noxias, vel impedi-
mento earum actiuitatem; & itē ma-
nus, quæ oppoſita lucernæ, impedit
ventum reſflantem, & ſic viuam flam-
S. Thomas mam conſeruat. & *qui puerum cuſtodit,*
art. 1. c. *ne cadat in ignem.*

Deinde prima productio eſt actio, qua primò educitur extra cauſas effectus, qui immediatè antea non erat. vbi nota eſſe de ratione primæ productionis vt talis, ita dare eſſe de nouo effectui, vt hic antea ex vi nullius cauſæ, & actionis, ſit, aut fuerit, ſed quod omninò non fuerit tempore antecedenti. conſeruatio vero eſt actio, per quam effectus retinetur in eſſe accepto per primam productionem,
S. Thomas vel etiam æternam.

Hic aduertunt primò *S. Thomas 1.p.* q.104.a.1.& de Pot. q.5. a.1. *Vazquez* ibi diſ.229.c.10. *Suarez* in met.diſp.21 ſect.2. & *Molina*, quibus ſubſcribunt hic *Hurtad.*, *Arriaga*, *Ouiedo*, *Tellez*, & Recentes communiter. Eadem omnino eſſe actionem primo productiuã. & conſeruatiuam, quando contingit retineri in eſſe effectum eundem, à cauſa eadem, quæ ipſum primò produxit; & probatur, quia non ſunt multiplicandæ actiones ſine neceſſitate, ſi vna ſufficit ad primò producendum effectum, & conſeruandum; ſufficere autem vnam patet ex eo, quod manet eadem cauſa, & idem effectus, & ſolum in tempore eſt differentia; tēpus autem diuerſum non debet variare actiones; ſecus per ſingula momenta actiones infinitæ variarentur, ac Deus perpetuo conſeruaret animas noſtras,
variando infinitas actiones, quod vi-
505 detur non neceſſarium.

Quàre actio connotando tempus,
S. Thomas in quo effectus non erat, ſeu in quo habuit ſui *inceptionē*, vt loquitur *S. Thomas*, dicitur primò productiua; comparata vero ad tempus, in qoo effectus retinuit eſſe, dicitur conſeruatiua; & ſic tota diſtinctio eſt de nominibus, & rationis tantùm; præſertim cum actiones non habeant connexionem cum ijs diſtinctis temporibus, aut connotatis, vt probo infra; ac dato, quod haberent, dici poſſet actiones talis eminentiæ eſſe, vt quælibet ab initio, ea diuerſa connotata reſpiciat, nempe tempus, in quo eius effectus non erat; & tempus, in quo iam erat; ſicut id vtrumque tempus reſpicit hęc oratio. *Hæc lux, quæ modo eſt, heri non erat.*

Secundo aduerto cum *Suarez*, variatis agentibus in totum, vel ex parte, pro tempore conſeruationis effectuũ, neceſſariò debere variari actiones eorundem licet effectuum; ideſt, conſeruationes debere diſtingui à primis productionibus. hoc colligitur ex dictis in principio ſectionis; & probandum efficaciter infra erit, quando oſtendamus diuerſa agentia ſibi vindicare diuerſas actiones; nec poſſe agens nouum ſuperueniens vti actione eadē agentis alterius.

Altera Pars Sectionis reſpondet obiectionibus, quæ prætendunt conſeruationem ſemper, & neceſſario, à productione prima debere diſtingui.

Sed pro *Henrico* quodlib.1.q.7. & 506
paucis alijs, qui fuerunt eius opinionis, obijcis primò. actio primò productiua petit eſſentialiter non fuiſſe ſuum effectum, tempore præcedenti, ſiue illum facere de nouo; actio vero conſeruatiua petit eſſentialiter effectum antea fuiſſe primò productũ: ſed fuiſſe, & non fuiſſe effectum, ſunt res eſſentialiter, & plus quam genere diſtinctæ; ergo refunduntin actiones, quæ res illas reſpiciunt, plus quam ſpecificam differentiam; actio ergo primoproductiua, neceſſariò differt a conſeruatiua.

Reſpondeo ſi conſiderentur actio primò productiua, & conſeruatiua, ſecundum totum, quod dicunt tam intrinſecè, quam extrinſecè, tam in recto, quam ex connotato, conuincere argumentum diſtingui plus quam ſpecie actiones primò productiuam, & conſeruatiuam, non quidem intrinſecè, & ratione eſſentiæ, quæ eadem numero eſt; ſed ratione connotatorum, quorum alterum eſt nouitas eſſendi;

alterum non nouitas, ita reſpondet *S. Thomas* q. 3. de Pot. a. 3. ad 2. & 6. & ideo ad formam, nego antecedens; actio enim nulla reſpicit eſſentialiter tempus hoc potius, quam aliud, contenta ſi ſic reſpiciat cauſam ſui, & terminum, quem producit; licet nos propter conſiderationem varij temporis, eam nominemus varijs nominibus.

S. Thomas

Sicut anima mea eadem dicta fuit olim primò producta; & nunc dicitur conſeruata; nũc forma corporis maioris, olim minoris; & nominamus actionem in fieri *generationem*, ſeu *motũ*, quia tunc fit tranſitus de non eſſe ad eſſe effectus, & connotatur non eſſe effectus; & eandem entitatem motus perſeuerantem paulo poſt, appellamus nõ iam motum, ſed quietem, vel actionem, quamuis intrinſecè nihil illi deſit, nec additum ſit; & ego dicor ſimilis alteri homini; diſſimilis equo; minor Angelis; diſtinctus, ac diſtans à Turca, nulla in me facta mutatione, ob ſolam diuerſorum eorum terminorum conſiderationem, ſeu connotationem; vt monſtraui cũ noſtris *Præceptoribus* in *Tripartita* à n. 827. quod confirmat ex *S. Thoma*, *Armando*, & alijs *Thomiſtis* doctus *P. Ti. banus* c. 46.

Ariſtoteles
S. Thomas
S. Auguſt.

507 Obijcis ſecundò. actus intellectus, qui cognoſceret, & connotaret tempus cum abſentia, & negatione effectus vnius, eſſet ſpecie diſtinctus ab actu, qui cognoſceret, & connotaret tẽpus cum præſentia eiuſdem effectus; ergo ſimiliter actio, quæ reſpicit tempus illud, quando non eſt effectus, diſtinguitur in ſpecie ab actione, quæ reſpicit tempus, quando præſens eſt effectus; & conſequenter actio primò productiua, & conſeruatiua vt tales, ſemper, & neceſſariò diſtinguuntur.

Reſpondeo conceſſo antecedenti, quia ij actus eſſent relationes tranſcẽdentales, & imagines expreſſæ obiectorum pluſquam genere diuerſorum, qualiter ſunt tempus, & negatio effectus; & tempus, & effectus præſens: negando conſequentiam; quia iſtæ actiones non reſpiciunt trãſcendentaliter prædicta duo obiecta, aut tẽpora; ſed ad ſummum prædicamentaliter à nobis conferuntur, quia cum ipſis ſũt, vel non ſunt concomitanter; actiones enim ſolum reſpiciunt tranſcendentaliter res, à quibus ſpeciem ſumũt, quæ ſunt ipſarum principia, quorum ſunt cauſalitates; & termini, ſiue effectus, ad quos efficiendos deſtinantur: de reliquis circunſtantijs temporis, aut loci non curant.

Quemadmodũ & actus intellectus, voluntatis, & ſenſuum, non reſpiciũt tranſcendentaliter tempus nubilũ, aut clarum, noctis, aut diei; neque locũ, neque alias concomitantes res, & circunſtantias, in quibus, & cum quibus eos actus contingit eſſe; ſed tantum reſpiciunt potentias ſuas, & obiecta, à quibus totaliter ſpecificantur. Quare non video fundamentum, vt actiones adſtringam tempori, aut loco, aut alijs circunſtantijs, & rebus poſitiuis, vel negatiuis, quæ non ſunt cauſæ earum, vel effectus, ſed tantum cum illis concomitanter eſſe contingit.

Hinc infertur primò, actionem, qua produceretur Angelus ab æterno non fore diſtinctam in ſpecie, ab ea, qua idẽ Angelus, vel ſimilis produceretur in tempore; licet illa prior appellaretur æterna, hæc vero tẽporalis; illa ęterna à parte ante, & à parte poſt; hęc vero ſolũ à parte poſt; quia ſpecificatiuum adæquatum eius vtriuſq; actionis, eſt idẽ, vel ſimile, nempe Deus, & Angelus, nam æternitas, vel tempus ſunt circũſtantiæ concomitantes, nullo modo reſpectæ ab eis actionibus; ſicut neque ab earum termino, & agenti tranſcendentaliter reſpiciuntur. 508

Infertur ſecũdò magis ad propoſitũ, actionem primò productiuam entis permanentis, eſſe quidem eminenter ſucceſſiuum ens, atque cõtinuum, ſed formaliter permanens; ſicut eſt terminus eius; quatenus illa ab initio produxit terminum, & conſeruat per tẽpora multa, ſine intrinſeca partium ſucceſſione, additione, aut diminutione. id eſt, quia fuit, eſt, & erit tota ſimul.

Infertur tertio actionem illam, qua produceretur Angelus ab æterno, non eſſe dicendam primo productiuã; quia hoc nomen imponere ſolemus ſolis illis actionibus, quę producunt effectus primo, ita vt in tempore antecedenti ad eorum primum eſſe, non eſſent; ante æternitatẽ autem, nullum tẽpus præceſſit, vt manifeſtum eſt; neq; poſſumus appellare illam actionem conſerua,

Digitized by Google

ſeruatiuam, ſumendo ipſam adæquatè
cum tota ſua duratione , quia vt ſic
non ſupponit eſſe prius, aut fuiſſe ef-
fectum, quem retineat in eſſe; ſed ta-
men, ſi ſumamus iſtam actioné, quaſi
partiendo eius durationem, poſſumus
illam appellare in hac die conſerua-
tionem, quia conſeruat effectum, qui
S. *Thomas* fuit heri,& præteritis diebus.qui plu-
1.p.q.104. ra volet legat *S. Thomam* in *Alamanio*,
a.1.q.5. *de* hic q.11.a.6.
Po.a.1.

SECTIO XI.

*Oſtendit per ſe loquendo tantam,
ſiue æqualem virtutem requiri
in cauſa efficienti , ad conſeruã-
dum effectum , atque ad eum
primo producendum; & Deum
conſeruare omnia , vel ſolum ,
vel etiam adiuncta cauſarum
ſecundarum influentia; & re-
ſpondet argumentis .*

509 CErtum eſſe debet omnia pendere
à Deo in conſeruatione ; Deus
S. Auguſt. enim in primis ſine dubio conſeruat
12.de Ciu. ſolus in genere cauſæ efficientis,crea-
c.25. turas, quas ſolus creauit; vti ſunt ma-
S. Thomas teria prima, Angeli , animæ rationa-
1.p.q.104. les , & huiuſmodi; & item aliquos
ſubſtantiales effectus, qui licet primò
producti fuerint à Deo, & ſimul à
cauſis ſecundis tamen perdurant in eſ-
ſe multo poſt , etiam ijs abſentibus;
ſicut ſunt filij hominum, & iumen-
torum , & alij effectus complures .
*quibus ſi Deus potentiam fabricatoriam ſub
trahat, ita non erunt, ſicut ante quam fie-
rent, non fuerunt* aiebat vbi ſupra *Augu-
ſtinus*, ac teſtatur Dei *ſapientia* . 11.26.

Deinde conſeruare Deum cætera
omnia , ſaltem partiali influxu , du-
bitari non poteſt ex dictis à num.41[illegible].
probabile etiam eſt , & experientia
ferè compertum , aliquas cauſas ſe-
cundas conſeruare effectus , quos pri-
mò produxerunt ; ſic enim lumen
hoc conſeruatur à ſole præſenti, ſiqui-
dem ſole occidente diſparet ; & aliæ
luces conſeruantur ab alijs luminoſis ;
actus vitales conſeruantur à ſuis po-
tentijs; & ſic dicendum de alijs cau-
ſis , vti docebit obſeruatio : legan-
tur de Conſeruatione *S. Thomas* in
Alamanio hic q.11.art.7. & 8. & *Suarez*
infra.

Maior difficultas eſt , an maior vir- *S. Thomas*
tus requiratur ad conſeruandum ef- *1.p.q.104*
fectum , quam ad eum primò produ- *a.1.c & q.*
cendum; in qua tenet *communis opinio* *5.de Po.*
non requiri ; ſed ſufficere æqualem *a.1.*
per ſe loquendo , ideſt , ſi cætera ſint
paria ; ſi nimirum , non ſit aliqua ſpe-
cialis circunſtantia, v.g. aliquod con-
trarium impediens in prima produ-
ctione, quod non ſit in conſeruatio-
ne , vel è contra. ita docent *Suarez*
diſp.21.metaph.ſect.3 *Conimb.* hic c.7.
q.12.a.2. & Recentiores communiter.

Communis ratio eſt , quia eadem
ſubſtantia, & portio effectus eſt , quæ 510
primò producitur , & conſeruatur; er-
go, ſi cætera ſint paria, tanta virtus re-
quiritur , & ſufficit vt effectus primò
producatur, ac, vt conſeruetur . Con-
firmatur, quoniam ſubſtantia effectus
per ſe loquendo , non eſt magis , vel
minus difficilis productu, in primo ſui
eſſe , quam eſt in ſecundo ; ſecus per
ſingula temporis momenta creſceret ,
vel minueretur dependentia vnius ef-
fectus à ſua cauſa ; quod ridiculum
videtur ; ergo in tempore , & ſtatu v-
troque æqualem concurſum, & æqua-
lem virtutem, in cauſa poſtulat .

Sed oppones . ignis, & Deus produ-
xerunt primò calorem , quaſi duplici
partiali concurſu ; & poſt ſolet Deus
conſeruare calorem productum ſolo
ſuo concurſu, qui videtur eſſe dimidie-
tas concurſus prioris prouenientis an-
tea à Deo ſimul, & ab igne ; ergo mi-
nor virtus requiritur, & ſufficit ad cō-
ſeruandum effectum, quam ad illum
primò producendum.

Reſpondeo quod, quando Deus ſolus
conſeruat calorem , non conſeruat eũ
concurſu ſolum generali ſimili illi, quo
concurrebat primò cum igne, ſed alio
particulari vberiori æquiualenti con-
curſui prouenienti antea à Deo. & ab
igne, vel illi, quo produceretur calor in
abſentia contrarij , ſiquidem Deus fa-
cilè ſinit vinci ſitum ſuum concurſũ,
vti dico infra.

Sed vrges . falſum eſt, quod Deus
mutet concurſum , & adhibeat vbe- 511
riorem ; ergo maiorem non adhibet ,
ſed eundē. Probas antecedens, nā ſi
Deus adhiberet, quando ſolus cōſeruat

calorem productum, v. g. in aqua, tantum concurſum æquiualéter, quãtus adhibitus eſt in prima eius productione, nunquam poſſet aqua ſemel calefacta ſe reducere ad priſtinam frigiditaté; hoc eſt falſum; ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur maior; nam concurſus æqualis æquiualens illi, qui potuit primò producere calorem in præſentia frigiditatis repugnãtis; qualis dicitur eſſe concurſus Dei calorem hunc conſeruans; poterit eundem conſeruare in aqua, & conſequenter impedire ne aqua ſe iterum infrigidet; quod ſi non facit, vt re vera non facit, conuincitur aut eſſe minor, aut requiri maiorem concurſum ad conſeruandum calorem, quam ad eum primò producendum.

Reſpondeo negando antecedens, & conſequentiam; ad probationem maioris, dico Deum adhibere concurſum, vt conſeruet calorem productum in aqua, æqualem illi concurſui, qui adhibitus fuit à Deo, & a ſua creatura in prima caloris productione; ſed quia Deus non vult perſeuerare retardando actionem aquæ, qua ſe iterum procurat infrigidare, vt retardabat, ac retardaret ignis præſens; idcirco ſe reducit illa ad priſtinam frigiditatem, & calorem à ſe depellit, etiam conſeruatum per tantam virtutem, ac primo fuit productus: quia, ſcilicet, Deus non vult ſupplere concurſum ignis retardantem, ſed ſolum conſeruantem, ſiquidem Author naturæ eſt cauſa magis vniuerſalis, & non ita determinatus, vt ignis, ad calorem conſeruandum.

QVÆSTIO IV.

Tractat remiſſiuè de cauſis intrinſecis compoſiti naturalis, nempe, de materiali, & formali; & hic fusè de earum cauſalitatibus.

512 EX dictis à nu. 119. & 271. conſtat exiſtere cauſas materialem, & formalem; & materialem eſſe quidquid conſtituit intrinſecè per ſui exhibitionem compoſitum recipiendo in
Ariſtoteles ſe, ſuoque gremio formam, ſiue, vt dixit *Ariſtoteles id, ex quo aliquid fit, cum* *S. Thomas*
inſit; ita eſt materia Petri, quæ recipiẽdo eius animam, componit compoſitum; & quantitas, quæ recipiendo calorem componit calidum; & huiuſmodi. formalem vero cauſam eſſe quidquid intrinſecè, ſeu per ſui exhibitionem actuando, vel informando ſubiectum, conſtituit compoſitum; ſiue, vt ait *Ariſtoteles*, cauſa formalis *Ariſtoteles*
eſt *ratio ipſius, quod quid erat eſſe rei*, id eſt, *S. Thomas*
compoſiti præcipua pars, ipſum conſtituens indeterminata ſpecie, & eſſẽtia; vti declaraui ſupra nu. 271.

Sed quoniam ex earum cauſarum mutua exhibitione, & conſortio, duo effecta reſultant: nempe, primo cauſari inuicem ſeſe materiam, & formã; deinde compoſitum: videndum hic erit in primis, quæ ſit cauſalitas, mediante qua, eæ ſe ipſas cauſent, atque compoſitum; & quod de materiæ primæ, & formæ ſubſtantialis, quæ ſunt principales cauſæ materialis, & formalis, cauſalitatibus reſolutum fuerit, de reliquorum ſubiectorum, & formarum cauſalitatibus dictum eſt.

SECTIO I.

Statuit cauſalitatem primariam, qua cauſant compoſitum materia, & forma, tanquam intrinſecæ cauſæ, & ſecundariam, qua ſe mutuò, eſſe vnionem: & reſpondet obiectis.

CAuſalitas ergo, qua iſtæ duæ cauſæ cauſant compoſitum, eſt vnio; ita 513
docuerũt PP. *Suarez* diſp. 13. met. ſect. *S. Thomas*
9. & alibi. *Rubius* tr. 2. nu. 66. & tr. 3. nu. *7 m. l. 7.*
74. *Hurtado* diſp. 6. Phyſ. ſect. 3. *Arriaga* *Ariſtoteles*
hic d. 8. nu. 11. *Ioannes Maior. Albert. Magnus*, & alij communiter; & probatur, *7. m. t. 60.*
quia illa eſt cauſalitas materiæ, & formæ, qua ambæ ſe communicant eo fine, vt conſtituant vnum vnitum, vnũue compoſitum; ergo vnio eſt earum cauſalitas, qua cauſant compoſitum. Confirmatur, quoniam cauſalitas eſt ratio formalis, medium, & via, qua communicatur eſſe effectui à ſua cauſa; ſed compoſito communicatur eſſe à materia, & forma, mediante vnione ſui ipſarum; ergo vnio eſt earum cauſalitas; & quia mediante iſta vnione

cau-

cauſatur compoſitum, quod eſt principalior effectus, finaliter, & primario intentus; *vnio* conſueuit appellari *cauſalitas primaria*, conſiderata in ordine ad ipſum, cuius etiam dicta eſt ſupra nu. 108. principium *quo*.

Ariſtoteles 1. Phy. t. 82. *S. Thomas 5. m. l. 2. & 3. de Pot. a. 8. c.*

Deinde *cauſalitas ſecundaria*, qua materia cauſat ſuo modo formam; & qua viciſſim forma cauſat ipſam materiam eſt ipſamet vnio: ita tradunt *Suarez* vbi ſupra nu. 9. *Rubius* loco citato, licet cũ quadam limitatione infra exponenda, & explodenda. *Soncinas, Iabelius, Fonſeca* 5. m. c. 2. q. 1. ſect. 3. *Veracruz* ſpec. 3. & alij multi referendi à nu. 521. & quot quot vnionem non diſtinguunt ab extremis, qui ſunt *Ferrarius* tr. 2. d. de cauſis, q. 6. a. 2. cum *Ariſtotele*, *Commẽt.* hic C. 7. q. 8. a. 1. & 2. *S. Thomas*, & alij complures ex Antiquis, & Modernis, præſertim *Antimodiſtis*. vt habes ſupra nu. 304.

Ariſtoteles *S. Thomas*

Et probatur. etenim quando materia operatur in genere ſuo, ſolum debet facere hoc, quod eſt recipere in gremio ſuo formam, & ſic illam quodammodo ſuſtentare, & illi ſic quaſi dare eſſe, non autem in genere cauſæ influẽtis, quod eſſet ſaltare extra chorũ, & mittere falcem in meſſem cauſæ efficiẽtis; ergo ratio formalis, qua recipit materia formam, ſiue receptio, eſt cauſalitas, qua exercet munus ſuum, & cauſat formam, ſed eiuſmodi receptio eſt vnio, vt patet, ergo vnio eſt cauſalitas cauſæ materialis; quæ ritè à nobis appellatur *paſſio*; non ergo eſt influxus.

514 Rurſus eadem ratio probat cauſalitatem formæ eſſe ipſam vnionem; quia vnio eſt ratio formalis, qua forma informat materiam, ipſam complet, in eſſe determinato ponit, ornat, & quaſi ſuſtentat, & ſic dat eſſe; ſed nec mirandum, quod vnica ſola vnio ſit cauſalitas, qua ſibi quaſi dant eſſe inuicem, & quodã modo pendent ab inuicem cauſę materialis, & formalis; & inſuper qua fit, aut cauſatur compoſitũ: quia poſſibile eſt hæc duo fieri per vnam cauſalitatem, quæ non ſit actio efficiẽs duo, ſed vniens duo extrema; quia vnione poſita quaſi primò ſequitur cauſare ſe inuice iſtas duas cauſas, ideſt, materiam recipere, & ſuſtentare formam; & formam actuare materiam, eam perficere, & complere. Secundò poſita mutua dation, & coniũctione, reſultat compoſitum. quare vt bene quoque probat *C. Complut.* d. 9. à q. 2. in via *S. Thomæ* & ſcholę Thomiſtarum effectus alterutrius eius cauſæ ſunt duo, alter eſt ſocia mutuò cauſata, alter compoſitum.

Ariſtoteles 8. m. c. 6. *S. Thomas 1. p. q. 76. a. 7.* *S. Thomas op. 31.*

Vnde fit primò, quod vnio ſit cauſalitas materiæ, & item cauſalitas formę, cum iſta differentia nominis, vel rationis; quod vt eſt cauſalitas materiæ, dicitur receptio, aut paſſio, vel materializatio, ideſt, ratio formalis, qua cauſa materialis recipit, aut patitur formam: vt vero eſt cauſalitas formæ, dicitur actuatio, & informatio, cõtinẽtia & terminatio, ideſt, ratio formalis, qua cauſa formalis actuat, & informat materiam, eam continet, & in ſpecie determinata conſtituit, eam ab alijs *ſeparat*, atque diſtinguit.

Ariſtoteles *S. Thomas 7. m. t. 49.*

Fit ſecundò, modum cauſandi cauſę materialis, eſſe pati recipere, & ſuſtẽtare in gremio ſuo, mediante vnione, formam, & non alium; & ſimiliter modũ cauſandi cauſæ formalis eſſe actuare, & informare materiam, mediante eadem vnione, quę vt ſic deſeruit materiæ, & formæ in ſuo qualicunque modo operandi, dicitur *ſecundaria cauſalitas* earum. lege *S. Thomam* op. 31. §. *Viſo* de modo iſto recuſationis.

Fit tertiò, materiam eſſe, ac dici debere cauſam materialem, non tantum reſpectu formarum corporearũ, ſed etiam animæ rationalis, vt benè annotarunt *S. Thomas*, *Commẽt.* hic c. 7. q. 8. a. 1. *Suarez* cum *Fonſeca* d. 13. met. ſect. 7. nu. 4. & ſect. 9. nu. 10. cum ea nimirum differentia, quod anima rationalis, nec ratione fuiſſe, nec ratione ſuæ productionis, aut vnionis in materia, ab ipſa dependeat: formæ vero corporeæ ſic; quia ob ſuam imperfectionem, educuntur à materia, à qua ſubinde dependent ratione ſuæ actionis, & vnionis; & ideo dicuntur non *ſubſiſtentes per ſe*, quatenus ſeparatæ non durant, vti ſubſiſtit, & durat rationalis; ſolet vero dici animam rationalem pendere à materia non ſimpliciter, & antecedenter, ſed quaſi conſequenter, ideſt, vt eam informet, & ſuppoſito, quod debeat exercere actum informandi: quod eſt veritas manifeſta. 515

S. Thomas 5. m. lect. 2. *S. Thomas 1. p. q. a. 1. & ſup. nu. 351.*

Sed opponis primò, vna cauſalitas non

Digitized by Google

non poteſt fieri per aliam; ſed vnio fit per generationem quæ eſt cauſalitas cauſæ generantis; ergo vnio non poteſt eſſe cauſalitas formę, & materiæ. Nego maioré. bene enim poteſt fieri cauſalitas vnius generis, per cauſalitatem alterius generis. Vnde vnio quæ eſt de genere ſubſtantiæ, vel alia quæuis de alio prædicamento, poterit fieri per actionem de genere, & prædicameto actionis; ſicut punctum quantitatis, quod eſt vnio partium lineæ, aliunde eſt extremum, & vnitur cum materia prima, per punctum inhærentiæ, quod eſt vnio alterius quaſi generis.

Quare non repugnat vnam rationé vltimam formalem, per aliam fieri in diuerſo genere præterquá quod vnio eſt cauſalitas valde improprie, & ęquiuoce, ſicuti ſunt ſuæ cauſę, nimirum, materia, & formæ; eæ enim cauſæ ex eo ſolum dicuntur, quia cum ſint entia icompleta, & ſolæ durare non poſſunt, ſe inuicem vniendo, ſe viciſſim tenent in eſſe; excipe tamen formas rationales, quæ ſic dant eſſe materijs, ſed ab ipſis eſſe ſimpliciter nullo modo capiunt.

S. Thomas 5.m.l.2.

516 Oppones ſecundo. Ergo vnio quælibet eſt vnitorum cauſalitas, & ſubinde quælibet extrema vnita, ſunt ſibi inuicem cauſæ; quod abſurdè dicetur; quis enim dixerit partes continui ſe inuicem cauſare media vnione ſua; aut verbum, & humanitatem media ſua.

Reſpondetur quamlibet vnionem eſſe medium, & cauſalitatem, qua aliquid cauſetur; & ſimiliter quælibet extrema aliquid mediante vnione cauſare, licet non ſemper ſe cauſent inuicem; ergo in propoſito, partes continui; & quaſi partes Chriſti, cauſant ea vnita, vt manifeſtum eſt, ſiquidem eorum ſunt quaſi elementa; ſed non ſe cauſant inuicem; quoniam nó pendét inuicem: hoc tamen habet amplius admirabile vultum, ſiue compoſitum Chriſtus, quod dici quidam modo poteſt quaſi conſtare & ſubiecto & quaſi forma, quæ quaſi ſe cauſant inuicem, id eſt, natura humana verbũ quaſi recipiendo, verbum vero Dei, quaſi ipsá informando, actuando ac perficiendo, quaſi ad modum qui cernitur in homine cuius materia, & forma ſe cauſant inuicem, licet ſine mutua dependentia.

Oppones tertiò contra aſſertionem ſecundam ſtatutam ſupra num. 543. § *Deinde* nullæ cauſæ ſe poſſunt cauſare ad inuicem, etiam ſi ſint diuerſi generis; quia materia nequit pendere à priori à forma; neque forma à materia; ergo vnio non poteſt eſſe communis cauſalitas. Reſpondeo negando enthymema, quidquid dicant PP. *Suarez* d.15 m. ſect.8. *Hurtado* hic d.8. ſect.5. *Albertinus* q.13. Coroll.13. *Arriaga* hic d.12. à num.89. quorum doctis rationibus ſatisfaciemus infra, quando tractemus cum Philoſopho, cauſas, quæ poſſunt ſibi inuicem eſſe cauſæ. interim legatur *S. Thomas* in *Alamanio* hic q.13.a.2.

S. Thomas 5.m. ſect 2. de Ver. q 28 a.7.6.

SECTIO II.

Defendit in compoſito formam non habere ſecundariam cauſalitatem, per modum influxus erga materiam.

517 ANimam equi, v. g. (& idem dicendum de reliquis formis tam ſubſtantialibus, quam accidentalibus, reſpectu ſuorum ſubiectorum) quæ vnita eſt cum eius animalis materia, non influere in ipſam aliquo influxu de genere actionis, docuerunt, & merito *Vaſquez* 1.p. diſp.174. cap.4. nu.19. & 2. *Hurtad.* hic d.2. ſect.8. *Albertin.* to.2. in 6. prin. diff.6. *Herice* de viſ. d.41 cap.2. *Mur* ... d.3. q.3. *Tellez* hic, *Suarez* in met. diſp.13. ſect.8. *Arriag.* diſp.11. à n.88. *Rubius* tr.3. de cauſa formali à n.73. & plerique Recentiores, & præclarè *S. Thomas* in *Alamanio* hic q.9. de cauſa formali a.1. dicens, *quia nulla forma agit efficienter in ſubiectum, in quo eſt.* & ideo conſentiunt communiter *Thomiſtæ*, & *C. Complut.* d.9.

S. Thomas 1.p q.76. a.7.

Prima ratio eorum eſt, quia non ſunt multiplicandi influxus ſine neceſſitate; ſed nulla neceſſitas eſt, quod formæ influant in ſuas materias; ergo in eas non influunt; minor patet ex eo, quod materiæ omnes portiones ſufficienter fiunt, & conſeruantur a Deo, per actiones creantes, & eas conſeruantes independenter à quolibet etiam influente: & aliunde inconueniens

niens videtur, quod quæuis forma quaſi creet, aut concreet ſimul cum Deo ſuam partem materiæ: & ſubinde, quod verè dici poſſit non ſolum, quod vna ſubſtantia faciat aliam ſubſtantiam vera actione; ſed quod effectus ſubſtantialis creatus prodeat totalitate effectus, à formis, licet non totalitate cauſæ.

Secunda ratio eſt. nam actio, qua Deus produxit, & modò côſeruat materiam primam, eſt creatio; ſed creatio eſt productio rei ex nihilo quolibet; ergo forma non influit in materiam. Patet conſequentia; quia ſi influeret forma in materiam, is influxus impediret ne materia fieret ex nihilo; quia verè fieret ex aliquo, nepe ex forma; ſicut influxus materiæ in formá conceditur ab omnibus impedire, ne forma, ergaquam eſt influxus, creetur.

518 Quare ſine firmo fundamento reſpondent aliqui Recentiores influxum quidem materiæ erga formam, impedire formæ creationem, non autem influxum formæ in materiam: ſiquidem, vt manifeſtum eſt, quilibet influxus, qui effectiuus non ſit, facit ne res de nihilo fiat, ſed de aliquo influéte: gratis enim ita ab illis traditur definitio creationis: *Creatio eſt productio rei*

S. Thomas *ex nihilo, ideſt, ex nullo præſuppoſito ſubie-*

S. Auguſt. *cto, vel tanquam ſubiecto; quidquid ſit, an præſupponatur influxus a forma.*

Ideo dixit P. *Vaſquez* allegatus, qui contrarius eſt iſtis Recentioribus, Si Deus conſeruaret materiam, media forma, tanquam principio; & materia ex illa eſſet, non crearetur à Deo, quoties coniuncta alicui formæ producitur; quia non de nihilo, ſed verè ex forma fieret; & *Suarez* 3.p.t.3. diſp.50. ſect.3. de ratione, inquit, creationis eſt, vt nullo modo ſupponat rem poſitiuam, ex qua, vel circa quam fiat, ſed ſolum cauſam agentem; forma vero influens non videtur ſtare ex parte agentis, præſertim, quia, vt influat in materiam, neceſſariò poſtulat vnionem cum ipſa. quare ratio hæc tanti Patris, non eſt contemnenda, quidquid dicat quidam Recentior.

Tertia ratio eſt. etenim aduerſarij fatentur formas accidentales, qualis eſt albedo, vbi, quantitas, & ſimiles, non influere in ſua ſubiecta; quia is influxus non eſt neceſſarius conſeruationi ſubiectorum; ergo neque formæ ſubſtantiales influent in materias, quæ non egent eis influentijs ad ſui conſeruationem; ſat eſt ſi egeant formis vt informantibus, & illarum potentias complentibus, ac perficientibus.

Quarta ratio conuincens eſt. forma non eſt cauſa efficiens reſpectu materiæ, ſed ſolum formalis; ſed munus cauſæ formalis ſufficienter adimplet informando ipſam, mediante vnione; ergo alter ille influxus, qui ſolius cauſæ efficientis proprius eſt, eſt extra ſphæram formæ. minor patet ex terminorum intelligentia, & ex definitione cauſæ formalis ſupra tradita; & conſequentia admitti debet, præſertim ab illis, qui negant influxum ſubſtantiæ in aliam.

Altera Pars Sectionis diruit fundamenta quorundam, qui poſuerunt influxus formarum in materias.

VErum enim verò multi Recentiores exiſtimarunt formas ſub- 519
ſtantiales influere in materias ſuas, per quoſdam influxus conſeruatorios, ab vnione diſtinctos; qui pro ſe afferunt *Fonſecam* 5.m.cap.2. q.3. ſect.2. *Conimb.* 2.Phyſ.cap.7. q.9. a.2. aſſert.3. ſed immeritò, vt euidenter apparebit eorum ſcripta legenti; nam ij tantum volunt materiam, vtpote incompletam, perſiſtere non poſſe ſine formis; & viciſſim has, ſi corporeæ ſint, ſubſiſtere non poſſe ſine conſortio materiæ, ob eandem cauſam.

Primum illorum fundamentum deſumitur ex *Ariſtotele* dicéte hic tex.30. Ariſtoteles
aliquas cauſas eſſe ſibi ad inuicem cauſas. vbi quamuis non tractet de cauſis materiali, & formali, ſed de efficienti, & finali, tamen datur intelligi ipſum Philoſophum non negaturum materiam, & formam eſſe ſibi inuicem cauſas, præſertim cum in 5. met. to.2. vbi repetit illud ipſum, ita loquatur
S. Thomas in lect.2. *Eſt igitur efficiens* S. Thomas
cauſa finis, finis autem cauſa efficientis; & ſtatim, *forma autem, & materia ſibi inuicem ſunt cauſæ, quantum ad eſſe.*

forma

forma quidem materiæ inquantum dat ei eſſe actu; materia vero formæ inquantum ſuſtentat ipſam; quod ſi iſtæ duæ cauſæ ſe cauſant inuicem, neceſſe eſt vt forma influat in materiã, & quod materia influat in formam.

Admitto authoritates, & concedo materiam, & formã eſſe ſibi viciſſim cauſas; vt autem modo ſuo ſint ſibi mutuo cauſæ, non ſunt neceſſarij mutui influxus; neque enim ſunt ſibi cauſæ efficientes; ſed vna eſt cauſa materialis, & altera formalis: materialis autem munere ſuo functa competenter eſt, ſi mediante vnione ſuſtentet recipiendo in gremio ſuo formam perituram, niſi ſic ſuſtentetur; ſicut & cauſa formalis ſuo officio totaliter ſatisfecit, ſi mediante vnione materiam informet eam actuando, & cõplendo.

520 Eſt hæc expreſſa mens *S. Thomæ*, vt videre eſt in *Adamanio* hic q.8.& 9.a.1. & ad 1.& q.13. vbi diſputans S. Pater de cauſalitatibus, quibus ſe cauſant inuicem materia & forma, influxus nõ agnoſcit, ſed illas concludit eſſe coniũctionem vtriuſque, nempe receptionem vnius, & actuationem alterius: in eo ſolum à nobis diſſentiens, vt putet vnionem non eſſe realiter diſtinctam, vti repeto infrà à nu. 531.

S. Thomas 5.m.l.2.& Tab.v.a35. n.37.

Ad hæc cauſa finalis non influit phyſica cauſalitate in cauſam efficientem ſui, quando contingit has cauſas ſeſe cauſare inuicem, ſed morali, & intentionali ſibi propria, vt declaro infra, quare textus *Ariſtotelis*.& *S. Thomæ* generaliter dicentes *cauſas diuerſi generis ſe mutuo poſſe cauſare*, non reuincũt ipſarum cauſalitates fore influentias, ſed proprias generis cauſæ vniuſcuiuſque; verba enim *cauſare ſuſtentare*, & huiuſmodi æquiuoca ſunt, nec ſolum ſignificant cauſalitates dictas *influxus*.

Ariſtoteles S. Thomas

Secundum fundamentum eſt. quia materia ita dependet à forma, vt ſine illa nequeat eſſe; ergo ſignum eſt, quod à forma per influentiam conſeruatur. Reſponde huic argumento ex dictis à n.256. & dicito ita verum eſſe, quod materia ſine formis non poſſit eſſe; id autem non contingere, quia indigeat formarum influxibus, ſed tum ex ſtatu conditione rerum, & agentium, quæ nunquam vnam formam corrumpunt, quin aliam generent, quam ſufficiant loco corruptæ, tum etiam ex limitata natura, & potentia incompleta materiæ, quæ magis connaturaliter eſt actuata formis, à quibus quo ad complementum, ornatum, & perfectionem pendet; vel dic materiam attenta ipſius creatione, qua nimirum fit, à formis non pendere, ſed adhuc ſufficienter ab ipſis cauſari, ideſt, actuari, informari, & perfici; vti dictum ſupra eſt nu.515. de cauſatione materiæ erga animam rationalem; & ideo *Arriaga* hic d.11. n. 122. opinatur cum *Suarez*, & *Hurtado* poſſe materiam ſine formis eadem actione, à Deo conſeruari, contra *Conimb. Fonſecam* ab ipſo citatos, & *Conimb.* qui exemplis perſuadet oppoſitũ, vt leges infra nu.528.

Tertium fundamentum à paritate ſic ſumitur materia prima, poſtquam vnita eſt cum forma, eſt cauſa formæ influendo in ipſam; ergo è contra, forma ſuppoſita vnione cum materia, influet in materiam, identificando iſtum influxum, cum actione creatiua Dei, qua Deus creat materiam, nego antecedens propter dicenda ſectione ſequenti, & quidem inconueniens eſt, quod forma quaſi creet materiam producendo eam per entitatẽ actionis, quæ eſt creatio propria ſolius diuinæ potentiæ. vti adnotaui ſupra. 521

SECTIO III.

Monſtrat neque materias cauſare formas influxu diſtincto ab vnione.

Tituli aſſertum dicuntur tradidiſſe *S. Auguſt.* *Auicenna* t.2.met. *Niphus* 2.Phyſ. com.3. & expreſsè defendunt Docti Magiſtri cum PP. *Leſsio* lib.3.de ſum. bono à n.49 *Conimc.* de ſacram.q.77.a.1. d.1.& de Habit.d.4.n.17.& d.5. n.46. *Fonſeca* 5.m.c.2.q.3.ſect.2.quibus fauet *Vazquez* tom.1.in 3.p. ad quæſt.2.diſp. 19. §.*ex parte vero Animaſtica*, *Vuadingus*, *Tiphanus*, & ab ipſo allegati Authores numero quadraginta, & *Conimbric.* hic c.7.q.8.a.1.& 2.explicantes optimè modos, quibus ſe cauſant inuicem materia, & forma ſine influentijs, ac *P.Biſacmin.* Theor.419.conſentit.

Idem

522 Idem aſſertum colligitur ex *Ariſtotele*, & *S Thoma* tum ex 3.Phyſ.tom.4. & 22. vbi paſſionem non diſtinguunt à formis, vt ponderabo infra ſect.4. tū ex alijs teſtibus. Ille enim 1.Phyſ. t.8. ſic loquitur Magiſtrum ſuum *Platonē* ſequens: *Materia permanens cum forma cauſa eſt eorum, quæ fiunt, ſicut mater*, ideſt, recipiens in gremio, & ſuſtentans formas, quæ fiunt aliunde, ſcilicet, ab alijs agentibus, non à materia, quæ quā cauſa materialis, & receptiua eſt, non facit influendo, ſed ſicut mater in gremio recipiendo, fouendoque prolem, vt leges ſupra n.269. deinde addidit *Ariſtoteles* 2 de Gen.tom.53. *Materiæ eſt, pati, & moueri, mouere autem, & facere eſt alterius potentiæ:* nempe proprium eſt formarum facere, non materiæ, quæ neque actuoſa eſt, neque influxiua, niſi vt plurimum reſpectu propriarum paſſionum, quarum tamen eſt cauſa effectiua, in quātum influit; materialis autem, in quantum eas recipit.

Ariſtoteles
S. Thomas
Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas
ſup.n.293.

Conſonat *S. Thomas* tum ſuper allegatos textus, tum in *Alamanie* hic q.9. de *cauſa formali* a.1.c. dicens cauſas extrinſecas, nempe efficientem, & finalem, cauſare per cauſalitates extrinſecas, intrinſecas vero, nempe formalem, & materialem, per ſolam exhibitionem mutuam actualem, ruſus ita ſcribit in 4.d.7.q.2. a.4. *Materia eſt cauſa formæ ſecundum genus cauſæ materialis quaſi ſuſtentans ipſam*, ſicut, videlicet, ſuſtentare ſolet prolem mater in gremio; non ergo ſuſtentat materia formas, ſecundum genus cauſæ efficientis, nempe inflendo in ipſas.

S. Thomas
5.m.l.2.&
2. Phy.l.5.
& 1.p.q.
77.a.7.

523 Quod ſi materia formam ſuſtētaret, & inſuper aleret influendo in ipſas, ſicut mater ſuſtentat, & applicat in gremio prolem, & inſuper alit, lac in ipſam influendo, concedendum foret abſurdum hoc, nempe, materiam primam ſimul eſſe cauſam materialem propter receptionem formarum; & earundem cauſam efficientem, propter influentiam; præſertim, quia incredibile videatur, quod materia prima, quæ ab *Auguſtino* dicta eſt *prope nihil*, ab *Ariſtotele*, & *S. Thoma* prædicata toties tanquam *ſterilis, per ſe non ſubſiſtens*, ſit tam fœcunda, & cauſare potens, vt ſimul habeat influxus multos, & quidem perfectos, vtpote, quibus effectus debeantur totalitate ipſorum, qui ſunt forma equi, quantitas, ſubſiſtentia materiæ, vbi, duratio; & ſi quæ ſunt formæ aliæ, quæ de ipſius potentia ſimul educuntur. ruſus quis credat quantitatem ſimul influere in quatuor qualitates primas, & in alias multas entitates, quas ſuſtentat; & animam rationalem influere in gratiam, & aliqua dona in ſe forſan recepta; ac demum intellectum, & voluntatem habere varios influxus ſupernaturales in fidem, ſ em, charitatem, & ipſorum actus, præter influxus vitales effectiuos, ita quod Deus eleuet creaturas receptiuas, vt influant in genere etiam cauſæ materialis, quod non facile intelligi poteſt, iuxta dicta ſupra nu.181. & hæc eſt prima ratio pro noſtra concluſione.

S. Auguſt.
S. Thomas
Ariſtoteles

Secunda eſt illa generalis *Non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate*; ſed influxus materiæ in formas, non ſunt neceſſarij; ergo multiplicandi non ſunt, minor probatur. quia ſufficienter fiunt, & conſeruantur formæ introductæ in materiam, per influentiam agentium, quæ formas primo produxerunt, & conſeruant; ſicut ſufficienter creatæ ſunt, & conſeruantur animæ rationales, per influxum a Deo ſolo prouenientem; nam certum eſt materias noſtras non influere in animas noſtras; ſecus non crearentur, neque fierent de nihilo, vti docet Fides.

Ariſtoteles
S. Thomas
3.c.g.c.70.

Tertia ratio eſt. etenim adæquatè, & completè expleuerit munus cauſæ materialis materia, ſi recipiat in ſe formas, mediante ſua cauſalitate, nempe vnione; ſicut mediante ſola eadem vnione munus cauſæ formalis ſufficienter explet forma, ex communi ſententia; ergo influxus materiæ in formas ſuperfluit, ad hoc, vt ea ſit cauſa materialis. quod ſi ponas quod influat, oportet, vt ponas cauſam materialem eſſe ſimul cauſam efficientem reſpectu formarum, & qua efficientem inflere, & qua materialem non influere, ſed recipere, vt contingit eſſe intellectum, reſpectu actuum ſuarum, quos influxu facit, & ſine influxu recipit, qua nimirum eorum cauſa receptiua, 524

& materialis eſt.& rurſus negare non poteris alibi immediatum influxum ſubſtantiæ vnius in alteram.

Alterapars Sectionis refert opinionem eorum, qui putant materias influere in formas; & ſatiſfacit ipſorum rationibus; repetit non nibil de eductione formarum a materia, & concludit ſuppleri poſſe a Deo cauſalitates ſecundarias, non item primarias.

SEd contra ſtant plerique Iuniores, qui conſtanter tenent materiá, & ſubiecta omnia influere per influxũ, quem vocant *cauſalitatem ſecundariam*, in omnes ſuas formas, tam ſubſtantiales, quam accidentales; quem dixerũt ſupra in primo libro eſſe eductionem formarum à materia, & identificari cũ influxu cauſæ efficientis, & ſic identificatum vtrumque partialem influxũ producere, & conſeruare formas in ſuis ſubiectis productas dependenter ab ipſis influentibus.

Citant pro ſe innumerabiles Authores, qui attente legendi ſunt; rarus enim eſt, qui faueat ipſis de re; quia nullus eorum videtur ponere influxũ materiæ erga formas, ab ea exilienté, aut pluſquam receptum ab ipſa, vt educuntur formę à materia; quáuis omnes exprimant educi formas de materia, & produci dependenter ab ipſa ſuſtentante; quæ dependentia, & ſuſtentatio declarata ſupra à nobis eſt, & hic declarabitur amplius, ſine iſto materiæ influxu; quidquid cõtra ſentiant Moderni; qui tamé meritò pro ſe allegare poſſũt P. *Granado* 1.2. de Gratia t. 4. diſp. 7. nu. 13. *Lugo* de Euch. d. 6. à n. 19. *Hurtado* hic d. 2. ſect. 9. & d. 4. ſect. 2. *Arriaga* d. 8. à nu. 3. *Tellez* d. 25. nu. 8. qui allegat *Amicum*, *Rubiũ*, & *Suarez*, quem dicit talis influxus inuectorem.

525 Et probant primò ſuum influxum; quia formæ omnes corporeæ educuntur de potentia materiæ, vel ſubiecti; ergo materia, vel ſubiectum influit in ipſas. Patet conſeqentia primò, quia educi formas à ſubiecto, eſt produci eas ab agenti generanti in ſubiecto influenti, ſimultaneo influxu. ſecundò, quia diuerſo modo ſe habet materia erga formas corporeas, ac ſe habet erga rationales; ergo in illas influit, & non in iſtas.

Sed reſpondetur conceſſo antecedéti, negando conſequentiam, & quod adducitur in eius primam probationé. Educi enim formas à materia, perinde eſt, ac produci dependenter ab vnione earum cum materia, hoc eſt, fieri ab agenti per actionem talis naturæ, & tam dependentis, quod petat eas producere, & ſecum collocare in materia, vniendas cum ipſa, vt oſtendi ſupra à nu 275. Ad probationem ſecũdam reſpondet *Tonſeca* citatus, eodem modo cauſare materiá omnes formas, ideſt, per receptionem; ac differentiá ſe tenere ex parte formarum; nam corporeæ ratione ſui imperfecti eſſe, & modi, quo producuntur, petunt inhærere materiæ, ſine qua eſſe non poſſunt; ſecus formæ rationales, quod ſupra ſępe dictum eſt, & à S. *Thoma* expreſſum. *S. Thomas ſ m. l. 2.*

Probant ſecundo. formæ omnes corporales neceſſario depẽdent à materia, 526 non tamqua à conditione, ſed tamquam à cauſa; ergo tamquam à cauſa influente. Reſpondetur conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; ná bene ſtat formas illas depẽdere à materia, tamquam à cauſa materiali, ideſt recipiente ipſas, & ſuſtentante in gremio, quin in eas influat.

Dependent ſanè formæ corporeæ à materia, quaſi tribus titulis. Primo, ratione ſuæ incompletæ eſſentiæ, quæ indiget conſortio partis ſuæ. Secundo, ratione actionis generatiuæ, quæ talis naturæ eſt, vt petat producere formas illas, ſecum reponendas in ſubiecto. Tertio, ratione vnionis, cum qua petunt ſemper eſſe vnitas ipſi materiæ. Quare dicendum non videtur formas *S. Thomas* ſolum dependere à materia, tanquam *ſ. m. l. 2. &* à conditione, ſed etiam tanquam à *3. de Pot.* cauſa materiali; etiamſi materia non *a. 8. c.* influat in ipſas: ſicut amor non dicitur pendere à bono amato, ſolum tanquam à conditione, quamuis bonum non influat in eum actum amoris; ſed etiam tanquam à ratione formali ſpecificante.

Addo

Adde. quod ſi materia influeret, non influeret in quantum eſt cauſa materialis, ſed in quantum eſſet cauſa efficiens; nam efficiens cauſa eſt reſpectu propriæ ſubſiſtentiæ, in quam influit; quatenus autem in eam influit, vt nemo negat, non eſt cauſa materialis, ſed efficiens; illius enim cauſa materialis eſt ſolum vt recipiēs. Vnde merito dixit *P. Suarez* in met. diſp.22.nu.30. *Neque actio, vt actio dicit habitudinem, niſi ad efficiens*; ideſt, actio vt agit, non eſt propria alterius cauſę, niſi efficientis.

527 Probat tertio: materia cauſat formam, cum qua vnitur, ſicut & forma, viceuerſa, cauſat materiam; ergo habent mutuum influxum: conſequentia probatur; quia communis opinio Philoſophorum hic, & Theologorum in mat. de Euchar. vt videre eſt in *Suarez. Granad., Card. Lugo, Coninc.* q.77. a.1.d.1. & alij, vbi tractant de quantitate conſeruata extra ſubiectum, tenet formam conſeruandam extra ſubiectum, indigere vberiori concurſu, qui, nimirum, ſuppleat influxum ſubiecti; ergo id influit in formas.

Reſpondeo materiam cauſare formam perinde eſſe, ac materiam recipere, & ſuſtentare in ſe formam; & formam cauſare materiam, perinde valere, atque formam materiam informare; quare verbum *cauſare* æquiuocum eſt, & applicatum cauſæ efficienti ſignificat eam influere in effectus, & applicatum cauſis materialibus, & formalibus, ſignificat modum cauſandi harum, qui eſt aliarum, recipere; & aliarum, informare mediāte eadem vnione, quæ eſt receptio, & informatio, vt ſupra dictum eſt. & ideo S. Doctor ex *Ariſtotele* libentius vocat cauſas intrinſecas *principia*.

S. Thomas ſ.m l.2.c 7. & 1.p. q.77.a.7

Ariſtoteles S. Thomas op.31.

Vnde ſine dubio arguitur dependentia formæ corporeæ à materia, & materiæ à forma, ſaltem vt magis cōnaturaliter ambæ perſiſtant in eſſe, ſcilicet, completo; & quidem materia dat eſſe formæ, quatenus ſuſtentat illam, in gremio ipſam recipiendo; quod ſi non faceret, periret forma; & non poſſet conſeruari ex vi actionis, qua producta eſt in materia.

528 Atque ex his patet ad probationē; etenim, vt bene dicit *Coninc.* n. ſuo 30. effectus ſolet indigere vberiori concurſu, vt fiat, vel conſeruetur in vno loco, quàm indigeat in alio, quia illic non ita connaturaliter exiſtat, licet ſupplendus non ſit cauſæ alicuius influxus; ideo vberior ordinaria debet eſſe conſeruatio grauis corporis in aere, aut ſuper aquas liquidas; & quæ produceret calorem in paſſo frigido, & humido, atque in præſentia contrarij conſeruaret. Vt verò replicis occurrā, aduerto me ſupra nu. 256. diuinaſſe animam rationalem produci quidem magis connaturaliter in ſubiecto, ſed eadem actione conſeruari extra illud; quia ipſa actio tam vber fuit ab initio, ſed an id ipſum dici poſſet de creatione materiæ, videbis ex dictis n.166 & 256.

Probant quartò. qui tollit influxū materiæ erga formas, tollit predicamentum *paſſionis*; ſed hoc tollendum non eſt; ergo neque influxus; nego maiorem. quia ille influxus, licet daretur, non eſſet paſſio: Paſſio enim definitur ratio formalis patiendi, & recipiendi, quæ definitio ſolum competit vnioni, quæ eſt prædicamentum paſſionis, vti cum *Ariſtotele, Auguſtino,* & *Thoma* dicam inferius, & ſane capi non potuit quomodo influxus quaſi actiuus materiæ erga formam, ſit ratio formalis patiendi, ſiue qua paſſum recipit formā, etiamſi is cum *Suarez,* & *Rubio* dicatur eſſe actio agentis recepta in paſſo, ſiue materia in fieri formæ; nunquam enim verificatur pati ſubiectum aliquid intrinſecum ſe afficiens, & mouens per iſtos influxus, niſi remotè, & efficienter, vel occaſionaliter, vti dico infra.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

Probant quintò, communis ſententia admittit ſecundarias cauſalitates, quales dicuntur eſſe influxus materiæ erga formas, & harum, erga materiā; ergo ij admittendi ſunt, vel reijcienda ab ſcholis nomina iſta *ſecundariæ, & primaria cauſalitates*. Reſpondeo me etiam admittere iſtas cauſalitates; nam primariam, ideſt, magis præcipuam cauſalitatem, appello vnionem, qua materia, & forma cauſant compoſitum, quod eſt opus principalius; & ſecundariam dico, non influxum materiæ in formas, quem nego, ſed eandem vnionem, vt eſt medium, & 529

ratio formalis, qua materia cauſat in
ſuo genere formam; & ſimiliter vt
eſt medium, quo forma informat ma-
teriam.

Probant vltimo: communiter dici
tur Deum non poſſe ſupplere primariá
cauſalitatem, bene tamen ſecundariá,
in genere cauſæ efficientis: ergo ſe-
cundaria cauſalitas eſt influxus mate-
riæ in formas. Reſpondeo, & libenter
concedo Deum non poſſe ſupplere pri-
mariam cauſalitatem, ideſt, non poſſe
vnire partes compoſiti ſine vnione,
ſicut nequit dealbare ſine albedine;
poſſe autem ſupplere cauſalitates ma-
teriæ erga formam; & formæ erga
materiam; quamuis iſtæ non ſint in-
fluxus; quatenus in genere cauſæ effi-
cientis poteſt conſeruare formam ſine
materiæ receptione, quæ eſt cauſalitas
ſecundaria eiuſdem, per vberiorem
actionem illa, qua illam retinebat in
materia; vberior actio eſſet actio creás
formam equi, v.g. independenter ab
omni materia: & multo facilius po-
teſt ſupplere cauſalitatem formæ erga
materiam, conſeruando materiam ſi-
ne omni informatione, quæ eſt cau-
ſalitas ſecundaria formæ.

530 Sed vrges Deus non eſt materia,
neque poteſt ſe vnire cum forma, vt
illam ſuſtentet; ergo non poteſt ſupple-
re defectum materiæ operando, ac ſe
gerendo eo modo, quo materia. con-
cedo antecedens & diſtinguo conſe-
quens, non poteſt ſupplere effectum
materiæ in eodem genere materiæ,
ſiue, vt ibi dicebatur, operando, ac ſe
gerendo eo modo, quo materia; & ſic
concedo conſequentiam; in diuerſo
genere, ideſt, in genere cauſæ effi-
cientis, modo declarato; & ſic nego
conſequentiam.

SECTIO IV.

*Diſtinctius declarat. quid ſenſe-
rint de cauſa materiali, & for-
mali, & ipſarum cauſalitatibus,
& effectis, Philoſophi, Antiqui,
& Recentes, præſertim* Ariſto-
teles, *&* SS.PP. Auguſtinus,
& Thomas.

DIco primò. in confeſſo eſt apud
omnes, eas cauſas exiſtere, & ita
tradunt tres noſtri Magiſtri, vt habes
ſupra n.100.119.& 271.& conſentiunt
Interpretes, & ij, qui admittunt gene- *Ariſtoteles*
rationis principia duo in facto eſſe, & *S. Auguſt.*
quadruplex cauſarum genus. quæ fu- *S. Thomas*
sè tractat *S.Thomas* op.30.vel 31.

Dico ſecundò. ijdem Authores tra-
dunt materiam, & formam eſſe cauſas
intrinſecas compoſiti, quod ex eis cō-
ponitur, & cuius eſſe, ſunt principia,
& elementa, nimirum, vnamquamq;
diuiſiuè, & in genere ſuo, iuxta dicta
ſupra num.237.

Dico tertiò eaſdem cauſas ſe cauſa- 531
re inuicem, ideſt, materiam cauſare
in genere ſuo receptiuo formam, &
formam in ſuo informatiuo cauſare
materiam; eſt communior opinio, quá *Ariſtoteles*
tenent *S. Thomas* cum *Ariſtotele* hoc lib. *S. Thomas*
2.t.30. & 5.met.ſect.2. & fusè in *Ala-* *hic l.5. &*
manio q.9.a.1.c.& ad 1.& q.13.a.2. *Pe-* *de P.q.3.a.*
rerius lib.8.cap.2. *Suarez* in met. d.13. *3.ad 3.*
ſect.7.à nu.7. & d.27. ſect.2. à num.4.
Fonſeca 5.met.c.2.q.3.ſect.2. *Conimb.* hic
cap.7.q.8.a.1.& q.9.a.2. *Rubius* tom.2.
n.65. *Vaſquez* 12.d.213. *P.Didacus Ruiz*
de Prædeſt.d.39. ſect.5. nu.2. d.1. *Me-*
ratius de Grat.d.12.ſect.3. dicens, eſſe
communem Philoſophorum, *Granado*
ibidem t.10.d.3. *Alarcon* 1.2.d.3.nu.37.
Hemelm. t.11.d.2. & communiter Re-
centiores, qui allegant pro ſe *Auerroem,*
Alexan.Albert. Scotum, Toletum, & vete-
res *Peripateticos*, vt videbis infra n.608
licet diſſentire videantur *PP. Hurtado,*
C.Lugo, Arriaga, Ferrarius, & *Ouiedo*,
exiſtimantes materiam, quidem cau-
ſare formas, ſed ab his non recuſari,
ſed pendere, velut à requiſito à poſte-
riori, quorum rationes fusè proponit,
& diſſoluit *S. Thomas* in *Alamanio* hic
q.13. a.2. & ex dicendis, quando tra-
ctemus, cauſas, quæ ſe cauſent inui-
cem, facilè diluuntur.

Dico quartò. noſtri Præceptores nō
agnouerunt cauſalitates cauſarum
harum, ab ipſis diſtinctas, quia vbique
docuerunt materias, & formas, & ſe
ipſas cauſare, & compoſita, ſine alijs
medijs, ſine vnionibus, ſine influen-
tijs, vt apertè cernitur in *Ariſtotele*, & *Ariſtoteles*
S.Thoma citatis modò, & ſupra n.304. *S. Thomas*
vbi vnionem modalem excludunt, li-
cet nos ex aliena potius, quam ex
mente noſtra, vtcumque ibi eos in-
terpretemur, & ad noſtrum ſenſum
tra-

traerimus,& in ijs, & *S. Auguſtino* cita-
S. Auguſt. tis in *Tripartita* à nu.958. vbi influxus
dictos *actiones*, & *paſſiones* reijciunt.

532 Quocirca rogati communes Magi-
ſtri quid ſit Leo, v.g. reſpondent for-
mam eius, & materiam ſe ipſis vnitas,
atque coniunctas, adornatas debitis
accidentibus,& materiam ſe ipſa cau-
ſare formam,ipſam recipiendo ſuamet
eſſentia, & potentia, ſine alio tertio
nexu. vel medio;& viceuerſa formam
cauſare materiá, ſe ipſa ipſam actuan-
do, & informando, ſine alia vnione
diſtincta; atque ipſam formam vt pro-
cedit à ſuo generanri, dici actionem,
& vt recipitur in materia, quaſi huc
traiecta, vel rranſmiſſa ab illo gene-
ranti, dici paſſionem: neque alios in-
fluxus hic, aut in ſimili generatione
ſubſtantiali, vel eccidentali interueni-
S. Thomas te; vt pulchrè proſequitur ex *S. Thoma*
op. 48. t.5. *Tiphanus* lib.de hypoſt.c.46.
c.2. Iſtos Doctores ſequuntur in arti-
culo vtroque, nempe in excluden-
dis modis vnionis, & influxus, im-
primis *Antimodiſtæ* omnes, quos imi-
rantur *Vuadingus*, & *Tiphanus*: deinde
ſpeciatim vniones excludunt *Conimb.*
Ferrarius, *Scotus*, *Auerroes* allati ſupra
num.304. & vbi ſupra *Pererius*. rurſus
influxus tam materiæ, quam formæ,
reijciunt ipſi *Conimb.* hic c.7. q.8. a.1.
Fonſeca 5. met.cap.2. quæſt.3. ſect.2.
Coninc. de Sacrament. quæſt.77.art.1.
diſt.1. & de Habit. diſt.477. & diſt.5.
num.46. *Leſſius* lib.3. de Sum. bono à
num.49. & alij Recentiores: atque
iterum influxus formæ erga mate-
riam, negant plerique cum *Suarez*,
Vaſquez, *Rubio*, *Arriaga*, *Card. Lugo* de
Euchar. diſt.757. *Hurtado*, & *S.Thoma*
in *Alamanno* hic q.9. a.1. vt leges ſupra
num.517.

Quinto dicunt *PP. Suarez* in met.
d.13.ſect.9. à num.5. *Rubius* hic tr.2.
nu.66. & vt conijcio *Molina* 1.p. q 45.
a.1. *Valentia* ibidem d.3.q.2. p.4. *Vaſ-*
quez 1.p.d.174.c.4. *Bernal* de Incarnat.
d.12. à nu.17. *Ouiedo*, *Tellez*: & aliqui
Recentiores *Suarij* imitatores, admiſ-
ſa vnione realirer diſtincta, putarunt
materiæ cauſalitatem,qua, nimirum,
ſaltem in fieri cauſat illa formam, eſſe
actionem dictam *eductionem*, quæ dici-
tur eſſe actio materialis, qua agens
producit formam, in materia ſubie-
ctata, immediateque inhærens, &
modificans materiam,& ibidem quaſi
affigens formam, illique communi-
cans eſſe, dependens ipſa actio à ma-
teria, tanqu m à ſuo ſubiecto, & fa-
ciens dependere formam, quam cau-
ſat, ab ipſa materia.

Atqui eiuſmodi actio, vt eſt actus 533
actuans materiam, quæ paſſum dici-
tur, *paſſio* nominatur, & vt eſt actus
prodiens ab agenti, *actio* dicitur, quia
in re vna entitas modalis eſt. Sed ve-
ro non dicunt clarè citati Authores
eductionem ſuam,vel paſſionem flue-
re, & exilire partialiter à materia,quæ
omnino ſterilis eſt, ſicut exilit influ-
xus duplicis cauſæ partialis ab vtraq.

Sed mihi multis titulis diſplicet iſta
eductio, licet non dicatur exire à ma-
teria; primo, quia actio generatiua
adæquate ſubiectatur in forma geni-
ta, vt in paſſo, vt infra probandum eſt
cum *Ariſtotele*. Secundò, licet ſubie- *Ariſtoteles*
ctaretur in materia adæquatè, vel in *l.3.Ph.t.19*
ipſa, & forma genita, ipſa eductio ne- *& M.9.*
quit eſſe ratio formalis vltima patien- *t.16.*
di, ſed tantum cauſalis, & originalis;
ſiquidem ipſa non eſt medium, qua
materia patitur formá, nec materiali-
zatio, & *Ariſtoteles* rationem patiendi,
ſiue paſſionem vult eſſe illud,medio-
que ſubiectum immediatè recipit, &
mutatur, & forma recipitur, quod pu-
tat eſſe ipſiſſimam motus receptam
formam actuantem paſſum, & ei in-
hærentem per ſuimet ipſam eſſentia.
vt habes in fine noſtri lib.5.

Tertiò. quia ſimilis eductio, quod
non vere contendit *Bernalius*, nequit
eſſe vnio formæ, & materiæ, tum
quia omnis vera actio accidentalis
eſt, vt bene cum *Communi* notat *Lugo*
in de Eucar.d.7.num.125. licet deno-
minetur ſubſtantialis extrinſecè, quá-
do producit ſubſtantias; & ſubinde
non eſt ad propoſitum ad faciendum
vnum per ſe; tum quia præſtò adeſt
alius modus, qui vnio dicitur, ad
quem pertinet vnire, vt probatum
manet ſuperius à nu.304. quanto di-
ſplicet iſta eductio, quia difficilè ex-
ponitur, & difficilius intelligitur, vt
videbis, ſi legis ſuos Authores, quibus
adhæſit c. *Complutenſ.*

Denique diſplicet, quod addunt
Suarez, & *Rubius*, nimirũ, in facto eſſe
com-

compoſiti vnionem eſſe cauſalitatem materiæ, & formæ in *fieri* verò non, ſed prædictam ſuam eductionem: quod tacitùs bene refellit *B rnal.* n.17 & nos addimus paſſionem ſemper fore paſſionem; quod ſi eductio in facto eſſe iam paſſio non eſt, nunquam paſſio fuit; ſiquidem eadem eductio ſemper intrinſecè inuariata perſeuerat; neque titulus extrinſecus, vel intrinſecus illi deeſt in facto eſſe, ex ijs, quos habuit in fieri. Hæc quinta opinio voluit concordare paſſionem *Ariſtotelis* cum ſua, & intentum non aſſecuta eſt, vt leges infra nu. 836.

Ariſtoteles Sextò dicunt multi Iuniores præſertim *Betics* cum *Lugo, Granad*, & alijs citatis ſupra, materiæ cauſalitatem in formas eſſe influxum materiæ, vel alterius ſubiecti ab ipſo exilientem partialiter, identificatum tamen cum influxu cauſæ generantis, ad modum, quo identificantur influxus cauſæ primæ & ſecundæ: vnde facilius ſe putam verificare dictum illud Philoſophi, *actio eſt actus huius, vt ab hoc. paſſio huius, vt in hoc.* applicantes ipſi modulo ſuo, quod applicauit ille formæ productæ; ita quod actio eadem ſit actuius agentis, & paſſi, v. g. calefactio prodeat ab igne, & paſſo calefacto; ſed hæc etiam opinio ſupra à nobis reiecta fuerit àn. 522. & euidenter eſt contra *Ariſtotelem* & *S. Thomam* tum allbi tum 1.p.q.105.a.5.c.

Ariſtoteles
S. Thomas Ergo colligendo ex tantis tenebris ignorantiæ humanæ, repeto quod mihi, cui hac tempeſtate modos negare non licet, vero ſimilius viſum eſt, etiam contra Præceptores meos, materias, & formas ſe cauſare inuicem, & compoſitum medijs vnionibus; neq; alios influxus ab ipſis prodeuntes neceſſarios eſſe, vt cauſæ intrinſecæ munere ſuo fungantur; atque eductionem eſſe actionem realiter diſtinctam modalem, vt ſupra declaratũ eſt a n.27?. paſſionem vero, quæ declarabitur infra: quam quidem fore vnionem debemus *Modiſtæ* omnes tenere, ſuppoſito quod modos

Ariſtoteles actionis, & paſſionis, quos *Ariſtoteles* ſola ratione ab effectu voluit eſſe diuerſos, nos facimus realiter diſtinctos: ſiquidem in opinione illius, calor, v. g. eſt actio, vt ſit ab agente & ipſe vt ſubiecto inhæret, paſſio dicitur Sapienti hoc dictum ſat erit: credo ſane doctiſſimos PP. *Conimb.* lib.3.Phyſ. c.3.q.2.a.1. in hoc puncto Philoſophi mentem aſſecutos fuiſſe, ac retinuiſſe. hæc infra a n. 834.

QVAESTIO V.

De fine, ſiue de cauſa finali, eius ſpeciebus, cauſalitatibus, & effectibus, ſed prius de nomine finis.

NOmen *Finis* eſt æquiuocum; ſicut olim dicebam eſſe *Principium* 535
nam eo ſignificamus morté, quæ eſt finis vitæ humanæ; veſperam, quæ eſt finis diei; & cuiuſuis alterius rei metam, ac terminum; & inde tranſlatum eſt ad ſignificandum illud, in quo amando ſiſtimus, vel in quo ſiſtit agentis quoquo modo propter finem, operatio, quod appellamus *finem*, ſiue *cauſam finalem*: quam in præſenti declaramus, memoria retinentes dixiſſe Dominiũ. *Ego ſum alfa & omeg principiũ & finis*, qui debet eſſe actionum noſtrarum; *quoniam optimus, hic ordo eſt*, ait Nazianzenus, *vt qui ſermonem, aut rem aliquam auſpicatur, à Deo initium ducat, & in Deo conquieſcat, Agendorum ergo initium ſit, & finis Deus.* tractant fuſe de fine tres noſtri Præceptores videndi in indicibus eorum verbo, *finis*, & locis allegandis infra ſpeciatim *S. Thomas* legendus in *Alamanno* hic q.12. & 2.Phy. a lect.1. notandum verò eſt dici a S. *Thoma* op. 31. quaſi per prouerbium *finem eſſe cauſam cauſarum*, quia nimirum cauſæ omnes habent proprios, præfixos ſibi fines. *S. Thomas*

SECTIO I.

Declarat an ſit, quid ſit, quotuplex, & propter quid Cauſa finalis, & quid ſit medium, & aditum præcludit argumentis.

FInis, qui ſemper debet eſſe aliquod bonum, honeſtum, vel delectabile, vere bonum, vel apparens bonum, 536 *Ariſtoteles* 2.Phyſ.t.29.
cogni-

S. Auguſt. 8. de ciuit. c. 8. S. Thomas

cognitum vt adeptu poſſibile, vt colligo ex Magiſtris noſtris, *eſt illud, cuius gratia aliquid fit, vel eſt*: ideſt, cauſa finalis eſt omne illud, ob cuius amorem, & aſſecutionem adhibemus media; & ad cuius poſſeſſionem. tamquã bonam ſibi, res omnes quaſi tendũt, ac deſtinatæ ſunt. ita eſt Deus, ob cuius poſſeſſionem laboramus, & pręcepta ſeruamus; ſanitas cuius gratia ſumunt remedia ægroti, & curat Medicus: & operationes, ſiue operari, quod eſt finis omnium cauſarum: nã *res dicuntur eſſe propter operationes, tanquam propter finem*.

S. Thomas 1. p. q. 105. a. 5.

Multiplex eſt finis, alter dicitur finis, *qui*, ſeu cuius gratia, & ideo item dici ſolet finis *cuius*: qui eſt illud bonum, quod conſequi intendimus, per adhibita media; vt ſanitas, & beatitudo, alter dicitur finis *cui*, qui eſt ille homo, vel illud, cui deſideramus finem *qui*, v. g. ægrotus eſt finis *cui* ipſe, vel Pater, vel amicus deſiderant, procurantq. ſalutem per varia media. *Sumus enim quodam modo & nos finis*, & ij, quibus bonum volumus.

Ariſtoteles hic t. 24. S. Thomas

Aduerte quod licet finis *qui* ſeorſim acceptus, vere cauſa finalis ſit, ſiquidem eius gratia, cætera fiunt, & ipſe ſimpliciter per ſe bonus eſt perſonæ, cui amatur; quoniam vero plerumq. aut ſemper ab agentibus rationalibus, & modo ſuo, ab irrationalibus, illi adiungitur finis *cui*, ex vtroq. vnus finis adæquatus conflatur, quia non ſolemus amare efficaciter ſanitatem in abſtracto, ſed in concreto, ideſt, vel nobis, amore concupiſcentiæ, vel alijs amore beneuolentiæ, amicitiæ, aut charitatis.

537 Deinde alius dicitur *finis operis*, alius *operantis*, ſic finis logicæ regulæ, quæ dicitur opus in præſenti, eſt bona definitio; & logici hominis poteſt eſſe vanagloria, & honorari à circumſtãtibus. Tertiò, alter *finis* dicitur *efficiendus*, vt eſt domus, quam intendis ædificare; alter *obtinendus*, vt eſt Capellania. vel benefitium iam ab alio fundatum, quod tu prætendis. Quartò alius eſt *finis operationis*, ſeu actionis; alius *rei factæ*; finis actionis eſt eius effectus, dictus *terminus*, vt eſt calor reſpectu calefactionis, & domus reſpectu ædificationis; finis vero rei factæ, eſt illud, ad quod ea ordinatur, vt eſt caloris, calefacere; & domus, habitantes incolumes ſeruare. Quintò: alter eſt *finis formalis*, alter *obiectiuus*; formalis eſt adeptio, & ratio formalis, qua obtinemus finem obiectiuum, v. g. viſio beata, quæ quaſi apprehendit, ac poſſidet Deum, qui eſt finis obiectiuus, ſicut, & quòduis bonum habitum ex parte obiecti, quod poteſt intendi per aliquot media, & ideo finis obiectiuus *ſtrictus finis qui* dicitur formalis vero finis *quo*, ideſt medio quo ille apprehenditur.

S. Thomas 1. 2. q. 1. a. 8.

Sextò, alius *finis* eſt *vltimus*; & alius *non vltimus*: vltimus eſt, qui non poteſt eſſe medium in ordine ad alium finẽ obtinendum, ſed ad quem obtinendum cæteri vt media ordinantur, & in quo propterea ſiſtit intentio, & operatio operantis: finis non vltimus eſt, qui quamuis intendatur per aliquot media, finaliter ipſe etiam fit medium, & ordinatur ad finem vlteriorem. Exemplo eſto beneficium, quod per varia media quis intendit, quod tamen vlterius ordinat ad Dei maiorem gloriam.

Septimò, finis vltimus eſt quadruplex, primus eſt *vltimus ex natura rei*, qui eſt ille, in quem ex natura ſua homo tendit, ac debet tendere; qualiter eſt ſolus Deus. Secundus eſt *vltimus ex intention. operantis*, & eſt illud, quod ſibi homo pro ſuo libito præfigit, vt ſcopum, in quem cætera alia refert vt media; atq. iſte finis vltimus ex intentione operantis, alius eſt *vltimus poſitiuè*, qui eſt Deus, vel ſumma fęlicitas vera, vel apprehenſa vt vera; alius eſt *vltimus negatiuè*, nempe illud, quod homo diligit, & ad quod obtinendum media eligit, de alio fine vlteriori pro tunc non curans.

Poſtremo collige ex dictis primò, 538
vt facile te liberes ab argumentis, *medium eſſe quid quid ordinabile eſt, & vt ordinabile eſt ad conſequendum aliquem finem præſertim à rationali agenti*, & ideo bonum vtile dicitur. Collige ſecundò, eamdem rem poſſe, & ſolere eſſe & finem, & medium; finem, in quantum eius poſſidendi gratia media adhibentur; medium autem, inquantũ ordinatu. vlterius ad obtinendum alium finem. Collige tertiò, aliquan-

quando finem, quem deſideramus eſſe rem veram exiſtentem à parte rei, vt quoddam beneficium iam ſuu datum; vel poſſibilem tantum, vt eſt beneficium nondum fundatum; vel rem apparentem, & chimęricam, qualiter ſunt plura, quæ per errorem etiã efficaciter, quantum eſt ex parte noſtra, deſideramus; quę tamen factu, & obtentu ſunt impoſsibilia. Collige quartò, finem vt finem non eſſe propter aliud quidpiam, ſed alia potius propter ipſum; & ſi vltimus poſitiuè ſit, omnia propter ipſum eſſe, dicit enim *Scriptura* Prouerb. 16. *vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*, & nos ſimiliter facere debemus.

Ariſtoteles. S. Thomas 3.c.g.c.24.

Collige quintò, ad mentem *Ariſtotelis*, & *S. Thomæ*, quod infra magis explano, nempe, alium eſſe finem rationalis agentis, qui ſimpliciter, & proprius finis eſt; alium cognoſcitiui agentis, ſed irrationalis, vti ſunt amẽtes, & bruta, qui impropriuś finis dicitur; tertium demum creaturæ non cognoſcitiuæ, vt putà materiæ primæ, lapidis, plantarum, & huiuſmodi, cuius finis eſt terminus eius, ſiue operatio, qui valde improprie finis nominatur; & ideo de induſtria cum *S. Thoma*, & *Ariſtotele*, nos ſupra dixiſſe *finem in communi eſſe illud cuius gratia aliquid fit vel eſt*, vt aſſignaremus rationem his tribus finibus communem, quamuis de fine rationalis agentis, potiſsimùm hic differendum erit.

S. Thomas Ariſtoteles.

SECTIO II.

Probat finem eſſe cauſam veram ac realem quaſi moralem tamen, non phyſicam; & eius cauſalitatem eſſe, tum bonitatis eius cognitionem, tum intentionem, ac deſiderium bonitatis eiuſdem; vbi cur ea cauſalitas dicatur motio, *&* actio metaphorica.

539 Tituli reſolutionem iam probandam, facili hac enarratione declaro; Diebus præteritis Petrus incidit in febrim ardentem, ac in ſe reuerſus meminit ſuæ antiquæ optimæ valetudinis, cuius bonitatem, vel ei ſimilem cępit deſiderare, pro qua obtinenda voluit vocare medicum, paiſciſuras venarum, & voluit ſumere potiones amaras, & alia remedia. Conſidera hic in primis bonitatem ſalutis, quæ eſt finalis *que*. Conſidera deinde memoriam, ſiue cognitionem illam, qua cognoſcitur, & voluntati proponitur amanda, & deſideranda illa bonitas, & comperies eiuſmodi bonitatem mediante cognitione ſui, primò cauſaſſe in voluntate, ſui amorem, & deſiderium, quod dicitur *intentio*; ſecundò eadem bonitas ſalutis cognita, & intenta efficaciter à voluntate, progreditur vlterius operando, & cauſat in voluntate Petri mediatè quidem, & remotè mediante prædicta cognitione, vel memoria immediatè verò, & proximè mediãte deſiderio, & intentione, proprios ſuos effectus, nempe voluntates, ſiue volitiones, quibus ille homo voluit media nempe vocare medicum, remediaque adhibere.

Ecce quomodo cauſa finalis mediãte cognitione ſui, & intentione, veluti cauſalitatibus motionibus, ſiue rationibus formalibus mouendi, mouendo quaſi producit effectus ſuos, ſiue fecit in genere ſuo, quod illi fiant in genere cauſæ efficientis, ab hominis voluntate. Vocantur autem eæ finis cauſalitates, *actiones metaphoricæ* quia quemadmodum cauſæ efficientes obtinent effectus ſuos cauſalitatibus phyſicis, obtinent ſimiliter cauſæ finales ſuos effectus ſuis illis moralibus motionibus, hoc eſt, propter eam aliqualem ſimilitudinem, quam inter ſe ambæ cauſalitates habent, quantum ad hoc, quod eſt iungi cum effectibus intentis.

Dici etiam poteſt actio, & motio 540
finis, actio, *& motio metaphorica*, non ſolum quia quaſi effectiuè cauſat motionem localem, quæ propriè motio dicitur, ſed quia quodammodo aſſimilatur ipſi motioni locali, ſicut enim per hanc quod mouet, hinc, inde trudit, trahit, aut alio mouet mobilia; ſic per illam finis ad ſui amorem allicit, trahit, ac mouet ſpiritualiter, & ali-

Digitized by Google

& aliquando item localiter, ideo pul-
S. Thomas 1.p.q.5.a.4.ad 2. & 1. Gener. l.20. chre S. *Thomas* ait, *quod bonum & finis dicuntur mouere & efficere metaphoricè trahendo, ſcilicet, ad ſe per deſiderium, & amorem*, quæ ſunt ipſorum cauſalitates ita dictæ per metaphoram.

S. Auguſt. tr. 26. in Ioan. Etenim loquor ex *Auguſtino* quẽadmodum ouis à viſo ramo viridi, & apprehenſo, vt ſibi bono, & conſentaneo, trahitur, & mouetur ad ipſum; & à nucibus puero monſtratis, corporaliter, & localiter trahitur puer; ita à viſa bonitate finis, & oſtenſa homini, & deſiderata, per hominis ipſius cognitionem, & deſiderium trahitur, & ſpiritualiter mouetur homo, vel etiam localiter, ad deſiderandum,
S. Auguſt. S. Thomas 3. Phy. l.5. & obtinendum ipſum finem; vnde verificatur illud Poetæ *trahit ſua quemque voluptas*; & illud ipſius Auguſtini *amor meus, pondus meum, illuc feror quocunq feror.*

His poſitis dico primo. *quæcunq. cauſa finalis eſt vera, & realis cauſa moralis, non phyſica.* Probatur: quia in præſenti, cauſa vera, & realis eſt illa, quæ cauſat verè, & realiter, ideſt, per veram, & realem actionem, effectum verum, & realem; ſed ita cauſat quæuis cauſa finalis: ergo quæuis eſt vera cauſa, & realis: maior eſt certa; minor eſt experientia comperta; quoniã quælibet bonitas vera, vel apparens cognita, mediante cognitione ſui, qui eſt actus realis intellectus, cauſat primò ſui deſiderium, & intentionem, qui eſt actus realis voluntatis; ſecundò, mediante hoc deſiderio, & intentione mouendo, & attrahendo facit, quod voluntas eliciat actus amoris plures, qui dicuntur electiones; quia illis eligit homo ad cõſequendũ finẽ, hęc, & illa media potius quã alia; quę electiones ſine dubio ſunt effectus veri, & realis illius finis; ergo quæuis cauſa finalis eſt cauſa vera, & realis, ſic iure nominata ab effectibus realibus.

Quare non obeſt cauſæ finali eſſe
541 rem plerumq. non exiſtentem, ſed ſo-
S. Thomas lum poſſibilem; nec eſſe rem imagi-
op. 31. nariam, aut fictam; nam cum de ratione illius ſit operari vt cognitam, & exiſtentem intentionaliter, ideſt, in intellectus actu, qui dicitur item *intentio*, per accidens ipſi eſt, eſſe rem hoc, aut alio, modo, dũmodo ſit bona verè, vel apparẽter, hoc eſt, exiſtimata modo, quomodo: ſiquidẽ, vt manifeſtum eſt, tam verè, & realiter mouent nos bonitas realis exiſtens, & vera, ac non exiſtens, & imaginata, & tam vere cauſant effectus ſuos; ſicut tam verè, & realiter terminat, & ſpecificat hunc actũ intellectus, *hæc chimera eſt ens rationis*, eius obiectũ chimæricum; atq. hunc, *Deus eſt*, eius præſentiſſimum, & reale obiectum.

Dicitur ergo cauſa finalis iurè cauſa realis, *non phyſica*, quia non influit in effectus ſuos, influxu phyſico de prædicamento actionis, ſed *moralis*, & *intentionalis*, quia mouet ſecundum prudentẽ æſtimationem cognoſcentẽ, æſtimantem, ac ponderantem bonitatem ipſius, dictum hoc cõmuniter recipitur, & traditur à PP. *Suarez* in m. d.23. ſect. 1. cum *Ariſtotele Conimc.* de Sacr. q.62. a.4. n.124. *Arriaga* hic d.8. a n.80. *Conimb. Farrarius, Hurtado* re ipſa, & alijs, & colligitur ex *S. Thoma* in *Alamanio*, q.12. & ex doctrina generali quam tradit *Tannerus* t.2. d.2. q.1. n.47 pro cognoſcenda cauſa morali. nec niſi verbo diſſentit. C. *Compl* d.14. q.2. S. Thomas

Dico ſecundo. actio, & *cauſalitas, qua finis cauſat ſui primum deſiderium*, quod 12. q. 62. ar 6.
dicitur *intentio, eſt cognitio intellectus*, ſiue repræſentatio, *qua volantati applicatur, & proponitur bonitas finis illius*. Probatur primo. illa eſt cauſalitas cauſæ vnius mediante qua cauſat effectum, ſed bonitas finis cauſat deſideriũ ſui, & intentionẽ, mediante cognitione ſui, ergo ea cognitio eſt cauſalitas, qua finis cauſat deſideriũ ſui: minor certa videtur, & tradita ſæpe, ab *Auguſtino*; S. Auguſt.
& cõſequentia eſt legitima. Probatur ſecundo, quia illa eſt actio cauſæ qua formaliter cauſa exercet virtute ſuã; ſed finis bonitas exercet mediante ea cognitione, virtutẽ ſuã; ergo ea cognitio eſt finis cauſalitas. Probatur minor quia finis mouẽdo cauſat, & attrahendo, ſe, ſuamq. pulchritudinẽ amandã oſtentando volũtati; ratio verò formalis, qua attrahit, & oſtentat ſuam bonitatem & pulchritudinem voluntati, eſt prædicta cognitio; ergo ea eſt eius ratio mouendi, ſiue cauſalitas.

Dico 3. actio, & *cauſalitas, qua finis* 542
cauſat ſecũdos effectus, quibus volumus,
& eligimus media ad eſſecutione eius
finis, qui actus dicũtur *sicut omnes mediorum eſt primus ille [illegible] actus, & effectus*

finis, qui dicitur propoſitum, intentio, & deſiderium finis. Probatur; quia illa eſt cauſalitas cauſæ cuiuslibet, mediante qua, ea cauſat effectum ſuum; ſed mediante hoc deſiderio ſui, cauſat finis mediorum voluntates, & electiones, mouendo voluntatem, vt velit eligere, & adhibere proportionata media; ergo id deſiderium eſt cauſalitas finis. Probatur minor: quia quando finis amatur, appetitur, & deſideratur, finis ipſe amatus, & deſideratus illicit, ſollicitat, ac mouet voluntatem ad ponenda media, quibus finis ipſe obtineatur; ergo amor, & deſiderium finis, ſiue intentio eſt finis cauſalitas, motio attractio, & ratio formalis vltima, qua mouet voluntaté, & qua ille ſuo modo morali operatur effectus ſuos, quod S. *Thomas* in quæſt. 22. de verit. art 2. expreſsit dicens, *ſicut influere cauſæ efficientis, eiuſq. cauſare eſt agere, ita influere, & cauſare cauſæ finalis eſt appeti, & deſiderari*, ideſt, finis appetitus, & deſiderium; & conſentit *Ariſtoteles* 2. m. t. 37 & *Augustinus*. Vbi tradit homines venire, ad Chriſtum colligatos ipſius amore, ac deſiderio impullentibus.

S. Thomas
Ariſtoteles
S. Auguſt. de V. Ap. ſect. 2.

Denique hoc duplex dictum confirmatur primò; etenim quælibet cauſa vendicat ſibi, iuxta genus ſuum, ſicut peculiarem, & nouum modum cauſandi, ita peculiarem cauſalitaté, & nouam; vnde cauſa efficiens agit per cauſalitatem, & influentiam phyſicam; materialis per vnionem, vt eſt receptio; & cauſa formalis per vnionem, vt eſt informatio; finis ergo, quæ eſt cauſa moralis, & vna ex quatuor generibus cauſarum, præſertim cum plerumq. non exiſtat, vel ſi exiſtat longe diſtet, aut nihil ſit verum, ſed fictum, & ſubinde influere phyſice non poſſit, debuit habere cauſalitaté à reliquis valde differentem; non ergo dicendum eſt eſſe actionem eandé cauſæ efficientis, ſed eam, quæ ſupra declarata eſt.

543 Secundo confirmatur ex *Tripartita* a n. 1169. vbi probaui præmiſſarum obiectiuarum, quibus *Ariſtoteles* æquiparat fines, cauſalitates eſſe præmiſſas formales, ſiue illarum cognitiones, vel memoria harum.

Ariſtoteles 7. eth. c. 8.

Tertiò. quia non poteſt eſſe alia cauſalitas finis non actio, quæ fiunt à voluntate intentio, vel electio mediorum. ea enim non eſt ratio mouens metaphoricè, ſed proprie, & phyſice, ſiquidem non eſt allicentia, aut tractio, ſicut neque boni trahentis cognitio; deinde nequit eſſe denominatio extrinſeca, ideſt, finis cognitus, vel deſideratus ſecundum vtramque partem concreti, ſed ſolum ſecundũ alteram partem, quæ eſt cognitio boni, aut eius deſiderium; licet enim bonitas finis moueat, vt *quod*, eo ipſo arguitur indigere mouente, vt *quo*, quod eſt eius cauſalitas adæquate, præſertim apud nos, qui omnem cauſalitatem à cauſa ſua realiter diſtinguimus, neque putamus rationes formales faciendi eſſe cauſam factiuam; neque vniendi, eſſe extrema; atque in propoſito adeſt ſpecialis ratio, quia neceſſario præit cognitio boni ante eius deſiderium, *nec enim voluntas fertur in incognitum*, ac prius deſideratur finis, quam media adhibeantur; nemo autem non videt voluntatem trahi ab obiecto mediante cognitione; & electiones mediorum fieri mediante illius obtinendi deſiderio, vt pulchre alicubi proſequitur *Auguſtinus* & ego miror, quia de ijs cauſalitatibus obſcurè dicant Authores.

S. Auguſt. 8. de Tri. c 4.

Non diſputo de cauſalitate finis ignis & lapidis, & inanimatorum; quia hæc proprie finem non habent, ideſt, à fine cognito, ac deſiderato ab ipſis, non trahuntur; ſed in terminũ ſuum dictum valde improprie *finem* tendunt; ideo hic finis cauſalitate, allectante non vtitur, nec opus habet; licet dici poſſet eius termini cauſalitas, actio cauſæ agentis, non alio titulo, niſi quatenus ab eodem termino, ſeu fine ſpecificatur, ac pendet quæ vera ſunt, quamtumuis *Ariſtoteles, S. Auguſtinus, & S. Thomas* dicant res omnes habere finem, & eſſe propter ipſum, & ad ipſum habere innatum appetitum, ac deſiderium, quoniam id metephorice, & valde improprie dicitur.

Ariſtoteles
S. Auguſt
S. Thomas

Doctrinam præſertim dicti textij tradunt *Ariſtoteles* vbi ſupra, & 1 de Gen. t. 55. *S. Auguſtinus* de Ciuit. lib. 8. c. 8. *S. Thomas* q. 22. de Ver. a. 2. & hic in *Altamanio* q. 12. *Conimb.* c. 7. q. 2 t. a. 2. 544

S. Thomas 1.6 g.c.75.

Pere.

Pererius lib.8.c.2.S*alas* 12.q.1.a.1. & 2. t.1.d.3.ſect.2.a n.17.& ibi iterum noſtri tres Præceptores, *Scotus, Auicenna, Fonſeca, Ferrara, Henricus, Heruæus, Alenſis, Albertus, Soncinas, Echam, Gadauenſ. Caietanus Suarez*, & alij; *Tannerus* t.2. d.1.q.1.n.3.*Ferrarius* tr.2.d. de Cauſ. q.7.a.8.*Rubius, Maſtius*, quos ſequitur C. *Complut*. d.14.95. §.2.& Doct. Recentiores; & vt aduertit quoq. S*alas*, quotquot cũ *Ariſtotele*, & S.*Thoma* aſſeruerũt cauſalitatem finis eſſe tractionem, & *motionem* metaphoricam. *Sanitas* enim ait ibi Philoſophus, *non eſt effectiua, niſi ſecundum translationem*, ideſt, per ſimilitudinem, & metaphoram; quo tamen non voluit finis actionem eſſe fictionem, ſiquidem is re vera, & realiter mouet, & cauſat. Conſentiunt euidenter Theologi omnes tractantes cum *Apoſtolo* ad Phil. 1. *Auguſtino*, & *Thoma*, de gratia operante, ſiue excitante, quæ motio eſt, & cauſalitas, qua excitamur ad amplactendum bonum. ac de actione, qua ignis interni Spiritus torqueat; vt videre eſt in PP. *Granado* de Grat. t.5.d.2.*Suarez* de Ang. l.8.c.13.*Alarcon* t.6.d.9.c 10 *Bannez* ibi *Arrubale*, & *Valentia*.

Ariſtoteles
S. Thomas
S. Auguſt. 1.7.l.9. de *Grat.* & l. ar.c.17.
S. Thomas 2. d. 26. q. 3.

SECTIO III.

Reſpondet argumentis quorumdam, qui contendunt cauſam finalem eſſe cauſam phyſicam, & eius cauſalitatem eſſe actionem cauſæ efficientis, vel denominationem extrinſecam, ſiue mediorum ſubordinationem cum fine.

545

PRimo oppones. illa eſt cauſa phyſica, quæ operatur per cauſalitatem phyſicam, ſiue per actionem de prædicamento actionis; ita operatur finis, ergo non eſt cauſa moralis, ſed phyſica; Probatur minor: quia cauſalitas, qua finis cauſat, eſt ipſa actio cauſæ efficientis, nempe voluntatis, qua, ſcilicet, voluntas efficit effectus finis, & ſuos: patet, quia cauſæ, quæ partialiter concurrunt ad vnum effectum, coutuntur vna realitate indiuiſibili actioni; & quidem eſſe eandem actionem cauſæ rationalis efficientis, & cauſæ finalis, opinantur docti Iuniores, & pro ſe allegant *Suarez* d.33 m. ſect. 4.*Rubium* hic t.5.q 3.a n.30. licet S*alas* putet pro nobis ſtare *Suarez*. illud certũ videtur Doctores in hoc puncto obſcure loqui. ſed in opinionem Recentiorum horum, videntur inclinare *Hurtado* d.13.de Ani.ſect. 5. & *Arriaga* hic d.8.a n. 81. & clarius *Bisſlominus* Theorem.429. & *Tellez* d. 29.n.8.cum multis citatis ibi.

Reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem, licet enim verum ſit cauſas partiales efficientes concurrere per eamdem actionem ſemper, nõ ita cauſæ partiales diuerſi generis. quare non coutuntur eadem actione, etiam reſpectu eiuſdẽ effectus, cauſa efficiens phyſica, & cauſa finalis moralis, ſed vnaque operatur iuxta modum, & genus ſuum, vna mouendo per motionem ſuam, alia efficiendo ſua phyſica influentia; eſt quidem ea actio phyſica effectus etiam, ſuo modo infra declarando, cauſæ finalis; ſed non ratio cauſandi ipſius, tum quia finis cauſalitas eſt, quæ declarata eſt. tum etiam quia finis ſæpe eſt ens fictum, & plerumque non exiſtens; & quando eſt ens reale; aut exiſtit, operatur intentionaliter ſiue ex cognitione, à quo propterea nequit prodire actio phyſica, & realis, quia *nemo dat quod nullo modo habet*.

S. Thomas ſupra nu. 572.
Ariſtoteles. 3.cSl.1.22

Quare concludo, quod finis, vt pote qui concurrit ad effectum faciendum cum voluntate, mouendo, & excitando ipſam, non concurrit cum ea in genere phyſico, ſed ſolum in morali, & ſic per longe diuerſam cauſalitatem ſibi, iuxta genus ſuum cauſæ moralis, proportionatam, & ſane vobis ridiculum videbitur motiuas cauſas, & morales concurrere per eaſdem actiones, quibus concurrunt cauſæ efficientes motæ, ſic enim dicere cogemur conſiliantem alicui vt occidat Petrum, concurriſſe per eamdem actionem phyſicam, qua iſte occiſor, capulo tenus abdidit enſem in corpus alterius; vel etiam pueros prouocantes canẽ, vt mordeat prætereũtes cõcurrere per eãdẽ actionẽ ad morsũ, qua cõcurrunt dentes canis mordẽtis.

546 Præterea quis dicat me per phyſicum influxum identificatum cum influxu manuum veſtrarum, concurrere ad efformãdas eas veſtras literas, quia præcipio, conſulo, vel vos dirigo, vt ſcribatis hoc, vel illo modo; ac rurſus efformari ab vnoquoque veſtrum eas veſtras literas dirigente me, vel præcipiente, per actionem diuerſam in ſpecie ab ea, qua efformaretis eaſdẽ literas dirigente, vel præcipiente quodam Angelo, dicendum ergo eſt actionem cauſarum moralium eſſe diuerſam ab actione cauſarum phyſicarum, ideſt, metaphoricam.

Secundo oppones. ſanitas efficaciter deſiderata re vera ponit in executione, & dat eſſe actibus volũtatis, qui volunt adhibere remedia; quod adeo verum eſt, vt ſi rogetur ægrotus, cur velit ſumere potionem amaram, & alia huius farinæ; ſtatim reſpõdeat propter ſanitatem vtiq; ſanitas iſta dilecta eſt in cauſa; ergo finis eſt cauſa phyſica, & cum voluntate concurrit in genere phyſico. Confirmatur, quia finis cauſat phyſicum, verum, ac realem effectum, qualis inter alios eſt actus voluntatis, ergo ab eo denominari poterit cauſa phyſica.

Reſpondeo diſtinguendo antecedens; ſanitas dat eſſe effectui, & illum ponit extra cauſas in genere ſuo, & mouendo; concedo antecedens: in ipſum influendo: nego antecedẽs. facit quidem, fateor, finis mouendo, & attrahendo voluntatem, vt ipſa efficiat phyſico influxu actus, & effectus phyſicos, & reales: quos tamen finis ſolum moraliter cauſat: ſicuti moraliter ſolum cauſare dicitur peccatum, & mortem alicuius, qui conſulit tale peccatum, ac mortem perpetrare; licet & ij effectus phyſice ſint, vnde patet ad reliquias argumenti; effectus enim realis, & phyſicus procedere ſolet à duplici cauſa, nempe, ab vna phyſica, & altera morali; nã denominatio cauſæ deſumitur à cauſalitate, & modo cauſandi cauſæ, non ab effectu cauſato, & cauſalitas phyſica denominat cauſam ſuam phyſicam, moralis verò moralem.

547 Aduerte autem diligenter aliud eſſe finem eſſe cauſam veram, & realem, ideſt, operantem non fictitie, ſed verè, & realiter mouendo, & alliciendo voluntatem, quomodo eſt finis aliud longe diuerſum, finem eſſe cauſam phyſicam, ideſt, phyſice influentem; quo modo non eſt finis, quare *Ariſtoteles* primum conceſſit, ſecundũ non item; licet enim tractatione coniunxerit finem cum tribus alijs cauſis phyſicis, inde non licet inferre finem eſſe cauſam phyſicã; nam ſimul ibidem & 1.m.t.2. compoſuit *conſultorem*, quem conſtat eſſe cauſam moralem; vti ex eodem textu ſapienter annotauit *Ruiz* de ſcient. d.38. ſect.2. n.3.5. & 6.

Tertio oppones, deſiderium ſanitatis, v. g. non poteſt eſſe cauſalitas ſanitatis, quæ eſt finis, ergo falſum eſt tertium dictum in ſectione præcedẽti. Probas antecedens; quia cauſalitas omnis eſt talis naturæ, vt ea poſita, poſitus etiam ſit eius effectus, vt pote quæ ponit cauſam in actu ſecũdo, ſed poſito deſiderio etiam efficaci ſanitatis, non ſunt poſiti actus circa media, ſed multo poſt, ponuntur, & aliquando nunquam; ergo deſideriũ finis non eſt eius cauſalitas: quod ſi adhuc dicitur cauſalitas, ſaltem non habet ſimilitudinem cum cauſalitate cauſę efficiẽtis, & ita non bene dicitur cauſalitas metaphorica propter ſimilitudinem ad phyſicam.

Reſpondeo negando antecedens: ad cuius probationem dicendum verum eſſe, quod poſita cauſalitate phyſica, quæ eſt modus, & ſtare non poteſt ſine termino, ſiue ſubiecto, ſtatim ponitur effectus, qui eſt eius terminus, & ſubiectum; ſecus dicendum de cauſalitate morali, quæ non eſt modus, ſed deſiderium obtinendi finem, quod licet efficax ſit, non rarò antecedit tempore effectus finis, nempe electiones mediorum, cõtingit enim ſępe nobis hominibus, qui nõ ſemper poſſumus quod volumus, deſiderare ſanitatem, v. g. efficaciſsimè, & tamen illico nõ media eligimus, neque adhibemus, præſertim, quando non ſunt in noſtra poteſtate, vel volumus cõſultare medicos, & expectamus eorũ ſententias.

Quare in ſimilibus caſibus, deſide-
riũ, quod dicitur cauſalitas, finis non 548
ita meretur nomẽ cauſalitatis, quoad-
uſque actualiter exerceat, & cauſet

ele-

electiones mediorum; & propter hoc ſaltem ſufficienter erit ſimilis cauſalitati phyſicæ, ac dici meritò poterit cauſalitas moralis, & metaphorica; *Ariſtoteles. 1. Pri. c. 39.* ſiquidem, quod eſt ſimile alteri non debet eſſe cum eo omnino idem, neque ſimile in omnibus, vti dicitur *S. Thomas 3.p.q.2.a.6.ad 1.* veteri prouerbio.

Simile quid inuenitur in alijs cauſalitatibus moralibus, & intentionalibus, quæ, ſcilicet ſunt præſentes, & exiſtunt ante earũ effectus, & aliquando ſine effectibus; quamuis eos non fieri, non ſtat per ipſas, ſed per voluntatem liberam, vel per impotentiam eius, v.g. conſilium, ſiue conſilij cognitio habita ab accipiente cõſilium, eſt medium, & cauſalitas, qua cauſat opus bonum, vel malum Cõſiliarius, quæ tamen non ſemper actu iungitur cum effectu, ad quem datum fuit cõſilium, propter voluntatem liberam, vel impotentiam executuri; deinde cognitio huius regulæ Logicæ: *Omnis definitio conſtat genere, & differentia*, eſt cauſalitas eius, & tamen non ſemper fit aliqua definitio, quia tu non vis quidquam definire. Et illuſtrationes, & inſpirationes Dei, quæ ſunt motiones, & cauſalitates, quibus Deus ope- *S. Auguſt. ſup.n.434.* ratur in nobis, *velle, & perficere*, non ſẽper iunguntur cũ effectis à Deo intentis, & deſideratis, quia illis nos malo noſtro reſiſtimus, dũ fines, & bona per illas nobis propoſita nõ diligimus.

549 Quartò opponũt Moderni cauſalitas finis eſt ipſe finis connotans effectum ſuum, & nihil aliud intermediũ inter virtutem finis, & eius effectum; ergo non eſt finis cauſalitas, quæ declarata à nobis eſt. Probant antecedens verbis illis *S. Thomæ* in q.22. de Veritate a.2 *S. Thomas* *influere cauſa finalis eſt appeti, ac deſiderari*; ergo illud vtrumque nempe bonitas, & deſiderium eius, qui eſt effectus finis, eſt cauſalitas eius, & conſequenter extrinſeca denominatio, ſiue, vt ego eos explico, concretum extrinſecum, & fine, ac deſiderio.

Nego antecedens, & conſequentiã: nã ibi *S. Thomas* expreſsè docet noſtrã ſententiam, nempe cauſalitatem, & medium, quo bonitas finis cauſat, & influit, eſſe ipſum appeti, ac deſiderari, id eſt, appetitum, ac deſideriũ eius bonitatis obtinendæ gratia, habitum, quod deſiderium eſt forma, ſiue ratio formalis adæquata, qua dicitur bonitas, deſiderari, & conſequenter influere, quod perinde reputat *S. Thomas* dic ẽſt *influere eſſe deſiderari*; non autem vult S. Pater, finis cauſalitatem partialiter eſſe ipſum finem, vt debet eſſe manifeſtum: nam aliud eſſe debet mouens, & attrahens vt *quod*, & aliud mouẽs & attrahens vt *quo*; illud eſt bonitas finis, hoc cauſalitas eius, nempe deſiderium ſiue intentio, vel attractio.

Qualiter item ſunt illæ interiores tractiones, & gratiæ, quas ſupra vocamus auxilia, illuſtrationes, & inſpirationes, quibus trahimur ſuauiter ad Deum, ſummè bonum amandum, & ad alia bona, quarum fecit mentionẽ *S. Auguſt.* tr.26. in *Ioan.* ſuper illud c.3. *Nemo venit ad me, niſi Pater monſtraxerit* *S. Aug.* *eum; Ramum*, inquit Auguſtinus, *viridẽ oſtendis oui, & trahitur; nuces puero demonſtrantur, & trahitur*; vbi manifeſtè deprehenditur Patrem æternũ trahere homines ad filium amandum, ipſo quidem filio oſtenſo, ac reuelato, hoc eſt, mediante oſtenſione, & reuelatione, ſiue repræſentatione bonitatis filij ſui, noſtro intellectui impreſſa, vt ratione trahendi, & cauſalitate; quam doctrinam demonſtrant exempla ouis & pueri, adducta à S. Doctore.

Quinto opponunt. illud eſt cauſalitas finis, per quod eius virtus reducitur ad actũ ſecundum; ſed virtus finis reducitur ad actum ſecundũ per denominationem extrinſecã ab effectu, qui gratia finis efficitur; ergo ea denominatio eſt finis cauſalitas. Probant minorem: quia virtus cauſæ finalis eſt bonitas ipſa obiecti, quæ ſufficienter intelligitur reduci ad actum, & exerceri eo ipſo, quod appetitur propter ſe; ergo ea virtus eatenus exercetur, & reducitur ad actum, quatenus appetitur propter ſe. ſed appeti propter ſe eſt denominatio extrinſeca ab actu appetitus, qui eſt effectus finis; ergo in ea denominatione extrinſeca conſiſtit finis cauſalitas. quis hic non deſideret in obijciente claritatem in re peruia. 550

Reſpondeo conceſſa maiori, negãdo minorem; ad probationem concedo bonitatem finis ſufficienter reduci ad actũ ſecundũ eo ipſo, quod appetatur propter ſe; ſed per apetitũ reducitur ad actum,

Digitized by Google

actum, tanquam per terminum; & effectum *qui*; per cognitionem verò bonitatis, tanquam per effectum *quo*, cauſalitatem, & motionem: vnde cognitio hæc eſt cauſalitas finis reſpectu illius appetitus, non vero appetitus ipſe eſt cauſalitas ſui, ſed reſpectu vlteriorum effectuum finis, nempe electionum mediorum.

Illud quod additur, quod appeti finem propter ſe, eſt denominatio extrinſeca, quamuis nihil nos vrget, tamen corrigendum eſt, ac dicendum non eſſe denominationem extrinſecã formaliter, ſed concretum extrinſecũ conſtans ex appetitu, & bonitate finis, ſupra quod poteſt cadere denominatio extrinſeca, qua contingenter finis dicatur ab aliquo appeti. Quare cum iſtæ appetitus ſit ante denominationẽ extrinſecam, & ſit quodam modo effectus finis, oportet habere cauſalitatem, qua procedat à fine ante denominationem extrinſecam. Ea autem cauſalitas eſt cognitio bonitatis finis, quæ ſupra declarata eſt.

551 Ex dictis refutata manet opinio illorum, qui ſupra n.545. aſſerebat cauſalitatem finis eſſe actionem eandem cauſæ efficientis; nam licet actio phyſica, qua cauſa efficiens, nempe, voluntas, gratia finis efficit electionem, dici poſſit effectus finis, & ab ipſo procedere, procedit autem non vt cauſalitas, aut motio, qua moueat finis, ſed tanquam effectus *qui*, reſpectu ipſius finis, à quo procedit mediante intentione, ac deſiderio mouente voluntatem, vt efficiat eam actionem phyſicam, & ea mediante, electiones mediorum, & alios effectus concernentes, etiam externos. Et item opinio aliorum, qui cauſalitatem finis putarunt eſſe denominationem extrinſecam, ideſt, finem actu terminantem amorem ſui, vt eſt effectus finis, & præterea inter mediũ nihil: ſic enim decuit interpretari eorum mentem circa denominationem extrinſecam, ſub qua debuerunt intelligere concretum extrinſecum ex fine, ac ſui deſiderio, vel ex fine, & cognitione ſui, iuxta dicta in *Tripartita* nu.1062.nam omnis denominatio extrinſeca preſsè ſumpta venit tardè, atque poſt rem.

Opinio demum quorundam, qui dixerunt finis cauſalitatem eſſe finis ipſius mediorum, & concernentium ſubordinationem inter ſe, & cum fine, naturalem, & intrinſecam, vel etiam voluntariam, & extrinſecam, ad rem non pertinet, nec ſatis declarat modum, quo cauſat proprius finis; licet impropriè vera ſit, quatenus finis adipiſcendus quodammodo cauſet ordinem, menſuram, & ſubordinationem in medijs adhibendis, quaſi præſcribens ipſorum modum, & in ipſis refundens bonitatem, iuxta dicenda iam modo. vel etiam quatenus finis improprius rerum non operantium propter ipſum, ipſas quaſi cauſat, ac retinet ineſſe, vt ſolent termini cauſare res, quæ cum ipſis naturaliter cõnexæ propter ipſos dicuntur eſſe tanquam propter finem, vt ſupra dictum eſt n.538.ex *Ariſtotele*, & S.*Thoma*. *S. Thomas 1.p.q 105. a.5.*

SECTIO IV. *S. Auguſt. de quan. an.c.27. Ariſtoteles*

Enumerat, ac declarat effectus, quos ſolet cauſare finis, & quo pacto cauſet ſe ipſum; & argumentis aditum præcludit.

Mvltos actus, & effectus videmus in operante propter finẽ, exempli cauſa, in ægroto, qui ſibi ſalutem deſiderat. primus eſt amor, ac deſiderium ſalutis, quod appellatur finis *intentio*, & quidem, quia ſimile deſiderium ſolet eſſe vehemẽs vltra modum, rectè dixit *Ariſtoteles* in fine *non eſſe modum, aut menſuram, media vero habere modum, quem ex fine capiunt*, quatenus, videlicet, ſanitas, v.g. quæ ſine modo, & menſura, ideſt, quanta maxima eſſe poteſt, expetitur; ſed iuxta ipſius exigentiam, & non amplius, media, & medicamenta cum prudentia, & moderatione debita, & ſanitati conducenti, adhibentur; ideo dici generaliter poteſt finem quaſi cauſare in medijs ſuis, non ſolum bonitatem vtilem, ſed & ordinem, & menſuram, quod & ſapienter annotauit *Pererius* lib.8.c.2. 552 *Ariſtoteles 1.Pol. c.6.*

Secundi effectus. ſunt actus voluntatis, quos quaſi extorquere ſolet à voluntate ægroti, deſiderata ſalus, dicti *electiones* mediorum, quibus, nimirũ, ille

ille vult fundere, & fundi facere preces ad Deum; Dei Genitricem, & Sanctos, eligere, & vocare medicum peritum, ſumere media, & remedia ad ſalutem; & quidem eiuſmodi electiones, & actus, qui eas conſequuntur dici ſolent actus *imperati* ad differentiam deſiderij, & actuum, qui immediatè tangunt finem, qui *eliciti* dicuntur.

Tertij effectus eſſe tandem ſolent, recuperata ſalus, eius poſſeſſio, gaudium, delectatio, fruitio, gratiarum actiones, variæ complacentiæ, & ſolutiones obligationis varię, vt puta præmij, & voti alicuius; atq; inter hos, & illos, alij effectus ſunt interni, alij externi, alij imperantes, imperati alij, alij fini, & voluntati remotiores, alij proximiores; de quibus omnibus ſigillatim breui dicendum erit.

553 Dico ergo generaliter effectus finis, vt talis, propriè eſſe illos ſolos, qui fiũt finis adipiſcendi amore, & gratia; illos verò, qui fiunt, ſeu tendunt in ipſius bonitatem, eſſe impropriè effectus finis. Vnde colliges primò, finis deſiderium, *intentionem* dictam, licet communiter numeretur inter effectus finis, & à P. *Granado* 12.d.1.nu.5. & multis alijs citatis infra, dicatur eius effectum primum vel immediatum, eſſe impropriè finis effectum. ita dixerunt ante me *Gabriel*, *Medina*, *Vaſquez* 12.d.3.c.2. *Lorca* ibidem, & multi Recentiores.

Et probatur: tum quia deſiderium ſalutis, v. g. eſt prima radix effectuum finis, & eius cauſalitas; tum quia id non habetur ab ægroto, neque adhibetur vt medium, gratia, & amore ſalutis adipiſcendæ, ſed gratia amandi ipſam; quare quamuis id deſiderium fiat à ſalute apprehenſa vt bona iuxta dicta ſupra n.541. non fit ab ipſa formaliter vt fine, ſed ſolum materialiter, ideſt, à re bona, quæ quidẽ eſt finis, & vt finis cognita deſideratur, ſed cauſa non eſt niſi affectus, qui fiat gratia adipiſcendi ſe; nam *finis*

Ariſtoteles. proprius *eſt cuius gratia aliquid fit*: im-

S. Thomas proprie verò, *cuius gratia, & in votis aliquid eſt*. vt ſupra nu.538. dictum eſt,

ſup.n.565 atque ideo dico ob eandem rationem de complacentijs etiam præcedentibus aſſecutionem finis; de fruitione, gaudio, poſſeſſione, & debitorum adimpletione, & alijs ſubſequentibus adeptionem finis, ſi tamen non ſint neceſſariæ reſultantiæ adepti finis.

Colligitur ſecundò, proprios effectus finis, eſſe ſolas electionem mediorum, ipſa media, & executiones ipſorum, & reliqua, media ipſa quoquo modo concernentia remotè, vel proximè, atq; effecta ex medijs reſultantia; & probatur. Etenim proprius effectus finis eſt, quod fit eius adipiſcendi gratia: ſed eo fine, fiunt ab intendente finem, prædicta omnia, & nihil præterea; ergo ea omnia, & ſola ſunt proprie effectus finis.

554 Et Confirmatur: quia rogatus æger E. C. cur eligat talem medicum, & velit ſumere talia medicamenta, & media, reſpondet quia ea ſibi videntur deſideratæ ſaluti proportionata, & vtilia, & ſic propter ipſam ſalutem à ſe adhiberi; rogatus vero cur tantum deſideret ſalutem, non reſpõdet ſi prudens eſt, eam deſidero vt ipſam obtineam, ſiquidem deſideriũ non eſt medium neque remedium ex adhibendis ad ſanitatem obtinendam; reſpondebit ergo, quia mihi optima videtur, & eſt, ideo ſcitè dixit *Ariſtoteles* 10.Eth.c.2. *neminem interroges cuius rei gratia capiat voluptatem, propterea quod per ſe ipſam appetibilis eſt ipſa voluptas*. & conſentit S. *Thomas*, *Ariſtoteles* *S. Thomas* quare licet bonitas ſalutis, deſideriũ, terminet, ipſumq. ſpecificet, finis ipſius non eſt formaliter, quia id finis, vt finis, gratia non fit, ideſt, non eſt finis, medium, neque finis ſubinde propriè effectus.

Puta, vt rem totam apprehendas, ſalutem deſideratam pollere libero arbitrio, & imperare, vel conſulere loquentem ſic cum Petro decumbẽti. *domi, & in lecto te contine, abſtine à nocivis, medicum peritum accerſe; ſume medicamenta, quæ præſcripſerit; ora Deũ vt ſanus fias*; ac tandem, Deo beneiuuante ego ipſam veniam, & ſanabo te, & gaudebis, & dilatabitur cor tuum, & *Deo gratias perſolues, & gratus eris ſeruientibus*. Ecce tute lector vides ante oculos tuos effectus cauſæ finalis, qui ſunt omnes, quos ipſa moraliter cauſauit conſulens, ſiue præcipiens, ideſt, quos voluntas effecit

eius

eius obtinendæ gratia, atque ex eius quaſi conſilio, atque directiuo imperio; gaudium vero, & fruitiones in ſanitate poſſeſſa, & huiuſmodi, quia ſunt reſultantiæ quaſi neceſſariæ ad effectus finis, voca item effectus eius, propter vetus prouerbium dicens, *quo dat formam, dat conſequentia ad formam*, vt habes explicatum ſupra nu. 480.

555 Et quoniam contingit aliquando finem intentum non eſſe factum obtinendum, ſed faciendum, & obtinẽdũ, comperies quandoque finis effectum eſſe poſſeſſionẽ, & quaſi apprehẽſionẽ ipſius, & fruitionem; quandoque iñ ipſummet finẽ in factum, effectum ſui ipſius eſſe: neque enim obſtat, iuxta antiquum prouerbium, *finem in intentione*, ideſt, præcognitum, & deſideratũ *eſſe priorem ſe, & cauſam ſui in executione*, id quod admittit ſupra *Salas* cum *Suarez*, ſed ita intelligendum erit, vt tunc finis, v.g. ſanitas ipſa in indiuiduo, ſi tamen ſic ipſa potuit præcognoſci, & deſiderari ab ægroto, poſſibilis, ſit cauſa ſui, vt exiſtentis; vel quod frequentius contingit alia ſimilis, vti explicatius dicemus infra tractantes de idea, vel exemplari, à nu. 587.

Ariſtoteles
S. Thomas

Poſtremò ad obiectiones notabis primò, deſiderium finis ſanitatis, v.g. non quidem eſſe proprie eius effectũ, ſed poſſe, & ſolere eſſe effectum alterius vlterioris finis intenti ab ægroto, nimirum, ſalutis animarum & gloriæ Dei, quam tandem poteſt ille intendere, & propter ipſam deſiderare, & procurare ſanitatem, ipſam faciendo medium: quod eſt conforme doctrinæ *S. Thomæ* docentis rem eãdem eſſe poſſe finem, & medium reſpectu diuerſorũ, neque quemlibet finem eſſe ſimpliciter vltimum; & *S. Auguſtini* dicentis Deum fore finem deſideriorum noſtrorum, ac dari fines medios, qui è ſupremo tandem æſtimantur.

S. Thomas
S. Auguſt. 22. de Ciu. c. 30. & 11 de T. c. 6.

Secundò, actus omnes humanos eſſe propter aliquem finem, ſaltem materialiter, quatenus vel ſunt immediata deſideria verſantia circa finem; vel electiones verſantes circa media, qui dici ſolent actus *imperati* à primo deſiderio; quoniam finem intendens, motes ab eo deſiderio ſibi quaſi imperat vt procedat vlterius, & eliciat actus, quibus velit voluntas media, & potẽtias reliquas inferiores moueat ad executionem mediorum, vſque ad effecutionem finis, vel deſperationem.

Tertio nota eiuſmodi mediorum electiones dici poſſe, & eſſe primos & immediatos effectus finis, licet enim ipſi finẽ immediate plerumq; nõ tangant, neque diligant, vti dicam infra, attamen ante ipſos non eſt alius actus prior, qui proprie ſit effectus finis; tantum enim antecedunt finis cognito, & deſiderium, quos actus licet, vt ſupra ſæpe dictum eſt terminet, & ſpecificet finis, non cauſat formaliter vt finis; qui cauſat tunc ſolùm vt talis, quando mouet, & allicit ad aſſecutionem ſui; & vt fiat aliquid gratia obtinendi ſe, vt liquet ex definitione ſua; & ſubinde quando operatur cauſalitate ſua, ideſt, deſiderio ſui. 556

Sed obijcis vltimò. finis effectus eſt quidquid finis facit cauſalitate ſua; ſed finis facit deſiderium ſui, cauſalitate ſua, ideſt cognitione ſui vt ſupra nu. 541. probatum eſt ergo deſiderium eſt proprie effectus finis. & confirmas cũ *P. Tannero*, & *Commun.*, quia omnis actus liber humanus, eſt propter finem; ergo ſic eſt amor, vel deſiderium finis. Reſpondeo hoc argumento conuinci deſiderium, complacentias, & fruitiones, eſſe effectus, finis; quia, nimirum, fiunt ab ipſo præcognito, & media cognitione vti cauſalitate, ſed non propriè, quia licet ſint propter finem, tanquam propter terminum ſuum, vti ſunt fines inanimatorum, non tamen facta ſunt gratia adipiſcendi finem, ideſt, media propriè non ſunt.

Doctrina præcedens communiter 557
debet admitti, quia eſt conformis veritati, *Ariſtoteli*, & *S. Thomæ* dicenti 1.2. q. 1. a. 1. omnem actum humanum eſſe propter finem, materialiter, ſcilicet, aut formaliter modo declarato, & illum eſſe actum formaliter propter finem, qui procedit ex cognita proportione mediorum cum fine quo modo ſunt actus, qui volunt media, quæ iudicat homo eſſe idonea ad finem intẽtum obtinendum; & quidem quando dixerunt noſtri Magiſtri cauſalitatem, & influentiam finis, eſſe appetitum & deſiderium ipſius, ſatis indicarunt ef-

Ariſtoteles
S. Thomas
Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas

fectus

ſectus proprios finis, & in quos finis
vt talis influit, eſſe eos actus ſolos, qui
ſeruiunt aſſecutioni finis, nempe ele-
ctiones, & executiones mediorum,
præſertim quia finis relatiuum eſt, &
tale dicitur propter media. legatur
Vazquez 12.d.3.c.2. vbi rem hanc ſoli-
Ariſtoteles dè ex *Ariſtot.* & s *Thoma* confirmat. ra-
S. Thomas tiones verò Patrum *Granado, Hurtado,*
Arriaga hic d.8. nu.75. *Tanneri* to.2. d.
1.q.1. à nu.16. *Salas* 12.q.1.art.1. & 2.
to.1.d.4.ſect.2. allegantis pro ſe *Ari-*
S. Auguſt. *ſtotelem*, & *Auguſtinum*, *Tellez*, & alio-
rum, tantum probant amorem finis
eſſe impropriè effectum eius, ſicut eſt
amor, & appetitus brutorum verſan-
tes circa bonum ipſis commodum,
ſeu delectabile.

SECTIO V.

Monſtrat Deum, & rationalia omnia operari propter finem; non bruta, neque irrationalia, quæ non agere, ſed agi *dicuntur propter finem.*

558 Certum inprimis eſt Deum operari
ad extra propter finem vltimum,
dicit enim *Scriptura* Prou. 16. *omnia pro-*
pter ſemetipſum operatus eſt Deus, ideſt,
omnia creauit fecit, ac facit allectus à
bonitate ſua, vt eam oſtendat, ac ma-
nifeſtet; & item propter alios intermé-
dios, & creatos fines; nam multa ope-
ratur propter electorum gloriam; &
incarnationem filij ſui voluit propter
noſtram ſalutem, & gloriam ipſius
Chriſti; & ſic aliter propter alia, vt
habes in Tannero de Grat. diſp. 6. q. 4.
num. 2.

Sed communis ſententia Theologo-
rum eſt, Deum nihil eorum, quæ ſunt
in ipſo, & ad intra, facere propter finé;
& meritò quoniam inprimis eorum,
quæ *eſſentialia* dicuntur, nulla poteſt eſſe
cauſa vera producens, nec finis vel fa-
ctus, vel faciendus; omnia enim iſta
ſua prędicata ab ęterno, improducta
Deus poſſidet. ſed neque *notionalium*,
ideſt, productionum Filij, & Spiritus
Sancti, fuit vnquam finis; Filius enim,
& Spiritus Sanctus, ſemper item à ſuis
principijs poſſeſſi fuerunt: an vero dici
poſſit Patrem genuiſſe propter filium,
tanquam propter finem, ſuppoſito,
quod & agens neceſſarium poſſit age-
re propter finem; quatenus filium ſu-
um volens genuerit; & ſic valeamus
diſtinguere quaſi voluntates medij, &
finis: & an quid ſimile poſſit dici de
productione Spiritus S. Theologi vi-
derint; illud ego aſſero ſimiles proceſ-
ſiones eſſe item propter fines, ideſt,
propter terminos ſuos in ſenſu, quo
creatæ operationes dicuntur eſſe
propter ſuos. conſentiunt in puncto
principali, cum Theologis Philoſo-
phi, ſpeciatim *Hurtado* diſt. 13. de
an. & *Arriaga* hic d. 8. nu. 62.

Deinde creaturas omnes rationales
operari propter finem, nō ſolum actus,
& opera exteriora, ſed etiam actus, &
opera interna, certum eſt, & experien-
tia compertum; ſiquidem bona varia,
vt fines amamus, efficaciter intendi-
mus, & ad eos aſſequendos eligimus
media, quæ intellectus iudicat ex-
pedire, poſtquam attentè conſidera-
uit mediorum aptitudinem, & pro- *S. Auguſt.*
portionem ad finem; ita tradunt om- *S. Thomas*
nes, ſpeciatim S. *Auguſtinus* ſæpe, *Ari-* *12.q.1.a.2*
ſtoteles hic to 52. & 2. m. t. 8. & 9. & ibi-
dem S. *Thomas*. & fusè in *Alamanio*
q. 12. a. 6.

Tertiò dicendum Bruta animantia 559
nō agere propriè, & formaliter propter
finem, ſed valde impropriè, & mate-
rialiter. Probatur dicti prima pars. Ete- *Ariſtoteles*
nim illud ſolum agit propriè, & forma- *hic t.8 o.*
liter propter finem, qui motus, & alle-
ctus à fine, adhibet & ex certa ſcien-
tia eligit media, quæ nouit habere pro-
portionem ad talem finem aſſequen-
dum; ſed hanc proportionem non
agnoſcunt Bruta; ergo non operantur
propriè propter finem. Minor eſt certa;
nam cognoſcere proportionem iſtam,
& ordinare media ad fines, eſt propri-
um, & ſolius agentis rationalis, vt ſa-
pienter proſequitur infra referendus
S. *Auguſtinus*; quamuis enim ouis viſo
lupo, fugam capeſſat; & viſo ramo virt- *S. Auguſt.*
di ad illum accedat; neſcit tamen ouis
fugam eſſe medium vnicum, & pro-
portionatum ad vitandum os lupi, &
vitam tutandam; neque ſcit acceſ-
ſum ad ramum, eſſe medium neceſ-
ſarium ad eſum eiuſdem; fugit tamen
lupum, quia eo viſo excitatur in-

oue odium eius, & quo reſultat neceſſario fuga; & viſo ramo ſimiliter excitatur appetitus eius, vnde reſultat accedere ad ipſum.

Dicuntur tamen eiuſmodi bruta
S. Thomas 12.q.6.a.2 impropriè, & materialiter agere propter finem, quatenus cognoſcũt obiectum, vt ſibi commodum, ac delectabile, & excitantur ab ipſo, vt media appræhenſa non vt vtilia, ſed vt delectabilia, quibus obtinetur id bonum, adhibeant: puta ergo Bruta ita ſe per inſtintum naturale à Deo ſibi datum, gerere, vt licet non cognoſcant proportionem mediorum cum finibus, media tamen, ſiue res, quæ ſunt media comparatione agentium rationalium, rite adhibeant, & res, quæ ſimiliter ſunt fines, conſequuntur ſæpe ſecurius, quam ſi ratione vterentur, ſcientia facere, & facientia ſine rationis diſcurſu, etiam opera, quæ in nobis indigerent, vt rite fierent, magno ſtudio, atque diſcurſu.

560 Quia, nimirum, opera ipſorum, dicuntur, & ſunt *opera intelligentiæ*, ideſt,
Ariſtoteles diuinæ prouidentiæ, quæ plerumque vult efficaciter cauſas naturales aſſequi infallibiliter fines ſuos; dicuntur propterea communiter, vt videbis apud
S. Thomas 3.c.g.c.24 *S.Thomam* 1.2.q.1.a.2. Bruta non agere propter finem, quod proprium eſt agentium rationalium, præſertim liberorum, vt denotat verbum illud
S. Auguſt. ſup.n.407. *agere*, quod ſignificat ſe rationabiliter, & libere mouere ad operandum, cũ dominio ſupra proprias operationes; ſed agi à Deo, gubernari, & neceſſario moueri per inſtintum naturale, illis innatum, & impreſſum, vt media, & inſtrumenta proportionata ipſius Dei, ad fines varios, quos ſibi præfixit Diuina Prouidentia, atque hæc omnis doctrina applicanda venit amentibus, & pueris ante vſum rationis, qui habent quidem cognitionem boni, quod appetunt ſicut & bruta, ſed proportionem mediorum cum eo ſæpius ignorant.

Et ideo hanc ſententiam tradiderunt PP. *Granado* 12.d.1. n.3. *Laiman.* lib.1.t.1.c.2.cum *S.Thoma* *Azor.* par.1. lib.1. cap.1. *Pererius* lib.2. c.5. *Conimb.* lib.2.cap.9.q.2. & q.5. a.2. *Vaſquez* 12. d.3.c.2. *Suarez* d.23.met.ſect.10.n.14. *Baldellus* lib.1.d.3.à n.4. *Fillirucius* t.20. n.6. *Molina* 1.p. q.2. a.3. *Bubalus* q.53.
q.vn.diff.3. in digreſſione cũ *Ariſtotele* *Ariſtoteles* hic tex.59. *Salaſ* fusè, & optimè 12.
initio cum allegatis ibi communibus *S. Auguſt.* Magiſtris, & *Niſſeno*, *Damaſceno*, *Anto-*
nino, *Caietano*, *Conrado*, *Medina*, *Valentia*, *S. Thomas* *Fracaſtorio* rem eruditè proſequente, & alijs multis. *Tannerus* t.2.d.1.q.1.n.25. *Ferrarius* t.2.d.de cauſ.q.7.a.10. *Hurtado* *Tellez*, & reliqui Scriptores, & Recentiores, ſolo diſcrepante *Arriaga*, & ex parte Patre *Salaſ.* dicente Bruta cognoſcere proportionem medij cum fine, quando ea eſt manifeſta, & clara.

Quarto dicendum agentia irratio- 561
nalia, & inanimata, quæ cognitione, & imaginatione carent, multo minus, & improprius agere propter finem. Patet, quia omnino carent cognitione, qua cognoſcant bonitatem finis, & proportionem mediorum ad finem. Quod ſi dicantur lapis aſſecutus cen-
trum, poſtquam venit per medium *S. Thomas*
deſcendendo; & materia quando poſ- *op.31.*
ſidet formas; & potentia quando aſſecuta eſt ſuas operationes; & cætera quando poſſident ea, ad quæ appetitu innato feruntur, obtinuiſſe fines ſuos, & in eis quaſi complacere, & eis quaſi frui, eſt locutio nimis metaphorica, & propter quamdam ſimilitudinem analogam, quam ea inanimata habẽt cum agentibus rationalibus. de quo
pulchrè diſſeruit *S.Thomas* in 3. c. Gẽt. *S. Thomas*
cap.24.

Veruntamen quamuis prædictæ operationes cauſarum naturalium, non ſint propter finem, vt procedunt ab ipſis, propriè eſſe propter finem, vt procedunt à Deo, docuit rectè *S.Tho-*
mas 12. q.1. art.2. & declarat exemplo *S. Thomas*
ſagittæ, quæ tendit in ſcopum, vt in finem, non vt exit ab arcu, ſed vt à iaculante directa eſt; quod explicat clarius illud exemplum; quis domum inimici incendit, vt ſe ab ipſo vindicaret, hoc incendium, vt procedit ab igne, non eſt propter finem, quia non ordinatur ab igne ad vindictam; vt vero procedit ab homine, eſt propter finem, quoniam ab eo aſſumptum eſt, vt medium proportionatum ad ſumẽdam de hoſte vindictam; ita in propoſito, operationes omnes creaturarum, diuina Prouidentia voluit, ac deſtinauit vt media ad certos ſibi præ-

fixos

Digitized by Google

Ariſtoteles. S. Thomas 3.c.g.c.24

fixos fines; & ideo Philoſophi naturales, & *Ariſtoteles*, vt conteſtantur PP. *Azor* 1. p. lib. 1. c. 1. *Molina* 1. p. q. 2. a. 3. *Suarez* lib. de an. c. 5. *Bubalus* vbi ſupra, & alij, dixerunt quaſi per prouerbiũ, *opus naturæ eſſe opus intelligentiæ*, ideſt, Dei, ſiue diuinæ Prouidentiæ.

Altera pars Sectionis proponit opiniones exiſtimantium Bruta operari propter finem.

S. Thomas S. Auguſt. Ariſtoteles

562 TRes hic eſſe poſsũt opiniones aduerſæ: prima eſt Antiquorum quorumdam aſſerentiũ Bruta rationẽ participare, quos abundè referũt *Comm.* hic. c. 9. q. 3. *Pineda* in Iob. c. 35. v. 11. & ibidem refellunt, quod item præſtant *S. Thomas* 2. cõtr. Gent. C. 22. *Auguſtinus* lib. 83. qq. q. 30. & communis Philoſophorum, ſecuta *Ariſtotelem* 8. de Hiſt. anim. c. 1. & 1. m. c. 1. Brutis concedentem ſolum, quod imitari poſſint rationem, & artem; & Theologorum, à quibus ea opinatio meritò cenſetur erronea, atque vt ait *Pineda* ab *Auguſtino* & *Epiphanio* compellatur hæreſis *Manichæorum*.

S. Thomas

Secunda opinio eſt docti P. *Arriaga* hic d. 8. a n. 63. qui cõtra *communem*, ſed, vt ipſe credit, cum *S. Thoma*, & *Caietano* opinatur Bruta cognoſcere non tantũ bonum delectabile, ſiue *conueniens* ſibi, & *commodum* cõmuniter dictum, quod nemo negat; ſed etiam bonum vtile ad obtinendum aliud, quod negant omnes; & ſubinde planè fatetur Bruta cognoſcere finem, & media; & quodámodo, vel imperfectè, eorum proportionem cum fine, & ſic operari propter finem.

Ariſtoteles

Addit vero ad ita operandum, nullo modo requiri vel Brutum diſcurrere, vel eſſe rationis capax; nam comparatio vtilitatis medij cum fine, quæ in nobis fit cum diſcurſu, & rationis vſu fit in Brutis naturali inſtinctu, ſine vllo diſcurſu, aut reflexa comparatione, ſed vero cum cognitione vtilitatis medij, quam verè cognoſcit, & appetit propter finem à ſe præcognitum & deſideratũ. illi fauent quidam de hoc dubitantes citati ab *Ariſtotele* hic. 1. 80.

S. Thomas

Et confirmat intentum primò authoritate *S. Thomæ* ita loquentis 1. p. q. 78. a. 4. *auis colligit paleam, non quia delectet ſenſum, ſed quia eſt vtilis ad nidificandum*. ſecundò, experientia manifeſta, videmus enim, pane oſtenſo cani, ipſũ medium iter arripere, vt panem accipiat, & fortaſse ad finem ſedandi famem, quod fieri à cane videtur impoſſibile, ni apprehenderit panem, vt ſibi delectabilem, & acceſſum ad ipſum vt bonum vtile, & conducens ad deuorandum, & ſimiliter poſſent afferri alij innumerabiles, & mirabiles caſus, quos congerunt *Ferrarius*, *Pineda*, & *Salas*.

563 Sed verò hic Author non conſiderauit, plus iuſto extolli ab ipſo Bruta; habemus enim ex vna parte quod refert P. *Pineda* ex *Seneca*, ita perfectè Bruta aſſequi fines ſuos, quod nihil amplius, ſi intellexerint, facerent; quin imo vt ſupra annotaui, ſecuriùs, & certiùs, quam homines finem intentum aſſecuntur; & ex alia parte dici poteſt cũ iſto Patre, Bruta ſine diſcurſu, ſolo vnico ſimplici actu ad modum ſimplicis apprehenſionis, eoque certiſſimo & perfectiſſimo cognoſcere media, & finem ſimul; vt patet euidenter viſa poſtmodum perfectiſſima, & certiſſima executione mediorum, & finis: quod genus operationis, dicunt Theologi eſſe proprium agentium naturalium, non diſcurrentium, nec componentium, aut diuidentium, nempe Dei, & Angelorum. tangit hoc inconueniens, vt modo video, *Suarez* lib. 3. de Anima c. 6. nu. 7. & ideo æſtimandum magis.

S. Auguſt.

Contra id, quod addit P. *Arriaga* ſcribit *Auguſtinus* to. 4. lib. 83. qq. q. 30. ibi *frui quidem cibo, & qualibet corporali voluptate, non adeo abſurde exiſtimantur & Beſtiæ; vti autem aliqua re non poteſt, niſi animal, quod rationis eſt particeps: ſcire, namque quo quidquid referendum ſit, non datum eſt rationis expertibus, ſed neque ipſis rationalibus Stultis, nec vti quiſque poteſt ea re, quæ quo referenda ſit, neſcit; nec quiſque poteſt ſcire, niſi ſapiens*; nec *Auguſtino* magiſtro aduerſatur diſcipulus.

S. Thomas

564 Quare *S. Thomæ* mentem putat fuiſſe ſapientiſſimus Vazquez 1. 2. q. 4. art. 2. à num. 27. Bruta moueri non tantum in id, quod delectat aliquem ſenſum externum, ſed etiam

in quoddam aliud genus delectabilis, quod præcipitur, non per ſpecies exteriorum ſenſuum, ſed per alias, quæ *inſenſata* dicuntur, & ſolent repræſentare obiecta abſentia, vel extra ſphæram ſenſuum externorum poſita; & ponit S. Doctor exemplum, auis, quæ colligit paleas, non quia id delectet ſenſum externum tactus, vel guſtus, ſed quia paleæ vtiles ſunt ad conſtruendum nidum, hoc eſt, quia delectabilis eſt aui palea, ſicut & nidus, vel quia ſimul delectabile illi apparet id vtrumque, ideſt palea, & nidus. *Vtile* ergo vſurpauit ibi *S. Thomas* pro *commodo*, conuenienti, & delectabili, neque aliud potuit intelligere, qui toties, & tam clarè docuit

S. Thomas 12. q. 1. a. 2. & q. 6. a. 2. & 1. p. q. 83. a. 1. S. Auguſt. Bruta *non agere, nec mouere ſe propter finem; quia eorum imperfecta cognitio finis, in ſola finis apprehenſione conſiſtit, ſine hoc, quod cognoſcatur ratio finis, & proportio actus ad finem*. vbi euidenter negat, ſicut negabat *Auguſtinus*, à Brutis cognoſci bonum vtile, ſeu proportionem habens ad aliud.

Atque ex his dicendum ad experientiam, viſum panem, & acceſſum ad ipſum, repræſentari cani, vt bona delectabilia; non vero motum vt medium vtile, & panem vt finem delectabilem; licet re vera certò, & infallibiliter capeſſat res, quæ ſunt medium, & finis, vt conuenientes ſibi, & delectabiles; vbi bene notat *Vazquez* 12. d. 3. c. 2. à Brutis cognoſci obiecta iſta inſenſata, ſiue non ſenſibilia, per ſenſus internos, non tantum vt delectabilia, ſed vt delectabilia ſibi, & merito; quia ſic benè prouiſum fuerit à Diuina Prouidentia, vt item beſtiæ ſe conſeruent, tueantur, & propagentur. dici ergo quodammodo poteſt Bruta facere, quod neſciunt, licet id faciant ſub ratione formali, qua ſciunt, quatenus media adhibent, & eis medijs fines aſſecuntur, quæ præcognoſcunt non vti ſunt media, & fines, ideſt, vt delectabiles, & vtilia, ſed cuncta vt delectant; ſicut ſtultus, & pueri in ſu artificis, applicantes media, vnde reſultat artefactum finis artificis,

S. Thomas 1. p. q. 83. a. 1. c. non cognoſcunt proportionem mediorum cum fine, ſed ſolum ſibi expedire, obedire ſine alia *collatione*.

565 Tertia opinio poteſt deſumi, & probari ex Patribus *Salas, Tannero, Suarez, Hurtado, Arriaga, Tellez*, & alijs multis, qui tenent intentionem, vel deſiderium finis, eſſe propriè effectum eius: ſic vero probatur. Etenim illa agentia operantur propriè propter finem, quæ mota, & allecta à præcognito fine, eliciunt actus, qui ſunt propriè effectus finis; ſed Bruta eliciunt ſimiles actus, præ mota ex cognitione finis; ergo ea operantur propriè propter finem.

Maior eſt certa, minorem debent concedere illi Authores, & quotquot opinantur actus elicitos immediatè circa finem, vti ſunt amor eius, intentio, appetitus, deſiderium, complacentia, fruitio, & huiuſmodi, eſſe propriè effectus finis, ſiquidem manifeſtum eſt Beſtias deſiderare, & appetere obiecta delectabilia ſibi, non aliter ac nos, per appetitum, & voluntatem ea appetimus. ruſus Beſtiæ item quaſi complacent, delectantur, & fruuntur obiecto delectabili, iam poſſeſſo. complacentias autem ſimiles, & fruitiones, in nobis putat ſingulariter *Rubius* hic to. 5. quæſt. 6. num. 58. eſſe proprijſſimè effectus finis, non ita propriè deſideria, & electiones mediorum. conſequentia legitimè infertur, & ſyllogiſmus eſt in *tertio primæ*, atqui ex hoc abſurdo reuincit quoque *Vazquez*, deſideria, & delectationes finis, non eſſe effectus eius, ſecus Bruta operari diceutur propriè propter finem.

SECTIO VI.

Oſtendit rationem motiuam vt qua, *ſecundum quam finis mouet, eſſe bonitatem ſuam cognitam, non ipſam cognitionem, neque partialiter; quam docuimus eſſe rationem motiuam moralem vt* qua, *& modo addemus eſſe in genere phyſico, meram conditionem applicantem*.

566 Quoniam certum eſt illud axioma, quo dicitur *nihil volitū quin præcognitum*, debet item eſſe certum, S. Auguſt. 10. de Trin. c. 1.

S. Auguſt. 10. de ci. c. 1. Ariſtoteles. 3. de Ani. c. 10. S. Thomas 1. p. q. 82. a. 4.

certũ finem non poſſe mouere noſtrá voluntatem ad amorem ſui, neque ad amorem mediorum, niſi voluntati per cognitionem propoſitum, & oſtenſum, & ſic exiſtentem obiectiuè in intellectu, ſed controuerſia eſt an cauſa finalis conſtituatur mouens, vel potens mouere adæquate, per ſuá ſolam bonitatem, tamquam per rationē formalem adæquatam mouendi an, per cognitionem eius ſaltem partialiter; vel an hæc cognitio ſit pura quædam conditio ſine qua non, in genere phyſico, ideſt, attenta phyſica natura voluntatis, quæ nullum bonum amare, aut eligere poteſt ſine cognitione ipſius, ſicut eſt approximatio ſtupæ ad ignem.

Et ad deciſionem dico primò res, quæ eſt finis, per ſuam ſolam bonitatem finalizat, tamquam per rationem formalem adæquatam mouendi, vt *quam*, & eius propoſitio, ſiue cognitio eſt mera conditio, in genere phyſico, ita eſt communis ſententia, qui tenuerunt *Suarez* in met. diſp. 23. ſect. 8. a nu. 5. & ibi *Ariſtoteles S. Thomas, Caietanus, Ferrara, Scotus*, & alij. *Toletus*, q. 4. *Vazquez* 1. 2. diſp. 2. cap. 2. *Conimb.* hic q. 23. a. 2. *Rubeus* to. 5. q. 5. & ibi *Iauellus, Sotus, Gabriel, Fonſeca, & Ariſtoteles, Pererius* lib. 8. cap. 4. *Granado* 1. 2. d. 1. n. 1. *Arriaga* hic diſp. 8. a. n. 50. *Hurtado* d. 13. de Ani. ſect. 6. *Tellez* hic, & *Ouido, Salas* 12. t. 1. d. 5. ſect. 4. n. 36. & ibi *Medina, Conradus, Valentia, Ferrara Capreol. Hiſpalen. Echam.*, S. *Thomas*, & alij. *Tannerus* t. 2. d. 1. q. 1. n. 14. *Ferrarius* tr. 2. diſp. de Cauſ. a. 7. q. 7. *Herice* 1. p. *Beccanus* de Char. c. 22. q. 5. n. 8. & communiter Recentiores, qui omnes abſolute docent mouere, & *cauſare finem ſecundum eſſe reale, & non ſecundum eſſe intentionale*, ideſt, ratione ſuæ bonitatis obiectiuæ, non ratione cognitionis neque partialiter.

Ariſtoteles S. Thomas 1. 2. q. 75. & 1. p. q. 82. a. 3. ad 2.

567 Ratio conuicens prima eſt. Etenim illa eſt ratio formalis finis, & finalizandi, quæ allicit noſtram voluntatem ad amorem, & deſiderium ſui, & mouet vt amore, & gratia ſui obtinendi, voluntas eligat media; ſed hoc totum facit finis ſecundum ſuam ſolam bonitatem; ergo bonitas finis eſt ratio formalis eius, ſiue finalizandi adæquata.

Secunda ratio eſt, illa eſt adæquate adæquate cauſa finalis, quæ ſola amatur de facto, & obtineri intenditur per appliata media; ſed ſola bonitas finis amatur, & obtineri intenditur per applicata media, ergo ea bonitas eſt adæquate finis, minores huius, & primæ rationis, euidenter probantur exemplis ægroti, cuius finis adæquatus eſt ſanitas, quę ab illo cognita ſola amatur, & ab eadem excitatur eius voluntas adæquate, vt media quamtumuis difficilia, ſi poſſit eligat, obtinendæ ſanitatis amore, & gratia immemor pro tunc cuiuſcumque. alterius bonitatis: & Chriſti, qui propoſito ſibi gaudio Beatitudinis ſuſtinuit Crucem, & confuſionem; & Moiſis eligentis affligi cum populo Dei propter æternam remunerationem; quę omnia confirmant *S. Thomas* dicens dilectionem ſumere ſuam ſpeciem, & eſſentiam non à cognitione, ſed a re cognita, & experientia adhuc manifeſtans *charitatem non habere pro obiecto ipſam cognitionem*.

S. Thomas 22. q. 25. a. 1. ad 6. & 12. q. 67. a. 6. ad 2.

Relinquitur ergo primò cognitionem, qua proponitur finis bonitas amanda voluntati, eſſe in genere phyſico meram conditionem, & applicationem intentionalem ſine qua non, niſi forte contingerit eamdem cognitionem, ſiue bonitatem eius alia cognitione reflexa proponi, non vt finē, cuius obtinendi gratia media alia adhibemus, quia hoc fieri non poteſt, ſiquidem eam cognitionem ſuá præſentem poſsidemus, ſed vt boná, quá amemus; tunc enim ea cognitio & erit conditio ſine qua nó, reſpectu finis quē voluntati proponit, & erit quaſi finis, vt eſt quid repræſentatum per aliam illam cognitionem reflexam.

Relinquitur ſecundò ex dictis cognitionē eamdē, quæ proponit voluntati integrá rationē finis, quæ dicitur ratio mouēs, vt *quo*, rite poſſe appellari rationem formalem mouentem, vt *qua*, ſiue *motionem*, quatenus eſt via & cauſalitas, mediante qua finis bonitas deriuat, & exercet motionem ſuam, attrahendo voluntatem ad ſuí deſiderium, vt monſtratum eſt ſupra. memini me in *Log.* a n. 1169. docuiſſe præmiſſas formales, & eſſe conditiones, & motiones, æquiparando illas 568

propo-

propoſitioni finis, legantur, quæ ibi
dicta ſunt, nam congruunt maximè
intelligentiæ doctrinæ, & cohærentiæ
& diligenter notetur, ſine dubio eſſe
penes arbitrium. Agentis, determi-
nare ſibi rationem Finis, & pro tunc
non eſſe aliam, niſi obiectam ſibi vt
talem, & ſubinde non niſi bonitatem
obiectiuam. Vnde meo iudicio ceſſa-
bit deinceps in hoc pũcto diſſidium,
quod euidentius notabo infra agen-
do de Exemplari, huic meæ annota-
tioni conſonat omnis Schola, vt colli-
ges, ſi legis Doctiſſimum *Thomam San-
chez* to. 1. Decal. lib. 1. c. 2. a n. 3.

SECTIO VII.

Refert authores, qui opinati ſunt cognitionem finis eſſe rationem ſaltem partialem finalizandi, formalem, & non tantum conditionem; ſed eorum dirimit fundamenta, vel etiam eos cum veritate conciliat.

TItuli aſſertum tenuerunt apud
Suarez allegatũ *Auicenna*, *Soncinas*,
& alij *Thomiſtæ*, qui illud *S. Thomæ* attri-
S. Thomas buunt, quoniã dixit 1. p. q. 80. a. 2. ad 1.
*appetibile non mouet appetitũ niſi inquan-
tũ apprehenſũ*, quod repetit S. Doctor 1.
2. q. 31. a. 3. ad 1. & alibi addendo
*diuerſitatẽ apprehenſionum pertinere quo-
dam modo ad diuerſitatem obiecti*, & appe-
titũ deſideriumuè variari iuxta co-
gnitionem, quam ſequitur; ergo ſi
cognitio boni, ſeu finis, mouet ſaltem
partialiter noſtram voluntatem ad a-
morem ſui, & diuerſificat obiectũ, &
ſpecificat actus amoris verſantes cir-
ca ipſã, vt ibi ſentit *S. Thomas*, ſine du-
bio eſt ratio formalis finalizãdi, & plus
quã mera conditio in genere phyſico.

Sed reſpondetur *S. Thomam* vera di-
569 xiſſe, ſed nihil contra nos, nam in pri-
S. Auguſt. mo loco ſolùm vult *nihil eſſe poſſe voli-
Ariſtoteles tum quin præcognitum*, & finem non
ſup. n. 566. mouere, niſi cognitum, & apprehen-
ſum, & mouere pro menſura bonita-
tis appræhenſæ, ſiue pro bonitate,
quam in obiecto inuenit intellectus,
& cæca voluntati proponit; quod in-
dicat tantùm illa particula *in quantum
apprehenſum*, non autem ſentit S. P.
mouere, & attrahere noſtras volunta-
tes bonum, & apprehenſionem boni,
cum manifeſtè id falſum eſſe mon-
ſtret experientia; nunquam enim
amamus ægroti, ſanitatis appræhen-
ſionem; ſed neque appræhenſio nos
mouet reduplicatiuè ſumpta, & con-
uoluta cum bonitate ſalutis obiecti-
uè; ſed ipſa ſola ſalus ſpecificatiuè co-
gnita, tantùm nos trahit in amorem
ſui, ſed tãto vehementiùs, quãto per-
fectiùs appræhenditur, & æſtimatur.

Idcirco addidit *S. Thomas* diuerſita-
tem apprehenſionum pertinere quo-
dãmodo ad diuerſitatẽ obiecti, quia,
ſcilicet illud quodammodo facit eſſe
diuerſum, & diuerſimodè mouere S. Thomas
nos, modò magis, modo minùs; vnde
conſequenter proueniunt varij amo-
res; & appetitus differentes, alij nimi-
rùm magis, alij minus vehementes;
quam actuum varietatem, & multò
maiorem poſſunt cauſare ex variæ ap-
præhenſiones finis, quin ſint rationes
motiuæ, vt *quæ*, ſed meræ conditiones,
vt optimè aduertit *Suarez* in illa diſp.
23. ſect. 8. n. 11.

Dicens hanc appræhenſionem talẽ
eſſe, vt ratione illius poſſit variari
principium formale finalizandi; non
quia ipſa ſit ratio formalis motiua vt
quæ, vel partialiter, ſed quia, vt condi-
tio applicat voluntati diuerſam ratio-
nem formalem mouendi, quæ doctri-
na declaratur exẽplo cauſæ efficien-
tis; quamuis enim is, qui applicat cau-
ſam per ſe efficientem, & adæquatè,
ſolum ſit cauſa per accidens, & mera
conditio, ſine qua non; tamen ſi appli-
cat diuerſas cauſas habentes, diuerſa
principia agendi, poterit variando eas
cauſas, variare conſequenter effectus,
& ſubinde quodam modo cauſare
eorum diuerſitatem; ita variat, qui
tibi modo applicat ignem, modo ap-
plicat frigidam; facit enim per acci-
dens, & vt conditio applicans, produ-
ci in te modò calorem, modo frigus.

Ita in propoſito intellectus, qui eſt 570
cauſa vniuerſalis per cognitiones va-
rias, quæ ſolùm ſunt conditiones, cau-
ſat varietatem, tum in finibus ſiue in
rationibus finalizandi, proponendo
modò vnam; modò aliam differentẽ,
modo proponendo rem vt bonam,
modo

modo per errorem proponendo eamdem, vt peſsimam; tum etiam in deſiderijs, quæ propoſitis talibus finibus diuerſis, in nobis excitantur. Ecce quo pacto conditiones, ſine quibus non, quodammodo ſpecificent effectus. quare hæc non eſt legitima conſequentia, appréhenſio variat finem & ſic facit actum eſſe diuerſum; ergo ipſa eſt ratio finalizandi vt *qua*; vlterius enim requiritur quod cognitio ipſa cognoſcatur, & ſic moueat, vt ab actu amoris tangatur, & ametur; ſecus non ſpecificabit directè, & vt ratio formalis *quæ* legite obſecro in *Tripertita* n. 1175. & hæc, quæ modò dixi adnotate ad complures obiectiones facile, & vbique diluendas.

Secundò opponunt, aliquando finis eſt aliquid fictum, v.g. mons aureus, aut alia pulchra Chimæra; ſed tunc vel nulla eſt finalis bonitas, quæ ametur ſecundum eſſe reale, niſi bonitas, vera cognitionis proponentis chimæram, vel ſaltem, ſi aliqua bonitas eſt amabilis in ente ficto, in eam partialiter intrat cognitio fingens; ſiquidē eius ratio ns eſt concretum ex obiecto & cognitio fingens; ſiquidem ens rationis eſt concretum ex obiecto, cognitione; ergo cognitio finis vel eſt tota ratio formalis finalizandi, vel ſaltem partialis.

Reſpondeo conceſſa maiori; nam
in eo euentu, ens illud rationis, quod
iuxta dicta in *Logica*, adæquatè eſt
obiectum fictum de nouo ab intelle-
571 ctu mediante eius cognitione, habet
ſufficiente, & adæquata bonitatem ap-
pa ente ſufficientem terminare actus
volūtatis dicit enim S. *Thomas*, quod vo
lūtas ſe poteſt determinare ad amādū
vere bonum, vel apparens bonum, quod
S. Thomas apparens bonum adhuc verè dicitur
1.2.q.9.a. mouere voluntatem, & ab ipſa ama-
6. ri ſecundum ſui eſſe reale, ideſt obie-
ctiuum, non eſſe intentionale, ideſt,
ratione bonitatis veræ, & realis co-
gnitionis. Quare in præſenti termi-
nus *realis* & *reale*, æquiuocus eſt, &
diſtinguendus, & dicendum firmiter
montem illum aureum eſſe adæqua-
tam rationem realem, ideſt, obiecti-
uam, finalizandi, ſiquidem ſola ipſa
allectat, & amatur à voluntate fine
mentione, aut memoria cognitionis
eam proponentis, *Como ſino fueſe*.

Tertiò obijcis. Cognitio finis ſe habet reſpectu finis ſicut præmiſſæ formalis, & cognitio bonitatis illationis, ſed iſtæ ſunt rationes formales, & non tatum conditiones; ergo & cognitio finis. nego minorem, & conſequentiam; nam in *Logica*, nu. 1175. dixi præmiſſas formales, & cognitionem prædictam de bonitate illationis, eſſe conditiones tantùm applicantes intellectui adæquatam rationem formalem, mouedi vt *quam* ad concluſionem elicienda; & addidi ibidem, eaſdem præmiſſas eſſe rationales formales, *quibus* præmiſſæ obiectiuæ quaſi trahunt, ac determinant intellectum ad concluſionem, & ſimiliter dico in propoſito, de cognitione finis, quæ ſimul eſt conditio applicans rationem finalizandi, & ſimul ratio mouendi, ſiue motio, *qua* ea ratio finis trahit ad ſe voluntatem, & extendo doctrinam ad intentione; & deſiderium, quo mouetur iterum Voluntas ad non ceſſandum, ſed laborandum, vlterius eligendo media, & ponendo in executione remedia, quæ conducunt ad finem obtinendum; illud enim deſiderium primò eſt cōditio ſine qua non; & rurſus eſt cauſalitas & motio finis, vt ſupra dictum eſt.

Quarto obijcis. hoc eſt de ratione
conditionis, nempe quod ea poſita 572
ſtatim ſequatur effectus, vt patet po-
ſita ignis applicatione, quam ſequitur
ſtatim incendium, vel diſpoſitio ad
ipſum, hoc non habet cognitio finis
poſita, neque deſiderium finis; quia
ſæpe illam non ſtatim ſequitur deſi-
derium finis, neque hoc ſequuntur
electiones mediorum; ergo neque
hoc, neque illa ſunt conditiones, di-
ſtinguo maiorem, & dico illud eſſe
proprium conditionum, quibus appli-
cantur ad agendum cauſæ naturales,
non liberæ, non conditionum, quibus
applicantur obiecta amanda cauſis li-
beris, quæ poſitis omnibus conditio-
nibus, poſſunt adhuc non operari, vel
ſi iam cæperunt poſſunt ceſſare ab
opere, vnde ceſſat argumenti vis.

Quoniam verò videtur manifeſtū totam vim mouendi, vt *quam*, muniri in obiecto, & propoſito fine, ſiquidé,

vt

vt omnes experimur, is ſolum nos trahit, atq. ſollicitat tum vt ipſum amemus, tum vt gratia ſui media ponamus, credo neminem diſſentire in puncto hoc, ſed pugnam eſſe de vocibus,& in ſola æquiuocatione conſiſtere, quam facilè tollas, ſi mecum dicis cognitionem finis, & eius intentionē non tantùm conditiones, eſſe, ſed & rationes motiuas, non obiectiuas, & vt *quas*, ſed vt quibus *motiones* dictas, ſiue vltimas rationes mouendi, nimirum cauſalitates, quibus in voluntatem exercent, & deriuant vim mouendi, & attrahendi fines, ſecundum quod ſupra perſpicuè declaratum eſt.

SECTIO VIII.

Illuſtrat doctrinam præcedentem de Fine deducendo conſectaria.

573 Confirmiter ad ſtatuta dicendum eſt primò nunquam agens liberum operari niſi propter aliquem finē nempe, amando, & deſiderando ipſū, vel procurando, eligendoquè media ad conſequendum ipſum. Patebit hoc reflectentibus ſupra veſtras actiones, quas in primis, vt par eſt credere, vt media direxiſtis ad maiorem gloriam Dei, ad eum obtinendum, fruendumque eius ſumma bonitate, quam ſtatim, ac cognouiſtis, ſuper omnia amaſtis, & obtinere, vt vltimum noſtrum finem poſitiuè deſideraſtis, deinde propter alios fines creatos, particulares honeſtos, vel delectabiles, quos amant, ac deſiderant obtinere homines, plura media bona & vtilia ad eos fines conſequendos volunt, & adhibent; imo, & propter fines inhoneſtos apprehenſos, vt bonitate delectabili præditos, media ponunt quotidie peccatores, quorum aliquos reprehendit Apoſtolus dicens ad *Titum. 1. docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia.*

Dicendum eſt ſecundò ferè ſemper eſſe actus liberos eos, quibus volumus fines, & media; ſed non implicare aliquem actum neceſſarium, qui eligat media ad finem, exemplo ſit Beatus, cui imperet Deus vt ſanet ægrotum; qui neceſſario eliget aliquod mediū ex multis, quæ nouit eſſe vtilia ad eius ſanitatem; *neceſſario* dixi, quia Beatus ille neceſſario obedit Deo ſūmè dilecto; quare ſatis erit ad hoc vt quis dicatur operari propter finem, quod procedat cognoſcendo finem, & proportionem mediorum, cum ipſo, quod ſciri neceſſarium eſt, quamuis aliquando deſit libertas, fateor quod ille Beatus dicetur ſe phyſice mouere, & agere propter finem non libero, & morali modo, ſed tamen ſponte, & voluntario.

Dicendum eſt tertiò, bonum eſſe triplex, aliud eſt *honeſtum*, quomodo ſunt bona naturæ intellectuali, vt tali, conformia, aliud *delectabile*, vt ſunt, quæ delectant ſenſus, vel etiam potentias ſpirituales; inter quæ bona, alia ſunt, quæ dilecta inficiunt animam; alia quæ ornant. Tertium bonum eſt *vtile*, illud, nimirùm, quod apprehenditur, vt nobis ad aliquid proficuum. Duplex primum bonum, nempe honeſtum, & delectabile, vt talia ſunt poſſunt eſſe fines vltimis non verò bonum vtile, vt tale; quia vtile, vt vtile eſt, ad aliquid obtinendum vtile eſt, & ita ſemper medium eſt.

574 Quare quidquid amas, aut eſt honeſtū, vtile, vel delectabile; & conſequenter nullum actum amoris facis, qui nō verſetur circa finem aliquem, vel circa media, quæ ordinas ad finē; ita deſcribi poteſt triplex hoc bonum ex S. *Auguſtino* to. 4. lib. 83. *quæſt.* q. 30 *honeſtum* dicitur, quod propter ſe ipſum expetendum eſt; *vtile* quod ad aliud referendum eſt; quia in eo conſiſtit eius bonitas, quod ad alterius rei adeptionem conducat, *Delectabile* denique eſt, quod, ſi poſſideatur, delectationem facit, & lætitiam, non ſolum vanam, & vitioſam, ſed ſolidam, & honeſtam.

S. Auguſt. ſup. n. 593.

S. Auguſt.

Hic aduerte duo primum eſt, bonum honeſtum purè ſumptum, nunquam eſſe obiectum mali actus, ſecus bonum vtile, & delectabile, quæ duo aliquando terminant bonos, aliquando malos actus. Secundum eſt, tantæ Eminentiæ ſolere eſſe bonum honeſtum, vt ſimul ſit vtile, & delectabile, vt eſt gratia Dei, quæ eſt honeſtum bonum, & dignum quod propter ſe

ametur

ametur; & eſt vtile medium ad poſſidendum Deum. Tertiò poſſeſſa à nobis cauſat ſolidam delectationem.

Dicendum eſt quartò nullũ obiectum poſſe eſſe finem, niſi ſub ratione boni; quia finis eſt illud, quod excitat, & attrahit ad amorem ſui, voluntatem, & eam facit ponere media, vt finis ipſe obtineatur, malum autem licet moueat voluntatem, mouet illam ad illud fugiendum, & ad ponenda media, ſeu potius obſtacula, ne malum veniat ſuper nos: quare propriè loquendo, malum, vt malum appræhenſum non habet rationem finis, ſed eſt motiuum quoddam, quod nos cogit illud fugere, fuga verò iſta noſtra, & actus voluntatis, quibus fugimus, & procuramus ne veniat malum, ſolent eſſe propriè propter finẽ, quia ſi v. g. fugimus ægritudinem, & peſtilentiam, id facimus, & volumus, vt medium præſeruatiuum, allecti à bonitate integræ valetudinis *nullus enim* ait S. *Thomas* ex S. Diony. *reſpiciens ad malum operatur*.

575 S. Thomas 1.p.q.103. a.8.

Dicendum eſt quintò nullum, qui non videat proportionem, & vtilitatem, quam habent media hæc ad obtinendum illum finem, propriè dici poſſe operari propter finem; proportio autem iſta mediorum, non eſt aliquis ordo tranſcendentalis exiſtens in medijs erga finem, ſed ipſam mediorum ſubſtantiam vtilem ad finem obtinendum, & ad id volitam & per extrinſecam volitionem ordinatam; neque enim putandum eſt in potione amara eſſe relationem tranſcendentalẽ ad ſanitatem; neque in incendio ad vindictam, niſi forſan quis ſumeret vt medium cauſas naturales, ad ipſarum effectus producendos, vti ſine dubio ſumuntur à Deo, qui in eum etiam finem creauit ſolem vt illuminaret, & cæteras cauſas, & potentias creauit propter operationes ſuas, tamquam propter fines non vltimos.

S. Thomas 1.p.q 105 a.5.& 3.c.g.c.3.

Solet propterea Deus ſæpe aſſumere Inſtrumenta, & media debilia, ac de ſe improportionata ad altiſſimos fines, vt ſic magis oſtentet gloriam, & potentiam ſuam iuxta, quod ſcriptum eſt 1. ad *Corin. 1. infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia*, media autem iſta ipſe adaptat gratia ſua, ac donis ipſa roborando, quibus roborauit Apoſtolos ad vincendum mundum.

Dicendum eſt ſextò, non ſolum effectus exteriores finis, videlicet, media declarata, ſed etiam, & actus ipſos interiores verſãtes circa media, & conſequenter actiones, quibus fiũt à voluntate, ij actus, ſiue electiones, carere connexione, & tranſcendentali ordine erga finẽ, à quo propterea phyſicè non ſpecificantur, ſed moraliter, & per extrinſecam ordinationẽ.

Ratio huius eſt, quia nullus actus, & nulla actio phyſica ſpecificatur ab obiecto, quod non tangit, ſed actus electionis mediorum non tangunt neque amant finem, ſed ſolum media; ergo ab his adæquatè, & non ab illo ſpecificantur: quia ad hæc, & non ad illum tranſcendentali ordine feruntur. Similis ratio probat actiones non ſpecificari, niſi à terminis, quos faciunt, qui ſunt ipſæ electiones interiores, & nihil aliud, & infra fuſiùs probatur. 576

Supponit ratio hæc, quod verũ eſt, nẽpe habere media ſufficientẽ de ſe bonitatem mouentẽ, ſibi propriam, ac diſtinctã à bonitate finis, in qua mediorũ bonitate ſiſtant electiones, & amore, eorũ, vt bene docuit *Ariſtoteles* 3.t.c.2.& *Pe. Arau. to* 1.2. de *actibus humanis* t.5.d.3.n.3. vnde fiet quod volũtas excitetur à duplici motiuo ad electionẽ habendam; primum motiuum eſt finis, quem voluntas tangit, & deſiderat, ſed electio non ſecundum eſt bonitas medij, quam ſolam tangit electio, poſtquam nouit eam intellectus eſſe vtilem ad finem. Ariſtoteles

Quod ſi contingat actum eſſe tam eminentẽ, vti ſolent eſſe diuini, & ſine dubio poſſunt eſſe creati, vt tute potes experiri, & ex multis tradit *Aza*. 1. p. l.2.c.21. qui ſimul amet finẽ, & media per indiuiſibilẽ tendentiã, v.g. ſalutẽ, & potione amaram, vel alia remedia ſalutiſ[illegible]is actus ſpecificabitur partialiter à fine, & medijs, quia ſcilicet, tangit & finem, & media vnde hic nota aliquando diſtingui realiter intentionem finis, ſiue eius deſiderium ab electione medij; aliquando non; ſed eundem actum realiter eſſe; ſemper tamen in ſua realitate, ſiue formali-

Digitized by Google

tate differre ſpecie intentionem à quauis electione, ſaltem moraliter.

Ex quo fit conſequenter eoſdem
577 interiores electiones mediorum, inuariatas quo ad ſuam phyſicam ſpeciẽ poſſe ſeruire modo, & ordinari ad hũc finem, modo ad alium, v. g. pot eſt quis modo eligere deambulationem propter ſanitatem, & paulo poſt per eamdem electionem, aut ſimilem velle deambulare propter honeſtã recreationem, ſiue vt exemplificat S. *Thomas* in 1. 2. q. 1. a. 3. ad 3. *ſicut hoc ipſum, quod eſt occidere hominem, quod eſt idem ſecundum ſpeciem naturæ poteſt ordinari ſicut in finem, ad conſeruationem iuſtitiæ, & ad ſatis faciendum iræ, & ex hoc erunt diuerſi actus ſecundum ſpeciem moris, quia vno modo erit actus virtutis, alio modo actus vitij.* Vbi S. Doctor videtur loqui tam de medijs externis, quam de electionibus internis, quod eſt argumento non ſolum externa media, ſed etiam electiones eorum, non diuerſificari à finibus, neque habere ad illos pluſquam relationẽ rationis, prouenientem ab extrinſeca agentis ordinatione, ſiue à volitione volente hæc media ordinari ad illum finem.

S. Auguſt. S. Thomas

Veruntamen quoniam dixit *S. Auguſtinus*, quem affert, & imitatur *S. Thomas*, finis, *quo referuntur ea, quæ facimus, ſi laudabilis fuerit, tum etiam facta noſtra laude aliqua digna erunt, ſin ille culpatur, offitium*, ideſt opus noſtrũ, *nemo vituperandum dubitauerit*, Dicendum eſt ſeptimò effectus omnes finis tam exteriores, quam interiores, ſiue tam electiones voluntatis, quam media electa ſpecificari à fine non phyſica ſpecificatione, ſed morali: quocirca illa voluntas, & electio, quæ vult occidere quemquam, ſi connotet iuſtitiam vt finem, ſiue amorem iuſtitiæ, & ſic ab eo amore imperetur, eſt ſancta, ac digna præmio in Dei, & prudentum æſtimatione; atq. eadem omnino electio connotans vindictam vt finem, ſiue amorem vindictæ, & ab eo imperata eſt, eſt turpis, & digna ſupplitio apud omnes probos: & ſimiliter occiſio eadem penes extrinſeca illa varia connotata, & fines, modo eſt laudabilis, & opus profectum à iuſtitia, modo culpabiliſ, & pus profectũ ab iniuſtitia, & iniquitate 578

Octauò dicendum eſt, quod poſtquam finem aliquem deſiderauimus, v. g. beatitudinem, ſiue Dei bonitatem, illico reſultant ex iſto deſiderio, in nobis actus imperantes, quorum alius iubet fieri conſultationes circa media meliora, & vtiliora, & ſi neceſſe ſit, quod conſulantur viri ſapientes, ac Sancti: alius autem iubet hic, & nũc ex varijs medijs oblatis, & inuentis, hæc, aut illa adhiberi, cauſa finis illius obtinendi: atq; propter eiuſmodi imperantes actus, manet hæc media ſubordinata tali fini, & cum eo quaſi annexa, & ſimiliter volitiones & electiones mediorum.

Quare ſimiles electiones habent quemdam ordinem moralem ad finẽ non phyſicum, ſi finem non tangunt, ſed ipſis extrinſecum, eis prouenientem ab illo actu imperij, cui eſt ordo intrinſecus ad finem, & media ſimul, quia tangit hæc, & illum ſimul dicens *adhibeantur hæc media*, nimirum pœnitentia fides, ſpes, charitas, & alia bona opera ad finem illum, nempe *ad beatitudinem*, quam valde daſiderat obtinere voluntas.

S. Thomas 12. q. 8. 9. & 16.

Poſtremo dicendum eſt actus humanos, ideſt, liberos, quós omnes dixi verſari circa finem, vel media, alios eſſe, ac dici *elicitos*, quia à libera voluntate immediate eliciuntur, vti ſunt tres verſantes circa finem, nempe complacentia finis boni, intentio eius, & fruitio in eo iam acquiſito: atq; electio, & conſenſus, qui verſantur circa media, qui videtur idem actus, dictus *electio*, quatenus ex multis medijs ab intellectu volũtati propoſitis, vnum præ alijs eligit; & *conſenſus*, quatenus voluntas eligens tale medium conſentit, & ſe conformat cum intellectu iudicante id præſtare cæteris, vel hic, & nunc eſſe adhibendum; quod ſi tantum ſit vnicum 579 medium, is actus conſenſus erit, non electio, quia tunc optio non datur.

Alij actus dicuntur *imperati* à volũtate deſideranti finem, quales ſunt actus illi, qui fiunt ex illius imperio ab alijs potentijs internis, vel externis hominis volentis, vel etiam aliorum illi obſeruientium, vel quodam modo iuuantium; ille tãdem, qui etiã

à vo-

a voluntate elicitur, quo hic, & nunc ea vult, & imperat hanc, vel illam potentiam imperata facere, dicitur *vſus actiuus*; atquè ſolet etiam voluntas ſibi ipſi imperare, & ſubinde, & ipſa habet actus imperatos, nec ſolum elicitos, de quibus omnibus videndus eſt *S. Thomas* 1.2.q.8.9.& 16.c.quę dixi ſupra n.552.

S. Thomas

QVAESTIO VI.

De cauſa exemplari eius ſpeciebus & cauſalitate, & proprietatibus.

Ariſtoteles *S. Auguſt.* *S. Thomas*

TRactant de exemplari tres noſtri Magiſtri ſæpe, vt videre eſt in ipſorum indicibus verbo, *idea*, & *exemplar*, & locis afferendis, præſertim *S. Thomas* fuſe, & optime hic in *Alamanio* q.10. per totam, allegans, & ipſe *Ariſtotelem*, & *S. Auguſtinum*.

SECTIO I.

Declarat an ſit, quid ſit quotuplex, & propter quid exemplar; vbi prius quod ſit nomen eius.

S. Thomas 1.p. q.15. a.1.

QVod *Latinis* ſonat nomen *exemplar* Græcis *idea*, ideſt, quod inſpicitur ad imitandum, & Hiſpanis *exemplar de lado, Origenal*, exiſtere certiſſimum eſt, Chriſtus Dominus in primis eſt noſtrum exemplar, quod imitari debemus; & exemplar eſt quidquid quiſquam ſibi imitandum proponit, ſiue vt definit *S. Thomas* q. 3. de verit a.1.& 2.c. ex *Auguſtino*, Exēplar *eſt forma, quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis ſibi finem*; ideſt, exemplar eſt forma cui euadit ſimilis operatio alicuius agentis rationalis, non caſu, ſed ex certa induſtria, & intentione, ſiue vt clarius definit *Ariſtoteles* 7. m. t.32. *eſt illud, in quod artifex inſpiciens operatur.*

S. Thomas *S. Auguſt 12. d.ciu. c.25.* *Ariſtoteles*

580 Ita poteſt eſſe exēplar Philippus IV. Exempli cauſa, cui euadat imago ſimilis pictoris, ad illud exemplar attendentis; vel etiam domus ab Architecto excogitata, à qua dirigatur vt vel ipſam, vel ſimilem ipſi fabricetur.

Tria hic notanda ſunt. Primum eſt, quod ſi contingat alium hominē eſſe Regi omnino ſimilē, ita vt imago facta non minus repræſentet Regem, quam hominem illum, tamen homo hic nō fuerit imaginis exemplar formaliter, ſed materialiter, & caſu; quia dicitur in definitione eſſe neceſſe vt aliquid ſit exemplar, quod intendatur, & inſpiciatur ab artifice, ſecundum eſt, quod licet fere ſemper qui vtuntur exemplaribus, libere illis vtantur, adhuc poſſet quis aliquādo vti exemplari neceſſariò, & ſine libertate, vt contingeret S. *Lucæ* ſi iuberetur in Cęlis iterum dipingere Dei param; ſufficit enim vt quis vtatur exemplari, quod efficiciat effectū ſimilem exemplari attentus ad ipſū, cum voluntaria intentione imitandi. Tertium eſt, exemplar eſſe cauſam intentionalem, & moralem, ſiue cognitam cauſantē directiuè, non phyſico influxu: & probatur; quia cauſa eſt, quæ conducit quodammodo vt effectui communicetur eſſe; ita eſt exemplar ergo eſt cauſa. 581

S. Thomas quodl 8.q. 1.a.1. *S. Thomas 1.p. q.15 a.1.*

Duplex diſtinguitur exēplar; aliud dicitur *obiectiuum* nempe obiecta res, quæ proponitur imitanda; aliud *formale*, & ſubiectiuum, quod eſt ipſa intellectualis propoſitio obiectiui exemplaris: & quidē exemplar obiectiuum aliquando eſt res exiſtens iā facta, vt ſunt exemplaria, quæ imitantur tyrones, *los q e copian*; aliquādo eſt res non exiſtens, ſed poſsibilis ab artifice excogitata, & facienda; ideo obiectiuum exemplar, ſicut de fine dicebam, aliud eſt factum, aliud faciendum; atq id vtrumq. ſemel cognitum, ac per cognitionem voluntati artificis applicatum, æque ipſi extrinſecum, & proximum ad dirigendum ipſum eſt.

Rurſus exemplar factum adhuc eſt duplex; alterum factum præſens, vt res quælibet imitabilis exiſtens: alterum præteritum, quod, nimirum, olim extitit, & modò *exiſtit ſecundum quid*, ideſt in ſcripturis, vel in memoria hominum, vti ſunt geſta, & vitæ

S. Thomas 1. Pet. 2.

ChriſtiD. & Sanctorum, quos imitari debemus.

Exemplar verò formale, quæ eſt cognitio obiectiui, ſiue dicatur eſſe apprahēſio eius, ſiue iudiciū, aut definitio, intrinſecè ſemper eſt actus ſpeculatiuus, vt patet ex modo ſuo tendendi; dicitur verò practicus extrinſecè, ab artificis volentis iam vti exēplari extrinſeca operatione; quod autem ex his, exemplar ne obiectiuum, an formale, an vtrumque ſit cauſa exemplaris, controuerſia eſt non leuis; iam hic à nobis examinanda; vt vero ſit, certum debet eſſe cauſam exemplarem fore propter exemplata, ſiue propter effectus, ad quos dirigit artifices ſuos; ita res omnes ſe habet.

582 *S. Thomas 1. p. q. 45. a. 9.*

Pictor E. C. propter lucrum, vel propter alium meliorem finem, excogitauit imaginem, à ſe dipingendū, ac ſubinde motus à ſuo fine deſiderato, & intento, voluit efficaciter adhibere omnia media ad opus perficiendum; ſic volens, volo tabulam, colores, & pinicellos adaptari, & potentias motiuas, & executiuas expediri, & exercere quamq. munus ſuum; ac ſic eis præſtò obedientibus, tandem opus perficit. Semper enim in agenti libero vtente præſertim exemplari, & arte, omnes cauſæ interueniunt, fit ergo exemplatur à fine, à cauſa efficiente, à cauſa materiali, & formali, ab vnaquaq. propria cauſalitate ſua; fit etiam ab exemplari obiectiuo, mediante formali, ceu propria cauſalitate, quod vti annotaui intrinſecè ſpeculatiuum eſt, & vnicum, neque enim aliud practicum, tanquam ſimpliciter neceſſarium, in artifice adeſt, vt reflectenti ſupra actuum concurrentium proceſſus, manifeſtum erit.

SECTIO II.

Determinat exemplar obiectiuum eſſe cauſam exemplarem, non item formale, niſi reflexe cognitum: vbi de vtriuſq. cauſalitatibus.

Dico primò exemplar obiectiuum verè eſt cauſa exemplaris, ita docuit *S. Thomas* 1. p. q. 15. a. 2. c. dicens *ideam operati eſſe in mente operantis, ſicut quod intelligitur, non autem ſicut ſpecies, qua intelligitur, quæ eſt forma faciens intellectum in actu; forma enim domus in mente ædificatoris, eſt aliquid ab eo intellectum, ad cuius ſimilitudinem domum in materia format.* *S. Thomas Ariſtoteles 7. m t. 22.* conſentiunt apud *Suarez* in met. diſp. 25. ſect. 1. n. 6. *Scotus, Durandus Caietanus*, & multi alij, *Conimb.* lib. 2. c. 7. q. 3. a. 2. *Ouiedo* hic *Vazquez* 1 p. diſp. 72. cap. 2. *Granado* 1. p t. de Ideis, d. 2. ſect. 3. n. 10. *Molina* 1. p. q. 15. a. 1. d. 2. *Auerſa* t. 2. q. 37. ſect. 5. *Baranzan.* d. 6. q. 10. *Oueſſan.* de anima. com. 8. *Ruiz.* & *Tannerus* infra. *Arriaga* hic d. 8. num. 91. & Recentiores communiter.

583 *S. Auguſt. S. Thomas*

Conſonant *S. Auguſtinus, S. Thomas* & alij SS. PP. aſſerentes eſſentiam diuinam, non ſcientiam, fuiſſe Deo ideam condendis creaturis, quos referunt, & ſequuntur *Granado*, & *Paſſoli*, q. 15. a. 1. deinde Sacri Interpretes, inter quos videndus eſt *Cornelius* ad illos textus, *inſpice, & fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt exemplum dedi vobis, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti, & ſicut habetis formam noſtram, vt conformes ſimus imagini filij Dei*, vbi ſine dubio ſermo eſt exemplari obiectiuo, quod nos imitari debeamus atqui fuiſſe Chriſtum D. Exemplar, quod Deus inſpexerit, & quod ipſum direxerit vt nos fratres illius, iuſtificaret, ac prædeſtinaret, colligit cum communi P. *D. Ruiz* de præd. d. 57. ſect. 2. & d. 58. ſect. 1. & *Tanner* de Gratia d. 6. q. 4.

S. Thomas 3. p. q. 3. a. 7.

Et probatur primò, illud eſt exemplar, ſiue cauſa exemplaris, cui conuenit definitio ſupra tradita; ſed exemplari obiectiuo conuenit; ergo ipſum eſt & cauſa exemplaris. Patet minor, quia hæc Imago B. Mariæ, quam poteſt pictor ille imitatus eſt, & ad viuum expreſſit, ſine dubio, *eſt forma, quam effectus imitatur ex intentione agentis de induſtria illam imitari volentis.* *S. Thomas.*

Probatur ſecundò, illud eſt cauſa exemplaris, quod dirigit artificem, & cui ſimile euadit eius opus, non caſu, ſed ex intentione artificis; ſed exemplar obiectiuum dirigit artificē, & ei ſimile euadit opus ex intentione

ne

ne artificis; ergo exemplar obiectiuũ
ex cauſa exemplaris.

Probatur minor euidenter, præſer-
S. Thomas tim quando fit exemplatum, ex dire-
ctione ſolius exemplaris obiectiui co-
gniti ab artifice, accedente imperio
alterius edicentis, *inſpice, & fac ſecun-
dum exemplar hoc, quod tibi affero, &
monſtro;* tunc enim is artifex non facit
reflexionem ſupra ſuum formale exẽ-
plar, nec rogatus promittit *copiare*, ſi-
ue ad viuum exprimere aliud, præ-
ter obiectiuum, & materiale propoſi-
tum ſibi exemplar; quia ſic domino
eius placitum videt, & imperatum
ſibi; & ſic tandem opus perficit, quã-
tum poteſt ſimile exemplari, & acci-
pit pecuniam ſuam, & contentus va-
dit, & gloriabundus, aſſecutus no-
men famoſi imitatoris, & exprimen-
tis ad viuum exemplaria, nimirum,
obiectiua, non formalia; hæc enim
nemo bene nouit, præſertim ex Artifi-
cibus mechanicis, ſed nec vllus atten-
dit quia vix rite queunt exprimi colo-
ribus, poſt moleſtam, ac longam conſi-
derationem, quod & benè annotauit
P. *Vazquez*.

584 Et confirmatur tota hæc doctrina
ratione euidenti, qua ſupra probatum
fuit, finem adæquate ſtare in obiecto
amato, vel amabili; nam ſimilis con-
uincit adæquatum exemplar conſiſte-
re in obiecto propoſitp imitabili; qua-
propter ſine dubio ſecundum ſenſum
Dei, Angelorum, & Hominum exem-
plar eſt illud, cui artifex, ſiue operans
ſecundùm exemplar, aſſimilat, aut
procurat aſſimilare effectum exem-
platum, & cui id ſimile euadit, atque
conforme; imago autem depicta,
v.g. per exemplar Regis, illi ſimilli-
ma dici ſolet, & multo magis ſimilis
eſt prototypo obiectiuo, quam ſpiri-
tuali, cui quoque caſu, & præter at-
tentionem artificis ſimilis euaſit.

Rurſus homo mitis, & *humilis corde,
plenus doctrina, integritate, grauitate*, ac
ſanctis operibus, ac plane perfectus,
ac Sanctus, ſic effectus mediante
gratia Dei, & ſua bona diligentia,
ſecutus veſtigia Chriſti Domini, ipſũ
ſibi ſemper proponens vt exemplar,
ſimilis eſt, ac dicitur exemplari diui-
no Chriſto obiecto, & conformis
imagini filij Dei, nempe exemplari
obiectiuo, non formali, quod nunquã
imitandum ſibi propoſuit, nec in
mentem fortaſſe vnquam venit, nec
ſi veniret, curaret, attentus totis viri-
bus animæ ſuæ, ad Chriſtum infantẽ,
puerum, adoleſcentem, virum, &
crucifixum; quia ſic ſibi expedire vi-
debat, & ſic Deus præcipiebat, vel
conſulebat.

Ecce manifeſtè vides effectus
exemplaris perfectos, quos nega-
re non potes, proficiſci ab aliqua cau-
ſa exemplari, ea vero, vt manifeſtè
cernis, non eſt formalis, ergo eſt obie-
ctiua; & ideo ego opinor id eſſe certũ
ex fide, & colligo ex allegatis *ſcripturis*,
quæ iuxta expoſitionem SS.PP. & In-
terpretum omnium, nominibus *exem-
plum, exemplar, forma, Typus*, ſignificant *Ariſtoteles*
exemplar obiectiuum, quod, & vt ſu- *S. Auguſt.*
pra, ex noſtris Præceptoribus definitũ *S. Thomas*
eſt. vnde tandem concluditur nihil *1. p. q. 15.*
quidem poſſe eſſe exemplar, niſi cogni- *a. 1.*
tum, & quin per ſui cognitionem
moueat, ac dirigat artificem, tanquam
per ſuam cauſalitatem, & metaphori-
cam actionem; ſed vero non hanc, ſed
obiectum eius habere rationem
perfecti exemplari, & vt *quod* quare
miror quod dixerit *Suarez* nu. 10. *D.-
co primò, exemplar non eſt res obiectiue
cognita*; cuius fundamenta infra à nu.
590. diluuntur.

Dico ſecundò Exemplar formale 585
poteſt eſſe cauſa exemplaris, ſi per
aliam cognitionem reflexam imitan- *S. Thomas*
dum proponatur; ita dixerunt *Suarez* *1. p. q. 14*
diſp. 25. Met. ſect. 1. *Valentia* 1. p. diſp. *a. 3.*
1. q. 75. p. 1. *Fonſeca* 7. Met. cap. 8. q. 2.
ſect. 4. *Rubius* hic t. 6. q. 2. *Granado* 1. p.
de *Scientia Dei* tr. de *Ideis* diſp. 2. ſect. 3.
nu. 10. & 14. licet immeritò addat
cum aliquibus Recentioribus, exem-
plar formale eſſe cauſam exempla-
rem, ſine cognitione reflexa; multo
melius ibidem dixerat illud eſſe cau-
ſalitatem obiectiui exemplaris, id eſt,
rationem formalem directiuam, vt
infra magis declaro ad conciliandos
Doctores.

Hoc dictum probatur duplici præ-
cedenti ratione, quæ fere totaliter hic
poſſet repeti; quare ſi artifex reflecto-
ret ſupra viſionem, imaginationem,

ſiue

ſuę ſupra actum intellectus, quibus illi repræſentatur illa Imago B. Mariæ, inueniret, & agnoſceret eos actus eſſe ideas formales, & imagines expræſſas interiores, ad viuum repræſentantes imaginem illam externam, & obiectiuam, ad quarum ſimilitudi-
S. Thomas c.3. de v. a. 2. nem poſſet dipingere nouam aliam imaginem exteriorem, cuius nouæ imaginis exemplar non eſſet illa exterior, licet concomitanter caſu, & præter intentionem illi euaſiſſet noua imago ſimilior; ſed illi actus interiores, vel aliquis eorum, quia ex intentione artificis, noua imago euadit vtcunque ſimilis eis.

586 Sed vero hic aduerto illos actus interiores, non iam ſic eſſe dicendos exemplaria formalia, ſed obiectiua, quia, ſcilicet, & quatenus menti obijciuntur imitanda per alios actus reflexos, qui ſunt exemplaria formalia: Vnde falluntur Moderni, qui putarunt exemplar formale eſſe cauſam exemplarem ſine iſta reflexa cognitione; quia, nimirum, quod non cognoſcitur ab Artifice, dirigere Artificem non poteſt; Exemplar autem formale, ſi non ponitur reflexa cognitio, non cognoſcitur, vt manifeſtum eſt, & non ignorant Artifices inferiores, nec Sũmuliſtæ dicetes *ſignum formale eſſe, quod ſine cognitione ſui nos ducit in cognitionem alterius.*

Dico tertiò, cauſalitas cuiuſcunque exemplaris, modo ſit obiectiuum, modo formale declaratum, eſt cognitio, vel repreſentatio, qua id proponitur artifici imitandum, ideſt, exemplar formale, dictum probatur. illa eſt cauſalitas cauſæ cuiuſcunque mediante qua operatur ea cauſa iuxta genus proprium, effectus ſuos; Sed mediante cognitione ſui exemplar operatur effectus ſuos; ergo ea eſt cauſalitas eius.

Probatur minor, quia operari exemplaris cauſæ eſt ſe reſpicientem dirigere, vt exemplatum fiat ſibi ſimile; ſed mediante cognitione ſui dirigit illa, vt exemplatum fiat ſibi ſimile; ergo ea cognitio eſt cauſalitas exemplaris;
Ariſtoteles 7. m. t. 23. & 32. & ſubinde ipſa eſt dirigens, directiua, & ratio formalis non vt *quę*, ſed vt *qua* vltimo dirigitur, & docetur artifex, vt perficiat exemplatum ſimile obiecto exemplari.

SECTIO III.

Ponit ſolutiones argumentorum, quæ obijci poſſunt contra dicta de exemplari, & exponit quo facto poſſit eſſe cauſa ſui ipſius.

PRo ſolutione obiectionum nota primò, bene poſſe obiectiuum exemplar cognitum, vt poſſibile, & quaſi in communi, dirigere ad ſui effectionem, v.g. Pictor inueniat Deiparæ Imaginem, eamque obiectiuè retinet in intellectu, vt poſſibilem factu, quæ imago præconcepta naturaliter videtur eſſe non poſſe eadem numero, cum illa quæ poſtmodùm, depingetur, quia differentia illa numerica non potuit cognoſci, neque eligi à Pictore, ſed eſt vel ratio communis imaginis, vel imago hæc ſingularis in communi, vt ait *Ariſtoteles* 7. Met. t. 23. domus, ſiue imago immaterialis. vniuerſalia enim vocantur *immaterialia*, vnde ſaltem ratione differentiæ huius numericæ, quam ſuper addit imago facta, diſtinguitur hæc ab illa, vt eſt exemplar; & hic etiam tenebit definitio cauſæ in communi, quæ dicit *cauſam eſſe principium conducens vt alteri communicetur eſſe* realiter, ſcilicet, vel ratione diſtincto; quod ipſum omnino contigit quando quis appetit ſanitatem vt finem, quam poſt aſſequitur, tunc enim finis eſt cauſa ſui ipſius, ad eum modum, quo exemplar. 587 Ariſtoteles S. Thomas

Quod ſi contingat quod aliquis homo, aut Angelus præfigat ſibi finem, ſiue exemplar idem numero, quod poſt executioni mandetur, ſine dubio eæ cuſæ erunt cauſæ ſui ipſarum, v.g. Imago hæc præconcepta vt poſſibilis, erit, cauſa directiua, vt ipſa numero fiat: & ſalus hæc appræhenſa erit finis ſui ipſius, ideſt, hoc idem ipſum, quod fuit cauſa in intentione, erit effectus in executione, & ſolum erit diuerſitas in ſtatibus, quia, ſcilicet, exemplar vt poſſibile erit cauſa ſui vt exiſtentis, & ſini-

ſimiliter de fine dictum iam fuerit.

588 Eſſe autem has cauſas morales cauſas ſui ipſarum, non reputatur impoſſibile, ſed verum; certum enim videtur poſſe, & ſolere hominem eſſe moralem cauſam ſuæ conſeruationis, & vitæ, v.g. quando ipſe ſuis precibus à Deo impetrat longiorem vitam. Eſt item conforme multis Theologis, quos citat *Granado* 1. p. de *Scientia Dei* t. de *Ideis* diſp. 1. nu. 4. qui putarunt creaturas poſſibiles preconceptas à Deo ſecundum indiuiduas earum entitates, eſſe ideas, & exemplaria diuini Artificis, ad illas producendas; vbi ſine dubio ipſæ creaturæ ſunt cauſæ exemplares ſui ipſarum. Definitio autem illa cauſæ in communi, vera, eſt, vt in plurimum, & in cauſis phyſicis, non verò in cauſis moralibus, qualiter eſt exemplar, & finis.

Nota ſecundò exemplar formale, licet ſit ſpirituale, adhuc poſſe illi quodammodo aſſimilari exemplatũ, v.g. Imago picta corporea B. Mariæ, quodammodo eſt ſimilis intellectuali cognitioni, aliã Imaginem ipſius repræſentanti, vt obiectiuum exemplari; ſiquidem vtraque eſt Imaginis B. Mariæ ſignum, & repræſentatio, & cognitio. Et iſta Doctrina conformis *Scripturæ*, SS. Patribus, & multis Theologis, quos allegant, & ſequuntur *Granado*, ſupra, *Faſol* & *Ruiz* ad q. 15. 1. p. qui docuerunt eſſentiam diuinam, vel Dei ſapientiam, eſſe Deo exemplaria, Deum quaſi dirigentia, vt efformet ad eorum ſimilitudinem creaturas, id quod expreſſit, quando dixit *Geneſis* 1. *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*.

S. Thomas 1. p. q. 15. a. 1.

589 Variæ ſunt ſimilitudines Dei, quæ inueniuntur in creaturis, ratione quarum dicuntur factæ ad Dei exemplar; de quibus conſulite *Granado*, & *S. Thom.* Interpretes ad locum *Geneſis* allegatum, & nos in *Phyſica* à n. 353. Satis ſit nobis dixiſſe domum ædificatam, non ſolum euaſiſſe ſimilem domui obiectiuæ præconceptæ, ſed etiam exemplari formali, ſiue præconceptioni domus illius, & hanc potuiſſe reflexè cognitam, habere rationem cauſæ exemplaris; ſicut diuina eſſentia, & cognitio ſunt exemplares cauſæ reſpectu creaturarum, quæ multo minorem ſimilitudinem ideſt, proportionem cum infinita illa ſcientia, & eſſentia habere potuerunt.

Nota tertiò Artificem operari propter exemplar ſufficienter ex eo, quod procedat in opere, illud ſibi proponendo, & ex directione ipſius; quamuis neceſſariò exequatur tale opus. Nota quartò ſæpe exiſtente exemplari, & eius cauſalitate, adhuc non ſequi opus, ad quod dirigit exemplar, & quod facit media cauſalitate, quia, ſcilicet, vt ſupra de cauſa finali dictũ eſt, exercitium cauſæ exemplaris pendet à voluntate libera Artificis. Nota quintò directiua Logicæ, quorum mentionem feci in *Logica* num. 39. vt ſunt *animal rationale*; *Petri alia pars eſt anima, alia corpus*, & ſyllogiſmi varij; eſſe cauſas exemplares quatenus ad eorum ſimilitudinem, alios modos ſciendi, in alijs materijs poſſumus efformare, ſimiles prædictis, ſaltem quo ad formam; & idem dicendum de directiuis aliarum artium.

Nota ſextò effectum exemplaris, vt talis, ſolum eſſe exemplatum, ideſt, effectum factum ex illius directione; nam alia media, quæ facit, & ponit artifex ad imitandum, vel ad faciendum exemplar, ſunt effectus finis, non exemplaris; quia illa ponit motus ab exemplari, vt bono, & vt fine deſiderato, vel etiam vt medio vtili ad obtinendum alium finem, mouẽte, non vt dirigente. Semper enim eſt in Artifice, & quouis alio liberè operante ſecundum artem, vel exemplar, duplex ordo, & ſeries actuum, altera ſpectans ad intellectum, altera ad voluntatem; illa operans per exẽplar; hæc propter finem; & quidem hæc plerumque præcedit, & alia vtitur, vt medio ad aſſequendum intentos fines; vt reflectenti ſupra operationes ſuas, manifeſtum erit, vt omittam ibidem etiam neceſſario interuenire cauſas efficientem, materialem, & formalem, & reliquas circumſtantias exemplari neceſſarias. 590

Altera

Altera pars Sectionis exponit opinionem Suarez, & aliorum exiſtimantium formale exemplar ſolum eſſe cauſam exemplarem, eam cum ſuis fundamentis reiicit, & euidenter oſtendit cauſam exemplarem eſſe rem, quam ad operandum inſpicere, vel ſibi ad imitandã proponere pro ſuo arbitrio volet Artifex.

S. Thomas quod l.4. a.1. 1.p.q. 15.a.1.

VEruntamen *Suarez* in met.d.24. ſect.1.à nu.9. *Rubius* hic tract.6. q.2.nu.70. & ibi *S.Thomas, Ariſtoteles, Alenſis, S.Bonau, Capreolus, & Durandus, Tellez*, & quidam Iuniores opinantur artificis creati exemplar, non eſſe rem obiectam, ſed cognitionem rem cognoſcentem, quorum hæc ſunt fundamenta.

Primum. Dei ſupremi, & primi artificis idea, vel exemplar non ſunt, nec fuerunt res ipſæ creatæ, ſed eius cognitio; & ſcientia, quæ res ille cognoſcit; ergo noſtra exemplaria ſunt item ſolæ noſtræ cognitiones, & nullo modo obiectæ res; quia nulla eſt diſcriminis ratio; & aliunde ratio naturalis dictat creata exemplaria debere æmulari diuina, quorum ſunt participationes. antecedens traditum dicunt à SS.PP. ac re vera tenent, præter citatos authores, *Ioannez* 1.p. q.15. a.1. & ibi *Valentia* p.2. & *Vazquez* c.2. *Fonſeca* 7.m.e.8.q.2. ſect.2. ad 2. & 3. *Naratius* de Deo d.30. *Salerius*, & alij.

591 Secundum eſt: quia exemplar dictum à nobis *obiectiuum*, vel eſt idem exemplatum, quod poſtea fit, vel à facto diuerſum; nequit eſſe diuerſum; ſiquidem experientia monſtrat non ſemper artifici diuerſum exemplar imitandum proponi; ſed neque idem poteſt eſſe, quia nulla cauſa realis poteſt eſſe cauſa ſui ipſius, ſiquidem inter cauſam, & effectum interuenit relatio, quæ minus quam inter duo eſſe non potuit.

Sed reſpondent *Scotus, Ecam, Gabriel, Durandus, Alliacens. Gerſon, Baſol, Maior, Peſantius Arriaga* hic diſp. 8. a nu. 51. & alij negando antecedens, nec æſtimant inconueniens creaturas poſſibiles eſſe, & fuiſſe Deo exemplaria ad producendum ipſas; ea enim ratio, quæ conuincit quaſi egere Deum præcognoſcere creaturas, vt ipſas creet, perſuadet indecens non fuiſſe præcognoſci debuiſſe vt exemplaria, quæ in præſenti non præſe ferunt quidquam, quod propriè debeat imitari Deus, ſed quod debeat præcognoſcere, ſi producere velit illud, ſicut in ſe eſt, & non aliter, *quoniam Deus, non aliquid neſciens facit*, vt proſequitur *Auguſtinus*.

S. Auguſt. 83.q.q.c.10 S. Thomas Ariſtoteles

Alij vt *Ruiz*, de *ſcient.* d.82. ſect.6. & *S.Thomas*, ibi *Thomiſtæ* omnes, & alij complures, *Granado, Paſſol, Molina C.Oregius* cum *Ariſtotele* SS.PP. *Auguſtino*, & *Thoma* 1.p.q.15.a.1. & ibi communiter interpretes negant antecedens, ex diuerſo tamẽ principio, quia nimirum, putant eſſentiam diuinam eſſe Deo eminentiſſimum exemplar, ad cuius ſimilitudinem efformaris creaturas; ego in lite Theologorum non me interpono, ſed reor rem Deo eſſe liberam, vti dicam iam de artifice creato.

Ad ſecundum reſpondent *Arriaga*, 592
& alij complures ſicut ſupra nu. 555. de *fine*, nempe poſſe exemplar ſe ipſum cauſare, iuxta dicta n 587. & merito; nam ſine dubio Angelus poteſt quoduis artificium à ſe præcognitum vt poſſibile, idem numero facere ex ſola ipſius directione & ſine reflexione ad ſuam cognitionem; ſicut poteſt per proportionata medicamenta ægroto comparare eamdem numero ſanitatem, quam ipſe bene poſſibilem præcognouerit; licet de exemplari cõtradicat *S. Thomas* in *Alamannis* hic q.10 a.3.c. ſed diſſentire ab ipſo in aliquibus paruis, quaſi non videtur eſſe diſſenſus, præſertim, quia nos obligat efficax ratio ſupra quaſi ab experientia, & paritate finis tamerſi fruſtra oppoſitũ ſuadere & conetur P. *Conine* de habit. d.6.d.7.n.81.

S. Thomas in 1.26.V.ſi milleado n 28.

Ad hæc addi poteſt poſſe aliquid ad ſe ipſum referri quodammodo, ideſt, non ratione ipſius eſſe, ſed alicuius nouæ circumſtantiæ, vt vides in his relatiuis exemplis; Petrus exiſtens ſe infert poſſibilem, res durans, & conſeruata connotat ſe primò productam ſacrificium incruentum Euchariſtiæ ſigni.

Digitized by Google

ſignificat cruétum, vt habes in *Tripartita* n.198. perſpicuè declaratum; ita in propoſito dicens imaginem in ſtatu poſſibilitatis, ratione cognitionis, cauſalitatis, & ſtatus ſui diſtingui à ſe ipſa iam cauſata, & exiſtente, vel dic in eiuſmodi euentibus non eſſe relationem diſtinctionis, neque aliam inter cauſam realem, & effectum; quia ſimilis cauſa intentionalis eſt, & non exiſtens dum operatur.

S. Thomas 1.p. q. 18. a. 1.

Concludens tamen ad Tyronum conſolationem dico cum bona licentia *Scriptorum*, totum negotium hoc eſſe poſitum ſub libero artificis arbitrio; cui, vt euidens eſt, datur optio in exemplaribus; quare Pictor volens dipingere pulchram imaginē B. Mariæ, adeat templum, aut locum, vbi eſt, illam bene intueatur oculis, & mente concipiat, & exprimat ad viuū attentus vel ad minima puncta, & lineas prototypi, & ad regulas ſuæ artis (iſtæ enim, præter exemplar, ſemper interueniunt inter fabricanda artificia quælibet, quatenus, & quot ſunt neceſſariæ) ſed caueat, amore Dei, ne reflectat ad formale exemplar, ne fruſtra caput obtundat; quod ſi volat maiorem laudem habere, & caput fatigari magis, excogitet, & inueniet ſuo bono ingenio aliam imaginem poſſibilem, ſi poteſt, pulchriorem, & eam edat in lucem.

593 Ac tandem, ſi ita libeat, vt dipingat, quam cupit imaginem, attendat, & imitetur exemplaria omnia, ſimul vel ſucceſſiuè, pro diuerſis temporibus, cogitet nunc exemplar, quod præſens, & factum eſt, quod ex *Seneca* vocant *externum*, vel idem abſens, aut ſimile excogitatum, quod *internum* appellant; vel etiam reflectat ſupra cognitionem exemplaris, licet hoc fiet, vt credo fruſtra, & cum cerebri diſpendio, eſt enim, vt experiri poteris, quaſi moraliter impoſsibile etiam ſapientibus Philoſophis, ne dum artificibus mechanicis, benè cognoſcere eiuſmodi actus interioris, & multo magis, eos dipingere & imitari; ſubtiles quia admodū, & ſpirituales ſunt attendere etiā artifex poteſt ad quemuis alium prototypum, ſi nouit illum, picturę ſuæ, ſiue diuinum, ſiue creatum.

Et verò quis prohibeat te agens liberum experiri an vera dixero; atqui illud certum debet eſſe, nempè cauſam exemplarem dici debere quodcumque tibi imitandum proponas, & ex cuius directione exemplatum effeceris; quis enim ſanæ mentis dixerit me imitari volentem humilitatē Chriſti D. lauantis pedes diſcipulorum, & ex ipſius præſcripto ſimiliter facientem, habuiſſe pro exemplari, nō Chriſti factum; quod ex toto animo imitandum mihi propoſui, ſed cognitionem, & memoriam meam, quam re vera, & in actu ſignato nolo mihi imitandam proponere, nec imitari; ideo auſus ſum dicere opinionē meam nō ſolum certā videri ex fide, iuxta dicta num. 583. ſed nunc addo quod ita, vt ego opinor in operibus factis per exemplar, opinetur & faciat totus Mundus, ſiquidem.

Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

Sed dices, illud eſt exemplar pro- 594
prie, & ſemper, cui euadit ſimile exemplatum, ſed cognitioni ſemper euadit exemplatum ſimile; ergo ipſa ſemper eſt exemplar. Reſpondeo ita eſſe illud ſemper eſſe, & propriè exemplar exemplati, ſi tamen *non caſu*, ſed ex induſtria factum illi euadit ſimile; quare exemplati exemplar propriè ſemper, & ſolum eſt illud, quod ſibi imitandū proponit artifex quodcumq. illud fuerit, ſiue ſit obiectum, ſiue cognitio eius, quæ quia rarò reflexè proponitur, ideo rarò exemplar erit, & quando proponetur, obiectiuum fuerit.

S. Thomas 3. de ver. a. 1. & 2. c

Et ſane hoc eſt mirabile, quod nos artifices à Deo, Angelis, & hominibus inuitemur, incitemur, & mittamur per præcepta, atque conſilia, ad inſpicienda, capienda, imitanda, & ſectanda varia exemplaria, quæ nobis ex propoſito proponere debeamus, vt ſimilia exemplata efficiamus, & quę de facto nobis proponimus, & imitamur nos ipſi, quæ omnia ſunt res obiectiuæ, nulla cognitio vila, vt vides, ſi legis *Scripturas* Dei conſilia & præcepta, Sapientium item exhortationes, & leges, & tu habes ex parte ſupra nu. 582. & ſibi adhuc perſuadeant iſti Doctores, exemplaria eſſe

res, ſeu cognitiones, quæ nuſpiam nobis imitandæ commendantur, & quibus caſu, euadunt, ſimiles noſtræ operationes

Poſtremò aduerto duo, primum eſt ſat eſſe ad hoc vt dicatur, opus, ſiue effectus propriè exemplaris, ſi ei ſit aliquo modo ſimilis, vel ſimilitudine analoga, ſiquidem verè operatur per exemplar, qui procurat facere opera bona, ſicut facit Deus, iuxta illud, *eſtote perfecti ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*, & *vt ſitis conformes imagini filij Dei. quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*; facta verò noſtra, & imitationes longè ſunt à diuinis operibus, id quod item contingit in Deo, qui non debet effectus, quos facit per exemplar eſſentiæ diuinæ, ipſi omninò ſimiles efficere.

595 Secundum eſt, quando contingit artificem facere, & exequi ad ipſum numero exemplar, quod fuerat à ſe intentum, & vt factibile præcognitū, non propriè dici exemplatum factū ad ſimilitudinem, & imitationem exemplaris; quonia totum id eſt vna res, & nulla res dicitur fieri ad ſimilitudinem ſui, dicitur benè facta ex directione ſui, ſiue dirigente ipſa, vt exemplari præcognito, vt ipſa, vt in ſe eſt, & ſine errore fieret, quod ſat eſt, vti dicatur concurriſſe vt exēplar ſui, ſicut verè ipſam, & nō aliud ad effectionem ſui vt tale concurrere poſſe manifeſtum videtur, præſertim quia *Ariſtoteles* definierit exemplar eſſe illud, *id quod aſpiciens artifex operatur*, ſiue ipſum operetur, ſiue alterum ſimile.

Ariſtoteles 7. m. t. 32.

Ad authoritatem SS. PP. dic eos, quaſi decentiùs iudicaſſe Deum de facto vſum pro exemplari, eſſentia ſua, rerum, omnium primo, & ſupremo prototypo, & præcipuo directiuo, quod vocant. vt *quod*, & item ſcientia ſua, vt ratione dirigendi, vt *quo*, directè ſumpta, vel vt exemplari obiectiuo reflexè ſibi quaſi propoſita non quia impoſsibile ſit, vel fuerit Deum ipſum vti creaturis, vt exemplaribus, vt ipſas efficiat, quaſi directus ab ipſorum modo eſſendi præconcepto, vnamquamq; *iuxta modum ſuum*, quemadmodum quaſi dirigitur ab hominum meritis, præuiſis, vt ipſis decernat præmia iuſta.

S. Auguſt de ciuit. c. 29.
S. Thomas 1. p. q. 15. ar. 2.
S. Auguſt. l. 83. qq. q. 46.

Et quis ſciat, aut neget Deū vſum fuiſſe omnibus ijs tribus exemplaribus, quæ omnia ſemper præſentiſsima in ſe ipſis proſpexit, & vt in ſe ſunt, cum indecorum non ſit Deum ipſum à bonitate poſsibili etiam creata, quaſi allectari, & moueri, vel vt creet ipſam, vel ipſam vt finem intermedium intendat medijs adhibitis, iuxta illud *nihil odiſti eorumque feciſti*, & illud *propter electos, quos elegit breuiauit dies*, vt quoque aduerti ſupra nu. 558. tractando de agentibus, quæ agunt propter finem; & quidem, & totidem agunt propter exemplar, etiá bruta, quorum aliqua perfectè *imitantur actiones hominum*; quæ eſt alia ratio demonſtrans euidentius rem obiectam eſſe exemplar, ſiquidem beſtiæ nec cognoſcunt nec imitantur cognitiones, internas hominum, neque proprias, nec brutorum aliorum.

Ariſtoteles ſup. n. 562.

596 *Ariſtotelem* demùm, & *S. Thomam* ſicuti dixerint exemplar eſſe obiecti cognitionem, vti eos ſenſiſſe ex multis textibus contendit hic *Alamanius* q 10. a. 3. ſimili modo explicabis, ita cognitionem velint eſſe rationem, & cauſalitatem, qua obiectiuum exemplar dirigit, vel vere exemplar obiectiuum eſſe, ſi reflexè cognita fuerit, illud enim quod *Granado*, & *Meratius* addiderunt, nempe, cognitionem ſine reflexione vere eſſe exēplar, verum eſt loquendo de exemplari vt *quo*; loquendo vero de exemplar vt *quod* falſum, quia impoſsibile eſt me dirigi in opere à re non cognita, & ſubinde ipſam me imitari ex *certa ſcientia*, vti iubet definitio exemplaris; certum verò eſt me non cognoſcere meas cognitiones directas, ſi ſupra ipſas non facio reflexionem, nec volo facere, demum cum exemplar alius item ſit finis euidenter conuincitur ex dictis mouere dumtaxat Finem ſecundum eſſe reale.

Ariſtoteles 7. m. t. 23.
S. Thomas ibi l. 6. & q. 3. de V. a. 2.
S. Thomas q. 3. de V. a. 1.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO VII.

Breui enumerat reliquas cauſas morales explicat earum cauſalitates, & effecta, & omnes reducit ad genus cauſæ efficientis, vel formalis.

IN ſuperioribus diuiſi cauſam in communi in phyſicam, & moralem, de tribus phyſicis, quę ſunt efficiens, formalis, & materialis, ac de duplici morali, nempe de exemplari, & finali tractaui; alias morales nunc ſuperaddo.

Primò ergo cauſæ morales aliæ ſunt cauſæ directiuæ, quomodo ſunt regulæ logicales, quæ docent nos formare modos ſciendi, & alia artificia logica; & generaliter omnes regulæ, & practica iuditia, quæ docent facere aliquod opus mechanicum, ſiue liberale, cum artificio. Cauſalitates huiuſmodi cauſarum, & regularum poſſunt eſſe ipſæmet regulæ, quia ſunt quaſi exemplaria formalia practicè repræſentantes obiectiua, vel memoria, aut cognitio reflexa ipſarum, mediante qua illarum virtus exerceatur, & ad actum ſecundum reducatur, effectus verò earum, ſunt artificioſa opera facta ex earum directione.

597 Secundò aliæ cauſæ ſunt meritoriæ, quomodo ſunt bona opera facta in obſequiuum alicuius; Cauſæ meritoriæ ſunt in primis opera *Chriſti Domini*, paſſio eius, & labores, quæ meruerunt Chriſto ipſi apud Patrem gloriam corporis ſui, & nominis exaltationem, iuxta illud *factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen &c.* & nobis hominibus pręmia cumulatiſſima.

Deinde merita, vel ſancta opera *Beatæ Mariæ* & *Sanctorum*, & noſtri omnium, quæ in Deo ſunt facta, ſiue in gratia Dei, quæ merentur apud Deum præmium gratiæ, & gloriæ, ita etiam ſunt opera naturalia, quæ ſi fiunt in Dei honorem & Sanctorum eius, ſaltem merentur præmia temporalia ſalutis, ac diuitiarum, & ſimilia; & ſi fiunt in obſequium hominum præmio etiam ſuo afficiuntur, atque ex dictis ſcies cur Dei Genitrix dicta ſit Mater gratiæ, & miſericordię, Auxilium, Conſolatrix, & aliter modis mille ſalutem impetrans Miſeris.

Cauſalitates meritorum ſunt cognitiones notitia, & ſcientia, quibus quaſi informatus Deus, vel ille, ad quem pertinet præmiare, mouetur ad præmia elargienda, iuxta vnius cuiuſque meritum. Effectus verò meritorum ſunt præmia ipſa, & alia quæ merita impetrant à Deo, vel ab hominibus.

Huc etiam ſpectant merita, ſiue potius demerita, & peccata, quibus merentur homines, vel etiam Angeli meruerunt detrudi ad inferos; & alia mala opera, & tranſgreſſiones legum, propter quas tranſgreſſores puniuntur à iuſtis iudicibus. Cauſalitates ſimiliter horum demeritorum, ſiue delictorum, eſt cognitio, & notitia eorum, mediante qua iudices informati, & moti ſuas pœnas, & ſupplicia infligunt delinquentibus, quæ ſupplitia ſunt effectus præcedentium delictorum.

Tertiò aliæ etiam cauſæ morales ſunt beneficia, quæ in alios conferimus, quæ, vt æquum eſt, mediante 598
ſui cognitione, vt cauſalitate, habita à recipientibus ea beneficia, in eis cauſant varios effectus debitę memoriæ, & gratitudinis.

Quartò iniuriæ etiam ſunt cauſæ morales, quę iniuria affectos mediante importuna cogitatione, & nimia ponderatione, arte, & fraude dæmonis iniecta, circa iniuriam, & infamiam; quæ apprehenditur inde reſultaſſe, excitant ad varios effectus, & motus, quos ſecum conuoluit, & affert deſiderium effigenctæ vindictæ.

Quintò preces, conſultores, ſuaſiones, & perſuaſores, & exhortatores, & ſi quæ ſunt alia motiua cognita ab ijs, ad quos ſpectat executio eorum operum, quæ intendunt fieri eiuſmodi motiua, mediante ſui cognitione, vt ratione mouendi; & cauſalitate, morales cauſę ſunt eorũ

S. Auguſt. S. Thomas 1.2.q.104.a.4.

operum, quæ intendunt: vnde licet diuina conſilia, & auxilia, quæ ſunt interiores animi illuſtrationes, per quas à Deo nobis bona cæleſtia proponuntur, & inſpirationes, quibus afficiamur erga eadem bona, ſoleant frequenter eſſe motiones morales, & cauſalitates, quibus mediātibus, Deus, & bona propoſita operantur in nobis velle noſtrum, ſiue vt velimus, quia verè ij noſtri actus quoque ſunt, à nobis eliciti, tamen ſi reflexè cognoſcantur per memoriam, vel alias cognitiones, dici poterunt etiam cauſæ morales, ſicut de exemplari formali ſupra dictum eſt.

Ariſtoteles 2.Phy.t.13.

Poſtremo *P.Suarez* in met. diſp.25. ſect.2. cum *Ariſtotele*, & Communiori, reduxit cauſam exemplarem ad cauſam efficientem, & merito; quia complet virtutem actiuam cauſæ efficientis, nempe artificis, qui efficere artificioſa ſua opera, quæ fiunt ad imitationem alterius, non poteſt ſine hoc altero dirigente. Quamuis negandum non ſit reduci etiam poſſe exemplar, finem, & quoduis obiectũ cuiuſuis potentiæ, ad cauſam formalem, quatenus ſui exhibitione determinant, licet extrinſecè, vt fiat hic determinatus effectus, & non alter, nempe, vt ſit effectus *hoc aliquid*, & hanc quidditatem habeat, ſicut forma facit in compoſito, id quod de exemplari obiectiuo tradunt apud *Suarez, Ariſtoteles, Albertus, Caietanus, Argentin.* & alij.

Ariſtoteles 7.m.t.23. & t.30.

579 Et propter eandem rationem opinor cauſas omnes morales, ſupra enumeratas, & finem, & obiecta omnia potentiarum, reduci poſſe ad genus cauſæ efficientis, non propriè, ſed per translationem, quia, ſcilicet complent virtutem actiuam ſuarum cauſarum efficientium, & operationes ſuas operantur actione intentionali, & metaphorica. Finis vero propter *Ariſtotelis* authoritatem, faciat cauſarum quartam claſſem; exemplar vero non faciat quintam, dictam *cauſa formalis extrinſeca*, ad quā reduci poſſent obiecta omnium potentiarum vitalium, quia ſic vult *communis* cum Philoſopho contra *Henricum*, & nonnullos Modernos, quos refert *Suarez* vbi ſupra nu.7. res ſanè eſt arbitraria, & qui

Ariſtoteles

multiplicant cauſas, habent valentiores rationes, cuique obuias, & patentes.

S. Thomas q.8.de v. a.3.

S. Thomas locutus de exemplari formali, & id comparando cum artifice, reduxit ad cauſam formalem, quia informat ſubiectum, cui inhæret, ſicut albedo informat album; & ipſum comparando cum effectu, reduxit ad cauſam efficientem, quia artificem reddit aptum, vt producat ſibi ſimile in accidenti, ſicut reddit forma naturalis equum aptum ad generandum ſibi ſimile in ſubſtantia, vt verificetur illud Philoſophi *Vniuerſa, quæ fiunt, fiunt ab vniuoco*, quatenus, videlicet aliqualem ſimilitudinem habent cum faciente; legitimè illum hic in *Alamanno* q.10. a.4. hæc omnia fusè proſequentem, & S. *Dionyſ.* Cæl. Hier. c.4.

Ariſtoteles 7.m.t.30. & 12.t.13

QVAESTIO VIII.

De Numero, & Comparatione cauſarum inter ſe, & cum effectibus ſuis.

S. Thomas Ariſtoteles

TRactat abundè *S Thomas* de materia quæſtionis huius, cum *Ariſtotele* in hoc libro, & copioſius in *Alamanno* in qq.7. 13.14. per multos articulos, ideo nos breues erimus, ne actum optimè, malè agamus. 600

SECTIO I.

Iterum oſtendit triplex eſſe, aut quadruplex genus cauſarum, & omnibus clari rationem communem vniuocam, ſed non genus, quia tranſcendit.

DIco primò, in rigore loquendo quadruplex videtur eſſe genus cauſarum, nempe triplex phyſicum. Primum cauſæ efficientis, ſecundum materialis, tertium cauſæ formalis, quartum moralis, quod conſtituunt, atque componunt cauſæ morales omnes; ſed qui inter eas principem locum obtinet finalis cauſa, ea dicitur conſtituere quartum genus cauſæ. Vnde

A ti-

Digitized by Google

Ariſtoteles. S. Thomas 2.Ph.l.10. & op.31.

Ariſtoteles hic à to.28. docuit quatuor eſſe genera cauſarum iuxta totidem frequentiores quæſtiones, aut enim quæritur *à quo* ſit res, & ſic indicatur cauſa efficiens, aut *propter quid*, & ſic innuitur finis, aut *ex quo ſit*, & monſtratur cauſa materialis; aut *per quid formaliter ſit*, & ſic oſtenditur cauſa formalis; *cauſa ergo*, concludit Philoſophus, *fere tot modis ſunt*, ideſt, quatuor, proſequitur hæc S. *Thomas*, & a calumnijs vindicat in *Alaman.* q.7.a 3

Sed quoniam ſupra reduximus cauſas omnes morales, vel ad cauſam efficientem, vel etiam aliquas ad cauſam formalem, propter varias ſimilitudines, quas illæ cum his habent; idcirco attenta hac reductione, triplex tantum genus cauſarum relinquitur, nempe efficientis, materialis, & formalis. Res autem hæc parui momenti eſt, dic tamen cum *Ariſtotele* cauſas eſſe quatuor; quia ipſe de ipſis quatuor frequentius fecit mentionem, & tanti fecerit finem, vt ipſum, vt interpretatur *S. Thomas*, meritò nuncuparit cauſam cauſarum, & omnium primã, quia nimirum eſt bonus, & *bonum eſt, quod omnia appetunt*, vt finem primum.

Ariſtoteles S. Thomas 3.c.g.c.24.

601 Sed aduerte intentionem noſtram non eſſe, quod ad quemuis effectum concurrant propriè ea quatuor cauſarum genera, manifeſtum eſt enim, ad albedinem producendam à naturali agenti, non concurrere propriè finem, ſicut neque exemplar, quamuis in omni collectione effectuum reperiantur omnes prædictæ cauſæ, in alijs plures, in alijs pauciores, vti docebit obſeruatio.

Dico ſecundò, ab omnibus quatuor generibus cauſarum poteſt abſtrahi ratio communis, ita *Suarez* in met. diſp.12.ſect.2. num.12. & probatur ſolemni ratione, quia vbi datur conuenientia, ea poteſt abſtrahi, præciſa a differentijs; ſed in præſenti datur cõuenientia in eo, quod omnes cauſæ poſſint dare eſſe quodammodo effectui; ergo confirmatur hoc ex *Tripartita* à nu.965. & 779.

Non te conturbet, quod ſint multæ cauſæ, præſertim ex finalibus, quæ ſunt aut nihil, aut chimæricum quidpiam, & ſolum apparenter bonum; quoniam ad abſtrahendam hanc rationem communem, non attendimus ad rerum entitates, ſed ad earum vim operatiuam, quam ſine dubio habent cauſæ finales, quantumuis fictæ ſint, & apparentes; quare illa ratio abſtracta non dicet in ſuo conceptu ens, aut non ens, ſed quid abſtractum ab vtroque, tanquam à differentijs, quod vt ſic neque eſt ens, neque non ens, & multo minus eſt quid mixtum ex enti, & non enti; ſed ſolum dicit determinatè, quod dederunt inferiora, nempe virtutem quodammodo operatoriam, quæ ſine dubio reperitur tam in enti reali, quam in enti rationis, aut nihilo. 602

Quemadmodum, & eſt bonum exemplum, vt ſibi hoc, quod dico, aliquando perſuadeant Recentiores, nihil, aut ens rationis ſpecificant actus intellectus, & voluntatis verſantes circa ipſa, non minus quam quæuis realia obiecta: Vnde negatio conuenit cum Angelo vera conuenientia abſtrahibili, in eo, quod eſt exiſtere à parte rei; poſſe cognoſci; poſſe amari; poſſe ſpecificare; & conſequenter ratio conuenientiæ abſtracta ab eis conuenit, ac de eis poteſt prædicari, vt proſequebar n. illo 779. *Tripartitæ*.

Veruntamen, vt dixi, eiuſmodi ratio communis in conceptu ſuo, neque eſt ens, neque non ens, ſed ſolum dicit exiſtere à parte rei, poſſe cognoſci, vel amari, quod, licet quoad primam apparentiam, videatur eſſe medium inter contradictoria, tale non eſt, quia vti dixi in Logica loco citato, mediũ, vt medium ſit, debet participare extremum vtrumque, & eſſe quid mixtum ex vtroque, vti ſunt medij colores; quare mediũ eſſet inter contradictoria entia, illud, quod ſimul eſſet, & non eſſet, quod eſt omnino impoſſibile; & inter has orationes *Petrus currit*, & *Petrus non currit*, eſſet medium Petrus ſimul currens, & non currens; ita in propoſito, ratio communis cauſæ, ſolum dicit poſſe cauſare, ſed non dicit ſimul eſſe, & non eſſe, & ſic medium non eſt inter contradictoria; neque enim ratio communis omnis eſt neceſſe, quod ſit in ſuo conceptu ens, aut non ens, ſed ſufficit, quod ſit id, quod ab inferioribus abſtractũ fuit, & illud in quo inferiora conueniebãt.

Oppo-

Digitized by Google

Oppones. ergo ab enti, & non enti poteſt abſtrahi ratio cõmunis: diſtinguo conſequens, poteſt abſtrahi ratio communis propter ea, in quibus conueniant, & ſic concedo; propter ea, in quibus non conueniunt; & ſic nego conſequentiam; & quoniam ens, & non ens, non conueniunt in eſſe, non poteſt ratió entis abſtrahi ab ipſis; quia vero conueniunt in alijs, nempe in hoc, quod eſt poſſe cognoſci, poſſe mouere, poſſe amari, poſſe prædicari de ſuis inferioribus, quæ couuenientiæ non dicunt ens, neque non ens; quinimo ens, & non ens ſunt differentiæ præſcindendæ ab intellectu abſtracturo conuenientiam illam; idcircò poſſibile eſt abſtrahi rationem communem ab enti, & non enti; ab enti reali, & rationis, à cauſis realibus, & cauſis, quæ ſint ficta entia, vel negationes, aut priuationes, quod item notaui in *Logica* num. 1115.

603 Dico tertiò; ratio communis abſtracta ab omnibus cauſis videtur analoga non ſolum vt abſtracta eſt à cauſa increata, & à creatis, ſed etiam vt à ſolis creatis. Probatur, quia illa ratio eſt analoga, quæ tranſcendit differentias inferiorum, ita eſt ratio communis cauſæ, ergo. Probatur minor, quia hoc, quod eſt habere virtutem vt alteri communicetur eſſe tranſcẽdit ens reale, quando cum eo coniungitur in cauſis, quæ ſunt entia realia, & tranſcendit ens rationis, quando coniungitur cum eo in cauſis, quæ ſunt entia rationis, & ſimiliter tranſcendit negationes, & priuationes; ſed ens reale, & ens rationis, entia negatiua, & priuatio ſunt differentiæ illius rationis communis, ergo illa ratio communis tranſcendit ſuas differentias; maior probatur quia ens reale imbibit in ſe, & in ſuam differẽtiam, virtutem vt alteri communicetur eſſe, & ſimiliter ens rationis, & ens negatiuum imbibunt eam rationem cauſæ, ergo. Vnde præterea diuiſio cauſarum erit analogi in analogata, & primum analogatum erit cauſa efficiens, ita procedunt Moderni communiter; ſed ex dictis à me in *Triparsita* à num. 977. liquet eiuſmodi rationem cauſæ tranſcendere quidem, ſed non analogam, ſed vniuocam eſſe, non vero genus, quia non componit cum differentijs. legautur quæ ibi dicta fuerunt.

SECTIO II.

Declarat quem' locum, modumuè perfectionis, & prioritatis, teneant cauſæ omnes inter ſe, & cum effectibus ſuis comparatæ.

NOn diſquiro, quæ cauſarum creatarum, ſit in entitate ſua perfectior; nam in hoc nulla regula generalis tradi poſſe videtur; ſed de perfectione in operando, & dico primo, cauſa efficiens habet primum perfectionis locum in modo operandi, ſecundum cauſa finalis, tertium cauſa formalis, quartum cauſa materialis; & quidem eſſe perfectiorem ſupra cæteros modum operandi cauſæ efficientis, certum eſt, vt pote qui Deo competat, & quod appellarit illam *Ariſtoteles* primum *principium, vnde motus*; & quia cauſa efficiens operatur influendo ſimpliciter, & dando eſſe. Deinde ſubſequitur modus operandi cauſæ finalis, qui etiam competit Deo, qui finis eſt omnis creaturæ; & quia ſine dubio ſuperat in modo operandi materiam, & formam; finis enim, vt operetur, non indiget vnione ſui cum effectu, qualiter indiget materia, & forma, quæ indigentia arguit imperfectum modum operandi; materia demum, & forma videbuntur alicui æquales in modo operandi, quia vnaquæque operatur eadem cauſalitate vnionis; cæterum forma videtur operari perfectius, quatenus procedit actuando materiam. Vnde genus cauſæ efficientis in dignitate prius eſt reliquis. Subſequitur deinde genus cauſæ finalis. Tertio genus cauſæ formalis; poſtremo genus cauſæ materialis. Video meos Magiſtros finem extollere ſupra omnes cauſas, ſed loqui reor de exceſſu ſecundum quid. 604

Ariſtoteles 2.Phy.t.29

Dico ſecundò, ſemper cauſa efficiens adæquata principalis, vel etiam inſtrumentalis, non eleuatæ debet eſſe aut perfectior, vel ſaltem æque 605

per-

perfecta cum effectu, in quem phyſice influit, quod patet ex dictis in ſuperioribus.

Cauſa vero materialis, & formalis diuiſiuè vt par eſt, acceptæ, ſunt cauſæ imperfectiores compoſito claudente cauſam vtramq. collectim, & cauſa materialis imperfectior eſt forma. Cauſa vero finalis aliquando eſt longe perfectior effectu, vt eſt diuina bonitas, aliquando longe imperfectior, vt finis chimæricus, & alij fines delectabiles, pro quibus aſſequendis impendunt homines ſæpe deluſi, temporis, laboris, pecuniarum, & ſalutis multum magis, quam ipſi fines valent. Prudentum verò finis ſemper debet eſſe præſtantior medio, quod ordinatur ad finem. quod bene aduertit *Rui.* de Trinit. diſt. 49. ſec. 3. num. 8.

Dico tertiò, loquendo de prioritate & poſterioritate inter cauſas, & effectus, cauſa efficiens prima, nempe Deus, æterno tempore eſt prior cæteris cauſis, & effectibus. Cauſæ vero ſecundo efficientes altæ tempore præcedunt alias, præſertim, quæ ſunt effectus illarum, ſemper autem præcedunt origine, & natura cauſæ efficientes effectus ſuos, etiam quando contingit eſſe ſimul tempore fortè etiam ſol, v. g. prior eſt natura non ſolum luce hac diffuſa, per aerem ſed etiam luce natiua, quam intra ſe produxit ab initio per emanationem. Cauſa etiam moralis, & formalis, quæ ſe cauſant inuicem habent inter ſe mutuam prioritatem, & poſterioritatem dependentię, & cauſalitatis, dictæ à *quo*, & quaſi naturæ.

S. Thomas hic l. 31. *S. Thomas ibi l. 5.*

606 Cauſa demum finalis ſemper eſt prior in intentione effectu, & antecedit ſæpe tempore operatione cauſæ efficientis, quam mouet, ſed tamen quando producitur aliquis effectus, vt quidam ignis, vbi concurrunt cauſæ plures, nulla præcedit aliam cauſalitate, ſed omnes in operando ſin minus in eſſe ſuo, ſunt ſimul, & ad ſummum habent mutuam prioritatem, & poſterioritatem; quia in inſtāti, in quo generatiua cauſa producit formam in materia, materia recipit, & forma informat, & finis mouet, & exemplar dirigit, ſi Deus eſt qui producit talem ignem, quia ſemper Deus operatur propter finem, & per exemplar; lege circa hæc in *logica* n. 591.

SECTIO III.

Determinat quæ cauſæ ſe poſſint cauſare inuicem in eodem, vel diuerſo genere, de lege ordinaria, vel de potentia abſoluta, & quæ non.

Ariſtoteles S. Thomas ibi & op 5

ARiſtoteles in hoc. lib. 2. t. 30. dixit *ſunt autem quædam, & ad inuicem cauſæ, & laborare eſt. cauſa bonæ habitudinis, & hæc laborandi, ſed non eodem modo, ſed hoc quidem vt finis illud autem vt efficiens*, ſiue principium motus: Vnde Philoſophi poſteriores tenent tāquam commune Axioma, aliquas cauſas ſe poſſe cauſare ad inuicem in diuerſo genere, nullas vero in eodem quare ego deſcendendo ad cauſas ſingulas.

Dico primò. Cauſa efficiens non poteſt habere mutuam cauſalitatem cum ſuo effectu, & ſic neque materia, & forma, patet quia Deus, qui cauſauit materias, & formas & reliquos effectus, nequit ab eis cauſari mutuò, neque intellectus, qui cauſauit actum ſuum, poteſt mutuò fieri ab ipſo, ratio communis eſt, quia cauſa ſimpliciter, vti eſt efficiens, debet eſſe, prior effectu ſuo, ſin minus aliquando tempore, ſemper ſaltem origine, & natura, ideſt, independens omnino, maxime per influxum ab effectu, à ſe ipſa alias dependenti, ergo nequit cauſari ab effectu ſuo, ſecus vel eſſet item poſterior ſuo effectu, vel cum ipſo ſimul natura, antecedens tradit vbique *Ariſtoteles* præſertim C. de *Priori*, & hic t. 29 atq. idem cum ipſo, & SS. DD. *Thomas*, & *Bonau.* & alijs confirmat, P. *Ruiz* de *Trinit.* d. 49. ſect. 3.

Ariſtoteles S. Thomas 1. p. 61 a. 5

Et ratio confirmatur primò, quia ſi non ſtatuitur, vt certum principiū, cauſas non poſſe fieri à ſuis effectibus non habebimus fundamentum, vt probemus efficaciter vnicum eſſe rerum omnium originale principium, 607

quod

quod à nulla entitate creata pendeat. Secundò in cauſis liberis, nam ſi voluntas libera cauſet ſuum actum liberum, & ab ipſo recauſetur, nullum actum voluntas faciet liberè, ſed neceſſariò; quia poſitis requiſitis non poterit nō ponere actum, vt pote quo indiget ipſa, vt habeat eſſe ad quod habendum, non habebit libertatem, & ſic neque ad actum, à quo capit eſſe.

Alia ratio eſſe poteſt; quoniam influxus effectus in cauſā, præterquam plerumq. eſt impotens recauſare ſuā cauſam, vt pote prodiens ab effectu ignobiliori, ſemper eſſe fruſtra, & ſuperfluus, ſiquidem cauſa ab alia diſtincta cauſa, vel à Deo ſolo, primò producta fuit, & conſeruatur, vti ſæpe repetam.

Et ideo dictum hoc tanquam certum, præter Authores allegatos, tenent omnes, & fuſe diſputat, & probat *S.Thomas* hic in *Alamanno* q.13.a.3. & ſubſcribunt *Suarez* in m.d.27.ſect. 2.nu.23. *Rubius* tr.8.q.2. *Lugo* de Pęn. d. 8.ſect.7. *Arriaga* d. 7.a n.90. *Ferrarius* t.2.de Cauſ.q.1.a.8.& Recētiores volentes teneri tanquam primum principium illud *Ariſtotelis* effatum, *cauſa eſt prior natura ſuo effectu*, intellectum ſaltem de cauſa efficienti, quæ ſimpliciter dicitur *principium primum, vnde motus*, quod ideo, ita neceſſariò concipitur vt pręſuppoſitum, & vt habens naturam prius, ideſt, independentem ab omni effectu, vt à cauſa recauſante, vt aſſeretur, neque diuinitùs poſſe cauſas efficientes eleuari; vt ſe primò recauſent, ideſt, dent ſibi mutuo primum eſſe, quod aiunt ſine alio diſcurſu patere lumini naturali, & ex terminorum recta apprehenſione, & ſane hoc ipſum reuincunt rationes *S.Thomæ*, & ideo nos conſentire debemus, ſecus confundantur cauſæ, & prioritas primæ, ac certæ fontis, & originis.

S.Thomas 3 d.11.q.1 a.1. ad 5. & q. 10. de Pot. a.4 ad 21.

Ariſtoteles 2.Ph.t.29.

608 Dico ſecundò, non video implicare de potentia Dei abſoluta, quod duo aliquo modo ſe cauſent inuicem, dando, nimirum, vnum alteri primò eſſe, & hoc alteri ſecundò, in genere eodem cauſæ efficientis; nam poteſt Deus eleuare lucem in eodem inſtāti, quo à ſole creato à ſolo Deo, procedit, vt ipſa recauſet, & iterum producat ſolem, & ipſum poſtmodùm reconſeruet, ita quòd ſol in primo inſtanti ſui eſſe, terminet duas adæquatas actiones, alteram à ſolo Deo; alteram à Deo, & luce profectam.

Cōſentiunt expreſſe P. *Arriaga* hic d.7. a n.105. & multi Recentiores, & quot quot opinantur cum *S.Thoma*, infra nu.622. effectum poſſe produci pluſquam vna actione adæquata diſſentire non poſſunt, præſertim ſi admittant potentiam obedientialem, ſiquidem quod ſimilis cauſatio faciēda ſit in eodem inſtanti, quo lux eſt, vel à luce, quæ tunc ſolis effectus eſt, & eiuſdem ſpeciei cum qualibet alia, quæ effectus ſolis non eſſet, & poſſet recauſare, non auget difficultatem & ratio dicti eſt illa ſolemnis, quod extra Diuina non affert contradictionem, negandum non eſt diuinæ potentiæ; quo vero modo eæ cauſæ tunc ſibi forent priores, & poſteriores, dico infra, quando diluam contradictiones, quæ nobis objiciantur.

Dico tertiò, certum videtur de facto cauſare ſe ad inuicem à priori cauſas materiales, & formales, dictū hoc eſt commune, & id tradit hic *S.Thomas*, in *Alamanno* q.13.a.2. concludens *manifeſtum eſſe* quod cauſæ etiam iſtę *poſſunt eſſe ſibi inuicem cauſæ in diuerſo genere, quia*, inquit *nihil prohibet aliquid eſſe prius, & poſterius alio ſecundum diuerſas rationes*, & ſubinde, quod materia cauſet formam, & forma materiam, modo cauſandi probato, & declarato ſupra nu.513. & ideo conſentiunt *Auerroes, Alexand. Albert. Scotus, Vazquez* 1.2. d. 212. *Toletus, Conimb. Rubius, Fonſeca, Granado*, & complures alij citati ſupra nu.531. & Peripatetici plerique antiqui, & recentes, & *Alarcon & Hemelman* in actione & termino exemplificantes.

S. Thomas hic lec. 5. & 5.m.l.2

Atque id ipſum textu illo 30. citato tradidiſſe *Ariſtotelem*, quia generaliter dixerit *ſunt quedam ad inuicē cauſa*, conteſtantur præter *S.Thomam*, Gręci omnes, & Latini Interpretes, & efficacier probatur paritate finis, & efficientis, in quibus cauſis exemplificauit Philoſophus, nam dicere quod ſe poſſint cauſę recauſare, quando altera re ààlitu non exiſtit, vti contingit 609

Ariſtoteles hic t. 3. & ibi.

S. Thomas & op. 31. & de Ver. q.28 a.7.c

tingit finali, & exemplari, non verò quando vtraq. cauſa indiget exiſtere realiter ad operandū, diſparitas conuincens non eſt, ſi ſemel à nobis demonſtretur, cauſas etiā realiter exiſtētes, & realiter operantes poſſe ſibi eſſe inuicem priores, & poſteriores; quod putamus, & dicimus cū S. *Thomæ manifeſtum eſſe*, vt patebit ex ſolutione argumentorum. Et euidenter ponit ante oculos exemplum materiale lignorum recumbentium inuicem ſupra ſe, ac ſe tenentium ne cadant: quorum vbicationes ſine dubio ſunt ſimul, ſed cum dependentia mutua, & quaſi mutua, cauſalitate, & ſubinde in eis rectè cōſideratur mutua prioritas & poſterioritas. Ergo poteſt quid ſimile inueniri in cauſis propoſiti noſtri, quod magis declaro infra à n. 619.

Sed nō videtur poſsibile, quod duæ materiæ ſe cauſent mutuò, neque quod duæ formæ, etiam de potentia abſoluta, quia Deus nequit dealbare ſine albedine, aut mediante nigredine, ergo cum materia non ſit forma, nequibit facere quod materiam aliā informet, ſic eam cauſando: & cum forma nō ſit materia, nequibit facere quod aliā formā, vt materia recipiat. Poterit tamen Deus vnire duas materias, vel etiā duas formas non vnionibus informationis, ſed alijs nobis ignotis iuxta dicta ſuperius à n. 227.

Ariſtoteles. S. Thomas opuſc. 31.

Dico quartò, quoniam Deus creauit materiam propter formas, & propter compoſitum, & has formas condidit propter illam, & propter compoſitū: etiā materialis cauſæ, & finalis, ſe cauſant ad inuicē, & itē cauſa finalis, & formalis, vt manifeſtum eſt; quia materia cauſat in ſuo genere formā, & compoſitum, quæ ſunt ſui fines, propter quos ipſa eſt; vnde forma, & compoſitum conſequenter cauſant in genere cauſæ finalis ipſam materiam quatenus vt fines Deum mouerunt, vt crearet materiam; & ſimiliter forma cauſat in ſuo genere materiam; & compoſitum; & ipſa forma facta eſt propter materiam, & compoſitum tamquam propter finis.

610 Dico quintò, quamuis duę res, quas contingit eſſe cauſas finales ſub varia conſideratione, ſe ſoleant cauſare ad inuicem in diuerſo genere, nempe cauſante vna, alteram in genere cauſæ efficiētis, & altera alterā, in genere cauſę finalis, tamē impoſsibile eſt quod duæ cauſæ finales vt tales, ſe mutuò cauſent, etiam de potentia abſoluta.

Ariſtoteles hic t. 30. S. Thomas ibi & op. 31.

Probatur exemplo *Ariſtoteles*, vult quis propter bonam corporis valetudinem, tamquam propter finem laborare, & laborat, & mediante labore fit, & acquiritur valetudo; & rurſus eligit, & vult valetudinem ad laborandum, tamquam propter finem & tandem illa mediante conſequitur laborem, & laborat. Ecce valetudo, & labor ſe mutuo cauſant, ſed tamen quatenus eſt labor medium ad valetudinem; hæc eſt finis, ille nō, ſed medium, & cauſa efficiens, & è contra. Vnde cum impoſsibile ſit finem comparari alio fine, vt tali, & niſi mediante medio, eſt impoſsibile quod duo fines ſe mutuo cauſent ſub ratione finium; vnde apparet ſolere cauſam efficientem, & finalem ſe mutuo cauſare, quotieſcunque adhibita remedia pariunt, & efficiunt intentum finem.

Dico vltimò, res duas, quæ ſolent eſſe cauſæ exemplares, poſſe eſſe ſibi inuicem cauſas exemplares, v. g. *Petrus* pictor mente concepit imaginem *P. Mariæ*, & illi ſimilem efformat; & rurſus idem *Petrus*, vel alius pictor imaginem de nouo formatam aſſumit vt exemplar, & contingit quod faciat imaginem illam præconceptam primò à *Petro*, ecce quomodo imago, quæ fuit cauſa exemplaris, & quaſi fecit imaginem primam, facta & ipſa eſt, dirigente, vt exemplari effectu ſuo, ſiue ab effectu ſuo; ſed nota, quod formaliter non eſt exemplar imago quando ab alia, vt exemplari fit, ſed effectus ſiue exemplatum; & ita nunquā cōtingere, quod duo exēplaria formaliter vt talia cauſent, ſed cauſans eſt exemplar formaliter; cauſatum verò materialiter.

SECTIO IV.

Reſpondet ad obiecta contra doctrinam ſtatutam de mutua, vel non mutua recauſatione cauſarum.

Tria dicta ſunt ſupra, quæ ſpecialem difficultatem continent, & 611

 ideo

illico ſigillatim proponenda iterum ante oculos, & ab argumentis doctiſſimorum hominum pro tenuitate noſtra, defendenda erunt.

Prima pars Sectionis ſatisfacit rationibus, quæ intendunt probare de facto plures cauſas efficientes, ideſt, eiuſdem generis ſe inuicem recauſare.

PRimo obijcis contra primum dictum, multa ſe cauſant inuicem de ordinario, in genere cauſæ efficientis. ergo falſum eſt commune axioma, antecedens perſuadent experientiæ. Primò, quando manus ſunt calidæ, ambæ ſe fouent alterа alterius calorem conſeruando, & prunæ coniunctæ ſe diutiùs conſeruant, præſertim ſi cinere operiantur. Secundò, manus frigidæ confrigantes ſe mutuo, ſe ipſas calefaciunt; ligna ex mutua colliſione ſe incendunt; vinum, & ſtomachus ſe mutuo calefaciunt. Tertiò, vltima diſpoſitio accidentalis, quæ eſt in paſſo ad ignem, producit ignem, & ſimul ab igne producto, vt paſſio propria per influxum conſeruatur. Quartò, duo ligna, ſeu baculi incumbentes inuicem, ſicut & duo lapides facientes fornicem, aut arcum, ſe ſolent mutuo ſuſtinere. Quintò, actus producit habitum, & perſeuerans conſeruatur ſimul cum potentia ab eo habitu. Sextò anima pendet in eſſe, & conſeruari ab intellectu, & voluntate, & ſimiliter cauſa, & radix quælibet à ſuis paſsionibus.

S. Thomas q. 3. de P. a. 14.

612 Reſpondeo negando antecedens, quod non conuincunt experientiæ: non prima, quia manus, & prunæ calorem conſeruant non per ſe, quaſi in inuicem producendo calorem, ſed per accidens, remouendo frigus aeris circumſtantis, non ſecunda, quoniam manus, & ligna ex mutua confrigatione cauſant motum, qui producit in manu vtraque, vel in vtroque ligno calorem, quia *motus eſt cauſa caloris*. Vinum autem calefacit ſtomachum calorem virtuali, ſiue radicali, quod habet etiam quando frigidum eſt, & ab ſtomacho calefit medio calore formali, ſiue qualitatiuo, vnde non contingit eumdem calorem facere alium, & fieri ab alio. Non tertia, quoniam diſpoſitio vltima, quæ dicitur *neceſsitans*, non influit in formam ſubſtantialem ignis, vt ſupra dictum eſt, nec tandem quarta, quia ſimilia corpora quanta, & ſolida non ſe ſuſtentant in fluxibus, ſed ſe venire deorſum impediēdo mutuò propter communem impenetrabilitatē.

Ariſtoteles 2. cal. c. 7.

Ad quintam dici poſſet actum non conſeruandum nec partialiter ab habitu, quia habitus concurſus ſuperfluit, quando actus à ſola potentia, vel ab ipſa, & habitu antiquo primò fuit productus, nam iuxta dicta, eadem cauſa quando applicata perſeuerat, conſeruat, quod primo produxit, niſi diuinet quis non implicare, quod cauſa partialiter fiat ſecundò, ideſt, conſeruetur ab effectu ſuo pro diuerſo tempore, id, quod concedere videtur *P. Rubius* hic tr. 8. q. 1. n. 8. ad ſextam dic radices pendere à ſuis proprietatibus non quatenus cauſæ efficientes ſunt, ſed materiales, & pacto ſunt hæ; & radices ſimul naturà ob mutuam deceptiuæ earum proprietatum quo pendentiam.

613 Dici etiam generaliter potuit, tunc cauſas quaſcunq. etiam efficientes, nō eſſe effectis priores natura, ſed ſimul, quando inter ipſa detur mutua dependentia, quæ ſane ſæpe contingit, ſed nō propterea admittenda mutua influentia in effectu erga cauſam, quia ea ſuperfluit, & neceſſaria non eſt; ſiquidem cauſa ſufficienter aliunde producitur, & conſeruatur; id quod optimè tetigis quoque *P. Granado* in ſimili de *Gratia* tr. 10. d. 2. n. 8. & tradūt Theologi in *Tr. partita* allati n. 991. admittentes in Patre, & Filio mutuā quaſi dependentiam, & ſubinde ſimultatem naturæ.

Ariſtoteles 5. m. t. 16.

S. Thomas

S. Thomas 1. p. q. 42. a. 3.

Secundo obijcis, naturaliter ſe mutuò cauſant materia, & forma, cauſa *finalis*, & *efficiens*; actus intellectus, & chimæra; ergo ſimiliter ſe poterunt cauſare duo ignes, vel aliæ duæ cauſæ efficientes; nego conſequentiam, & diſparitas eſt, quia cum ſolæ cauſæ efficientes dent eſſe effectibus per verum influxum, & ſolæ ſic tanquam

Ariſtoteles hic t. 30. & ibi S. Thomas & op. 31.

prima

Ariſtoteles 8.Phyſ.t.29.

prima principia, vnde motus omnes originem trahunt, illis communicent eſſe, eſt naturaliter impoſsibile, quod cauſa efficiens, propria non ſit prior ſaltem natura ſuo effectu, prioritate videlicet, à priori cauſæ, & independentiæ ſiue in *quo*, quia *nemo dat quod prius non habet*.

Ariſtoteles. S. Thomas

Hanc prioritatem explicabat *Ariſtoteles* in logica c. *de Priori*, exemplo *orationis*, & eius ſignificati, vel *obiecti*, vera enim eſt hæc oratio *Petrus eſt*, ſi Petrus exiſtit, & ſi vera eſt oratio, Petrus verè exiſtit, & ea dicuntur conuertibiliter; ſed tamen exiſtentia Petri eſt cauſa veritatis orationis, & non contra, quia oratio non gignit Petrum, & ſic obiectum non pendet ab oratione, oratio vero pendet ab obiecto; ita in propoſito omnis cauſa efficiens debet eſſe prior, & inde pendens ab effectu naturaliter, & de lege ordinaria.

Altera pars Sectionis diluit argumenta, quæ prætendunt nec diuinitus ſe poſſe recauſare res in genere cauſa efficientis.

614 TErtiò obijcit *Rubius* contra ſecundum dictum, ſi duæ cauſæ efficientes ſe inuicem poſſent cauſare de potentia abſoluta, ſequeretur primò quod idem eſſet cauſa efficiens ſui ipſius, quia *quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati*, contra definitionem cauſæ, quæ requiritur diſtinctionem inter cauſam, & effectum, ſecundò, quod daretur circulus vitioſus in demonſtratione, cum vna res cognoſceretur ab altera à priori, & tamquam per cauſam, & contra, quod eſſet item contra *Ariſtotelem*, & *S.Thomam*, in Tripartita nu.1196.

Ariſtoteles S. Thomas 1.Poſt.l.8.

Concedo idem eſſe cauſam ſui ipſius mediatam, quinimo, & immediatam eſſe poſſe probaui ſupra n.592. cauſam non exiſtentem; & item exiſtentem probant aliqui infra nu.619. cum *Suarez* allegato, & refutato à *C.Lugo* de Euch.d.7.ſect.2 n.22. neque id eſſe contra definitionem cauſę traditam ſupra nu.380. & admitto circulum illum, qui, quia eſt de potentia abſoluta ab *Ariſtotele* non reprehenſus eſt; in ijs autem concedendis non eſt inconueniens, ſicut neque contradictio, quia tractamus de recauſatione ſecundi eſſe, ideſt, conſeruati, non primo producti.

Quartò obijcit Doctor modernus, ſi duæ res eſſe poſſent cauſare inuicē efficienter, vel etiam in quouis alio genere, ſequerentur duæ contradictoriæ ſimul veræ, hoc eſt impoſſibile, ergo. Probatur ſequela, nam in primo priori rationis, in quo intelligeretur lux communicare exiſtentiam ſoli, intelligeretur ipſa lux habere exiſtentiam, rurſus in illo priori in quo intelligeretur ſol prior luce, lux intelligeretur ſine exiſtentia; ergo in eodem inſtanti reali temporis eſſent verę iſtæ propoſitiones contradictoriæ, *lux habet exiſtentiam, lux non habet exiſtentiam*.

Reſpondeo negando ſequelam, ad cuius probationem dico in inſtanti reali eſſe ſimul exiſtentes lucem, & ſolem, & ſic eſſe falſam illam propoſitionem, quæ negat alterum ex eis exiſtere, quamuis in eodem inſtanti reali partiamur nos duo inſtantia rationis, & in vno intelligamus ſolē dare eſſe luci, & in alio lucem ſoli, & verum ſit in eo primo inſtanti rationis, non intelligi à nobis niſi ſolis exiſtentiam, & in ſecundo non niſi lucis exiſtentiam; quamuis re vera in vtroque inſtanti ſint ſimul & lux, & ſol ſeſe ſimul recauſantes, & quidem in primo inſtanti reali (non hoc deligenter) ſine mutua dependentia; tunc enim ſol actione adæquata primo fit à Deo, & ſecunda illi accidit, à luce ſua ex abundantia, à qua ſubinde nō pendet, neque poteſt dependere vllo modo, niſi poſt inſtans, quando Deus ceſſare, poterit ab actione ſua, ſinendo ſolem conſeruari a luce tunc vero incipiet inter ſolem, & lucem mutua prioritas à quo, ac dependentiæ. 615

S.m.l.2.c.6. 1.Poſt.l.8.

Et ſane hoc negare non poteſt *Rubius* nu. ſuo 8. neque eſt contra *S.Thomam*, qui egregie conuincjt q.13.a.3. in *Alamanie* cauſas non poſſe ſibi inuicem dare eſſe in eodem genere, nimirum, primò, vt apparet ex contextu, & ideo eius fundamenta non

Digitized by Google

aſſero, quia probant noſtrum dictum ſuperius nu.606.

Sed inſtabit aliquis Theologus effectus ſine contradictione ſecuta, poſſunt recauſare cauſas ſuas, dando eis ſecundò eſſe in eodem primo inſtanti, vel id conſeruando, in ſecundo; ergo de facto non ſolum effectus creati, præſertim immanentes, & qui cõmode applicati ſunt illis, ſed etiam Filius Dei poteſt ſecundò dare eſſe Patri ſuo, & ipſum conſeruare, conſequentia probatur, quia nullum habemus, nec videmus indicium, quod ſuadeat oppoſitum; & aliunde experimur diutius conſeruari ignem primum ſociatum ſecundo, quem circa ſe produxit, & vtrumque perſiſtentibus ſuis debitis, paſsionibus calore, & ſiccitate.

616 Reſpondeo conceſſo antecedenti, *Ariſtoteles* negando conſequentia, quia *nihil debet eſſe ſuperfluum in natura*; & multo minus in Authore naturæ Deo; cum ergo cauſæ omnes creatæ factæ primò fuerint à cauſis adæquate ſuis, & poſtea ab ijſdem conſeruétur, vel à Deo, vt ſupra n.509. dictum eſt, non indigent recauſatione effectuum; quod ſi Deus aliter diſponat, aut diſpoſuerit, nullum eſt inconueniens quod ignis productus conſeruet igné olim cauſam ſui; & ſic reliquos effectus cauſas ſuas; experientiæ quidem id non conuincunt; dici enim poteſt vtros ignes ſic melius ſe tutari à contrarijs; & qualitates amicus conſeruare ſuas cauſas, tamquam conditiones neceſſarias, non vt cauſas influentes, quamuis & hæc incerta ſunt, nec enim quærimus, aut damus in omnibus demonſtrationes.

Ariſtoteles 4.met.9. Verùmtamen pars illa conſequentis impie aſſerentis Filium in diuinis dare eſſe ſecundò Patri, exſecranda omnino eſt, licet enim, vt bene proſequitur *Arriaga* d.7. nu. 106. repugnátia nõ ſit in mutua cauſalite pro dando ſecundo eſſe, aut conſeruando, inuenitur maxima in concedenda in diuinis otioſitate, & ſuperfluitate; quoniam nefas ſit in Deo ponere quidquam otioſum, & ſuperfluum, qualis foret illa qualiſcumq. quaſi recauſatio à Filio profecta erga Patré, quem conſtat; aliunde integre omnino, habere adæquatiſsime eſſe a ſemetipſo, licet cum exigentia Filij ſui & Spiritus S. quam Theologi declarabunt. Vide P. D. *Ruiz* de Trinit. d.10.ſect.2. *S. Thomas 4.c.g.c.14*

Tertia pars Sectionis adducit, & ſoluit argumenta quorumdam exiſtimantium nec materiam, & formam, nec alias cauſas diuerſi generis, ſe poſſe inuicem cauſare, ſed forſan ipſos cum veritate concordat.

Licet *Suarez* ſæpe dixerit materiã & formã eſſe ſibi mutuo cauſas, & cauſare ſeſe media vnione vt cauſalitate, ſed tamé d.27.m.ſect.2.n.5. aſſeruit materiam à forma non pendere velut à propria cauſa à priori, ſed à poſteriori; atq. ipſum clarius tradiderunt PP. *C. Lugo* de Pœnit. d.8. à nu.151. 617
Tellez, Ouiedo, Ferrarius, t.2.d. de cauſ. q.1.a.8. *Arriaga*, hic d.7. à n.202. *Hurtado* d.8.ſect.5. & acriter *Coninc* de Habit.d.6.dub.7.nu.82. & alij docti Recentiores, quorum rationes egregie ſibi objicit, & diluit *S.Thomas* legendus in *Alamanio* hic q.13.a.2. *S. Thomas*

Principalis eſt, ſi materia, & forma ſibi mutuo eſſent cauſæ, vel in diuerſo genere cauſæ à parte rei vtraq. foret ſocia prior, & poſterior natura, hoc & manifeſtè falſum, ſiquidem implicat eamdé rem ſecundum idem omnino eſſe, in eodé inſtanti naturæ, concipi abſolute exiſtere, & abſolute non exiſtere, nimirũ, res vt cauſet debet exiſtere, & ſubinde ſupponere cauſas ſuę exiſtentiæ, vt vero cauſetur, debet nõ exiſtere in illo eodem inſtanti, & ſic ſupponere abſétes cauſas ſuę exiſtétię

Reſpondeo ex *Ariſtotelis*, & *S.Thomæ* doctrina, & verbis, cõceſſa maiori, *quia nihil prohibet aliquid eſſe prius, & poſterius alio, ſecundũ diuerſas rationes*, prioritate, videlicet, & poſterioritate à quo dicta, & mutuæ depédentiæ, nõ proprie dicta *natura*, quę ſolũ datur in cauſa independente, reſpectu alterius, à tali cauſa depédétis, quod & bene notauit ibidé *Coninc*; & nos in *Tripartita* n.991. *Ariſtoteles. S. Thomas 2.Ph.l.5. & 5.3.*

Et ideo cũ ea limitatione maioré concedimus negãdo minoré; nã, vti ſimili arguméto dicebãſu. a n.615. benè poteſt cõceptu imperfecto nõ cõprehen.

hēſuo cognoſci à nobis eadē res, quæ
à parte rei in eodē inſtanti reali cau-
ſat, & cauſatur, in vno inſtāti rationis,
ideſt, vnico actu, vt causās, & in alio,
vel alio, vt cauſata, quin tales actus
formaliter explicēt rei exiſtentiā, vel
nō exiſtentiā, ſed tantum materialiter
exiſtētiā tangāt ex parte ſubiecti, quā
ſane ita poſſunt tāngere, quin debeant
ſimul cognoſcere cauſas talis exiſten-
tiæ: addent aliqui eas cognoſci in
obliquo, ſed non ille, qui materiā, v.g.
cauſantem tantum volet cognoſcere
imperfecto conceptu, quin aduertat
pro nunc, an ea exiſtat merito formæ.

Ariſtoteles
S. Thomas, opuſ. 31.

618 Sed vrges cauſa, & effectus præſer-
tim materia, & forma à vobis ponun-
tur *relatiua*, ea autē ſunt ſimul natu-
ra, vel ſaltē cognitione; ergo neq. eæ
poſſunt ſibi eſſe mutuo cauſę, cū tales
debeant inuicē eſſe ſibi priores, & po-
ſteriores natura; neq. cognoſci, quin
ſimul cognoſcatur, vtraq. vt cauſa, &
vtraq. vt effectus, eadem ſimultanea
cognitione, nempe cognoſcente res vt
ſunt à parte rei, & ſubinde ſine vlla
prioritate neceſſaria ad rationē cauſæ.

Reſpondeo dato, vel cōceſſo toto re-
liquo, negādo eſſe neceſſe, quod cauſæ
ſe recauſantes ſint ſibi mutuo priores
& poſteriores naturæ propriè, ſimiles
enim cauſę abſolute sūt ſimul natura,
& tantū habere dicūtur prioritatē à
quo, & mutuæ cauſalitatis depēdentiā,
ſiquidem, vti dixi in *Tripart. 1.* n. 991
prioritas vnius, alterius prioritate cō-
penſatur; & ita me docuerunt reſpō-
dere mei Magiſtri ſpeciatim P. *Granado* de Gratia t. 10. d. 3. n. 5. in ſimili ar-
gumēto, ex quo & ex memoria exēpli
lignorū inuicē recūbētiū, poſiti n. 609
ceſſat vis argumētorū partis aduerſæ.

S. Thomas 12. q. 79. a. 1. ad 3. q. 3. de malo. a. 1, ad 4.

Sed tamen vrges ſecundò, ſi mate-
ria cauſat formā, & forma materiam,
vtraq. cauſabit ſe ipſam, nā iuxta ve-
rus axioma. *cauſa cauſæ, eſt cauſa cau-
ſati*. Reſpondet *Scotus* in 4. d. 4. q. 2.
Suarez & *Conimb.* & *communis* axioma
verificari quando ſeruatur idem ge-
nus cauſæ efficientis, v. g. & ideo
Auunculus meus eſt mei cauſa, quia
eſt cauſa efficiens patris mei, & hu-
iuſmodi, non autem quod ſimile
conſequi ex cauſatione, & recauſa-
tione cauſarum diuerſi generis; &
ideo materia, quę cauſat formam, nō
verè dicitur cauſa ſui, licet recauſe-
tur ipſamet à forma; & ratio diſcri-
minis eſt, quia ſemper in cauſis ſubor-
dinatis eiuſdē lineæ, & generis, repe-
ritur ſufficiēs diſtinctio inter cauſam,
& cauſatum, vel remote; ita vt den-
tur duo, quorum alterum ſit cauſa,
alterum effectus; ſecus in cauſis di-
uerſi generis, & vbi linea deriuata, ac
deſcendēs non eſt, vt manifeſtum eſt.

Sed quoniaā quādo datur recauſatio
diuinitus in eodem genere cauſę ef- 619
ficientis, non inuenitur linea deſcen-
dentium, neque diſtinctio maior, quā
eſt ea, quæ reperitur in recauſatione
cauſarum diuerſi generis, ego, qui
alias credo axioma fuiſſe traditum
pro cauſis illis ſubordinatis, extendo
ad recauſantes ſe quaſcunq. cauſas, &
concedo ſicut nu. 644. efficientes, nūc
materiales, & formales ſe ipſas media-
te modo ſuo cauſare, & in eſſe ſe ipſas
retinere, non quidem adæquatè, &
proximè, ſed inadęquatè, & remotè;
materia, v.g. cauſat ſe partialiter re-
motè, quia cauſat, & retinet in eſſe
formam ſimul cum Deo, à qua mate-
ria recauſatur, in quo conceſſo nulla
eſt repugnātia, præſertim quia P. *Sua-
rez*, & alij multi opinantur probabili-
ter, rem exiſtentem eleuatam à Deo
ſe poſſe partialiter comproducere ſe-
cundò, ſiue conſeruare, vti videbis in-
fra; & ratio eſt; quia cur non dicatur,
quod re vera cōtingit, & fit? ſane ſi
materia formam ab ſe expelleret, vel
anima, aut ignis ſuas formas, ſiue paſ-
ſiones perderent, ſe ipſas deſtruerent:
quidni ergo dicuntur quodammodo
ſe tueri, conſeruare. & ſibi dare eſſe,
dum eas formas tamquam inſtrumē-
ta ſui eſſe cauſant, & retinent in eſſe.

Poſtremò ſuſpicor, quod iſti docti
Patres verbis nos illudūt dicentes ma-
teriā nō cauſari à formis, niſi à *poſterio-
ri*, primo quia nullā aliā maiorē cau-
ſalitatē admittūt ipſi in materia erga
formā, quā in hac, erga materiā; earū
enim cauſalitas cōmunis eſt vnio dicta
materializatio, & *informatio*, ob quam
vtraq. cauſa ęque cauſat, & ęque cau-
ſare dicitur; cur ergo nō vtraq. à prio-
ri, ſiquidē æque à priori cauſāt ambę
compoſitū? ſe mutuò manutenentes.

Secundò, quoniā cōteſtantur noſtri
Magiſtri, & Cōmunis *cauſas eſſe propter
opera-*

Digitized by Google

operationes, & ſignatè *materiam propter formas, tamquam propter finem.* quę quidem ſunt finis non ſolum reſpectu *Authoris naturæ*, qui propter eas materiam fecit, ſed etiam reſpectu materiæ ipſius, quæ propter innatum appetitum in ipſas inclinat, & fertũr, tamquam in terminum ſuum, & finem. Vnde fit manifeſtum materiá à forma dependere, & ideo ipſa quodammodo eſſe poſteriorem, & ſubinde non repugnare conſiderari poſſe formam materià priorem, & vt cauſam eius, non tantum finalem, ſed etiam formalem illa perfectioré, illam complentem, perficientem, & in eſſe retinentem, vt tradit S.*Thomas*

Procurat cum veritate conciliare negantes mutuam cauſalitatem Materiæ, & Formæ.

S. Thomas op.31. EX dictis ſupra præſertim a n.513. de cauſalitate Materiæ, & Formæ conſtant diſſidium inter nos, & Patres noſtros negantes mutuam cauſalitatem, ſolum fore de nominibus: etenim non dicimus nos cauſalitatem earum eſſe influxus, qui ſoli ſimpliciter cauſalitates dicuntur, & ſunt, ſed ipſarum dationem mutuam exercitam vel ſe ipſis, vel media vnione, & ſubinde non ſe cauſare proprie, & ſimpliciter, ſic enim tantum à Deo, vel à ſuis cauſis fiunt, ſed ſuſtentare ſe inuicem, & *complere*, vt loquitur S.*Thomas*, vel, vt ait *P. Ruiz*
S. Thomas 3. Ph. l.5. cum *Aureolo, manu tenere*, ne pereant, *quaſi admodum, quo duo illa ligna* ſiue ipſarum vbicationes vel relationes aliunde factæ a ſuis cauſis, ſe tenent inuicem, ne cadant & pereant, quæ quia ſibi mutuò ſuo modulo ſunt priores euidenter propoſitum probát, vt notaui ſupra nu.609.

620 Ex eiuſmodi autem mutuà, & neceſſaria ſuſtentatione colligimus omnes ſine controuerſia, mutuam, & naturalem cauſæ vtriuſque cónexionem, ac dependentiam, vt bene quoque notat *Suarez* nu.4.d.17.ſ.2.excepta ſemper forma rationali, ex qua dependentia, vt ego reor, oritur ſimultas quidem naturæ abſolutè loquendo, ſed & reſpectiua quædam prioritas quaſi naturæ, & poſterioritas: nã rectè dicimus poſterius id, quod ab alio pendet, dum conſideratur vt pédens, & conſequenter illud quoque, à quo hoc pendet dicimus prius quaſi naturà, ſaltem quia tunc non cognoſcitur vt pendens, ſed potiùs vt dans quodammodo eſſe alteri, idque retinens in eſſe. *Cauſa enim vt cauſa*, ait S.Thomas, *ſemper excedit cauſatum* eſt *S. Thomas* prius ipſo, *& ab eo independẽs*, ob quod Finis faciendus reſpectu ſuæ cauſæ efficientis factæ ab ipſo, rite dicitur ipſa prior, atque poſterior.

Quæ doctrina merito extenditur à nobis cum *S.Thom*, ad cauſas propoſiti noſtri, quæ item cauſant impropriè reſpectiuè ad efficientes, vel influentes, & ſubinde ambæ ſunt cauſæ quaſi à poſteriori, quatenus nulla influit, nec ſimpliciter dat eſſe, ſed vtraque fit à ſua cauſa cum quadam naturali dependentia à ſocia. licet item vtraque in proprio genere cauſa perfecta ſit, & à priori. Ideo dicit S.Doctor *forma eſt prior materia ſecundum rationem complementi, &c.*

Nec proficit, aut obeſt quod *S. Thomas op. 31. & ſup. n.608 & 3.Ph.l.5* C.*Lugo* cum *Suarez* reſpondet, vt euadat authoritatem *S.Thomæ* planè concedentis mutuam cauſalitatem, & prioritatem, in cauſis etiam materiali, & formali, nam forma actuando, & complendo materiam ipſam ita retinet in eſſe, vt ea peritura eſſet, ſi forma non adeſſet, quod fatetur cum *communi P.Suarez*, concedant ergo hi Doctores ob mutuam dependentiam, & præſertim ob mutuam aliqualem cauſalitatem formá item à priori modo ſuo, & genere cauſãdi improprio dare eſſe materiæ, à qua viciſſim ſine dubio recauſatur à priori, ſicut concedunt in Fine, & nos illis dabimus cauſalitates has mutuas improprias eſſe, & prioritatem, & poſterioritatem non eſſe ſimpliciter naturę, ſed quaſi naturę, ideſt, dictum à *quo*, ſiquidem vt conſtat ex dictis à n.513. nullum titulum, vel cauſalitatis modum habet Materia erga Formam, ob quem dicatur eam cauſare à priori, quem erga illá non item habeat Forma, & lector memor eſto cauſam in communi definiri eſſe *principium conducens vt alteri*

com-

communicetur eſſe. & ſubinde tale eſſe, quod quid aliud complendo retinet in eſſe, quod facit Forma, quę ſi cauſa eſt, nequit non eſſe quaſi à priori. vnde dicas ſine ſcrupulo omnes formas etiam accidentales, & quę dicuntur paſſiones ſubiectorum, ea cauſare a priori, iuxta dicta ſupra nu. 612.

QVAESTIO IX.

An vnus, idemque effectus ſimul produci poſſit à duabus, vel pluribus cauſis adæquatis.

621 CAuſa adæquata in actu primo, & in actu ſecundo eſt illa, quæ ſola ſufficit dare eſſe effectui, & virtute cuius taliter eſt, & exiſtit effectus, vt alia quauis deficiente, adhuc ille perſiſteret. quæritur ergo in præſenti, an vnus effectus naturaliter, vel ſupernaturaliter ita fieri poſſit ſimul à duplici cauſa in quouis genere cauſarum, vt altera deficiente, ab altera maneute competenter, ſine noua virtute fiat, & conſeruetur.

SECTIO I.

Decidit quæſtionem breui in omnibus generibus cauſarum.

DIco primò. bene poteſt idem effectus, ſiue interior, ſiue exterior cauſari à duplici cauſa adæquata finali, eadem occiſio, v.g. vt aiebat ſupra *S. Thomas* nu. 577. poteſt prouenire à fine iuſtitiæ, & à fine vindictæ; & ſimiliter opinabar ibidem, quod eadem electio, & voluntas interior occidendi, poteſt cauſari adæquatè ab eis finibus, & ab alijs pluribus; quia, vt ibi monſtrabam, interiores electiones non diuerſificantur intrinſecè propter fines, quos non tangunt, ſed eadem, vel ſimiles poſſunt modò extrinſecè ordinari ad hunc finem, modo ad alium, ſicut & effectus ipſi exteriores. *S. Thomas.*

Dico ſecundò. idem effectus, & exemplatum idem poteſt procedere à duplici exemplari adæquato. Patet hoc in caſu, quo homo ſibi proponeret duas, vel plures imagines ſimillimas interſe, imitandas, quarum quælibet ſine dubio ſat, ſuperque eſt ſola, ad nouæ imaginis formationem. Patet enim hoc ipſum in alijs artium exemplis, & inſtrumentis; nam in *Logica*, vt bene noſtris, ſunt plures regulæ, quæ ad idem opus ſeruiunt competenter, & adæquatè quælibet.

Dico tertiò. impoſſibile omnino eſt de potentia abſoluta, quod vnum numero compoſitum proueniat ex duplici cauſa adæquata, ſi compoſitum habet cauſam adæquatam. Suppone, vt rem plane intelligas, animam, & materiam Petri, & eius vnionem eſſe cauſam adæquatam eius, & aduerte quod dico, quod illa anima, & materia cum ſua vnione; & ſimul alia anima, & alia materia cum alia vnione, non poſſunt cauſare idem numero compoſitum ſed aliud, & aliud, vt manifeſtum eſt. quare dictum hoc non indiget probatione; ſiquidem implicat de potentia abſoluta, quod poſitis, & vnitis duabus materiebus cum duabus formis, non reſultent effectus primarij duo, nempe duæ compoſitiones, & duo compoſita. *S. Thom. 1. p. q. 52. a. 3.*

Dico quartò. non poteſt contingere naturaliter, quod idem numero effectus ſimul fiat à duplici cauſa adæquata efficienti, v.g. lux eadem nequit prouenire adæquatè à ſole, & ab alio luminoſo; ſed neceſſe eſt quando cauſæ naturales plures alicuius effectus ſunt præſentes, quod ſe contemperent & adunent influxum, & ſe faciant cauſas partiales, quamuis ſi ſolæ eſſent vnaquæque poſſet effectum adæquatè producere. Docet hoc *Communis* Philoſophorum cum *Ariſtotele* hic t. 30. & 5. met. t. 2. & *S. Thoma* ibi, & 1. p. q. 52. a. 3. c. contra *Ochami. Adam*, & *Gabriel*, quos infra adducit *Auerſa*, & experientia, quæ eſt mater Philoſophiæ confirmat. 622 *Ariſtoteles* *S. Thomas q. 3 1.*

Etenimquando duo portant pōdus, quod ab vnoquoque ſeorſim portari potuit, vtriuſque vis attemperatur, & quanto magis vnus laborat, tanto alter laborat minus. Deinde & eſt ratio *Ariſtotelis* in lib. de Iuuent. & Seneſt. cap. 11. ſuperfluum eſt, quod duæ lucernæ adæquatè producant lucem *Ariſtoteles*

con-

eandem, & vim illam otioſè impendant, & magis conſonum videtur naturas rerum, quod ſe contemperent, coadiuuent, & partialiter concurrant; S. Thomas 3.c.g.c.70 Ariſtoteles quia *fruſtra fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora*. quando autem cauſę ſic ſe contemperent, eſt ſcitu difficile. ego obſeruaui cauſas coniunctas producere ſingulas effectus ſingulos, vti dicam in lib.de *Generatione* à nu.79.

Dico quintò, de potentia abſoluta fieri poteſt, quod idem effectus ſimul fiat à duabus, vel à pluribus cauſis adęquatis efficientibus, vel ab vna per duas, vel plures actiones adęquatas, v.g. lucem hanc hodiernam, quam adęquatè ſol cum Dei concurſu primò produxit, atque conſeruat, poteſt Deus ad oſtendendam potentiam ſuam, vel propter alios fines ſibi notos, ſe ſolo, vel mediantibus creaturis vt inſtrumentis eleuatis, reproducere, & reconſeruare iterum, atque iterum, per ſecundam, tertiam, quartam, & plures actiones adęquatas, ita vt deficiente qualibet virtute cuiuſuis alterius, eadem lux perſeueret.

Ita docuerunt *Suarez* in met.diſp.26 ſect.4. *Valentia*, t.4.diſp.1.q.3.p.3. *Rubius* hic t.7.q.1. & ibi *Caietanus*, & *Fonſeca*, *Bernal.* de Incarn. d.25. n.12. C. *Lugo* de Euch.d.7.ſect.2.num.21. *Hurtado* d.5. ſect.10. *Arriaga* hic diſp.7.n.119. *Bubalus* q.52.a.3.§.1.cum *S.Thoma*, *Murcia* S. Thomas diſp.4.q.7. *Auerſa* to.1. quęſt.16.ſect.9. *Præpoſitus* q.12.a.2.d.2. nu.23. *Maratius* to.1.de Angel. d.18. *Baraunxa* d.4.q.5. d.4. *Ferrarius* tr.2.q.2. art.8. *Filliucius* tr.4.c.5.nu.127. *Fran.Ouiedo* cont.7.p.7. *B.Amicus*, *P.Tellez*, & alij.

623 Communis ratio eſt. quidquid extra Deum non implicat contradictionem, Deo non eſt denegandum; ſed non implicat contradictionem, quod duę cauſę efficientes adęquatè producant eundem effectum; ergo. minor ſolutione argumentorum comprobatur, & confirmatur; quia opinantur PP. *Tirinus*, *Granado*, *Suarez*, *Coninc.H*-*melman*, & alij complures in materia de *Euchariſtia*, quod de facto Chriſtus fit, & conſeruatur multis adęquatis actionibus, nempe tot, quot ſunt loca, vbi ſacra Euchariſtia aſſeruatur; quinimo quando plures Sacerdotes in ordinationibus proferunt verba conſecrationis ſimul, & nullus anteit, adęquatè conſecrant, & producunt Corpus Chriſti in hoſtia, quam habet Epiſcopus in manu.

Hinc collige caſu, quo Deus ſe ſolo reficiat illum effectum, nempe lucē, ambas cauſas adęquatas fore cauſas principales. caſu vero, quo eleuet aliquam creaturam, vt talem effectum cauſet; quomodo neceſſe eſt vt eleuet, ſi ſolus non producit, alteram cauſam creatam fore principalem, alteram inſtrumentalem.

Porrò ex actiones poſſent omnes eſſe ſupernaturales, vel altera ſolum, vt liquet; vel etiam naturales quo ad ſubſtantiam; nam altera deberet eſſe neceſſario ſupernaturalis, ſaltem quo ad modum, idest, deberet recipi in potentia obedientiali termini producti, vnita non ſe ipſa, quo pacto ſolet vniri omnis modus, quando connaturaliter ſubiecto vnitur, ſed mediante vnione ſupernaturali; ſiquidem iuxta dicta ſupra à nu.154. nullum ſubiectū habet potentiam naturalem ad duas formas adęquatas recipiendas ſimul; atque iuxta dicta à nu.178. nullum ſubiectum vt recipiat, & nulla forma vt informet, poteſt eleuari à Deo in alio genere, quam efficientis, nimirum per productionem vnionis impoſſibilis productu per vires agentis naturalis; neque, vt manifeſtum videtur, poterit forma aliqua informare ſubiectum mediante potentia obediētiali per vires ſuas; aut ſine diuina eleuatione: atqui eandem materiam poſſe adęquatè cauſari à multis formis probaui ſupra cum multis à nu.194.

SECTIO II.

Reſpondet ad argumenta Scoti, & aliorum, qui opinantur non poſſe procedere vnum effectum ſimul à pluribus cauſis adęquatis.

Primò oppones contra primum, & ſecundū dictum. Vnus actus intellectus non poteſt habere duplex obiectum adęquatum; quia ſi ſemel duo obiecta intelligit, & tangit, 624

eſt ordo tranſcendentalis ad vtrunque, & ſic perſiſtere non poteſt ſine obiecto vtroque, ergo ſimiliter nullus actus voluntaris poteſt habere duos adæquatos fines.

Reſpondeo concesso antecedenti negando conſequentiam; diſcrimen eſt apertum, quia vnus actus voluntaris, ſiue electio verſans præciſè circa medium, non eſt ordo tranſcendentalis ad fines, neque rendit intrinſecè ad ipſos, & ſic in variata poteſt modo extrinſecè ordinari ad vnum finem, modo ad alium; ſecus eſt actus intellectus, qui tangit obiectum vtrumque & habet quaſi duas intrinſecas tendentias ad ea duo obiecta, quæ tendentiæ, vt clarũ eſt, perſiſtere non poſſunt duæ, deficiente obiecto vno: ſimili modo reſpondendum eſt argumento, quod intendat probare exemplatum vnum non poſſe procedere ab exemplari duplici.

Secundò opponis contra vltimum dictum pro *Scoto* in 2. d.20.q.2. *Scotiſtis*, *Vazquez* 10.1. in.3.p.diſ 29.c.3.*Coll. Complut*.d.5.q.3. *Curſ.Thom.* q.10. *Albertin*, & alijs, qui opinantur nullum effectum poſſe prodire à pluribus cauſis adæquatis, lux ſemel adæquatè producta à ſole, neque iterum adæquatè produci à ſolo Deo, neque à Deo eleuante creaturam, ergo vnus effectus nequit fieri ſimul à multis cauſis adæquatis. Probas antecedens primò, quia ſecunda illa cauſa eſt fruſtra, & ab effectu non petita, *nihil*
Ariſtoteles autem *eſt fruſtra in natura, neque ſuper-*
S. Thomas *fluum*, quæ in caſu noſtro eſt probatio
3.c.g.c.70. *S. Thomæ* 1.p.q.52. a. 3.& 3.p.q.82.a.2. & ſæpe alibi ſecundò, quia nihil poteſt in luce producta eſſe, quod correſpondeat ei ſecundæ cauſæ; & aliunde neceſſarium ſit in quouis effectu reperiri aliquid, & aliquid, quæ titulo ſpeciali ſuis cauſis attribui poſsint, ac debeant, vti vult *P. Vazquez* 1.p. q.43.cap.5.& apparet in viſione coloris, in qua inuenimus repræſentationem correſpondentem ſpeciebus coloris, & vitalitatem correſpondentem potentiæ viſiuæ vitali.

625 Reſpondeo negando antecedens, ad primam probationem dico, quod licet attentis legibus, & finibus naturalibus, illa repetita productio eſſet fruſtra, quia re vera actum ageret, & nihil de nouo adderet effectui, qui etiã non perit iterum produci, tamen attenta voluntate Dei ſibi præfigentis alios fines, non eſſet fruſtra, ſed prudens, & neceſſaria, & ſic intelligendus eſt S.Doctor locutus de lege *S. Thomas*
ordinaria, vt conſtat ex contextu, & conuincit *P. Bubalus*, vbi ſupra.

Ad ſecundã probationẽ non credo ſẽper requiri, quod in effectu reſpondeat formaliratis cauſis cõcurrẽtibus, etiã per ſe ſubordinatis, ne dum per accidens, vel quaſi per accidẽs, ideſt, nõ cunctis neceſſariò concurrẽtibus, qualiter eſſent præſentes cauſæ adæquatæ, quarũ cuilibet nõ pars, ſeu quaſi pars effectus, ſed totus correſpõderet.

Habeo contra *P. Vazquez* exẽpla in prõptus primũ eſt filiusquilibet ortus ex mari & fæmina, qui ſecundũ ſuã ſubſtanriã nõ videtur habere aliquid quod correſpõdeat ſui Patri, & aliquid quod correſpondeat Marri cauſis ſuis eſſenrialiter ſubordinaris, ſecundũ eſ. in opinione ipſius, calor, & ſiccitas eſt ficiẽtes igneã ſubſtanriã, in qua nihil apparet, quod attribuatur calori, & nõ ſiccitati. Tertiũ, duæ potẽtiæ motiuę duorũ hominum, vel hominis, & Angeli producentes ſimul motum, & impetum; at in motu, & impetu non diſtinguuntur formalitates peculiares correſpondentes mororibus.

Tertiò oppones, ille effectus, qu procederet à pluribus cauſis adæquatis, nõ haberet determinatã cauſã, hoc eſt falſũ; ergo nego maiorẽ; nã qualibet illarũ eſſet determinata eius cauſa; quia nõ eſt cõtra rationẽ cauſæ determinatę, quod effectus ab alijs etiã cauſis habeat eſſe; ſic calor eſt determinata cauſa caloris, quãuis iſte valeat produci à Deo ſolo, à pipere, luce, & vino. 626

Quartò opponis, ſi idẽ effectus procederet à duplici cauſa adæquata, ab eis cauſis penderet, & non penderet; hæc eſt implicatio; ergo Patet maior; nã in primis ab eis penderet, ſiquidẽ ab eis fieret, & conſeruaretur; Deinde ab eiſdem cauſis non penderet, quia ſublata qualibet perſiſteret.

Nego maiorẽ, ad cuius probationẽ dico, ab ea vtraq. cauſa pendere, ideſt, cauſari effectum, & falſam eſſe propoſitionẽ dicentem ab eis non pendere,

ideſt, non cauſari, licet enim effectus perſiſtat qualibet cauſa ſublata, quia ſolum pendet ab altera diſiunctiue hac,vel illa, non inde colligitur, quod ab vtraque non fiat, quando neutra ſublata eſt; ſed ſolum conuincitur effectum per ſe loquendo non indigere duplici cauſa adæquata, vt perſiſtat,ſed alterutra earum; ad hæc addidit ſcitè *Præpoſitus* vbi ſupra, quod cauſa totalis, ſiue adæquata, ſolum negat neceſſitatem concurſus in effectum alterius cauſæ; non verò poſitiuè excludit,vel negat eius conſortium.

Vltimò oppones. vnus effectus nequit deſtrui ex vi duplicis deſtructionis adæquatè, ſed per vnam tantum deſtruitur; ergo non poteſt ex vi duplicis actionis produci. concedo antecedens, & nego conſequentiam, & diſparitas eſt, quia effectus quilibet adæquatè, & omnino per vnam ſui deſtructionem, ſiue deſitionem perit; quia deſitio,& deſtructio ſignificat rei conſeruatæ etiam per mille actiones omnimodam corruptionem, at verò actiones dantes idem eſſe poſſunt eſſe plures, vt probatum eſt. Deinde poteſt reſponderi effectum productum per duas actiones neceſſariò eſſe deſtruendum per duas deſitiones, aut deſtructiones adæquatas, oppoſitas directè duabus his actionibus adæquatis,non effectui, quem dicebam competenter vnica deſtructione corrumpi, neque ſpectare duplicem, vt apparet in caſu, quo panis ſic multiplici actione conſeruatus conſecraretur,& in ſubſtantiam Chriſti tranſiret, vel à te manuducatus in tui ſubſtantiam forma eius panis conuerteretur. reliqua obiecta ſoluta ſupra ſunt à numero 211.

QVAESTIO VLT.

Determinat compendio quid tenendum ſit circa varias difficultates, quæ ſolent hic ad finem controuerti.

§. *Primo quæritur an omnis cauſa vt operetur iuxta genus ſuum, debeat neceſſario habere exiſtentiam, & quam.*

REſpondeo quod cauſæ phyſicæ 627
neceſſariò requirunt exiſtentiam
phyſicam ad hoc, vt phyſicè operentur,
hoc me docuerunt *Ariſtoteles* hic Ariſtoteles
t.37.& 4.met.t.16.dicens *illa ſane, quæ
non ſunt, quo pacto loquentur, aut ambulabunt*,
& S. *Auguſtinus* l.5. de Gen. ad S. Auguſt.
lit.c.5.ibi. *moueri autem creatura non vtique
poſſet, ſi non eſſet*, & S.*Thomas* tum S. Thomas
alibi, tum in 4.diſt.8. q.2.ad 8. ibi. *faciens, & 3.p.q.62.
factum debent eſſe ſimul,quia quod a.6.
non eſt, non poteſt aliquid facere, vel alicuius
cauſa exiſtere*, ſiue eſſe. Quam doctrinam non negat S. Pater in reſponſione ad hoc argumentum. conſonant *Conimb.* 7.Phyſic. cap.2.q.2.a.2. ad 1. & *Suar.* 2 in met. diſp.14. ſect.3. nu.3. oppoſitam ſententiam quorumdam Thomiſtarum, qui putant causã phyſicam efficientem non exiſtentem poſſe operari phyſicè, ſi tamen paulo ante extiterit, reputat improbabilem.

Ratio eſt manifeſta. etenim quod non eſt, non habet potentiam ad operandum; ſed cauſa, quæ non habet exiſtentiam modo, etiam ſi ante illã habuerit, non eſt; ergo non habet potentiam ad operandum;maior eſt euidens; quia ſol non exiſtens, quo pacto poterit phyſico influxu producere aurum, aut lucem? cum ſic contineat formaliter,& eminenter nihil, & materia nõ exiſtens.quo modo poterit recipere formã, aut forma non exiſtens, qui informabit materiam? minor eſt certa; quia res non exiſtens,actu nihil eſt,& ſolum manet poſſibilis,vt antea, neque quia olim extiterit, amplius entitatis,aut virtutis habet,quam dici quod iam antea extiterit: & conſequentia legitimè infertur.

Confirmatur hæc ratio ſupponendo 628
Petro

Petro erui modò oculos: tunc ſic, Petrus non habet potentiam viſiuam ad videndum, neque videbit vnquã defectu exiſtentiæ potentiæ diſtructæ; ergo exiſtentia eius potentiæ neceſſariò requiritur ad videndum, non ſecus atque potentia ipſa, quæ ſublata exiſtentia, non eſt, quæ rationes conuincunt neque de potentia abſoluta poſſe contingere, quod cauſa non exiſtens poſsit actu operari, Deus enim ſicut non poteſt dealbare ſine albedine, nequit facere, quod operetur creatura, neque cooperari cum ipſa ſiue potẽtia operatoria creaturæ; at æquo modo res, quæ nunquam extitit, atque res quæ paulo antea extitit, & tempore eleuationis iam deſtructa eſt, actu nihil eſt, & ideo pari modo ineleuabilis eſt.

Vnde infertur cauſas morales omnes neceſſario indigere ſaltem exiſtẽtia intẽtionali vt operẽtur, & operari nõ poſſe, niſi cognitas. Probatur quia iſtæ omnes cauſæ operantur mouendo agentia rationalia ad opus; ſed ad

S. Thomas 1. p. q. 15. a. 1.

id mouere non poſſunt, *niſi cognoſcantur*, vt manifeſtum eſt; ergo cauſæ omnes morales indigent intentionali

S. Auguſt.

exiſtentia fundamenta Thomiſtarum ſoluta facilia ſunt.

§. *Secundo quæritur vtrum ſemper requiratur diſtinctio realis inter cauſam omnem, & eius effectum.*

RESpondeo primò ex ſuperioribus conſtare exemplar poſſe eſſe cauſam ſui ipſius, & item finem; quãuis finis ſẽper diſtinguitur realiter ab effectibus alijs, quos cauſat, vt finis formaliter, vel materialiter, nempe a ſui deſiderio, & electionibus mediorum. Vnde licet ſæpe cauſæ morales diſtinguantur realiter ab effectibus ſuis, non ſemper diſtinguuntur ab ijs omnibus.

Reſpondeo ſecundò, certum eſſe, quod materia ſemper realiter diſtinguãtur tum à compoſito, quod cauſat, tum à forma, quam recipit; & quod ſimiliter forma diſtinguitur à compoſito eodem, & a materia, quam informat, neque de potentia abſoluta poſſe aliter contingere, vt patet contemplanti.

Reſpondeo tertiò cum communi, 629
omnem cauſam verè efficiẽtem ſemper, & neceſſariò realiter diſtingui debere à ſuo effectu, neque ſe ipſam poſſe per verum influxum cauſare, hoc eſt commune axioma deſumptũ ex *Ariſtotele* dicente in 7. & 8. Phyſic. *quidquid fit, ab alio fit*; & ex multis PP.

Ariſtoteles
S. Auguſt. 1 Trinit. c. 1.

inter quos *S. Auguſtinus* lib. de Immort. animæ cap. 80. ita loquitur, *Sit igitur noſtra ratiocinationis exordium, quod nulla res ſe facit, aut gigni, alioquin erat antequam eſſet*, & *S. Thomas* 1. p. q. 2. a. 3. *non eſt poſsibile, quod idem ſit cauſa efficiens ſui ipſius, quia ſic eſſet prius ſe ipſo, quod eſt impoſsibile.*

S. Thomas & 3. p. q. 78. a. 4. ad 2.

Accedit ratio, quam indicant ibi Sancti Patres, & *Ariſtoteles*: quia nulla cauſa poteſt cauſare antequam ſit, neque eſſe ante ſe ipſam, ergo nulla cauſa poteſt ſe ipſam cauſare, patet conſequentia, quia ſi ſe ipſam poſſet cauſare, ante ſe iam haberet potentiam, & eſſet potens cauſare, & conſequenter eſſet, & non eſſet, quia antequam recipiat eſſe à ſe ipſa, non eſt; quod eſt manifeſta contradictio inſuperabilis etiam de potentia abſoluta.

Vnde colliges primò propter illam rationem, nihil poſſe aleuari à Deo, vt ſe primò producat, quod optimè comprobant Recentiores allegantes grauiſsimos Doctores, & quod caput eſt afferẽtes, plura teſtimonia SS. PP. qui tamquam primum principium tenuiſſe videntur, vt habes in *Tripartita* a n. 903. & in *Ruiz* de *Trinit.* d. 19. ſect. 4. & *Hemelmano* t. 3. d. 1. c. 9. nu. 5. neceſſariam eſſe diſtinctionem realẽ inter cauſam, & effectum; inter generans, & genitum; inter principium producens, & rem, productam; ex quo deducunt filium Dei diſtingui realiter à Patre, & ab vtroque Spiritum Sanctum; quia nimirum, Pater, eſt principium filij, & Pater, & filius eſt principium Spiritus Sancti; quod principium ſi verum non eſt, non habebimus firmam rationem, qua probemus Patre diſtingui à filio, neque qua conuincamus Patrem æternum ſe ipſum non producere.

Colliges ſecundò propter illud, 630
axioma, quod dicit, neceſſario debe-

re diſtingui cauſam influentem ab effectu ſuo, nihil poſſe eleuari in puncto ſui primi eſſe, vt ſibi etiam per aliam actionem det eſſe quamuis poſſe ipſam conſeruare, vel reproducere rem primò tam productam ab alio, de potentia abſoluta decuerint P. *Suarez* in metap. d.7. ſect.2. & diſp.26. ſect.3. & docti Recentiores, & quidem probabiliter, ſi enim hic lapis poteſt eleuari, & producat gratiam, & quidquid producibile eſt, quidem, vt ſibi det ſecūdò eſſe, præſertim quia id fieri facile poteſt per actionē similē, & eiuſdē ſpeciei cū actione, qua ſimiliter eleuatus produceret, aut cōſeruaret alium ſimilē lapidem, ſucet vbi ſupra acriter contradicat meus Magiſter P. G. *Hemelman* cum *S. Thoma*. *S. Thomas 1.p q.104 a.3. ad 2.*

Verumtamen quidam Modernus putauit poſſe diuinitus eleuari vnam rem, vt ſe primò producat; & ſic argumentatur, ſat eſt ſi principium adæquatum, nempe, Deus eleuans, & creatura eleuata diſtinguatur realiter ab ipſa creatura primò producta vel conſeruata, per influxum prouenientem à Deo & ab ipſa; ergo poteſt eleuari vna Creatura, & ſe ipſam producat: patet antecedens à paritate; nam ſat eſt; quod filius Dei diſtinguatur realiter à toto ſuo principio, nempe à Patre non ratione eſſentiæ, ſed ratione ſolius Paternitatis, ad hoc, vt generetur, & producatur ab ipſo; ergo ſimiliter ſat erit, vt creatura diſtinguatur realiter à toto ſuo principio producente ipſam, ratione Dei eleuantis, ad hoc, vt à toto eo principio producatur.

631 Nego antecedens, quia omnis effectus, iuxta prædictum axioma, debet diſtingui realiter ab omni cauſa realiter influente, & realiter producente ipſum; vnde nequit produci à ſe ipſa neque partialiter. Probatio antecedentis eſt confirmatio noſtræ doctrinæ: etenim eſſentia diuina Patris, quia non diſtinguitur ab eſſentia filij, ideo docet fides eſſentiam non generari ab eſſentia, ſed à Patre dati, & communicari filio, ſine vlla eſſentiæ productione, quia impoſſibile eſt de quacunque potentia, quod idem producat ſe ipſum, quod ſi non eſt verum axioma, cur non catholicè dicemus eſſentiam Dei producere eſſentiam Dei, quam Pater productam det Filio, vt vterque Spiritui Sancto. Quare ſatis quidem erit ad hoc, vt realiter diſtinguatur vna creatura, ab altero extremo, in quo ſit ipſa repetita, vt in eo extremo ſit etiam Deus, ſed non ſatis eſt ea diſtinctio, vt producatur creatura à ſe ipſa, & à Deo, ſicut non ſat eſt vt creatura à ſe ipſa diſtinguatur.

Sed opponas, finis ſine miraculo poteſt cauſare ſe ipſum, iuxta dicta ſupra num. 555. ergo cauſa efficiens ſaltem miraculosè ſe ipſam cauſare poterit, reſpondeo ex *S. Thoma* in *S. Thomas* *Alamanio* hic q.14. a 1. antecedens cōcedi poſſe, nō conſequentiā; & diſcrimen eſſe, quia cùm finis nō ſit cauſa ſecundum quod eſt in rerum natura, ſed ſecundum quod eſt in intentione, & ſic non influens influxu phyſico, ſe metaphorico, non indiget reali exiſtentia, vt operetur; ſecus dicendum de cauſa efficienti, quæ independenter ab intellectu, & phyſice operatur, & ſubinde exiſtentiam aliunde debet præhabere.

§. *Tertio quæritur vtrum cauſa ſit prior effectu, natura tempore cognitione.*

632 *S. Thomas ſup.n.507. & 7. m. l. r 3.* *Ariſtoteles*

RESpondeo ad primum *S. Thomas* quod omnis cauſa eſt prior natura ſuo effectu, & ratio eſt; quia illud dicitur prius altero ſecundum naturam, vt dicit *Philoſophus* 5. m. t.16. ex quo alterum pendet, & non contra, quod, ſcilicet, poteſt eſſe ſine illo, non tamen è conuerſo; vti declaraui ſupra nu 606. vbi aduerti noſtros Præceptores loqui de cauſis perfectis, & proprijſſimis, quæ quidem à ſuis effectis non pendeant, & ideo doctrina *Ariſtotelis*, & *S. Thomæ* temperanda eſt iuxta dicta ſupra n.643.

Ad ſecundum reſpondet item *S. Thomas*, quod cauſa cauſans per motum, tempore ſit prior effectu, non ita cauſans per mutationem: ideo ignis eſt prior tempore altero, igne quolibet, à ſe producto ſed ſimul tēpore cum calore, & ſiccitate, in ſe productis, & meritò ita dixit S. Pa- *S. Thomas 3. de Po.s. 11. ad 5.*

ter, quia vbi interuenit motus, interuenit immediate antea priuatio, nimirum in tempore aliquo antecedenti, quando aderant agens & paſſū aptum, effectum, ſeu formam producere per motum, qui eſt *tranſitus de* S. Auguſt. 7. de Trin. c. 1. *non eſſe ad eſſe*; vbi vero interuenit mutatio nonſemper interuenit ſimilis priuatio, quia ſimul exiſtere ſolent S. Thomas in eodem tempore, vel in inſtanti agens paſſum, & effectus, vt patet, ait S. *Thomas* in allato exemplo, & in ſplendore reſpectu ignis, & ſolis in effectis factis per emanationem.

Finis autem habet eam prærogatiuam, quia cauſat inuentionaliter, S. Thomas 7. de Ver. a. 1. ad 1. vt plerumque ſit tempore poſterior ſuo effectu, licet plerumque vel ſemper ſit effectibus ſuis prior natura, & ſic intentionaliter præexiſtens, iuxta vulgare illud *finis eſt prior in intentione, ſed poſterior in executione*, ſiue is ſit factus finis, vel faciendus, aut obtinendus.

Ad tertium dicit S. *Thomas* cum *Ariſtotele* cauſam de ſe priorem ſimS. Thomas 5. m. l. 13. Ariſtoteles pliciter effectu, eſſe item priorem cognitione intellectiua, ideſt, prius cognoſci illam ab intellectu, quam effectum, licet cognitione ſenſitiua non item: quia plerūque ſenſus prius cognoſcunt effectus, quam cauſam; addit tamen cauſam, & effectum conſiderata vt relatiua, ideſt, vt principium, & principiatum, eſſe ſimul cognitione, & natura, more relatiuorum; quæ doctrina intelligenda venit iuxta dicta in *Tripartita* n. 592. nimirum, cauſa, & effectus eſſe quidem ſemper ſimul cognitione, ſimul vero natura, quando detur mutua dependentia dicta à *quo*, ſiue ea dicatur à priori, ſiue ex altera parte à poſteriori, vt item habes ſupra nu. 613.

§. *Quarto quærit S. Thomas vtrum cauſa particularis in actu ſit ſimul cum effectu, & ſimul non ſit cum ipſo.*

633 S. Thomas 5. m. l. 6. Ariſtoteles. ibi dom. & à t. 36. Reſpondet quæſtioni huic S. P. in *Alamanio* hic q. 14. a. 2. & ego reſpondi clarius in *Tripartita* à nu. 1023 ſect. 8. vbi agebam de locis à *cauſis*, & *ipſarum effectibus*, quæ ibi fuſe dixi, hic repetenda non ſunt; ſolum ſupponam primò cauſas omnes naturales, ideſt, neceſſarias eſſe in actu, ideſt, aliquid operari, non ſic liberas, vt reflectenti liquidū erit. Secundò, titulum ſenſum eſſe, an quælibet cauſa exiſtenti ſuo effectu, exiſtat, & ipſo remoto, & iam non exiſtenti, & ipſa remoueatur, & non perſiſtat, cui facile reſpondebis ex *Tripartita*.

§. *Quinto quærit S. Doctor an cauſæ vniuerſali reſpondeat effectus vniuerſalis, & cauſæ particulari particularis.*

Quæſtio hæc eſt æquiuoca, ſed vt æquiuocationem tollam, dico primò omnis cauſa phyſice operans; ſiue ea dicatur, & ſic cauſa vniuerſalis, vt *Deus, Sol*, & huiuſmodi, ſiue particularis, vt *ignis*, neceſſario eſt cauſa ſingularis, & exiſtens à parte rei, & ſimiliter effectus omnes ab eis producti, ſunt ſingulares, eſt prouerbium commune traditum ab Ariſtoteles omnibus cum *Ariſtotele* 1. m. c. 1. & S. Thomas ibi *S. Thoma* dicentibus *actiones eſſe ſin-* lect. 6 *gularium, & ad ſingularia terminari*, & alibi ſæpe, vniuerſalia ingenerabilia, & incorruptibilia eſſe, vt habes in *Tripartita* & in *Ruiz* de Triuit. d. 80. ſect. 3.

Dico ſecundò, à cauſis vniuerſalibus ſingularibus tamen producuntur generales effectus, & vniuerſales, ideſt, illæ concurrunt ad multos effectus generales, atque cōmunes multis alijs cauſis particularibus; ideo Deus, v. g. comproducit vniuerſitatem effectuum omnium, nimirum, ad ipſos concurrendo cum ſuis cauſis particularibus; propterea enim dicitur cauſa *vniuerſalis*, non verò, quia producat rationes communes effectuum ſingularium.

Dico tertiò, non incongruè dici 634 poteſt correſpondere cauſæ vniuerſali, ideſt, communi, & præciſe cauſæ, vt ſic, rationem effectus item vniuerſalem, & communem præciſam vt ſic, vt, nimirum, ait *S. Thomas* 2. S. Thomas Phyſ. lect. 6. ſtatuæ cauſa vt ſic, ſit fa- Ariſtoteles ciens ſtatuam vt ſic, & huius ſtatuæ, 2. Ph. t. 38. hic ſtatuam faciens, ſed hoc & verum

eſt, & inutiliter diſputatur, leges aliquid ſimile in *Tripartita* n.31. & 32.

S.*Thomas* Dixit quartò S.*Thomas* hic l.6.& 1. m.l.9. ſingularia quidem per ſe generari, ſed vniuerſalia non niſi per accidens; quod forſan dixerit, quoniam quidam homo non intendit generare hominem, ſed *Calliam*, ſeu quendam hominem, in quo poſt generationem inuenitur ab intellectu ratio communis hominis; ſed & dici poterunt identicè generari vniuerſalia, dum generantur ſingularia.

5. *Sexto quaeri ſolet vtrum requiratur a cauſa, vt operetur approximatio localis ad paſſum, & quanta; & an cauſa creata naturaliter, vel ſaltem eleuata poſſit ſine paſſo operari, hoc eſt, creare.*

De approximatione agentis ad paſſum plura ſparſim dixi in ſuperioribus; & quanta ea debeat eſſe facile patebit conſideranti quatuor omnes cauſas, & ipſarum modos operandi; ſed tamen de eadem diſtinctius agam infra à nu.898. de alia quæſt. tractant Theologi cum S.*Thoma*, & hic d.9.a n.8. fuſe *Arriaga*; nos alibi agemus congruentius interim ante alios videndus eſt P. *Faſolus* t.3. in 1. p. q. 25. ab. art. 1.

S. *Thomas* 1 p. q. 45.

6. *Septimo queritur vtrum detur proceſſus infinitus in cauſis & an cauſae infinitae concurrant ad aliquem effectum.*

635 Reſpondeo primò, loquendo de cauſis efficientibus, eſſe de fide non abiri in infininitum in his, quia Deus eſt prima cauſa, & vltima, in qua ſiſtimus, qui creauit Cælum, & terram initio temporis, & hoc ipſum probat *Ariſtoteles* ex parte, 7.& 8. Phyſicorum, oſtendendo dari vnum primum motorem, ſiue originale principium à quo cætera omnia naſcantur, & eleganter, & fusè S.*Thomas* 1.p.q 2.a.3.

Ariſtoteles

Deinde de facto non concurriſſe ad Petri generationem infinitas cauſas accidentaliter ſubordinatas, ita dictas, *quia nõ teneant ordinem niſi vnius cauſa*, & per accidens multæ ſunt, ſicut ſunt Pater, Auus, Tritauus, & reliqui ſui maiores, eſt item certum; quia inter Petrum, & Adamum primum hominem licet multæ finitæ ſunt generationes; Rurſus neque concurriſſe ad ignis, vel cuiuſuis effectus alterius, infinitas cauſas eſſentialiter ſubordinatas, vti ſunt cauſa vniuerſalis Deus, alter ignis, & aliæ cauſæ partiales, neque poſſe concurrere naturaliter eſt manifeſtum, tum quia infinitæ cauſæ non ſunt, tum quia nullus effectus eſt tantæ perfectionis vt petat concurſus cauſarum infinitarum, vt fiat.

S. *Thomas* 1. p.q.7.a.4. & q.46. a.2. ad 7.

Ariſtoteles 3. Phy.

Reſpondeo ſecundò, loquendo de cauſis finalibus, & exemplaribus, ſine dubio non ſolum eſſe vnicum vltimum finem omnium creaturarum, qui eſt Deus, verum etiam quodlibet agens rationale in ſuis operationibus, ſemper de facto ſibi præfigere certum, aut certos aliquos, ac determinatos fines, & nunquam ſibi proponere infinitos categorematicè, & ſimul, neque ſine categorematicè, & quaſi ſucceſſiue, ita vt in nullo fiſtat; nam ſemper aliquod bonum determinatum amat, & procurat medijs adhibitis obtinere.

Id ipſum patet in operante per exemplar, neque enim artifex, Pictor, v. g. proponit ſibi exemplaria infinita, quæ imitetur, quando vnicam imaginem format, ſed vnum duo, aut quatuor, vel plura, ſed non infinita, quamuis ſi pollet maximo ingenio, pro ſuo libito poſſet præconcipere infinita exemplaria, quinimo & infinitos fines, quos obtinere deſideret quantum de ſe eſt licet quandoque imprudenter. 636

Reſpondeo tertiò, in qualibet generatione, & compoſito vnicam tantum materiam, & vnicam tantum formam reperiri, neque poſſe plures concurrere ad vnicum numero compoſitum, vt eſt euidens ex dictis ſuperioribus.

DISPV-

DISPVTATIO III.
IN LIB. TERTIVM PHISICORVM

Commentaria, & interpres, ſed indicat prius doctrinam libri compendio.

637 ARiſtotelis tertius Liber diuiſus eſt ab Interpretibus, in capita octo, in primo ait Philoſophus ſe tractare de *motu*, vt melius intelligatur *natur*, quæ eſt principium motus; & poſt alia docet decem prædicamenta eſſe motus, ideſt, operationes naturæ. In ſecundo definit *motum* in communi, prout abſtrahit à motu inſtantaneo, & ſucceſſiuo, ſubſtantiali, & accidentali. In tertio ait *motum* recipi in re, quæ mouetur, licet procedat à re mouente, ſiue motore; & eundem motum, v.g. calorem eundem eſſe, ac dici *actum* agentis, & paſſi; & *paſſionem* propter *paſſum*, & *actionem* propter *agens* & ideo actionem, & paſſionem non differre, niſi per intellectum, & per connotata; quomodo differunt via à Thebis ad Athenas, & via ab Athenis ad Thebas, & actionis, & paſsionis connotata indicat dicens in textu 22. *paſſio eſt actus huius* paſsi, *vt in hoc* receptus; & *actio eſt actus huius* agentis, *vt ab hoc* profectus; actus ergo quilibet, qui eſt motus dicitur *actio*, vt connotat agens, à quo fit, & idem vt connotat ſubiectum, in quo ſubiectatur, *paſſio* dicitur.

Ariſtoteles

In c.4. quoniam aliquis ſpecialis motus eſt res ſucceſſiua continua, & habens partes; & inter res huiuſmodi, tenet primum locum *continuum infinitum*, vt ipſe *Ariſtoteles* ait, tractat de *infinito*, & prius quid nomen ſignificet. In quinto probat nullum de facto eſſe corpus infinitum actis, ideſt, inter iſta mundialia ſenſibilia corporea, nam de ſpiritualibus dicit t.39. ſe non agere; & ideo negare videtur poſsibile, aut producibile eſſe aliquod infinitum materiale actu, vel, vt vocant, *categorematicum*, quod ex quodam ſuo errore, & falſo principio euidenter deducit, ſi probat, vt putat actu non eſſe contra quoſdam Antiquiores ſe. Error fuit, mundum, & eius partes non voluntate Dei libera, ſed neceſſario ab æterno, ſic tot, nimirum, ac tantas, quot, quantæque eſſe potuerint conſtitiſſe, & fuiſſe. vt leges in *Suarez* de opere ſex dierum l.1.c.2.

Ariſtoteles

Ariſtoteles 8.Ph. 2. de Gen 1.cal.c.1 & 12.

638 In c.6. poſtquam diuiſit infinitum in varia membra, ſupponendo ex dictis, non dari *infinitum actu*, probat ratione, & exemplis dari *infinitum in potentia*, quod nos *ſyncategorematicum* vocamus, licet in c.4.t.30. inſinuarit poſſibile videri infinitum actu immateriale, & inſenſibile, aut ſpirituale, quatenus dicit id fortaſſe à Mathematicis poſſe apprehendi. in c.7. definit ipſe infinitum, & refutat definitionem Antiquiorum, definitio vero ſua infinito actu, ſed infinito in potentia, *maxime* conuenit, vt videbis infra; & tandem reddit diſparitatem, & rationem cur detur de facto infinitum in potentia, vti foret ludorum olympicorum numerus, ſi ludi ſua illa ſucceſsione durarent in æternum; non vero infinitum actu, vt eſſet quantitas infinite longa. In octauo demum reſpondet argumentis intendentibus probare de facto dari infinitum actu.

S. Thomas 3.Ph. l 11

QVAESTIO

QVAESTIO I.

Declarat an ſit, quid ſit, quotuplexque motus, & quies, ſecundum expreſſam mentem Ariſtotelis.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas 2. de Virt. c.11.c.

DE motu, & ipſius ſpeciebus præter *Ariſtotelem*, ſcribunt plura SS.PP. *Augustinus* t.1.de Categor.c.21. & alibi videndus in indice ſuo v. *motus* S.*Thomas* ſuper textus *Ariſtotelis*, & fusè in *Alamanio* hic q 17. & iterum Philoſophus 11. met.c.8. Ex quibus diſce primum nomen *motus* primo. & propriè ſignificare motum localem, quo mobile tranſit de vno termino, aut loco, ad alium. Secundo augmentationem, & alterationem, qui quoque dicuntur motus, quia ijs mobile tranſit de minoribus quantitate, & qualitate ad maiores. tertio minus propriè ſignificare inſenſibilem mobilis tranſitum de non eſſe ad eſſe, qui proprius dicitur *mutatio*, quia ſine ſucceſsione fit. vti iam dico.

SECTIO I.

Proponit intentionem, qua Ariſtoteles agit de motu, & quid nomine motus voluerit ſignificare.

Ariſtoteles hic tex.1. S. Thomas lect.1.

639 QVoniam *Ariſtoteles* præcipuè intendit in libris Phyſicorum, & in alijs, quibus conſtat Philoſophia naturalis docere nos quid ſit *natura*, & quid cauſæ naturales, poſtquam 2.libro definiuit naturam dicés eam eſſe *quidquid principium eſt motus, & quietis*, congruo ordine tractat de motu in communi; & in ſequentibus, de motibus in particulari, miſcendo plura de quiete, vt ab his operationibus naturæ, notis, melius penetremus *naturam* ipſam, & naturales cauſas operationum harum; vt ſic tandem ſapientes ſimus; nam ſapiens eſt, qui definitè ſcit cauſas naturales, vel etiã ſic à poſteriori.

Cum autem ſupra, dum explicaremus definitionem *naturæ*, aduerterimus cum *Communi*, nomine *motus*, & *quietis* intelligi à Philoſopho quamcũque operationem accidentalem, vel ſubſtantialem, manentem intra compoſitum, vbi eſt natura; & ſimul dixerimus quaſcunque *cauſas naturales* poſſe dici *naturas*, conſequens eſt, vt item nominemus effectus naturæ, & motus, quæcunque effecta, quæ procedũt à cauſis quibuslibet naturalibus.

Ariſtoteles 11. m.c.9. S. Thomas

Et quidem *Ariſtoteles* ipſe clarè hic in t.4.abſolute docet res omnes, quæ ſpectant ad decem prædicamenta, eſſe à natura, & conſequenter motus, ſiue mutationes, concludendo ſic. *Quare neque motus, neque mutatio vllius erit præter ea, quæ dicta ſunt, cum nihil ſit præter ea*, prædicamenta, *quæ dicta ſunt*, & textum 5. abſoluit dicens. *Quare motus, & mutationis ſpecies tot ſunt, quot entis*, ſiue, vt explanat Pallauicinus *manifeſtum eſt neque motum, neque mutationem aliquid eſſe præter decem prædicamentorum genera, neque prædicamentum efficere, quod ab eis diſtinctum ſit*; ideo audiendus nõ eſt quidam recentior, qui cum Modernis tradit motum prædicamentum non eſſe, ſed ad lineam ſui termini reduci oportere, quaſi motus haberet diuerſam entitatem à termino, quod vbique negat *Ariſtoteles*.

640 Appellatur vero quilibet effectus proueniens à *natura*, ſiue is ſit ſubſtantialis, ſiue accidentalis *motus*, inquantum à ſuo agente naturali ponitur in gremio alicuius potentiæ receptiuæ, quam ille vt forma, & actus phyſicus informet, & ſic moueat, vt tunc primo faciat tranſire de non habere actũ, ad habendum ipſum, ita quod ipſe effectus receptus ſit tranſitus, tranſitio, vel ratio formalis, qua talis potentia tranſeat de non eſſe informatam, ad eſſe informatam; ſed vero idem effectus perſeuerans ornando, & complendo ſuum illud ſubiectum, amittit nomen *motus*, & vocatur *quies*: docuit enim *Ariſtoteles* hic in t.16. quod *ſubiectum*, quod eſt capax motus, quando non mouetur, quia in eo nihil generetur, nec ſit *in fieri*, ſed iam *in facto eſſe* ſunt omnia, quieſcit, ſiue quietem habere dicitur.

Ariſtoteles S. Thomas

Quapropter poſtquam legi *Ariſtotelis* 2.3.& 5. librum, duo euidenter deprehendi. primum eſt, nomine *motus* de quo tractat ipſe hic in communi, intelle-

Digitized by Google

intellexiſſe id ipſum, quod ſupra in definitione naturæ, nempe quamcunque rem productam, receptamque in potentia, productam, inquam à *natura*, vel etiam à quouis motore, principioue naturali, ſiue ſe gerente, vt principio naturali; & non ſolum ipſam productionem, ſiue actionem prædicamentalem, quæ item eſt vnus è motibus, & aliunde ratio formalis, qua producuntur alij motus, licet Philoſopho, & SS.PP. ignota, tanquam diſtincta entitas.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas

Secundum eſt, Interpretes fere omnes præſertim recentiores, quos obſecro legant *Ariſtotelem* attente, ſenſiſſe contra ipſum, ſiquidem tam vnanimes putarunt motum pertinere ad vnum tantum prædicamentum, nempe ad *actionem*, quam ſolam dixerunt eſſe motum, vt connotat potentiam ſubiecti priuatam forma, in eius formæ, quam ipſa actio denuo introducit, primo *per ſe*; vel item ad *paſſionem*, quando ille concipitur, vt actus paſſiui, aut paſſi, diſſentit quoque P. *Arriaga* curtè opinatus hic motum eſſe vniones ſolas.

SECTIO II.

Exponit definitionem Ariſtotelis circa motum in communi; vbi iterum quotuplex ſit motus, ſiue quibus conueniat definitio motus.

641 SAepe in hoc libro definit *Ariſtoteles* motum fermè eodem modo, ſed illa definitio, quæ ſumitur à t.6. videtur planior, *motus eſt actus entis in potentia prout in potentia*, id eſt, loquor fere verbis *Ariſtotelis*, & *S. Thomæ. Motus* quicunque actus phyſicus, & quæcunque forma recepta in ente potentiali quolibet, ſiue receptiuo, vt tali, ideſt, vt receptiuo capaci talis formæ, & nudo, aut ſine actu conſiderato, & quo modo, & quando mobile eſt, & innuit priuationem formę, non verò, vt actu alio, vel etiam entitatiuo, vel forma præexiſtente completo, & quieto, nec vt alias varias qualitates habenti.

Ariſtoteles 3.t.2.
S. Thomas

Quod, vt plenius apprehendas, aduerte quod *Ariſtoteles* ſupponendo exiſtere motorē primum, & cauſas ſecundas mouentes, reliqua omnia diuiſit in claſſes duas, altera eſt eorum, quæ ſunt *in actu*, altera eorum, quę ſunt *in poteſtate*, ideſt, rerum aliæ ſunt actus, & formę; aliæ ſunt potentiæ receptiuę, & ſubiecta; illę primæ tales ſunt, & dicuntur inquantum actuant, & informant ſubiecta; & hę ſecundæ tales ſunt, quatenus actuantur, & efficiuntur ab illis; hoc dixero, quia contingit, res eaſdem ſub ratione varia *ſimul actus eſſe, & potentias*; excepto Deo, qui purè eſt actus, ideſt, *actus purus*; vnde colligas motus eſſe res omnes vt ſuuractus, & mouent, aut immutant formaliter res paſſiue mobiles, nimirum, potentias ſubiectas receptiuas, & ſubinde has, & illas per omnia decem rerum genera vagari, hoc eſt, motus, & mobilia paſſiue, eſſe ipſa rerum genera.

Ariſtoteles 8.Ph.t.3.
S. Thomas 1.p.q.2.a.3
Ariſtoteles
S. Thomas 1.p.q.2.a.3

642 Ruriſus, vt comprehendas mentem *Ariſtotelis*, & SS.PP. *Auguſtini*, & *Thomæ*, memento doctrinæ traditæ ab initio Phiſicorum, & nota coherentiam; etenim, vt bene quoque cum *Aegidio Rom.* 3. Phyſ. lect. 1. *Tiphanus* aduertit c. 53. *motus eſt actus entis in potentia*, ideſt transitus de non eſſe in ſubiecto ad eſſe in ea, ſiue *generatio in fieri*, & ideo ſignificat, vel affert tria principia, nempe magis in recto formam, quæ generatur; materiam, in qua generatur; & terminum à *quo*, ſeu priuationem; nec mireris, ſi motus inuoluat naturam, & natura ſæpe ſit; nam ita oportet eſſe, ſiquidem vna natura aliam producit per motum, ſiue operationem, quæ in ſententia Magiſtrum communium non eſt actio modalis, ſed ipſe motus, & effectus dictus ab Ariſtotel. & S. Thoma *actus imperfecti* ſubiecti, quia id potentiale eſt; & item *perfecti*, vti ſunt *ſentire, & intelligere, & velle*, qui ſunt actus, quibus ſe mouent; ſubiecta perfecta viuentia.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas
S. Thomas 3 de an. l. 1.
Ariſtoteles 11.m. t.8.

V. g. forma æqui eſt motus, quia

eſt actus phyſicus materiæ potentis recipere eam formam, vt potentis, & priuationem ipſius innuentis; ſimiliter eſt motus, alteratio, ſiue calor, & alia quæuis qualitas, quibus alteratur, & mouetur ſubiectum; & quantitas, qua augetur viuens alimentando ſe, forma quæuis generata, & ſuo etiam modo eius corruptio; & item motus localis, ſiue *latio*, vt exemplificat *Ariſtoteles* in t.6. demum dicta omnia complectitur in t.16. dice. s. *Motus eſt actus mobilis, quatenus mobile eſt*, ideſt, propterea, & non quia alias proprietates habeat.

S. Auguſt. Categor. c. 21. *Ariſtoteles* *S. Thomas*

Duo ergo dicenda cum *Ariſtotele* circa definitionem motus. Primum eſt, nominibus *motus*, & *actus*, intelligendam eſſe quamcunque operationem; & probatur, quia rite dicitur motus, opus quoduis, quod fit à principio naturali, & à natura; natura enim definitur *principium motus, & quietis*, & cauſa efficiens naturalis dicitur ab Ariſtotele, *principiū vnde motus*. Quod ſi Recentiores initio 2. libri, quando definimus *naturam*, nomine *motus* intelligunt quamcunq. operationem, ad quoduis prædicamentum ſpectantē, cur hic in conſequenter, ſignificationem *motus*, coarctant, eo nomine intelligentes ad ſummum *actionem, paſsionem*, & *lationem* tantum omittentes prædicamenta reliqua, quibus non minus quadrat definitio motus contra *Ariſtotelem* dicentem initio huius libri, *quoniam natura eſt principium motus, & mutationis, oportet ſcire quid ſit motus*, & infra, *motus, & mutationis ſpecies tot ſunt, quot entis*; cum quo conſentit ibi ſacer *interpres*; & *Communis*, dum occurrit à Deo emandare procul omnem motum.

Ariſtoteles 2. Phyſ. t. 29. *Ariſtoteles* *S. Thomas*

643 Secundum eſt circa intelligentiam illius particulæ *prout in potentia*, quã *commu.* Cum Peripateticis antiquis, *Tellez Pallauicinus*, & Moderni aliqui ita declarant, vt, ſcilicet, voluerit *Ariſtoteles* indicare motus ſucceſsiuè produci in ſubiectis; quæ ſubiecta propter eam ſucceſsionem manere ſolent per aliquod tempus in actu quidem imperfectæ qualitatis productæ, ſed tamen item in potentia, reſpectu eiuſdem qualitatis, quæ ſucceſsiue intrat ſe ipſam complendo, & perficiendo, atque ſubiectum.

Sed non placeret, quia non fuit ea mens *Ariſtotelis*, quando addidit illam particulam, ſed quæ declarata eſt ad mentem *S. Thomæ*, vt probat item *Alamanus* 2.3.q.17. & quia motus definitio tradita quoque eſt pro mutationibus inſtantaneis, vt tradunt *Suarez* d.49. ſect.2. *Rubius*, *Tiphanus*, *Toletus*, *Ouiedo*, *Arriaga* hic cum *Communi*, diſp.12. id, quod *Ariſtoteles* expreſſit in tex.23. & ſæpe alibi, & merito, nam iuxta eius doctrinam, multi ſunt motus, qui ſine ſucceſsione fiunt, & ſimul recipiuntur in ſubiectis, qualiter ſunt fere omnes ſubſtãtiales, præter quam quod illa reduplicatio *prout in potentia* non ſignificat idem, quod hæc verba, *durante adhuc potentia*, quæ paulatim perficitur, & completur, vt patet ex contextu, & habes ſupra num.641. & 11. met. cap.8.

Ariſtoteles *S. Thomas hic l. 1.*

Ex his infertur in rigore *Ariſtotelis*, motum eſſe illud omne cui definitio prædicta conuenerit; conuenit autem rebus omnibus, quæ fiunt per generationem dependenter à ſubiecto, atque eis, quæ fiunt in ſubiecto, etiam ſi creentur; & tandiu motus nominatur, & vere eſt, quandiu eſt compoſitum *in fieri*, & interueniunt tria principia eius, quare in primis nihil diuinum eſt motus, quia diuinum nihil recipitur in ſubiecto mobili, eſt enim Deus puriſsimè actus, neque habet quidquam potentialitatis, quæ poſsit aliter ſe habere.

Ariſtoteles textu 6. *S. Thomas lect. 2. & 7*

Dinde motus dici non poſſunt intelligentiæ, ſiue Angeli, quia non ſunt actus entis receptiui, vt manifeſtum eſt, ſunt vero motus animæ rationales, & formæ reliquæ tam ſubſtantiales, quam accidentales pertinentes ad quoduis prædicamentum quia ait *Ariſtoteles* tot ſunt motus, & mutationis ſpecies, quot ſunt ſpecies entis, quando, nimirum, eæ ſunt in *fieri*. 644

Ariſtoteles 11. m. c. 8.

Inter hos autem motus ſunt duo magis notabiles; alius eſt ſimultaneus qui poteſt appellari *mutatio inſtantanea*, vti ſunt omnes operationes productæ à natura, vel ab aliquo agente naturali ſimul, & in inſtanti, vt producitur forma ignis, & reliquæ omnes

S. Thomas omnes ſubſtantiales, quando contin-
3.Ph.ſ.1.2 git primo fieri, vti ex *Ariſtotele* ad-
5. & 5.Ph uertit S.*Thomas*.

644. Alius eſt motus ſucceſſiuus, & cum fluxu, qui non tam dicitur motus; quia eſt actus entis in potentia, quod mouet, & immutat, de quo motu in præſenti ſermo eſt, quam quia tenet ſubiectum inquietum pro aliquo tempore durans, & fluens, qualiter ſunt tria prædicamenta, nempe *qualitas, vbi* ſucceſſiuum, & *quantita*, nam qualitates, quæ ſunt diſpoſitiones ad formas ſubſtantiales, quia habent contraria, quæ reſiſtunt; fiunt, & introducuntur in paſſum ſucceſsiuè, deinde lationes; hoc eſt *vbi ſucceſsiua*, quibus mouentur de loco in locum corpora; vel etiam Spiritus. Tertiò quantitas, quæ acquiritur ſucceſſiue
Ariſtoteles 11.met.11 à viuente quando per nutritionem augetur ſibi applicando quantitatem alimenti, & conſequenter actiones, quibus ea tria prædicamenta, fiunt cum ea ſucceſſione, & fluxu inquieto, *motiones* dicuntur, ſiue *motus*.

Poſtremò probo iterum motus eſſe omnia, quæ dixi primò quia eis omnibus competit definitio *Ariſtoteles*, & ipſe expreſſe dixit prædicamenta omnia eſſe motus; ſecundò, quia ſæpe docet *motum ſubiectari in mobili*, ſiue in re mota, non in forma, vel termino producto, vt legis t.5. & à t.18. ergo quidquid in mobili quando id eſt in potentia, & tranſitu de potentia ad actum, recipitur, eſt motus; is, nimirum, plerunque eſt præcipuum geniti *in fieri* principium, ideſt, *forma* tam ſubſtantialis, quam accidentalis.

645 Non te conturbet quod dixerit *Ari-*
Ariſtoteles texto 1[illegible]. *ſtoteles* formas, & paſſiones rei, v. g. albedinem, calorem, & ſcientiam, & huiuſmodi, *non eſſe motus*, ſed *quie-*
S. Thomas 3.Ph. l. 4. *tē*, ſeu *immobilitatem*, nihil enim dicit contra nos, qui cum ipſo, ſimiles formas in eſſe quieto, & facto eſſe dicimus eſſe ſimiliter non motus, ſed quietes, licet motus eas appellemus, quando erant in tranſitu actuali, & faciebant ſubiecta ſua, eis antea priuata, tranſire de non eſſe ſui ad poſſeſſionem earum, & ideo merito affertur tanquam doctrina Philoſophi hoc dictum, *non eſt albedo motus*, *ſed dealbatio*, ideſt, albedo in eſſe quieto, non videtur motus. ſed ipſa albedo, *Ariſtoteles*
vt eſt actu dealbans ſubiectum antea *5.Ph.t.5.*
nigrum, tum primum faciendo illud tranſire de, non albo in album. Nota diligenter quam clare *Ariſtoteles* nominet motum *dealbationem*, qui eſt *Ariſtoteles t.23. et 11 met.c.8.*
actus formalis albedinis in fieri, indiſtinctus ab ipſa, & nullo modo actio, qua producitur albedo, ſiquidē hæc non dealbat formaliter.

Tertiò probatur hac ratione, etenim motus eſt quidquid mouet, ac mutat rem, eamque afficiendoq; facit aliter ſe habere, ſed omnia; quæ dicta ſunt, nempe, formæ ſubſtantiales, & accidentales abſolutæ, & modales, qui aliunde ſunt effectus naturæ, ſiue agentium naturalium, mouent, mutant, & ſubiecta ſua afficiendo, faciunt aliter ſe habere, ſiquidem faciunt ea tranſire de carentia formæ ad poſſeſſioné formæ; ergo ea omnia ſunt motus, exercent autem ſuum officium mouendi mediantibus vnionibus, vt cauſalitatibus, & motionibus, quibus vniuntur cum mobilibus ſubie- *Ariſtoteles.*
ctis, atque ita eſt eſſentia motus ſe- *S. Auguſt.*
cundum *Ariſtotelem* & SS. PP. *Auguſti-* *S. Thomas*
num, & *Thomam*, & Antiquores, & quod caput eſt, ſecundum veritatem.

SECTIO II.

Reſpondet ad argumenta; vbi quomodo ſit actio prædicamentalis motus formaliter, & cauſaliter, & an ſemper iunctæ ſint actio, paſsio, & motus, & quo pacto inter ſe differant.

SEd oppones primò. Communis aliter declarat motum dicens, 646
motum eſſe actionem, quæ facit tranſire ſubiectum de non eſſe formæ ad eſſe ipſius, & nunquam auditum à ſæculo eſt, quod motus ſit alius præter actionem generatiuam, qua recedit terminus productus à termino *à quo*, & accedit ad terminum *ad quem*, in ſubiecto, quod indicat *Ariſtoteles* dicens *motus eſt actus entis in potentia*, ideſt, motus eſt illa ratio, mediante qua mo-

bile, quod erat in potentia, & cum
priuatione formæ, actualiter tranſit
ad terminum ad *quem*, ſiue ad formã,
ad quam eſt in potentia; ergo non
bene motus à nobis declaratus eſt.

Concedo noſtram motus declara-
tionem eſſe præter Communem Re-
centiorum, ſed quia eſt de mente ex-
preſſa *Ariſtotelis*, & *S. Thomæ*, & *S. Augu-
ſtini* negantium modos, reſpondendũ
videtur nobis, qui ob reuerentiam
ſcriptorum huius ſæculi, modos om-
nes non poſſumus negare; actionem
quodammodo propter ibi dicta, eſſe
motum, & quia eſt vnum è prædica-
mentis & actibus, qui mouent ens
in potentia, ſiue ſubiectum, cuius
ſunt; quod non tollit quominus, &
aliæ formæ, & prædicamenta motus
S. *Thomas* quoque ſint, ſiquidem per ea omnia
1. *p. q.* 45. *aliquid idem ſe habet aliter nunc, ac*
a. 2. *ad* 2. *prius*.

Quamuis ego diſtinguerem, ſic, &
dicerem aliquas res eſſe motus cau-
ſaliter, & alias eſſe motus ipſos for-
maliter, & hos eſſe proprios motus
Ariſtoteles ab *Ariſtotele* diffinitos; quia hi ſunt
actus entis in potentia, ideſt, actus
phyſici, & formæ, quibus potentiæ
S. *Thomas* mobiles informantur, & mouentur,
1. *c. Gen. c.* ſed non negarem actiones generati-
83. uas etiam eſſe motus, tum quia ex
ſunt actus phyſici imperfecti, & mo-
tus formaliter, quatenus afficiunt ter-
minos ſuos ceu propria ſubiecta, &
quodammodo mouent, tum etiam,
quia actiones ſunt in cauſa, vt repo-
nantur in ſubiectis mobilibus motus
formales, & fiat tranſitus de nõ eſſe ad
eſſe. Vnde actiones iſtæ modales du-
plici titulo ſunt motus, altero, videli-
cet, cõmuni, altero proprio, ob quem
dici poſſunt motus *quibus* producun-
tur motus, *qui* à Natura, quemad-
modum, & vniones dici ſimiliter poſ-
ſunt motus, & quia ipſe mutant ſu-
biecta ſua, & ſunt media quibus ex-
tremum vnum mutet alterum, id
quod libenter damus *Arriagæ*.

Sed Modernis nec dare poſſumus,
647 nec debemus, quod prætenduur, nem-
pe omnem motum in prædicamen-
to ſuæ actionis modalis coerceri,
ne inuertamus, mutemuſque vno
motu modali introducto, nos qui *Ari-
ſtotelis* Diſcipuli cenſemur, omnem
Scholam Peripateticam, quæ vbique
omnia mobilia, & omnes motus, qui
de illis prædicantur, vagari tradit per
omnia prædicamenta, eaque mobilia,
& eos motus eſſe obiectum adæqua-
tum Phyſicæ, vt legis à nu. 6. Præfat.
& hic num. 639. ſatis eſt dari à nobis
actiones, & modulos alios nouiter in
ſcholas inuectas, eſſe è numero mo-
tuum.

Opponesſecundò *Ariſtoteles* hic in *Ariſtoteles*
c. 5. ait motum ſubiectari, non in *a t.* 15. *et* 18
motore, ſed in mobili, ſiue in ſubie-
cto, quod contingit moueri, & ipſum
motum vocat actionem, vel *actum hu-
ius vt ab hoc*, ideſt, procedentem ab
agenti hoc, & poſitum in patienti, &
eamdem actionem appellat *paſsionem*
vel *actum huius, vt in hoc*, ideſt, actum
ſubiecti, ſiue quo ſubiectum patitur
in ſe recipiendo eum actum; ergo
nomine motus non intelligit *Ariſtote-
les* aliud præter actionem, & paſsio-
nem *prædicamentales* dictas à Moder- *Ariſtoteles*
nis, & non alia prædicamenta, præſer- *c.* 4. *&* 19.
tim, ait *Arriaga* d. 9. nu. 34. quia dixe- *&c.*
rit *motum non eſſe ens completum*.

Reſpondeo ex loco eo, & contextu
confirmari noſtram doctrinam, ſiqui-
dem in mobili ſubiectantur quicun-
que motus, & effectus pertinentes ad
prædicamenta decem, & non ſolum
actio prædicamentalis, quæ nimis me-
diate ſubiectatur in mobili, de qua *Ariſtoteles*
actione, non tractat ibi *Ariſtoteles*, ſi-
cut neque de ea paſsione prædica-
mentali, ſed *actionem* vocauit opera-
tionem quamuis procedentem à quo-
uis agenti, & nomine *paſsionis* intel-
lexit ipſam operationem vt receptam
in paſſo; quoniam in veritate *calor*,
v. g. dicitur grammaticaliter *actio*, vt
connotat agens; & idem *calor* vt con-
notat paſſum, dicitur *paſsio*, & vt con-
notat mobile quod per illum calefit,
& mouetur tranſeundo de priuatione
caloris ad poſsidendum ipſum, dicitur *S. Thomas*
motus, inchoatum ens, & imperfectum in- *hic l.* 1.
fra num. 826. à Sacro Interprete, quia
eſt effectus in via.

Ex quo fit in ſententia noſtrorum 648
Præceptorum, iſta tria nempe *motus*,
actus & *paſsio* à parte rei eſſe concre-
ta quædam diſtincta ſolum penes con-
notata extrinſeca; diſtinguitur enim
paſsio ab actione, & motu, ſicut via,
quæ

Ariſtoteles tex. 21. & S. Thomas l. 5.

quæ ducit Thebis Athenas, differt à ſe ipſa ducente Athenis Thebas, nempe non intrinſece, ſed per terminum connotatum, vt quoque hic cum Philoſopho probat *S. Thomas*, & fuſe in *Alamanto* q. 17. a. 4. Vnde colliges quã clarè dixerint motum non eſſe nouum prædicamentum, ſed per ea omnia vagari, & nihil præter ea eſſe de re, ſed ſolum de nomine, & ratione rem eandem variè concipiente. conſentiunt hic ſolis verbis Moderni plerique identificantes illa tria, ſed à me deſeruntur, quia ipſi deſerentes planam viam Præceptorum communium, capeſſunt difficilem, ſibi fingentes modum paſsionis in intelligibilem explicandum nu. 835. iuxta ſuorum Authorum intellectum.

Sed vrges, calor & actio reſpiciunt tranſcendentaliter cauſas ſuas, & ſubiecta, in quibus recipiuntur in ſuo primo fieri, & priuationes, quæ inerant in ſubiectis; ergo pati poſſunt per intellectum in calore, & actione tres formalitates non ſe claudentes, vna, quæ formaliter ſit actio, alia, quæ paſsio, alia, quæ ſit motus.

Admitto totum hoc quantum ad formalitates illas duas, quę diſtingui poterunt in ordine ad agens, & paſsũ, quæ dicentur actio, & paſsio, eſſentialiterque diſtinguentur, ſicut reſpectus materiæ primæ in ordine ad varias formas; ſed non concedo formalitatem, quæ ſit motus, quia entitas actionis, & paſsionis per ſe non petit niſi agens, & ſubiectum, & priuationem reſpicit, vt circumſtantiam concomitantem, & quaſi terminum relationem prędicamentali reſpectũ, à quo tamen ſumit nihil præter nomen *motus*, iuxta dicta ſupra n. 114. & dicenda infra num. 819. & doctrinam

S. Thomas

S. Thomæ 1. p. q. 45. a. 1. ad 2.

Ad finem aduerto in omnibus effectibus, qui generantur ſemper eſſe coniuncta hæc tria ſaltem in eorum primo fieri, nempe, *actionem, paſsionẽ & motum*; effectus vero creati, de quibus non egit *Ariſtoteles* non videntur eſſe motus neque paſsiones, licet poſsint dici diuinæ actiones, quia à Deo diuino agente procedunt, imo, & quodammodo poſſunt dici motus, quatenus à Deo primo mobili, mo-

Ariſtoteles. S. Thomas lect. 5.

tore, quæ effectiuo proficiſcuntur,
quod eſt conforme *Ariſtoteli* dicenti
in textu 18. & 23. *amplius autem motus*,
eſt eius, quod potentia actiui, & paſsiui 649
quatenus huiuſmodi.

Quaſi dicat Philoſophus ampliando magis definitionem de *motu*, generaliter loquendo, motus eſt quicunque effectus cuiuſuis agentis, & cuiuſuis recipientis, id eſt, quæcunque operatio, quæ procedit à quolibet agente, à qua ſaltem extrinſecè tale agẽs mouetur; Dei autem *ſapientia*, & omnipotentia propter continuam, & omnipotentem efficaciam ſuam, *omnibus mobilibus mobilior eſt*, ad hæc, actio creatiua, quia iuxta dicta nu. 397. eſt eductio ſui ipſius, etiam quodammodo paſsio dici potuerit. & quidem à *S. Thoma* mutatio nominatur, licet cũ quodam limitatione, *quia*, inquit *de ratione mutationis eſt, quod aliquid idem* præexiſtens per eam *ſe habeat aliter nunc, & prius*.

S. Auguſt.

QVAESTIO II.

De Infinito, vbi, an ſit, quid, & quotuplex declaratur, poſtquã prænotanda quędam, & ſumma doctrinæ noſtræ præmiſſa fuerint.

S. Thomas ibid. 1. q. 1. a. 5. ad 3. & 1. p. q. 45. a. 2. ad 2.

NOn tracto de Deo trino, & vno, quem credo eſſe infinitum in omni genere perfectionis, & entis; neque de circulo quolibet, qui dicitur infinitus, quia, licet finitus abſolute ſit, caret principio, & fine; ſed de creata aliqua entitate, quæ infinita dicatur, quia creat termino, ſaltem verſus aliquam partem. quatuor autem ſunt genera infinitorum, de quibus ſolet eſſe quæſtio; nã primo quæritur de infinito ſecundum *perfectionẽ*. Secundo, ſecundum *numerum*. Tertio ſecundum *magnitudinem*. Quarto ſecundum *intenſionem*; de quibus omnibus diſquiram, ſi iam non ſunt in rerum natura, an poſſint de abſoluta potentia fieri, vel quod perinde eſt, an ea ſint poſsibilia, ſiue producibilia actu

S. Thomas 1. p. q. 25. a. 5. ad ..

Duplex vero potentia Dei diſtinguitur à Theologis; altera dicitur ordinata, ſiue *ordinaria*, quæ eſt illa, qua Deus operatur iuxta leges ſtatus vni-

uerſi

uerſi huius, eis quaſi ſe accommodando: altera dicitur *abſoluta*, & extraordinaria, qua Deus aliquos effectus admirabiles operatur ſupra leges ordinarias.

650 Sane in materia hac perdifficili de Infinito, magna ignorantia eſt demõſtrationes quærere, adeundus autem erit, & audiendus in eiuſmodi quæſtionibus, magiſter præditus ingenio non admodum ſubtili, ſed qui rem probabilem tradat, ac dicat ſtylo breui, ac facili, is enim aptior eſt tardiuſculis diſcentibus, *nam quo quiſque*, aiebat *Cicero* pro Roſcio Com. *Eſt ſolertior, & ingenioſior, hoc docet iracundius, & laborioſius, quod enim ipſe celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, diſcruciatur.*

Summam ego doctrinæ de infinito clare complector quatuor his propoſitionibus; prima eſt, *de facto dantur infinita quædam categorematica rerum ſpiritualium, & item corporearum, ſed inſenſibilium; partibus æqualibus conſtantium, præter plura infinita partium continui, quas dicunt proportionales*, vti exponitur infra à nu.651. Secunda eſt, *dari de facto, ac poſſibilia eſſe plura infinita ſyncategorematica, eſt fidei diuinæ valde conforme*, vti dicam infra à nu.659. Tertia certo infertur ex ſecunda, & ſic eſt, *poſſibilia ſunt totidem infinita categorematica.* vt videbis à nu.688. Quarta ex ea tertia fermè euidenter colligitur, nimirum hæc, *infinita omnia poſſibilia, ſi ex entibus eſſentialiter ſucceſſiuis non ſint.* nec ex quibuſdam explicandis infra, quæ ob ſuum modum particularem, ſunt inſtar ſucceſſiuorum, *actu ſimul producibilia ſunt.* vt apparebit ex dicendis infra à num.688.

SECTIO I.

Explicatura quæſtionem an ſit infinitum, *proponit placita multorum aſſerentium de facto eſſe infinita complura, ſed & aliquot naturaliter fieri.*

651 *Ariſtoteles. S. Thoma q.18.a.1.* PRiſcorum in primis opinio fuit, quam refert, ac refellit *Ariſtoteles* hic à t.25. & 1.de Cælo t.33. & S. *Thomas* in *Animam* q.18.a.1. de facto dari infinita varia, cui opinationi ſuffragium dedit ipſe Philoſophus, quando errando aſſeruit mundum fuiſſe ab æterno, & ſubinde & gyrationes Cælorum, & generationes iam præceſſiſſe infinitas, & modò exiſtere infinitas animas rationales, quod benè aduertit S.Doctor 2. con.Gent.c 81.& ſuper textum à lectione 8.

Error hic *Ariſtotelis*, qui fuit etiam *Auicennæ*, & *Algazelis*, vt refert S.*Thomas*, omnino execrandus eſt, quia contradicit fidei, & *Scripturæ* dicenti *in principio* non æternitatis, non æui, ſed temporis, & mundi interpretatur *Auguſtinus* cum Eccleſia catholica, *creauit Deus cælum, & terram*, & cætera, quæ cæli ambitu continentur; ſed falſa opinio Antiquorum ex *Ariſtotele*, atque ex dicendis infra facile excluduntur. *S. Thomas* *S. Auguſt.*

Deinde Recentes non pauci quotidie tradunt, & in ſcholas conuehunt infinita complura, nempe, plerique geſtare ſecum authumant infinitas relationes, ideſt, vni certæ æquales, vt legis in *Tripartita* a nu.919. Alij admittunt ſpecies viſuales infinitas ſucceſſiuè productas ab obiecto colorato, ſucceſſiuè detecto, & ſubinde forſan totidem actus viſiuæ potentiæ, id, quod *Maratius* non negauit, dum ſpecies conceſſit tom.1. de Ang. d.15. ſect.2.

Alij indubitanter docent infinitas vbicationes ſæpe fieri ab Angelis, & animis noſtris, ſe quoquomodo mouentibus, & ij ſunt plurimi, & graues ſcriptores, nimirum, quotquot aſſerunt vbi rerum ſpiritualium, eſſe inſtar ſubiectorum ſuorum, indiuiſibilia, quos allegaui ſupra nu.1081. atque omnes ſcholæ concedunt vnanimescum *Ariſtotele* SS.PP. *Auguſtino*, & *Thoma* in quouis continuo infinitas partes proportionales, vel infinita puncta, ſaltem in potentia, vti declaramus infra, vbi fortè demonſtratur illas fore inter ſe pares. *Ariſtoteles S. Thomas S. Auguſt. de imm a n.c.7.*

Alij vt P.*Bernal*. de Incarnat.d.30. 652
ſect.3.n.27. & ibi *Maior*, *Salamanins*, ſchola Pariſienſ. P. *Maldonado*, Lucæ 2.v.40. *Hurtado* hic d.13.ſect.13. & de Incarnat.d.48. ſect.2. & alij exiſtimarunt gratiam habitualem Chriſti eſſe infinitam, quoad intenſionem; atque & ipſius creatam ſcientiam, defendunt com-

communiter Theologi eſſe item infinitè extenſam, quia cognoſcit infinitas negationes rerum poſſibilium actu exiſtentes; quas quidem negationes actu exiſtere; & infinitas eſſe & vt tales à Deo ſciri probat cum communi P. *Didacus Ruiz* de ſcientia d. 20. vbi tute vides concedi ab omnibus infinita complura negationum.

Et ideo hi Doctores, quando illis opponitur illud *Sapientiæ* 11.21. vbi de Deo dicitur, *omnia in menſura & numero & pondere diſpoſuiſti*: facile reſpondent ſermonem ibi eſſe de iuſta, ſed moderata correſpondentia pœnæ à Deo Egyptijs inflictæ pro modo culpæ; vel creata omnia quantumuis forent infinita, & ſine numero, intra cancellos perfectionis finitæ contineri: *Cornelius* addit ex *Auguſtino*, & *Thoma*, ſenſibilia, nimirum, hæc & maiora, quæ in principio creauit Deus, omnia videri certo numero, nec ſolum certa perfectione coerceri, etenim Cœli ſunt vndecim, ſi non ſunt tres tantum elementa quatuor, & ſic reliqua ſuis numeris concluduntur; & ideo negare non poſſumus valde probabiles eſſe præfatas virorum tantorum opiniones.

S. Auguſt. *S. Thomas* *Ariſtoteles*

Miſſa hic feci infinita cogitationum & volitionum, quæ per æternitatem fient à beatis, & damnatis, & quia ea tenet certa Catholicorum ſententia, & quia de eis tracto infra opportunius; ſed nec diſputare lubet an poſſit Angelus diuerſis actibus cognoſcere per ſpatium vnius horæ, aut breuius, *vt* infinita indiuiſibilia, quæ facet, dum nutrimur anima noſtra, vel ipſe Angelus dum mouet ſe; neque an poſſit ipſe velle facere diuerſis volitionibus ipſa *vb*, modo & ſucceſſione, qua fiunt, ita tamen vt nunquam retineat multos actus ſimul, ſed quos poſſit, aut volet; negat Angelo tantam virtutem *Maratius* to. 2. d. 41. n. 8. ſed non ego, vt alibi oſtendero ex Philoſopho.

653 Nec demũ dubito plura entia, quæ de facto ſunt, dici, & eſſe infinita ſecundum quid, ideſt, propter obiectũ, aut terminum infinitum, vti ſunt *vnio hypoſtatica*, quam tamen P. *Bernal.* credit eſſe ſimpliciter infinitam diſp. illa 30. ſect. 3. *dignitas Matris Dei*; *gratia*; *charitas*; *lumen gloriæ*; & *viſio beata*; & *potentia obedientialis*, quia cognoſcant, ament & reſpiciant creaturas infinitas, vel aliquid diuinum; quod tradunt communiter Theologi ſcriptores, vt habes ſupra nu. 279. ſpeciatim viſionem infinitarum creaturarum ſimpliciter quidem finitam, ſed infinitam ſecundum quid, compellant *Molina*, *Valentia*, *Suarez*, *Maratius Granado*, *Albertinus*, *Peſantius*, *Cabrera*, *Medina*, *Capreol.* *Hiſpalenſ*, *Caietanus*, & alij Recentiores.

S. Thomas 3. p. q. 10. a. 3. & 1. ſ. 5. 12. a. 7. *S. Thomas 1. p. q. 4. a. 3. ad. 5.*

Poſtremo tamen tenendum eſt cum *Ariſtotele* vbique, præſertim hic in t. 40. eius interpretibus *S. Auguſtino*, & *S. Thoma* 1. p. q. 7. a. 3. & 4. communi Theologorum & Philoſophorum, nullum de facto dari, harumce rerum ſenſibilium infinitum, ideſt, cælum elementa, & reliqua, quæ cæli ambitu continentur, finita eſſe, & rerum ſpecies & indiuidua, quæ ſunt facta, & fient vſque ad diem poſtremum, numero finito concludit; ſed neque vltra cælos in vacuo, ſiue *inanı* eſſe corpora infinita, id quod ſatis vrgenter colligunt interpretes, & SS. PP. ex loco allegato ſap. 11. ſupra n. 652. quare deluſi ſunt antiqui, nempe, *Pythagoras*, *Plato*, *Anaxagoras*, *Anaximander*, *Democritus*, *Parmenides*, & *Meliſſus*, qui huiuſmodi infinita facta putauerunt; licet rationes naturales, quibus ipſos *Ariſtoteles* impugnat, & quibus nos poſſumus, ſint parum efficaces, quod & ipſe *Ariſtoteles* confeſſus eſt, ſufficiat ergo nobis *ſcriptura*, qua educemur mundum initium habuiſſe, & opera ſua Deum finito modo diſpoſuiſſe.

Ariſtoteles *S. Auguſt.* *S. Thomas* *Ariſtotelis a tex. 24.* *Ariſtoteles hic a t. 35.*

SECTIO II.

Definit quid ſit infinitum, & quotuplex, & dilucide ſecernit quod vocant categorematicum, a ſyncategorematico nuncupato.

QVæſtio an ſit infinitum adhuc plenius capietur ex ipſius definitione, ac diuiſione *infinitum* ergo 654

Ariſtoteles tex. 63.

Digitized by Google

ergo, ait Philoſophus, *eſt id enim ſemper eſt aliquid extra accipere,* ideſt quod per acceptionem partium plurium, & plurium, nunquam exhauritur, neque finitur, vnde manauit prouerbium hoc, *infinitum poſt ablationem finiti, ſemper manet infinitum,* ac dici etiam infinitum ſolet, *habere tranſitum inconſummabilem,* ideo communiter item definitur *infinitum eſſe quod caret fine*; quæ vniuerſalior definitio eſt, nam Ariſtotelica concernit corpora quanta, & ſenſibilia.

Ariſtoteles hic t. 34. & 11. met. c. 7.

Multiplex infinitum eſt, nam primò ait S. *Thomas* aliud eſt *ſimpliciter*, aliud *ſecundum quid*, ſiue aliud eſt per eſſentiam, aliud per participationem; illud eſt Deus habens eſſentiam infinitam in omni genere perfectionis; iſtud verò, vt quantitas infinita, vel qualitas infinite intenſa, vel infinita multitudo Angelorum.

S. Thomas 1. p. q. 7. a. 2.

Secundò aliud infinitum eſt proprie tale, vt Deus, lancea infinite longa, & huiuſmodi, quæ partes aliquotas, ideſt æquales vni tertiæ & inter ſe habere dicuntur; aliud improprie, vt eſt annulus ſine pala, vel quiuis circulus, & item infinita multitudo partium cuiuſuis continui; quod infiniti genus improprium dicitur, quia abſolute conſtituit rem finitam.

Tertio aliud infinitum dicitur ab *Ariſtotele* infinitum *additione*; aliud *diuiſione*, aut detractione; illud eſt vt tempus, quod fieret, & foret æternum ſi motus cœli æternaretur, per additionem gyrationum plurium, & plurium ſine fine; infinitum verò diuiſione conſtat ex infinitis diuiſionibus, quæ fiunt in continuo, aut poſſunt fieri, vt tradunt noſtri Præceptores.

Ariſtoteles hic t. 34. & 11. met. c. 9. S. Thomas ibi. & 1. p. q. 7. a. 3. ad. 3.

Quartò aliud infinitum eſt in perfectione indiuiſibili, auliud in magnitudine extenſa, quas vocabant SS. PP. in *Tripartita* quantitates *virtutis* & *molis*; aliud in numero, ſeu quantitate diſcreta aliud in intentione, vti diximus ſupra, & proſequemur infra.

S. Thomas 1. p. q. 42. a. 1. S. Auguſt. 6 de Trin. c. 8.

Denique aliud vocatur ab *Ariſtotele*
655 infinitum *actu*, aliud *poteſtate*, ſiue *potentia*; quæ nos dicimus *categorematicum*, & *ſyncategorematicum*; infinitum actu eſt, quod actu habet ſimul omnem integritatem ſuam, vel ſi partibus conſtet, eas omnes in repoſitas ſimul, vel etiam ponendas certo tẽpore, vel ſolum poſsibiles habet. vti ſunt Deus, gratia infinitè intenſa; infinitudo partium continui; & huiuſmodi.

Ariſtoteles hic t. 56. S. Thomas lect. 10.

Infinitum potentia, ſeu poteſtate dictum hoc tempore, *ſyncategorematicum*, e contrario eſt illud, quod non habet actu poſitas omnes ſuas partes, ſed aliquam, aut aliquas, & alias, ſpectat ſucceſsiuè futuras & ſine fine, ita tamen eę partes erunt, vt nunquam cumulum infinitum aut infinitum numerum impleuerint, etiam futuræ in æternum, & ideo ſolet hoc infinitum dici *finitum in infinitum* ideſt non habere tot partes, quin plures, & plures ſine fine, ita ſunt infinita cogitationum, quæ per æternitatem fient a beatis in cælo, & a damnatis in inferno, & vt exemplificat *Ariſtoteles*, ſic foret infinitum tempus, ideſt, reuolutiones cæli, ſi mundus ſic, vt nunc vadit, æternaretur, & ludi olympici perpetuo, & ſine fine eſſent futuri, *namque iſta vis*, ait Auguſtinus, *numero* ſic infinito *ineſt, vt omnis dictus finitus ſit, non dictus autem infinitus*.

Ariſtoteles hic a t. 97.

Ariſtoteles hic. t. 57. S. Auguſt. 1. de muſ. c. 11

Vt verò bene apprehendas eſſentiã, & differentiam vtriuſque Infiniti nota primò, ad ſyncategorematicum omninò prærequiri, quod præcedat, vt ſui materia, infinitum categorematicum poſsibile, & quandoque item futurum, id quod eſt manifeſtum; etenim ſi poſsibiles non eſſent infinitæ cogitationes, ac ni Deus decreuiſſet fore, non poſſent fieri a beatis plures, & plures in æternum, & ſine fine; ſed tandem ij implerent poſſibilium, aut decretarum à Deo finitum numerum, & ibi ſiſterent; vel, ſi Deo ita placuiſſet, factas olim repetere deberent.

Caue ergo ne confundas vnum infinitum cum altero, ſed cautus puta infinitudinem poſsibilium ſimul, & vt eſt in ſe cognitam, vel ſumptam, eſſe vnum infinitum actu, & alterum eſſe collectionem cogitationum omnium, quæ per æternitatem fient núc adæquatæ conceptam, vti vult cum P. D. *Ruiz Alarcon*; tertium demum eſſe ſyncategorematicum, ſumptum quaſi per partes, vti declaratum iam eſt.

Nota

656 Nota ſecundo quod infinitum ſyncategorematicum non dicitur, neque eſt pars, aut partes haſtæ, v.g. finitæ iam factæ, & addenda paulo poſt longitudo infinita, vel etiam poſsibilis infinita cogitata, aut connotata; quo pacto non iam ſyncategorematicum, ſed categorematicum eſſe; quare non debes penſare vel ſyncategorematicum tranſire poſſe in categorematicum, vel eſſe ex categoremate, & ſyncategoremate congeſtum, congerendumue, ſed ſemper ea duo eſſe inter ſe diſtincta, & ſyncategorematicū infinitum modo ſuo dici, quia ſine quiete, & ſemper cum potentialitate procedit & creſcit ſine fine, quin tamen vnquam actu ſit infinitum.

Non te ergo termini eludant, eſto enim vox ſyncategorematica iuncta categorematicæ, verè ſignificet, & categorema fiat quaſi mutando ſe, ſuamque naturam, per eam coniunctionem, non ita contingit in propoſito, *neque exemplum* ab ijs vocibus petitum *tenet in omnibus*, in eo tantum ſunt paria infinita hæc ex vna parte, & voces eæ ex altera, quod quemadmodum ſyncategorema, vt propriè ſit terminus ſignificatiuus, ſpectat acceſſum categorematis, & cum eo iungitur, ita pars finita ſpectat, & iungenda eſt cum aliquis partibus, non quidem actu infinitis, ſed finitis, ſine fine fluentibus, fluxuris, & ſine fine adiungendis, vt vere ſit, & ſufficienter dicatur modo ſuo infinita, quæ prius actu, & modo ſatis parua, & finita erat & eſt, & ideo merito infinita dicitur ſine eo, quod vel tranſeat ad infinitū actu, vel cum ipſo, actu poſito coniungatur, & confundatur.

S. Thomas 3 p. q. 1. a. 6 Ariſtoteles 1. Prior. t. 39

Aduerte tandem, vt rem pene tres dupliciter te fieri poſſe infinitè diuitem, in hoc mundo per æternitatem victurū, nimirum, primo modo, ſi daret tibi Deus ſcuta aura infinita ſimul vna vice, ſide deſumeres, & expēderes quotidie cētū, aut mille, quibus aſsūptis & cōſūptis, etiā poſt milliones annorū adhuc haberes aurum infinitū.

657 Secūdo, ſi Deus quotidie daret tibi pro quotidianis expenſis, ſcuta mille, vel quotquor tibi forent neceſſaria, cū certa promiſſione, quod ſimilis prouiſio duratura eſſet ſine fine; nā vtroque modo tu haberes theſaurū nō deficiētem, & inexhauſtū, & ſubinde infinitū aut categorematicè, & actu, aut ſyncategorematicè, & potentia, & vtrouis modo cum æqualituo cōmodo Nō ergo quæras in hoc ſecundo Infinito collectionē poſsibilium actu infinitā, vt id iure nomines infinitum, contentus eſto, ſi modo ſuo careat fine, ſiquidē, & circulum infinitum vocas, quia careat principio, & fine, quoniā infiniti ſyncategorematici ſic eſt modus, & natura; & ideo ſi hodie Deus daret tibi mille ſcuta, & cras daret infinita, non tibi dediſſet infinitum in potentia, ſed in actu, vt manifeſtū eſt; non ergo eſt infinitum ſyncategorematicū multitudo finita exiſtens, & infinita poſsibilis, ſed veniens, & ventura finita numero per vices ſingulas; ſed ventura ſemper ſine fine, & ideo vere eſſe infinitā tradit cōmuniscū Magiſtris cōmunibus. *S. Auguſt. l. 1. Muſ. c. 11.*

Sed cōtradices, Deus modo cognoſcit cogitationes infinitas poſsibiles, & itē futuras faciendas a beatis per æternitatē; ſed eæ vt ſunt obiecta diuinæ cogitationis ſunt actu, & categorematicè infinita, & ſubinde taliter ſunt, vt ſunt in ſe, Deus enim nō cognoſcit res aliter ac ſunt in ſe; ergo infinitū ſyncategorematicum non eſt diſtinctum à categorematico. *Ariſtoteles 3. Ph t. 56. 57. t. 8. t. 68 S. Thomas 1. p. q 14. ar. 12.*

Reſpondeo hic interuenire noſtro modo imperfecto cognoſcendi, quaſi res diuinas cognitiones: prima ſcit infinitum cogitationum poſsibilium; & ea dicitur *ſcientia ſimplicis intelligentiæ*, & verè cognoſcit infinitum categorematicum; ſecunda ſcit futuras cogitationes itē infinitas; quę dicitur *ſcientia viſionis*, & cognoſcit, vt probat efficaciter P. *Didacus Ruiz*, & cum ipſo P. *Alarcon* ſimiliter infinitum categorematicum, quod dicunt ipſi componi ex infinitis cogitationibus actu futuris, ſu mendo nimirum, vt ego reor, & explico, adæquatè omnem collectionem futuram ſecundum decretum Dei.

Tertia demum cognitio cognoſcit infinitum ſyncategorematicum, ſe- 658
cundum ſuam eſſentiam, & definitionem, quia tale ſit, vt nunquam actu habeat partes iam infinitas ſed nec tot quin plures, vnquam habiturum ſit, aut poſsit habere:

quod quidem ſimul ſcit Deus modo *S. Thomas* actu vno ſimultaneo, quaſi prædican- *2.1.1.q.1.* te de obiecto infinitatem habere ſuc- *a.5.ad.13.* ceſſiuam, ideſt, cognoſcente infinitas partes eius infiniti nunc ſimul. & ſimul ſciente eas non eſſe, nec poſſe fieri ſimul, vt nimirum, componunt ſimile infinitum, quod id eſſentialiter conſtet ex parte potētialitate ſempiterna; atque eiuſmodi ſcientia erit ſimplicis intelligentiæ ſi cognoſcat res vt poſſibiles ſuccedere cum illa ſyncategorematica, vel potentiali ſucceſſione; vel viſionis, ſi videat res eaſdem ſuis certis periodis futuras; ſed nec mirandum cogitationes eaſdem diuerſo modo poſſe inter ſeſe ſe habere, & ſic diuerſa infinita conſtituere.

Hinc concordabis textus *S Thomæ*, qui ſibi conſtans dixit 1. p.q.14.a 12. c.quod Deus ſcientia viſionis ſciat in- *S. Thomas* finita, nempe *cogitationes, & affectiones cordium, quæ in infinitum multiplicabuntur creaturis rationalibus permanentibus abſque fine.* & 3. p. q. 10. a. 2. *animam Christi ſcire omnia, quæ Deus ſcit ſcientia viſionis*, ac proinde futura omnia, ſubiungens tamen a 3. *illa quæ ſcit* ea anima *eſſe actu finita*; & merito hæc dixerit S. Pater, quia licet futura in æternum, tum adæquatè ſumpta, ſint actu infinita, tum etiam ſumpta, vt futura, ſunt ſine fine, ideſt, ſucceſſione nunquam finienda; nunquam verò, quæ actu erunt producta, component nec complebunt collectionem infinitam; & ideo ſic ſyncategorematicè fluentia actu ſemper ſunt, & erunt finita; ſed fluentia ſine fine: vnde non occurrit recurrere ad obſcuram, ſubtilemuè, concordiam, quam exhibet ex *Caietano Meratius* t. 1. diſ. 22. a. n. 7.

SECTIO III.

Probat copioſa authoritate, & rationibus poſſibilia eſſe infinita plurima, præſertim ſyncategorematica, contra errores quorundam hæreticorum, & Philoſophorum.

659 Dico primò communis eſt *ſcriptorum* ſententia poſſibilia eſſe infinita complura categorematica; nam ita ſenſerunt in primis Philoſophi *Ariſtotele* antiquiores qui ea de facto eſſe exiſtimarunt, deinde plurimi, qui opinati ſunt ea poſſibilia quidem eſſe, ſed actu ſimul produci non poſſe; quos allegamus infra num. 789. Tertio illi, qui tradunt & poſſibilia eſſe, & actu producibilia, afferendi num. 687. Quartò demum omnium *Catholicorum* conſenſus firmiter tenens tanquam fidei valde conforme, poſſe fieri à Dei omnipotentia multa infinita ſyncategorematica, ideſt, ſimilia infinita poſſibilia, & producibilia eſſe: ex quo deducitur, euidenter poſſibilia eſſe infinita categorematica, vt ſupra, & infra probatur rationibus quæ ſimul reuincunt primum hoc dictum verum eſſe.

Dico ergo ſecundò cum *Ariſtotele* *Ariſtoteles* SS. PP. *Auguſtino & Thoma*, quos alle- *hic. at. 56.* gant & imitatur ſcholæ omnes, poſſi- *S.Th. ibid.* bilia eſſe infinita ſyncategorematica, *S. Auguſt.* nec dari poſſibilem certam quandam extentionem v.g. vel certam, & finitam tantam rerum multitudinem, ſed maiorem, & maiorem eſſe poſſibilem & producibilem à Deo ſine fine; ita dicunt fere omnes, ſpeciatim PP. D. *Ruiz* de ſcient. d.20. ſect.2. *Granado* tr. 2. de ſcient. d.1. *Vaſquez* 1. p. d.63. *Suarez* ſæpe, *Tannerus, Prapoſitus, Amicus, Alarcon, Becanus, Faſolus, Valentia, Raguſa, Turrianus, Bernal. Herice, Hurtado, Arriaga, Meratius, Molina, Ferrarius, Rubius, Toletus, Conimb. Fonſeca, Pererius, Ouiedo, Tellez, Coninc.* & reliqui ſocietatis ſcriptores.

Deinde *Scotus* in 1.d.2.q.2. *Ochamus* ibid. d.17. Thomiſtæ omnes, Scotiſtæ, Nominales, & ſcholaſtici cum *Magiſtro* in 1.ſent. diſt.43. *Aueria* to.1.q.24. ſect.4. & in allegatis, reliqui *Catholici ſcriptores*, apud quos res hæc adeo certa, & explorata eſt, vt *Suarez, Granado*, & Antiquiores alij conſueuit, quod P. *Ruiz* expreſſit ibi 2 *de hoc nemo Catholicorum dubitare poterit, niſi penitus ignorauerit ſignificationem iſtius complexi, ſyncategorematice, & in potentia infinitum*, quod ſignificat quod ſupra n. 655. à nobis dictum eſt.

Vniuerſalem hanc, & Catholicā veritatem colligit P. *Ruiz* cum *Auguſtino* 650

ex

S. Auguſt. t.5. de Ciu. l.18. lib.12 ex textu illo Pſ. 146. *magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus*, ideſt, infinita ſunt, & ſine numero obiecta quæ Deus cognoſcit, quia nouit omnia verba, omnes cogitationes, omnia deſideria præterita, præſentia, & futura, vſq; in æternum, vt ait ibi *Bellarminus*, & conſentiunt reliqui omnes interpræces, qui in præſenti non recurrũt ad hyperbolem quaſi ibi *non numerus* ſit pro grãdi numero, quemadmodum recurrit ipſe *Bellarminus* pſ.36. ad illud *multiplicati ſunt ſuper numerum*, cum SS.PP. ibi ſic (*S. Auguſt.*) ſcribens SS.PP. *Ambroſius, Hieronymus, & Auguſtinus ita explicant*, ſunt ſuper numerũ, *ij nimirum qui concionibus Chriſti D. crediderunt innumerabiles fuerunt, ideſt complures poſito numero infinito pro finito per hiperbolem*, quo etiam modo ponitur illic, *Multorum infinitus eſt numerus*, ideſt magnus, & multus.

Colligitur etiam ex *Concilio Conſtantienſi*, quod vt videre eſt in ſeſſ.8. & 15 condemnauit errores *Vuicleffi* & ſectatorum, quorũ vnus erat, vt refert *Vualdenſis* 1. Doctr. fidei a.1. *quod Deus nihil poteſt anihilare, nec mundum minorare, vel maiorare, ſed animas ad certum numerum creare, & non vltra* quia nimirum, putabant Henrici poſſibiles non eſſe animas rationales plures, & plures ſine fine, ſed certo numero concludi.

Porrò, quidquid dicant alij, *Concilium* condemnat etiam directè hunc de animalium producibilium finito numero, errorum, quia is fuit error *Vuicleffi*, cui debuit à *Concilio* cõtradici; atqui nos ob ſimile a *Tridentino* faciendum contra *Caluinum* negantem libero arbitrio actiuitatem erga pia opera, meritò putamus ab eo *Concilio* fuiſſe ſtatutam eiuſmodi actiuitatem in ſeſſ.16 can.4. atq; eum fuiſſe eius hæretici errorẽ credimus, quia ita fuiſſe teſtatur Auctores ſui temporis, & qui contra ipſius male geſta ſcripſerunt; in præſenti ergo credamus doctiſſimo *Vualdenſi*, cuius ſcripta cõtra Vuiclefſitas maximi fecit *Martinus V.* quod manifeſtauit ipſe Pontifex in Apoſtolicis literis ad ipſum *Vualdenſem* datis; & ſubinde firmiter teneamus poſſibiles, & producibiles eſſe in infinitum animas rationales, & alias entitates quaſcumque quibus mundus poſſit meliorari, vel maiorari.

Rationes probant id ipſum, prima 651 eſt *Ariſtoteles* 11.m. c.9. quam ſic ibi (*Ariſtoteles*) lect.10 & in *Alemanno* hic. q. 18. a. 1. arg.7. proponit, & explicat *S. Thomas*, (*S. Thomas*) infinitum eſt paſſio quantitatis, ſed paſſio ſimul exiſtit cum ſuo ſubiecto, ergo cum detur quantitas, & numerus in natura, datur etiam infinitum, nimirum, in potentia, ſicut ſunt infinita quantitas, & numerus & confirmat rationem *Ariſtotelis S. Thomas* (*Ariſtoteles S. Thomas*) 3. Phy. lect. 10. cum ipſo, *quia ſi non datur infinitum in potentia, ſequitur quod magnitudo non ſit ſemper diuiſibilis, & quod numerus non augeatur in infinitum; ſed vtrumque eſt inconueniens; quia omnis magnitudo eſt diuiſibilis, & cuilibet numero poteſt addi vnitas, & fiet maior numerus.*

Secunda ratio eſt *S. Auguſtini*, qui (*S. Auguſt.*) contra hunc errorem diſputans tom. 5. l.52. de Ciu. c.17. & 18. ſic ait *numerus quippe infinitos eſſe, certiſſimum eſt quoniam in quocumque numero finem faciendum putaueris, idem ipſum non dico vno addito augeri, ſed quamlibet ſit magnus in ipſa ratione, atque ſcientia numerorum non ſolum duplicari, verum etiam multiplicari poteſt.* hæc *Auguſtinus* omnino in eo capite legendus, qui putabat patere lumini naturali, datis mille hominibus, vel Angelis, nec repugnare alium addi, nec alios, nec plures ſine fine; præſertim ex Hæreticorum falſo fundamento, quod erat, ideo repugnare infinitum rerum numerum, quoniam à Deo cognoſci non poſſet, vt pote impertranſibilem; non conſiderantes, (*S. Auguſt.*) quod ibi ait S. P. & *S. Thomas* alle- (*S. Thomas*) gandus, non eſſe contra rationem (*Ariſtoteles*) infiniti comprehendit totum ſimul (*6. phy. t.19 & 8. t.68.*) ab infinito. Quibus conſonat *Ariſtoteles* reſpondens ſimili *Zenonis* argumento.

Tertia ratio eſt *S. Thomæ* 1. p. q. 14. a.12. & ſæpe alibi etenim Dei omnipotentia infinita eſt, & ad infinita, vt pulchrè probat infra afferendus n.679. *S. Dionyſius*, ſe extendit; & ſimiliter ſcientia eius infinita eſt, *quia Deus ſcit etiam cogitationes, & affectiones cordium, quæ in infinitum multiplicabuntur creaturis rationalibus permanentibus abſque fine.*

662 Secunda eius ratio eſt, quia infinitudo eiuſmodi ſyncategorematica rerum, neque repugnat ratione diuinę potentiæ, neque ratione ipſarum, neque ratione ſubiecti, aut ſpatij, ergo producibilis eſt, antecedens probat S.Doctor alibi & 22.q.27.a.7. vt conuincat charitatem augeri à Deo in anima noſtra in infinitum poſſe, cuius probationem egregie proponunt PP. *Granado* de Charitate tr.3.d.2.ſect.1. *Mecatus* t.2.d.37.ſect.2. & Recétiores.

Altera pars Sectionis reuincit aliis rationibus negari non poſſe infinita ſyncategorematica.

Ariſtoteles de cælo t.92 S.Thomas. 1.p.q.14.a 12.&q.50 a.4.ad 4.et 3.de V.a.8

QVartam rationem colligo ex *Ariſtotele* & ijs SS.PP.& propria induſtria, & congero ex multis ſic; primò, quia indiuidua cuiuſuis ſpeciei ſunt infinita, & ideo vniuerſale dicitur dici poſſe de infinitis, & ipſa a nobis ſciri perfecte, & diſtincte, videlicet, non poſſe præ ſua multitudine, atqui tanta indiuiduorum multitudo oritur ex imperfectione creatæ ſpeciei; nam ſicut vnitas numerica, quod notauit *Auerroes* 12. met.t.37. eſt propria ſolius nobilitatis infinitæ Dei, ita infinitudo numerica eſt propria ignobiliũ creaturarũ eiuſdem ſpeciei, accedit quod non eſt maior ratio, cur ſint poſsibiles hominum mille milliones, & poſsibiles nõ ſunt alij duo homines, aut plures, ſiquidem in prædicatis eſſentialibus repugnantia non eſt.

Secundò, exploratum eſt apud omnes, vt loquitur grauiſsimus P.D.*Ruiz* poſſe æternari Mundum cum iſto, aut ſimili modo generationum, & humanæ conuerſationis, ergo poſſunt fieri mille infinita ſucceſsiua, nempe, in infinitum tunc fierent generationes hominum, & nullæ repetendæ eſſent; ſecus oportuiſſet animas complures aſportari ab inferis, vel de Cælo deducere, quod videtur pluſquam impium vel cogitare; niſi dicat aliquis homines, & alias beſtias, & cauſas tandem manſuras ſteriles, & quidem vltimas ſteriles futuras, & genera
663 re nõ poſſe amplius, tibi dicendũ erit.

Ex quo ſequuntur alij errores, primus in Philoſophia, nimirum idem agens naturaliter poſſe ſuos effectus reproducere, quod dicunt *Platonici* Authores magni anni, relati ſupra nu.192. ſecundus fortaſſe in fide, quia cogeris tenere vltimum hominem ſterilem ex natura ſua eſſe, & ſubinde fore a reliquis ſpecie diuerſum, vel mutare debebis, & inuertere omnem philoſophiã, ne incidas in hũc errorẽ.

Rurſus infinita peccata fierent in eo tempore æterno, & item infinita bona opera, nempe, a multis hominibus, ab alijs plura à ſucceſſoribus, licet ſine fine pauciora, vel è contra, at quis dicat peccata eadem vel opera bona repetenda, & reproducenda ſine miraculo à diuerſis, nã miraculoſe nõ poſſunt reproduci mala; & ſubinde torquendos eadem quandoque numero pæna diuerſos peccatores, & præmio numero eodẽ afficiendos in Cælo diuerſos comprehenſores, quia exhauſtus ſit numerus pænarum, & præmiorum, ac Dei infinitus theſaurus.

Atque dubitare quis hic poſſet an futuris hominibus licet finitis numero, ineſſe deberet vnicuique peccatum originale proprium, ſi id eſt priuatio gratiæ, quæ forte intra indiuidua ſua non habet tantum numerum atq. habet intra ſua ſpecies humana neque proficeret tibi reſpondere, ad Creatorẽ pertinuiſſe de æqualitate prouidere libere ne dicas, an neceſſario?

Ariſtoteles S.Auguſt. S.Thomas

Quartò, quid ni S. Michael, aut S. Gabriel, vel alius quiſpiã Beatus poſſit per æternitatẽ ſine vlla prorſus repetitione, quæ in caſibus adducendis impoſsibilis eſt, ſecare, aut enumerare, cognoſcere, & amare *infinitas* partes, vel indiuiſibilia continui, ita ut hodie faciat vnũ, cras aliud, & ſic ſine fine, & in æternum; præſertim, ſi quis pro ſua ſpeciali deuotione, volet percurrere partes tẽporis, quibus Chriſtus
D. pro nobis pependit in Cruce, & pro 664
ſingulis ipsũ amare, & grãtias agere.

Cur non intelligentia, quæ Celos moueret, poſſet prætergredi cũ licentia Dei, vlterius per palmũ tropicum Cancri, vel Capricorni, ita vt quotidie tantũ pertranſire faceret ſoles corpus, quod modo rotatur tantum per ſigna Zodiaci, vnam partẽ proportionalem ſpatij communicanter, in quibus caſibus, vt notaui, repetito fieri nõ poteſt, quia ſemper adeſt nouus terminus, nouum.

uumq.obiectum, vt ſapienti notũ eſt,
ſi dicas prædictos actus eſſe impoſsibi
les, cogeris di :ere obiecta bona, & ve
ra nó eſſe amabilia, nec cognoſcibilia
& huiuſmodi pluſquam mille abſurda.
Quinto, cóceſſo æuo æterno ſimulta-
neo Angelorũ, & hominum, quod ma-
gis eſt, cur refugis cócedere durationé
ęterná ſucceſſiuá gyrationũ non repe-
tendarum, ne cogar ego dicere vidiſſe
me Initio huius ſæculi, quaſi verificari
ex parte, cómentum Pythagoricum de
rerũ reditione, quãdo video Philoſophos
huius temporis, inter quos tamen *Py-
thagoram* non cerno è ſuggeſto docen-
tem, ſuſcitaſſe delyrium Philoſophorũ,
S. August. quos ſupra inſequitur *Auguſtinus*.
l.12. de ci Sexto concede, vel nega cogita-
uit. c.18. tiones, & affectiones, fletus, & ſtrido-
res dentium, tranſitus de ignibus ad
minus quæ concludis finito numero,
repetenda per ęternitaté, quidquid fa-
cias ingredimur ad numeros infinitos
Aug ſtini; ná ſi ais repetenda, iá Deus
infinitas numerarit vnico intuitu, ſed
& nos modo vnico actu, & poſtea tráſ-
lati in patriá infinitis actibus ſalté re-
petitis, numerare poterimus; ſi vero
repetitiones negas, & ſiſtis in æternũ
forſan in vltimo actu, vltimo fletu, &
huiuſmodi, duraturis in æternum, puta
me poſſe; vel partiri formalitates æ-
quales infinitas in eo longo gaudiorũ,
& tormentorum ſimultaneo tractu, vel
fingere per quaſi dies, aut annos ſingu-
los in æternum fictas gyrationes, vel
eaſdé repetitas, vel diuerſas, etiam per
fictiones formales repetitas, & tũc ego
regrediar ad Auguſtinianos numeros,
& ego ipſe cognoſcam, vel Deus quot
vices, quotque repetitiones fuerunt,
& erunt, quæ ſine dubio ſi faciendæ
ſunt per ęternitatem, ſine fine erunt.
665 Septimò, ſi indiuidua cuiuſuis ſpe-
cie certo numero cócluduntur, ſeque-
retur in Beatis futura neceſſario ma-
xima miſeria, vel indicentia nó parci-
tura *Chriſto*, neq. Dei genetrici *Mariæ*, né
pe Beati omnes poſt reſurrectioné tan-
dé manſuros in æternũ cęcos, ſeu nihil
videntes, ſurdos mutos, immotos in v-
no ſitu, & loco, veluti emortuas mar-
moreas ſtatuas, quando videtur licet
finita erunt indiuidua actuum earum
potentiarum.
Quod ſi recurras ad perſiſtentiá æter
ná duraturá vltimi actus, non euades
mille indicentias; ná debebis cócedere
in Beatis ęterná immobilitaté in eodé
loco, vbi, & ſitu, & ſaltatione eadem,
cantare æternũ eandé cantionem, ita
quod nec ſalutare amicos, neq. collo-
qui familiariter vnquá cũ alijs poſsint,
niſi a cátu deſiſtant, hærere ſemper in
eodé obtutu eiuſdé obiecti, id ipſum
audire, etiá ſi nihil ſonet amplius, ſalu-
tare amicum, & vocare in æternum,
etiam ſi iam is acceſſerit, & reſalutarit.
Si recurris ad repetitiones, quas S. *S. August.*
Auguſtinus l.12. de Ciuit. c.17. *impiorum
circuitus, vel ortus, & occaſus reuolubiles*,
quibus repetenda ſint eadé finita, quæ
fuerũt, quaſi infinita, & alia noua eſſe
non poſsint, appellans, lapidè, & ſolide
cóſutat, concedis, quod negas, & præté
do, népe, quaſi numerũ infinitũ ſaltem
repetitionũ, quas Deus ſcit iam Infini-
tas fore, & Beati enumerabũt ſine fine. 656
Demus ergo repetitiones tibi, & ſub
ponamus, quod faciendum ſit, quod
omnino nunquam fiet à Deo creari
Angelos omnes ſibi cognobiles, vt poſ-
ſibiles, ideſt, tuos finitos, dicis poſſe
Deum eos deſtruere infinities ſyncate-
gorematice, & iterum eoſdem repro-
ducere eiſdem, ſcilicet, actionibus; tũc
ſic, cur non poſsint hi Angeli ſcire ſe
iam ſecundò reproductos, & tertiò, &
quartò, & ſic numerare vices ſine fine,
& Deo ſingillatim gratias agere, ipſum
amare pro ſingulis vicibus, & tempo-
ribus collati ſibi tanti beneficij; atqui
ij actus nó poterunt eſſe, ex repetitis,
quilibet quia eſt ab alio diſtinctus, &
nouum obiectũ habens; primus enim
ſic eſt, *amo te, & ago tibi gratias pro pri-
ma mei productione*, ſecundus ſic, *amo
te pro ſecunda*, & ſic reliqui eliciendi
ſine fine, amantes Deum, & gratias
agentes pro ſequentibus vicibus, ſane
qui hoc negare auſit, facit Angelos in-
gratas, & ignorantes beſtias, pluſquam
indigne, & imprudenter.
Præterea in potentijs etiam ſpiritua-
libus Beatorum, magna ſequitur deor-
dinatio ſtatui indecora, ſi enim ſunt
perpetuo retinendi actus intellectus,
& voluntatis, ſtatim occurrunt dubia
inſolubilia, ná dubitari poſſet an ſimi-
lis retétio factéda ſit libere an neceſſa-
rio, an naturaliter, an ſupernaturaliter,
& quot, & quales actus retinendi, an
vltimi

vltimi omnes ſimul, cuiuſuis ſpeciei,
an pauciores, inter quos ſine dubio
erunt multi contrarij, & contradicto-
ria enunciantes pro eodem tempore,
& multi amantes oppoſita, & ſubinde
incompoſsibiles, qui ſane actus, ſicut
& prædicti ſenſum corporalium, licet
aliunde eliciti cum diſcretione, & in
temporibus ſuis, prudentes eſſent, &
dicentes, retenti ſimul, ſunt imperti-
nentes.

Atqui difficile quoque intelligitur
quo pacto Beati, vel Damnati poſsint
retinere ſimul, ſemper, & naturali-
ter innumeros actus attendendo per
omnes, miraculoſe vero retineri,
ideſt, per abſolutam Dei potentiam,
odium Dei, deſperationem, & ſimilia
peccata in Damnatis, eſt impoſsibile,
quia Deus nequit eſſe cauſa particula-
ris peccatorum; ſed hæc, & ſimilia
abſurda, quæ cuilibet occurrent, pro-
ſequi delyrium perinde videtur, ac
tueri.

667 Octauo tandem modo exiſtunt non
tantum infinitæ negationes rerum
poſsibilium à Deo cognitæ per ſcien-
tiam viſionis, vt tradit *P. Ruiz* cum
communi Theologorum, verum etiã
aliæ infinitæ negationes, quibus for-
maliter, vt putas, non ſunt, ſed im-
poſsibiles ſunt infinitæ cogitationes,
viſiones oculorum, & dentium ſtri-
dores, atque vluæ infinitæ quantita-
tis, & totidem gradus intenſionis, ſi-
cut exiſtunt in re negationes alterius
Dei, alterius Patris, & Filij, & Spiri-
tus S. ac totidem negationes infinita-
rum repetitionum, ſi eæ impoſsibiles
quoque ſunt, vel etiam poſsibiles,
quantumuis præfatæ negationes fictę
a me, a te dicuntur; nam propoſitò
noſtro, reales, vel fictæ pariter ſunt
congruentes, ſi tandem infinitæ poſ-
ſunt apprehendi.

Ariſtoteles Ad hæc, poſsibiles ſunt, vt tradunt
6. Phyſ. t. 1. *Ariſtoteles, S. Thomas, & Auguſtinus* infini-
S. Thomas tæ diuiſiones in continuo, & conſen-
a lect. 1. tis, & quia in eo ſunt partes, vel pun-
S. Auguſt. cta infinita, quotidie per ſingulas ho-
11. de Tri. ras de facto fiunt in nutritione; & ſub-
c. 10. inde denuo quoque fiunt infinitæ ea-
rum partium vniones, per totidem
partiales actiones; non ergo repugnat
infinitum in numero, ex prædicatis
intrinſecis ſuis, ſed ex tuis extrinſecis,
quæ tu de illo prædicas, nempe, re-
pugnare, & contradictiones inuolue-
re, quod efficaciter non probas,
ſi non negas infinitas partes, vel
aſsignationes, aut diuiſiones con-
tinui; vel ſi non dicis, quod eſſet illu-
ſtre commentum, eas infinitas eſſe,
ſed repetitas infinitus, & naturaliter
in multis locis adæquatis conſtitutas,
ad modum ſingularem, & valde mi-
rabilem, quo exiſtit *Corpus Chriſti* in
Euchariſtia; neganda ergo tibi teme-
rè, & inconſequenter, vti demonſtro
infra, reliqua omnia infinita catego-
rematica, & ſyncategorematica, non
erunt.

Tandem aduerterem in *Patria* ſa-
tiandum eſſe noſtrum quodcunque
rationabile deſiderium, omnes verò
etiam nunc deſideramus rationabili-
ter in dies noua ſcire, nec ſæpe iu-
uant repetita; quid ergo cogit nos ne-
gare poſſe Deum noua ſcibilia, & a-
mabilia per æternitatem facere, & no-
bis intentionaliter præſentare?

Secunda pars Sectionis diſtinctè magis refert errores quorundam aientium nulla infinita producibilia, nec poſsibilia eſſe, ſed omnia certo numero, ac certa quantitate concludi, eoſque iterum reiicit cum ſuis fundamentis.

PRimus error fuit *Abailardi, Vui-* 668
cleffi, & ſequaciũ, qui docuerunt
nihil vltra poſſe facere Deũ, præter ea,
quæ fecit iã, vel facturus eſt, quod fal-
ſum dogma eſſe, & hæreticũ reuincit
S. Auguſtinus ex locis illis *Matthæi* 19. &
26. vbi ſaluator noſter dixit Deo eſſe
poſsibile facere, quod per *foramen
acus camelus tranſire*, & pugnare po-
tuiſſe pro ipſo defendendo, *pluſquam
duodecim legiones Angelorum*, quorum *S. Thomas*
neutrum factum eſt, & cõſentit *S. Tho-
mas* 1. p. q. 25. a. 5. & 6.

Præterea rationibus manifeſtis, is
error exploditur communiter, vt vi-
debis in PP. *Granado* 1. p. t. de *Diuin.
poter.* d. 9. ſect. 1. *Arriaga* hic diſp. 13.
ſect. 2. & merito; etenim, vt manife-
ſtum eſt, & ipſi Heretici potuerunt
ſup-

ſupprimere tale delyrium, vel retractare, vel ſcriptis ſuis, vel etiam domibus ignem applicare, & ſuccendere, & alia innumera effecta facere per ſe, vel per alias cauſas naturales, quas præ manibus habuerunt; quæ tamen licet potuerint facile fieri, facta non ſunt, nec vnquam fient, nos etiá poſſumus plura facere quotidie, quæ non facimus, nec facimus, quanto magis poterit Deus, quare error hic ſtultiſsimus videtur.

S. Auguſt. Secundus error fuit quorumdam *Philoſophorum* infidelium, vel Hæreticorum, quos refert, & refellit S. *Auguſtinus* tom. 5. lib. 12. de Ciuit c. 17. & 18. quos poſtea item ſecutus eſt *Vuicleffus*, vt refert *Vualdenſis* 1. t. lib. 1. a. 1. c. 14. & *Vazquez* 1. p. d. 63. c. 2. aſſerentium non eſſe infinitam multitudinem eorum, quæ Deus non fecit, & poteſt facere, ſiue poſsibilia ſunt; ſed ea ita certo, & finito numero concludi, vt de ſe, fieri induidua plura, & plura ſine fine ſit impoſsibile; ſed vero omnia hæc opera Dei, illi *Aut qui* ex æternitate per eoſdem ſemper voluerunt ſæculorum redire *circuitus*, infinities repetita iam in ſæculis præteritis, & infinities repetenda in futuris.

669 Aſſertum hoc, quod communiter cum *Vualdenſi* cenſetur erroneum à Theologis, & Philoſophis, in terminis conati videntur defenſare tanquã opinionem probabilem, quidam Iuniores quos reuerenti, ſed ſuppreſſo nomine hic citat meus codiæceſanus F. *Oviedo* appingentes eam bonis Authoribus *Scoto*, *Durando*, & *Marſilio*, vt legis in P. *Didaco Ruiz* ſupra & *Arriaga* hic diſ. 13. ſect. 2. qui licet illis merito aduerſetur, eiſdem fauet, rem leuiter perſtringens

Aſſertum ergo, quod ij ſuſtinere prætendunt, illud tantum eſt, nempe, *creabilia omnia certa finitaque menſura, & multitudine cõcludi, nec amplius augeri poſſe* illud vero de circuitibus per ſæcula, vt credo, non aſſerunt Recentiores factum, vel ex parte iam, vel faciendũ ex vi decreti alicuius diuini, ſed illud relinquunt Dei libero arbitrio, & vt ſic ſuam omnipotentiam oſtentare poſſet, ſatis, me iudice, curtam, ſi denuo nihil poſsit facere, ſed facta iam olim, reficere, quæ nec reficere ſæpe poterit, niſi prius deſtruat repetenda at quis ſibi perſuadeat ſic eſſe Dei omnipotentiam, de qua non ſic maligne, id eſt, parcè, & auarè, ſed in bonitate ſentiendum eſt?

S. A… S. Th… 1. p. q. 14. a. 3. ad 1. Fundamentum verum Hæreticorum apud *Auguſtinum* fuit, quia infinita multitudo ſi eſſet, ſciri non poſſet neque vel à Deo; ſed iam reſpõdit *S. Auguſtinus*, & S. *Thomas*, infinitũ numerum optime poſſe ſciri, & comprehendi ab infinito Deo, non quaſi percurrendo vnum poſt alterum, ſed intuitu vno infinito, & incomprehenſibili omnia etiam incomprehenſibilia comprehendenti; iam veniam ad fundamentum Catholicorum, qui, vt ego coniector, conſiderando ex vna parte grandes, & inſuperabiles difficultates, quæ mentis obuerſantur, ſi conceduntur infinita actu producta, vel ſolum poſsibilia, quæ perinde putant implicare, vel non implicare; & in hoc meritò, & bene; & ex altera videntes omnino euidenter inferi ex conceſſione infinitorum ſyncategorematicorum, poſſibilia eſſe infinita totidem categorematica; & in hoc item bene, elegerunt potius opinionem damnatam ſaltem ab *Auguſtino*, S. Auguſt. ſi tamen re vera ipſam elegerunt, quam opponere ſe difficultatibus, quæ contra infinita categorematica fiunt, & ipſos euidenter, vt dicunt ipſi, conuincunt, & quotidie in diſputationibus cogunt ſuccumbere, & dare manus.

670 Et ego quidem difficultates, video, & timeo; ſed verò præfero ſenſum S. *Scripturæ conciliorum*, SS. *Patrũ* Theologorum, & philoſophorum omnium, naturalibus principijs, etiam, quæ certa videantur, quæ potius, dum ſit opus, obnoxia dicam falſitati, quam S. Thomas. 3. p. q. 1. a. … vel *verbo tenus* cum Hæreticis, aut tranſuerſum vnguem, diſcedam à via tam communi, & à ſententia ab omnibus tam ex profeſſo ſtabilita. Venio ergo ad *Neotericorum* præcipuum, & vnicum fundamentum, quod procedit intendendo probare impoſsibile eſſe infinitum actu, propter dicta modo, in declaratione ſui diſcurſus, vt tandem conficiant implicare infinitum vtrumque, tam *actu*, quam *potentia*.

Digitized by Google

tia, & poſsibilem tantum eſſe certum numerum, ac certam extenſionem, finita.

Sic igitur argumentantur, ſi Deus produceret infinitos Angelos, continuo ſequitur contradicio hæc, nempe, inibi *exiſtere numerum Angelorum finitum*, maximum inter numeros finitos, ſiue reliquis numeris ſocis maiorem, *& non exiſtere*, & ſimul *finitum eſſe, & infinitum*, & idem argumentum poteſt inſtaurari contra aliud quoduis infinitum, quod ex parte poſsit numeris, vel palmis numerari, & menſurari; ergo implicat quoduis infinitum, & ſpeciatim infinitum ſecundum numerum.

Probant ſequelam, ſiue antecedens quia ſine dubio in ea multitudine infinita, ſunt complures numeri finiti, ideſt, multi milliones Angelorum, ſed quia tandem ſunt infiniti, nequeunt omnes eſſe finiti, ſicut nec infiniti, ergo finiti, finiti, ac certi ſunt, & contenti alio numero grandiſsimo & reliquis maiori, nimirum, qui ſit ille, qui a Deo numerari poſsit, quin maior poſsit; ſi ergo finiti ſunt numerabiles & ſubinde a Deo numerantur, ij contentierunt aliquo numero finito, certo, ac determinato, reliquis numerabilibus maiori.

671 Tunc ſic proſequuntur, vt eliciant implicantiam, hoc dilemmate addito vno ſolo Angelo, numero huic maximo, & vltimo, fiet numerus is infinitus; & ſimul remanebit ſicut antea, finitus; quod eſt contradictio manifeſta, quæ poſt paucas concluſiones cōſequitur ex conceſſa multitudine infinita, vt vides, & demonſtratur ſic etenim ille numerus finitus dictus *maior*, addita vnitate vna, nequit eſſe iam maior finitis, vt erat, nec computari amplius poteſt inter numeros finitos, ſed neceſſario factus eſt infinitus; qui enim nequit eſſe finitus, & exiſtit, debet tranſiſſe ad infinitum, nec enim datur mediocre, aut medium.

Rurſus talis maximus numerus intrinſece finitus, non poteſt fieri infinitus repente additione finita, nam, vt euidens eſt, *finitum additum finito nequit facere infinitum*, ſed ad ſummum aliud tertium finito maius, ergo implicat quoduis infinitum categorematicum, ſiue ſyncategorematicum in numero, extentione, & intentione.

Antequam reſpondeam argumento, cui iam olim ex parte ſatisfecit *Auguſtinus*, dum reſponderet antiquis illis *hæreticis*, licet inſolubile ſibi putauerit P. *Arriaga* hic diſp. 13. num. 46. quærendum eſſet ab his *Iunioribus*, an ipſi negent infinita omnia recenſita ſupra an 651 & cōtinua omnia componi partibus, vel ſaltem indiuiſibilibus infinitis; nam ſi ea concedunt, alterutro modo compoſita, vt par eſt credere, ipſi ſibi deberent obijcere ſimiles obiectiones, & reſpondere; ſed ego pro illis, & pro nobis ſic reſpondeo in forma, argumento magno ſuo. *S. Auguſt. 12. de Ciu. cap. 18.*

Et nego antecedens: non ſequitur vlla contraditio ex conceſsione numeri infiniti; ad probationem concedo antecedens, & nego conſequentiam; nam inter numeros finitos nullus eſt tam grandis, qui ab alio, & ab alio, & ſic ſine fine grandiori, non excedatur; & hoc ipſum, quod dico, & ſicut dico, ita in re eſt, & ſic ita ſcitur, & numeratur à Deo, ita quaſi percurrente, vt nunquam ſiſtat in aliquo numero tam grandi, vt ipſum vlterius, & ſine fine non poſsit duplicari, & in infinitum reduplicari, vt pulchrè proſequitur S. *Auguſtinus*; & euidenter apparet apprehendenti infinitum numerum Angelorum, & præſertim infinitum ſucceſsiuum gyrationum: in quibus ſi nequit eſſe vllus finitus numerus maximus, quià tales numeri ſemper multiplicabiles ſunt, mirandum non eſt, ſi à Deo non cognoſcatur; quia *quod non eſt non ſcitur*: reliqua argumenta communia ſunt omnibus negantibus produci poſſe actu infinita, & ideo in ſequētibus ſuis locis afferēda, & ſoluenda erunt. 672

Ariſtoteles 1. gen. t. 16

Sed opponas pro *Vuicleffo*, & imitatoribus opinio, quæ olim ſæpe tradita eſt, & docetur quotidie à multis Doctoribus claſsicis, ſatis probabilis cenſer, debet, nec error eſſe, aut dici poteſt; ſed talis eſt iſta opinio *Vuicleffi*; ergo erronea non eſt, præſertim in fide cum materia de infinito tota philoſophica videatur, neque enim error eſt quoduis hæræticorum aſſertum: mi-

norem

norem ſic probas euidenter.

Nam primò, vti referunt *Vazquez* tom.1.in 3.p.d.46.c.2. *Suarez* 3.p.d.22. ſect.2.& tom.3.de gratia lib.9.c.5.*Granado* de Charit. tract.3. diſp.2. & alij Recentiores, *Scholaſtici* in 3. diſ.13. S.*Bonauentura*, *Ricardus*, *Paludan*, *Capreol*. *Aureolus*, *Almain*, *Argent*, *Ochani*, *Marſilius* Palatius, *Gabriel*, *Scotus*, *Henricus*, *Rada*, *Driedo*, *Hiſpaleus*, *Caietanus*, *Aegidius*, *Carthuſianus*, *Lorca*, & alij, catholicè opinati ſunt ſaltem ſpeciales qualitatis, *gratia*, *charitatis*, & ſimiles augeri nec diuinitus poſſe ſyncategorematicè, quia ipſæ petant,& habeant certos,& finitos terminos ſuæ gradualis intenſionis, propter rationes, quas afferuut, & deſtruunt allegati Patres.

673 Secundò *Scotus*, *Henricus*, *Aureolus*, & *Ochamus*, vt refert P. *Faſoli* to.1. q.7. a.3.& 4.dub. 11. tradiderunt non eſſe poſsibiles pluſquam finitas rerum ſpecies, quæ ſe excedant in perfectione, ideſt, perfectiores,& perfectiores; & ex parte conſentiunt *Suarez* in met. d.30.ſect.17.n.22.dicẽs nõ poſſe creari aliã ſpeciẽ gratiæ perfectiorem; & *Cabrera* 3.p.q.7. a 9.diſ.2.& *Vincen*.relect. de Grat.Chriſti q.3.fol.230. aſſerentes poſſibilẽ nõ eſſe gratiã alterius ſpeciei propter fundamenta, quæ diluit P.*Granado* de Grat.tr.4.d.4.& *Zumel*,qui 1. p. q.12.a.4.q. *vnica*, putauit de facto iam conditas à Deo eſſe ſpecies omnes poſsibiles, quas conſtat fines eſſe.

Tertiò,omnem extenſionem à Deo producibilem finitam eſſe ſecundũ ſe, ita quod maior, & maior produci nõ poſsit, docuerunt *Aureolus*, & *Grandauenſis*, vt putat P.*Faſoli* ſupra, licet dicat *Suarez* in m.d.30.ſect.17.num.20. *quis Catholicus audeat dicere eſſe corpus finitum tantæ magnitudinis vt Deus non poſſit facere maius;* & merito, propter dicta ſupra à nu.659.

Quarto aſſertur *Peſantius* 1. p. q. 4. a. 12. diſp. 1. *concluſ*. 4. quaſi negarit multitudinem rerum infinitam etiã ſyncategorematice, ſed neſcio quo fũdamẽto,quarta hæc opinatio, & illa tertia fundẽtur præter cõmune aut cõmunia, quibus infra infinita omnia implicare conãtur probare cõplures.

Ego quidem ſicut, non poſſum negare aliquam, vel aliquas opiniones ex his quatuor, probabiles eſſe, ſed ſalua fide, negare non audeo generaliter, & ſine diſcretione, infinita omnia,etiam ſyncategorematica, præſertim, quæ concernunt numerum,propter authoritates, rationes ſuperius à me adductas,& adducẽdas inferius.

Licet enim hæc propoſito, *aliqua, vel aliqua perſona diuina non ſunt incarnata*, catholica ſit, illa generalis *nulla perſona diuina incarnata eſt*, impia eſt, & hæretica, & ita contingere potuit in propoſito, & cenſeri temeraria,vel erronea in Theologia, generalis hæc aſſertio, *nullum infinitum nec ſyncategorematicum poſsibile eſt, nec à Deo producibile*, quia diuinam potentiam tangit,& ſapientiã, quaſi omnipotens,& omniſcius Deus, cuius *ſapientiæ non eſt numerus*, nec ſciat, nec poſsit plures,& plures,& creaturas facere,& ſcire, neque Beatos conuiuas ſuos, recreare valeat abundantia ciborũ ſpiritualium,ideſt, cogitationũ,& effectuũ,ſẽper noua,& varia,ſine parca,& auara repetitione, & circumitu,quę lepide,& manifeſte refellit,& irridere viſus eſt *Auguſtinus* vbi ſupra c 17.contra repetitiones earumdem rerum,factas,& in æternum faciendas ab Hæreticis aſſertas. 674 *Auguſtin.*

Sed inſtas recte,dicitur,& ſine abſurdo,non poſſe fieri,nec ſciri,vel à Deo, niſi quod eſt ſcitu, & factu poſsibile, ſicut dicitur à Deo Patre generari nõ poſſe aliũ Filium,vnus tantũ eſt poſsibilis; ergo recte dici poteſt à Deo non poſſe fieri, nec ſciri, niſi finitos, & certos rerũ numeros, ac terminatas menſuras, ſiquidẽ maiores ſint impoſsibile, totũ hoc ego concederẽ ſine ſcrupulo, ſi conuiceres prius poſsibiles nõ eſſe alios numeros,& menſuras maiores,quia probè ſcio ſcientiam, & potentiam Dei eſſe circa ſcibilia,& poſſibilia,& ijs quaſi adæquari, quod cum non feceris, nego conſequentiam,

Ergo ex dictis triplici ſectione præcedẽti cõcluditur primo de facto exiſtere aliquot infinita inſenſibilia,ideſt, quę ſenſibus nõ pręcipiũtur ex quorũ genere,& exiſtere nõnulla,& ſubinde poſsibilia eſſe nuſquã negauit *Ariſtot*. vt author eſt S.*Thom*. ſecũdò poſsibilia eſſe,& actu ſucceſsiuè fieri cõplura infinita ſyncategorematica & ſubinde categorematica eis correſpondentia poſsibilia eſſe, & ſucceſsiuè ſaltem producibilia, nunc vero vlterius examinandum relinquitur an *Ariſtoteles* *S. Thoma* *3. Phiſ.*

actu, & ſimul poſsint per diuinam potentiam fieri infinita categorematica illorum quatuor generum, quæ præmiſsimus ſupra n.649. nempe *perfectionis multitudinis, intenſionis, magnitudinis*, vel extenſionis.

SECTIO IV.

Oſtendit implicare infinitam Creaturam non ſolum in omni genere perfectionis, ſed etiam in aliquo, quamuis Deus poſsit creare perfectiores, & perfectiores creaturas ſine termino, quin detur vltima ſuprema, & reſpondet obiectis.

DE his, quæ hic dicturus ſum, tractant copioſe cum S. *Thoma*
675 1.p.q.7. eius Interpretes, idcirco bre-
S. *Thomas* uiter dico primò, impoſsibiles eſt
creatura infinita in omni genere entis, ſeu perfectionis, aſſertio eſt euidés, & probatur quia talis creatura eſſet creatura, vt ſupponitur, & non eſſet, quia eſſet Deus; illud enim, quod eſt infinitũ in omni genere entis, vt ipſi termini præſeferunt, à ſe ipſo eſt, & à nullo poteſt dependere, & conſequenter creatura eſſe non poteſt, ſed Deus.

Dico ſecundò, ſimiliter implicat creatura infinita in aliquo genere perfectionis, v.g. quæ eſſet infinita in cognoſcendo, quæ omnia comprehédat, & illam nihil lateat, ita docet S. *Thomas*
S. *Thomas* 1. p.q.7.a.2.& *communis ſentẽtia*, & probatur; quia intellectiua virtus illius creaturæ eſſet creatura, vt ſupponitur, & non eſſet, quia eſſet infinite perfecta in genere intellectui, habens nimirũ, in eo genere omnem perfectionem poſsibilem, & ſupra ſe nihil, ideſt, in eo genere ſuperior omnibus, & à nullo ſuperabilis, ſed nec æquabilis, quia propria Dei: & ideo tametſi Deus patiatur æqualia ſibi duratione, ſapientia, non item, quod alibi proſequor congruentius.

Sed vrges primò, ſat eſſet adhoc, vt iſta Creatura eſſet infinita in aliquo genere v.g. in dicta virtute intellectiua, vt ſuperaret in ea infinitas creaturas ſibi inferiores, ergo poteſt eſſe creatura ſimpliciter infinita, quia habeat neceſſario omnem perfectionem poſsibilem, & habere ſupra ſe Deum in eo genere cognoſcédi perfectioné.

Reſpondeo negando antecedens: prædicta enim infinitudo non poteſt ſtare in eo ſolum, quod ſuperet infinitas alias creaturas, vt patet in anima rationali, quæ licet ſuperet infinitas alias creaturas in perfectione, non ideo eſt ipſa infinita; tum quia, vt talis ſit, non habet neceſsitatem habendi in ſe vnitam perfectionem diſperſam per illas, neque per æquiualentiã, ſed habendi perfectionem qualibet ſignata maiorem; tum etiam, quia dato, quod ipſa in ſe haberet vnitam maiorem perfectionem, quam eſt collectim tota, quæ diuiſim eſt in illis infinitis creaturis, adhuc eſſet ſimpliciter finita, & ſolum infinita ſecundum quid, nam ab alio ſpiritu angelico poteſt ſuperari, accedit quod infinitum in eſſentia excludit omnem imperfectionem ex ſuo conceptu.

Doctrinæ ergo huius fundamentũ 676
eſt hoc cõplexum, nempe quando res aliqua eſt ſpiritualis, & indiuiſibilis carens partibus, non poteſt eſſe ſimpliciter infinita, ſi ſupra ſe poſsit habere aliã perfectioné in eodé ordine, ex eo enim reuincitur rem imperfectã eſſe, ſeu non omnino perfectam, & aliunde ex apprehenſione communi, ea ſola res æſtimatur infinite perfecta ſecundum eſſentiã, quæ ſine imperfectione vlla eſt, & habet omnem plenitudinem perfectionis, quemadmodũ infinita ſecundum extenſionem dicitur, quæ habet omnem plenitudinem longitudinis verſus partem, quæ infinita eſt, quin à lõgiori queat ſuperari.

Et ideo implicat creatura infinita in perfectione, & eſſentia, quia eſſentia rei conſiſtit in indiuiſibili, & vti dico infra n.750. quacunq. data poteſt creari à Deo alia perfectior ſine fine; ſiquidé creatura nulla excludere poteſt omnem imperfectioné eſſentiæ, neque habere omné perfectionis plenitudinem, nam ad minus ſemper retinebit depédentiã ab alio diſtinctioné proprietatũ ſuarum, & huiuſmodi. Contra vero Deus eſt, quoad eſſentiã ſimpliciter infinitè perfectus, quia continens omnem perfectionis plenitudinem, excludenſq. omnem imperfectio-

Digitized by Google

fectionem, ac defectũ, omnia in omnibus ſuperat, & nullo in aliquo ſuperatur, quare implicat creatura ſimpliciter infinite perfecta in linea eſſendi vel etiam cognoſcendi ſiquidem hæc illi deberetur.

Sed cõtradices. Duratio qua Angelus duraſſet ab æterno, & nũc ceſſaret, & vbi immenſũ, quo poneretur in infinito ſpatio, eſſent ſimpliciter in ſuis generibus infinita, non minus, ac forent infiniti Angeli, & haſta infinite longa, licet prædicta duratio, & vbi poſſent ab alijs ſuperari, nempe à duratione alia infinita magis diuturna, & ab vbi maiori.

677 Reſpondeo ea entia indiuiſibilia eſſe infinita ſecundũ quid, nimirum, quia ea duratio æquiualeret, aut reſponderet tempori infinito, & vbi infinito ſpatio, propterea quod ab alijs poſsint ſuperari, & ſint affectiones indiuiſibilis finiti ſubiecti, quot tenet cõmunis ſententia Theologorũ ſupra n. 653. ſecus ergo dicendũ de infinitis reliquis, quæ partibus cõponuntur.

Vrges ſecũdò, dato hoc impoſsibili, quod Deus operetur ad extra, nõ libere, ſed neceſſario, ſtatim produceret infinitas creaturas, infinitas in omni genere perfectionis, ne dũ vnã, aut alterã in aliquo genere: ergo modo Deus quãdo libere operatur, idẽ Deus, & cũ eadẽ omnipotẽtia exiſtens, creare poteſt creaturas infinitas in perfectione.

Nego antecedẽs; quia Deus ſiue libere, ſiue neceſſario operetur, non poteſt facere chimæras, neque quod duo contradictoria ſint vera ſimul, neque alia impoſsibilia ex ſe factu, neque infinitos Angelos, aut alia quæuis infinita, ſi iſta de ſe repugnarent, ſicut non poteſt Pater æternus gignere modo neceſſario operãdo duos, aut tres filios diuinos, quia ij, de ſe ſũt impoſsibiles.

Etenim ex hoc antecedẽti licet impoſsibili, *Deus non poteſt quidquam facere liberè, ſed omnia neceſſario*, nõ colliguntur iſtæ cõſequentiæ, ergo ſimul Petrus eſt & non eſt; ergo poſsibilis eſt creatura cũ eſſentia infinite perfecta; quia antecedẽs illud non infert vi illatiua conſequens hoc, neq. illud, ſicut infert ſol lucem, ac diem, neque enim poſito, quod Deus operetur ex neceſſitate naturæ, reddita ſunt ea, quæ antea erant impoſsibilia de ſe factu, factu poſſibilia.

Illud autem Axioma quod dicitur *ex vno impoſsibili, ſequitur quodlibet*, intelligendũ eſt cũ grano ſalis: eius ſanus ſenſus eſt, qui deuorãt vnum impoſsibile, aliud quodlibet impoſsibile quodammodo ſimili priori, deuorare poteſt, ſi vult, & ſi grande eſt impoſsibile conceſſum, quodlibet cõcedere poterit, ſed æquali abſurditate; non vero ſenſus Axiomatis eſt; ſequi formali conſequentia, & illatione quodlibet impoſsibile ex quolibet; nam vt manifeſtum eſt ex hoc antecedenti impoſsibili, *Petrus eſt equus*, ſequitur quidem hoc ergo *Petrus eſt hinnibilis*, & hoc, *ergo eſt irrationalis*, & alia cognata his, quæ dicuntur ſequi per locum intrinſecum, ideſt, ex antecedenti. & medio, quod dici ſolet *locus* arguendi, & inferendi connexionem habens cũ conſequentibus, nõ vero ſequuntur hæc, *ergo Ioannes eſt lapis*, ergo *Cœlum nõ eſt poſsibile*, & ſimilia diſparate ſe habentia cum illo antecendi, & medio. *Ariſtoteles 1. Phys. 21.*

678 Niſi forſan dicas ex illo ſequi per locũ extrinſecũ, ideſt, ex medio extrinſeco, à *ſimili* ſumpto, aut *pari*; quoniã qui concedit Petrũ eſſe equum, ſimiliter concedere poteſt Ioannem eſſe lapidem, quod & ſapienter aduertit P. *Didacus Ruiz* de Trin. d. 68. ſect. 1. n. 5 his addo me opinari caſu, quo Deus nõ eſſet agens liberũ, nihil operaturũ ad extra, quia nõ poſſet ſe determinare ad hoc potius effectus, quam ad alios, & ſupra ſe non haberet cauſam aliam determinantem, ſed neque materiam ſignatam; vt exploratum eſt.

Dico tertiò, Deus poteſt de potentia abſoluta in quouis genere rerũ producere ſpecies perfectiores, & perfectiores ſyncategorematice, & ſine termino, v. g. poteſt creare Angelos perfectiores, & perfectiores diſtinctos inter ſe ſpecie, ſine fine; & ſimiliter homines, elemẽta, & mũdos, &c. Probat hoc *Granado* 1. p. tr. de Potent. Dei, d. 9. ſec 3 cũ S. *Thoma*, *Caietano*, *Molina*, *Vaſquez*, & alijs, & rationibus iã aſſerendis, cõſentiunt P. *Faſolus* q. 7. a 3. dub. 11. a n. 14. & ibi *Ioan. de Neapoli*, *Herrera*, & alij, nec diſſentire videtur *Arriaga* explicandus infra, licet illi diſplicet commune fundamentum, id ipſum ſup- *S. Thomas 2. c. g. c. 26. M 1. [illegible] 25. a. 6.*

ponit P.D.*Ruiz* de ſcien.d.20.ſect.5 n.6
ad argumentũ *Aureoli*,ac tenẽt *Coninc.*
de Char.diſ.22. d.5.n.70. *Rub. Maſſ. C.*
*Cõpl. Tellez Zumel.*d. 31.ſec.2.& ibi *co-*
nimb. Amicus, Rerupitus, Bannez,& alij.

Fauent maxime *Ariſtoteles*, qui de
679 facto factas ab æterno, & in æternum
Ariſtoteles faciẽdas credidit ſaltem infinitas ſpe-
cies,numeri, nimirũ, infinita binaria
ternaria, & huiuſmodi *S. Auguſtinus*,
S. Auguſt. qui eoſdem numeros poſsibiles firmi-
ter tenuit cõtra Hæreticos:ſed expreſ-
ſius magnus *Dionyſius Areopagita* de
diu. Nominib. c.8. ſic dicens, *dicamus*
Deum infinita vi, ac potentia præditum, non
ſolum quod vim omnem in lucem proferat,
ſed etiam quod omnem quoque vim ipſam,
multum ſuperat, quodque poſsit etiam infati-
te infinitas alias potentias, præter eas, quæ
ſunt in lucem proferre, nec vnquam potentiæ
infinitæ, & infinitè prolatæ in lucem, effe-
ctionem potentiarum effectrices eius poten-
tiæ, quæ omnem infinitatem ſuperat, obſcu-
rare, & obruere poſsint: hactenus *diſcipu-*
lus Apoſtolorum, ex quo videbitur colle-
giſſe rationem ſuam *S.Thomas*.

S. Thomas Ratio prima dicti huius eſt illa ſo-
lẽnis, quidquid non implicat contra-
dictionem poteſt fieri à Deo, ſed has
creaturas produci hoc modo nõ im-
plicat,ergo minor patebit ex ſolutione
argumentorum, & declaratione no-
ſtræ doctrinæ.

Secũda eſt S. *Thomæ* in q.20. de ver.
S. Thomas a.4.& ſic eſt,data quauis creatura v.g.
quouis Angelo eſt inter ipſũ, ac Deũ
infinita diſtantia in perfectione; ergo
interſeri poſsũt infiniti Angeli perfe-
ctiores, inter ſe inæquales,& ſpecie
differenter,erunt autem inter ſe tales
ſi vel vnam proproprietatem habeat
ſpecie diuerſam, vt alibi dictũ fuerit.

Tertia ratio etenim Deus eſt infini-
tus,ergo poteſt producere ſaltẽ ſynca-
tegorematicè infinitas creaturas per-
fectiores & perfectiores in infinitũ.ita
procedunt probando antecedẽs quod
aliunde de fide eſt P.*Faſolus* q.7.a.1. à
S. Thomas n.3.& a.4.d.11.n.14.cum S.*Thoma* &
alij communiter.

680 Quarta ratio ſpecialiter fit contra
quẽdam, qui ſingulariter defendit cõ-
plexũ hoc, nẽpe,poſsibiles eſſe actu,&
potentia infinitas ſpecies perfectiores,
& perfectiores, ſed adhuc in ipſis ne-
ceſſario dari in perfectione infimam,
& ſupremam, quæ præteriri nõ poſſit,
ideſt, primã,& ſecundã,& tertiã,& ſic
reliquas,numero ſucceſsiue *impertranſi-*
bili nũcupato, & item vltimã habẽ-
tem ante ſe penultimã, ante penulti-
mã,& ſic reliquas ordine longo, quos
vulgo vocamus *terminos intrinſecos* cõ-
tinui. Ratio vero ſic colligitur datur
vnitas prima,& vltima in quauis mul
titudine ſpecierum,cũ ordine,ideſt,cũ
immediatè ſecunda, & penultima, &
reliquis reſpectiuè, ergo datur infini-
tum clauſũ terminis, & ſubinde cõce-
di poterit Cœlũ ſupremũ, quod infi-
nitos orbes poſsibiles empyreo maio-
res,& maiores ſine fine circumcludat.

At vt video totũ hoc debet cõcede-
re P.*Arriaga*, qui hic d.18.à n.15.tue-
tur,quod non nemo nõ credebat, niſi
videret,nimirum infinitum eſſe poſſe
quod finem habet,& terminis claudi-
tur,ſi tamen pertrãſiri non poſsit ſuc-
ceſsiue,& ſic eſſe infinitas illas ſpecies
contentas licet,tanquã inter terminos
intrinſecos,inter infimam,& ſupremã
primam,& vltimam. Sed iſtud impli-
catorium aſſertum alibi refello infra;
ſolum noto hic cõmuniter a Doctor.
reuinci aliquid infinitum eſſe quia fi-
nem non habeat,ſeu vltimum:ſpecia-
tim id præſtat P.D. *Ruiz* de ſcientia d.
20.ſect 3. ſic demõſtrans ſyncategore-
maticum eſſe infinitũ,& merito; nam
infinitum reſoluitur *non habens finem*,
ſicut finitum perinde eſt,atq; *habens fi-*
nem:ſed de his alibi oportunius agẽ dũ.

Altera pars Sectionis diluit ra-
tiones opinantium inter ſpecies
poſsibiles dari infimã, & ſupre-
mam, E C.*quendam Angelum*
eſſe ſpeciem vltimam in perfe-
ctione, & ſupremum cherubim
eſſe cunctis poſsibilibus perfe-
ctiorem.

VEruntamen pro *Durando*, *Aureolo*,
Henrico, *Baccone*,& alijs eorum fa- 681
citoribus citatis ſupra n.673. qui opi-
nantur ſpecies omnes rerum poſsibi-
les, eſſe finitas numero;& inſuper,ne-
ceſſario in ipſis inueniri ſupremã, &
infimam;& pro P.*Arriaga*, qui,vt reor,
ſingulariter conceſsit nobiſcũ ex vna
parte tales ſpecies inæquales,eſſe infi-
nitas,& ex alia aſſeruit neceſſario da-
ri

Digitized by Google

ri in quouis genere vnam cunctis in-
feriorem, & alterá ſuperiorem, nepe,
prima in perfectione, & vltimá; plura
obiecit ſibi, & ſcite diſſoluit P. *Faſoli*
ſupra a Theologis maximè legendus.

Et tu ex P. *Arriag*., qui cogitationé
ſuam certam putat hic d. 58. ſect. 3. op-
ponas ſecũdo illa ratio *S. Thomæ* deſũp-
S. Thomas ta ex diſtantia infinita, inter diuinam
perfectionem, & creaturarum, debilis
videtur, ſume enim, inquit ille, totam
collectionem creaturarũ poſsibilium,
& argue ſic tota collectio hæc eſt fini-
ta in perfectione, & diſtat infinite a
Deo, ergo poterit produci alia creatu-
ra intenſiuè perfectior tota illa colle-
ctione. Ecce ex eadem forma arguẽdi
rationis illius, nihil ſequitur, ſiquidem
nulla creatura eſt poſsibilis vltra con-
tentas in collectione omnium.

Reſpondeo rationem *S. Thomæ* boná
eſſe, & probabiliter probare intentum;
quia probabilis connexio eſt in mate-
ria argumenti, ideſt, inter antecedens,
& conſequens: neq; officit formam eá-
dem alibi nil valere: contingit enim
non rarò, arguméta ſub eadem forma
eſſe certa, vel probabilia ratione ma-
teriæ naturalis, vel contingétis; & im-
poſsibilia, & improbabilia ratione va-
riæ, vel mutatæ materiæ illius indiſpa-
ratam, vel remotá, vt vides in infini-
tis exemplis: hæc ſufficiant, Petro fa-
melico afferuntur cibi, & nihil impe-
dit ergo comedet, Petrus apprehendit
vt valde bonũ ſibi, & poſsibilé ſtatum
religionis, ergo eum amabit; vel ergo
eum poteſt amare, & huiuſmodi, quæ
fuſè propoſui ſupra a n. 38.

Ecce eæ argumentationes abſolutè
682 ſunt certæ, vel probabiles ratione ma-
teriæ, & cónexionis antecedétium, &
conſequentiũ, iuxta dicta ſupra n. illo,
quæ tam erunt falſæ & impoſsibiles, ſi
mutes materiam naturalem, & proba-
bilem in remotam, ſupponendo Petrũ
allicuiſſe iam omné collectioné actuũ
ſibi poſsibiliũ, & nullum ſibi ſupereſſe
quo vlterius quidquam amet, ſimile
quid tu facis in propoſito; & ideo nil
mirum, ſi forma, quæ concludit tantũ
ratione materiæ, alibi concludat, alibi
non valeat, quare ratio S. *Thomæ* valde
S. Thomas rationabilis eſt ratione ſuæ materiæ.

Opponas tertiò pro eodem Patre ſu-
mendo omnem collectionem creatu-
rarum poſsibiliũ ſic; ſine dubio in ea
collectione eſt aliqua creatura, quæ
reliquas omnes excedit in perfectio-
ne, & quæ a nulla alia exceditur, ergo
ea erit ſuprema, ſiue cũctis perfectior
antecedés manifeſtũ videtur, ſed pro-
batur primo; quia nõ omnes creaturæ
eius collectionis exceduntur in perfe-
ctione, ab alijs eiuſdé collectionis, ſe-
cus eædem creaturæ excederét alias,
& ab ijs excederentur, & ſubinde
daretur mutuus exceſſus, qui omnino
repugnat, probatur ſecundo: quoniam
Deus, qui creare poteſt eas creaturas
ſcit omnium perfectiones ſingulas, &
conſequenter, quæ maior ſit, ac dicit
illam determinate, & certo maiorem
eſſe, quæ vicinior eſt & magis ſibi ap-
propinquat. Sed huic arguméto debe-
mus omnes reſpondere eo modo, quo
his reſpondemus, primò, Deus creata
magnitudine palmi vnius poteſt ſyn-
categorematicè creare magnitudines
alias maiores, & maiores ſine fine, ſi nõ
relabimur in erroré *Vuiclefſiſtarũ*. Secũ-
dò, Deus poteſt imperare vt fiát ab An
gelo dies maiores, & maiores ſine fine
exceſſu determinato, vel indetermina
to, ſeu proportionali, vel etiá minores,
& minores in æternum proportiona-
liter. Tertiò poteſt aſsignare in cótinuo
partes cómunicantes maiores, & ma-
iores ſine fine vel etiam minores, &
minores in infinitum. Quarta Deus
ſcit eſſe infinitas partes minores, &
minores in palmari continuo inclu-
ſas inter hanc ſuperficiem, & illam, &
ſubinde ſcit ſimiles partes vtrumque
terminari, & huiuſmodi aliter.

Et tamen quia ſic cogit nos dicere 683
natura infiniti, vel humana ignorátia,
ad primũ reſpódemus inter illas quá-
titates nullam determinate eſſe reli-
quis maioré, aut maximá, ſed nec va-
gé aut indeterminatè aliquá, ſed ita
eas cognoſcere Deũ vt videat ipſas eſ-
ſe maiores, & maiores, & priores par-
tes collectionis eiuſdé, ſemper, & ſine
fine excedi à poſterioribus, & ſic re-
ſpectiuè dico ad 2. 3. & 4 cui ſuperaddo
in fine cótinui terminari parté infini-
tis minorem, per aliquod ſui, ſiue ina-
dæquate, vt reſpódent Phil. ad 6. Phiſ.
qui nullo modo dici poſſe putátà Deo
ſciri parté minimá, & poſtquam nõ ſit
alia minor, & alia minor ſine fine, licet

Deus

Deus comprehendat ſingulas, & ipſarum magnitudines determinatas, eo modo, quo eæ determinationem habent, nimirum vlterius ſemper diuiſibilem.

Ad formam ergo pro te, & pro me nego antecedens ad probationes concedo nõ omnes creaturas collectionis excedi ab alijs eius collectionis, ſed cum diſcretione antecedens a ſubſequentibus ſine fine, & quin ſiſtatur in certa perfactiſſima, & omnium vltima, quia talis non eſt, & *quod non eſt a nullo ſcitur*; ex quo ruit vis tui argumenti; quamuis ergo Deus cognoſcat omnes, & ſingulas creaturas, & determinatas omnium perfectionis, nullã determinatam videt ſibi viciniorem, neque magis appropinquantem ſibi, quoniam talis non eſt, & ita rem ſe habere bene ſcit, vel ſcit ſimiles veritates adductas in exemplis.

Ariſtoteles *S. Thomas* *2. ſeſt. l. 6.*

Quarto apponas infinities infinita, & quaſi in intelligibilis, ideſt, incomprehenſibilis perfectio videtur, non tantum ea, quæ extéſiuè reperitur diſperſa in creaturis collectionis omnium poſſibilium, verum, quod multo mirabilis eſt, ea, quæ cernitur in vna ſola creatura, quæ ſuperet in prfectione aliquo milliones infinitarũ ſpecierũ; ergo tam immerſa perfectio nequit eſſe creatura, & ſubinde chimærica eſt, & impoſſibilis.

Et confirmas, quia intantũ poterit creſcere vis intellectiua vnius creaturæ, vel plurium etiam infinitarum, vt in ſe ſit perfectio ſimpliciter infinita, quia ſuperet infinitas alias perfectiones, & pluris ipſis quaſi æſtimetur rurſus contingere poterit, quod Deus comprehendi poſſit in minus ab vna ſola perfectiſſima creatura, ſaltem ab omnibus poſſibilibus, Deum vnaquaque quaſi pro ſua parte cognoſcente: abſurdum vero perinde eſt concedi Deum comprehendi poſſe ab Angolo vno, atque ab infinities infinitis; ergo abſurdũ eſt aſſertum, ex quo ſequitur.

Reſpondeo ex SS.P. *Dyonyſio* & *Tho-*
684 *ma*, & *Auguſtino*, ſimilem perfectionem *S. Thomas*
S. Auguſt. reſpectu noſtri incomprehenſibilem
eſſe, non reſpectu Dei, cuius ſuprema
Deitas, maieſtas, & potentia, non propterea aditur, obſcuratur, aut obruitur ſed manifeſtatur magis, & exaltatur.

Ad confirmationem concedit *S. Thomas* poſſe dici eiuſmodi perfectionem infinitam in aliquo genere, ſed non in omni, vt eſt Deus; ego vero, qui ſupra an. 675. dixi implicare creaturam infinitam, vel in vno, aut alio genere perfectionis v.g. in cognoſcendo, reſponderem hic quoque, quod ibi legendum eſt. *S. Thomas*

Dato autem, quod in ea collectione reperiatur perfectio intellectiua infinita perfecta, adhuc manet Deus incomprehenſibilis tam ab vna creatura, quam ab omnibus, tum ob rationes Theologorum, qui non credunt ſequi comprehenſionem Dei ex cognitione omnium poſſibilium, tum quia ſimiles creaturæ, quoniã adhuc ſunt ſuſtantiæ naturales, & *naturæ* dictæ, non poſſunt comprehendere, quæ extra ſphæram ſuam ſunt, nempe Deum authorem rerum maxime ſupernaturalem, & multo minus myſterium Trinitatis: ad hæc reſpondere debet eidem arguméto, quod fortius iſtauratur contra ſupremam creaturam infinitis perfectionem, qui eam adſtruit.

Sane ratus ſum quod iſta materia declarari amplius non poſſit ſine cerebri diſpendio, & ideo ſuperſedendum; ac dandũ cum *Auguſtino* Deum *S. Auguſt.*
aliquid poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe in talibus enim rebus tota ratio facti, ſicut & faciendi, eſt potentia facientis. Ego quidé cum ipſo hoc ſentit, *quia etiam cum fuerit in nobis tanta iuſtitia, vt ei addi omnino nihil poſſit, non æquabitur creatura creatori*, ſeper enim manebit creatura dependens, & indigens aliquo, nempe Deo cõſeruante. *ep. 3. ad. Volus. & de nat. & gr. c. 34.*

Sed tamen iterum, & quintò obijcias pro *Arriaga*, non eſt contra eſſentiam infiniti habere principium, & finem; ergo licet ſpecies infima, & ſuprema ſint principium, & finis, ideſt, prima, & vltima multitudinis infinitæ ſpecierum inæqualium interiacentium, illæ ex hoc capite non implicabunt. 685

Antecedens certum eſſe putat *Pater* iſte hic d. 18 a. n. 4. & 39. & probat exẽplis: nam linea tranſuerſa circa baſim pyramidis, clauſa inter puncta linearum, quæ infinite diſtant a centro, infinitã eſt; & item caſu, quo lineam ab hoc

hoc loco protenſam ſine fine verſus oriẽtem, Deus ſcinderet per medium, appareret lineæ hoc fruſtrum infinitè longum, cum duplici termino, vno hic, altero in loco ſectionis: deinde idem videretur, ſi infinitos gradus intentionis, Deus per medium item ſecaret. Tertiò infinitum in numero manifeſtè incluſú videtur duplici ſuperficie in quouis continuos. Rurſus, vtrumque receptum eſt, interceptas eſſe infinitas ſpecies inæquales, nó ſolum inter formicam, & Deum O. M. ſed etiam inter formicam, & S. *Gabrielem*; ergo nó repugnat infinito habere non ſolum principium, quod nemo illi negat, ſed neque finem; quamuis, & vtroque ſoleat, aut poſsit carere per accidens.

Ariſtoteles *S. Thomas* *inf. n. 658.* Reſpondeo negando antecedens: quod videtur eſſe contra lumen naturæ, & ſic contra *Ariſtotele*, & omnes *ſcriptores*, quin imò contra S. *Scripturam* & SS. *Patres*; vbique enim, & ab omnibus, quod in ſe infinitum eſt, ſiue quãtitate molis, ſiue virtutis, quaſi per ſynonyma dicitur, *finem non habere, nec terminum, nec numerum*; ideo dicitur in pſ. 144. de infinita magnitudine Dei, quod *eius non eſt finis* ſicut & pſ. 146. *ſapientiæ eius non eſt numerus*, & iterum *Baruchi 3. Deus magnus eſt, & non habet finem*: Vide Interpretes, & SS. PP. quos adducit *Faſolus* q. 7. a. 1. n. 2. maxime *S. Auguſt.* S. *Auguſtinum* ibi, & ſuper pſalmos & lib. 11. de Trin. c. 10.

686 Vnde meritò Philoſophi, & Theologi habent tanquam axioma illud *Ariſtoteles* *Ariſtotelis* aſſertum in 6. Top. loco 78. *linea infinita neque medium, neque fines habet*, ideſt, neque principium, neque finem, neque primum, & vltimum, quando, nimirum, vtrumque res infinita eſt, & *S. Thomas* *1. p. q. 2. art. 3.* *S. Thomas* inde reuincit quod ſi mouentia procederẽt in infinitum, non eſſet aliquod primum mõuens; eodem modo loquuntur *Aegidius, Scotus, Ioan. de Neapol. Herneus, Aureol. Maior*, quos citat, & ſequitur P. *Faſolus* q. 7. a. 3. & 4. dub. 10. n. 5. & Recentiores veritatis huius rationes tangemus infra à nu. 700. quare negoitem conſequentiam.

Ad probationem demonſtrabo infra num. 702. lineas illas eſſe finitas, ſiquidem vtrinque fines habent, ſed & nunc addo ex *Philoſopho*, *Ariſtoteles* infinita ſcindi non poſſe per medium, quia medium non habent quæcumque non habent extrema.

Ad tertium exemplum reſpondet *Faſolus*, ſimiles multitudines infinitas quidem eſſe, & ideo carere primo, & vltimo poſitiuè, licet illa enumerata extrema dici poſsint prima, & vltima negatiuè, ideſt illis infinitis extrinſeca, nullo ordine numeri reſpecta, vltra quæ tamen illa non progrediũtur, ſed neq; tangunt, quia ad ſui aggregationem non pertinent.

Primum verò, & vltimum poſitiuè vocat, quæ cum interceptis vnitatibus ſeruant ordinẽ quaſi numeri, ita quod poſt primam immediatè ſequatur ſecunda, & tèrtia, & cæteræ: & ſimiliter ante vltimam ſit penultima, & anteriores ordine longo; quod nequit contingere in exẽplis adductis, quoniam ante ſuperficiem vltimam, v. g. nulla eſt pars tam illi vicina, vt ante ipſam non ſint aliæ viciniores infinitæ; quemadmodũ ante *Gabrielem*, vel Deum nulla eſt tam proxima creatura, vt nõ ſint infinitæ aliæ proximiores, vt alibi vberius ab omnibus declaratur, & admittitur tanquam placitum commune; lege infra à num. 848.

SECTIO V.

Probat copioſa authoritate, & rationibus poſſe diuinitus produci actu rerum multitudinem categorematice infinitam.

Tituli aſſertum tenuerunt grauiſſimi Doctores, in primis cõmunes magiſtri, nempe *Ariſtoteles*, qui vt *Ariſtoteles* 687 Author eſt ſæpe *S. Thomas*, & conteſtãtur alij Interpretes, conceſsit poſsibilem infinitam multitudinem rerum ſpiritualium, ſiue immaterialem, & licet per errorem, putauit actu exiſtere infinitum animarum, & forſan Intelligentiarum, & præceſsiſſe dies, & noctes infinitas, & pluſquam infinitas generationes, & huiuſmodi conſequentia.

Et *S. Thomas* ſæpe rem diſputans, ſed plerumque ambiguè loquutus, ſen-

S.Thomas ... Gent. c.38. & 1. p.q.10.a.5.ad 4. & 7.a.3 ad 3.

tentiam contrariam ex aliorum opinionibus videtur ſtatuere, & ideo ante me P. *Alamanius* hic q.18. a.2 bene ponderatis textibus ſcitè monſtrauit S.*Doctorem* putaſſe ſimilia infinita numeri, vel alterius cuiuſquam generis fieri actu, & ſimul, non poſſe de potentia ordinaria, bene autem de potentia abſoluta conſonant *S. Auguſtinus* admittens infinitas partes in cõtinuo, & numeros infinitos creaturarum poſsibiles, & S.*Dionyſius* allegatus ſupra nu.679. Id ipſum tradiderunt ante eos Antiqui citati ſupra n.651. quibus ad *Anaxarchũ*, cui ex authoritate *Democriti* infinitos mundos eſſe referenti, atque mentienti, Heu me, Inquit, *Alexander*, miſerum, quod ne vno quidem adhuc potius ſum, quod refert *Val.Max* lib.8.c.15. vide S.*Auguſtinum* de ciuit. lib.18.c.4.

S. Auguſt de Tr. l.11 c.10. de im anim. c.7.

S. Auguſt.

Deinde poſsibilia eſſe, ac fieri à Deo poſſe infinita generaliter, & in ſpecie numeri, ſiue multitudinis, docent *Mayron. Ocham, Adam, Bacconus, Argentinas, Holcot, Arimin, Almain, Aliacens, Baſſol, Gabriel, Maior, Gratia Dei, Scotus*, 1. d.2. q.3. §. de ſexta, *Vazquez* 1.p. d.26. quos citat, & ſequitur *Faſols* 1.p.q.7. a.4.d.12. rem fuſe, & optime tractans: quibus adde *Perers* lib.15. c. vlt. *Hurtadum* hic d.13. ſect.2. *Arriagam* ibidem ſect. 4. *Ioachim* d. de infinito, a puncto 2. *Prapoſitum* 1.p.q.7.a.2. *Maratium* to.2. d.41. *Bernal.* de Incarn.d.30.n.22. *Henselman, Ouiedo, Onnam, P. Eſpinoſa*, in M. S. & communiter Recentiores, quorum opinionem dicit P. D.Ruiz eſſe *valde probabilem*, & ego opinor eamdem debere ſequi quotquot putant poſsibile eſſe *infinitum in potentia*, qui fere ſunt omnes, ſi conſequentiam amant.

S.Thomas q. de ani. c. 18. ad 3. S. Thomas 5.ſ.q.25.c

688 Probatur primò ſolita ratione, *quidquid extra Deum, non implicat*, &c. ſecundò paritate ſic, in quolibet continuo corporeo dantur infinitæ partes, & infinita puncta, ergo poſsibilis eſt infinita multitudo Angelorum, vel aliorũ quorũlibet indiuiduorũ cõpletorũ, patet cõſequentia, quia ferè omnes rationes, & argumenta, quæ opponuntur infinito Angelorũ, opponũtur infinito partium continui, & punctorum; ergo ſi non probant infinitudinem partium in continuo nõ dari, nõ probabunt infinitudinẽ Angeloum impoſsibilem eſſe; maior patebit in ſolutione argumentorum partis aduerſæ.

Probatur tertiò, nam, vt patet ex ſupra ſępe dictis, eſt certa propoſitio, ſi animæ, vel Angeli poſſunt plures, & plures ſucceſsiue produci à Deo ſine fine, actu, & categorematicè poſsibiles ſunt infinitæ animæ, & infiniti Angeli; ex qua deduco, ergo hæ, & ſimiles multitudines infinitæ, ſimul poſſunt fieri, conſequentiam probo primò diſcurſu S.*Thome* etenim infinita multitudo rerum exiſtens non *S. Thomas*
repugnat ratione ſui; quia vnus An- *1.p.q.7.a.*
gelus alteri non opponitur, neque in *4.*
eo numero infinito eſt repugnantia ex intrinſecis prædicatis infiniti proueniens, quæ non ſoluatur in numero poſsibile continui, vel eius faciendis diuiſionibus; neque ratione omnipotentiæ, quæ, vt ait *S.Thomas*, & S.*Dionyſ.* infinita eſt, & ad omnia, quæ non repugnant eſſe, ſe extendit; ſed neque repugnat ratione loci, aut ſubiecti; quia, vel hæc poſſent infinite multiplicari, vel ſubiectanda, vt vult *S. Thomas* penetratiuè collocari.

Probo ſecundò, quia omnia argumenta quę fiunt contra infinitum actu exiſtens Angelorum, vel aliarũ rerum, militant contra ipſarum categorematicam poſsibilitatem, vt in materia de infinito notant *Faſolus Arriaga*, & Recentiores ſuggillando tacitè inconſequentiæ iam allegandos Doctores, & meritò, quia dicitur veteri prouerbio, *poſsibili poſito ineſſe nullum ſequitur inconueniens*, ſi nimirum, id, vt eſt poſsibile, ponatur, ſucceſsiuum, ſucceſsiue, & permanens ſimul: atqui *expoſitione infiniti actu, non ſequuntur inconuenientia vlla* ait S.*Thomas* in *S.Thomas*
Alamanio q.18 a.2 ad 8. accedit quod *1.p.q.10.a.*
ſcientiæ Dei, quæ dicitur *ſimplicis intel-* *5.ad 4.*
ligentiæ, obijciuntur cognoſcenda ſimul infinita plurima poſsibilia, nempe, infinita multitudo rerum, infinita extenſio, & huiuſmodi; in quorum prædicatis ſimul obiectiuè exiſtentibus, & obiectiuè connexis, nulla apparet Deo repugnantia, & ideo ipſe dicit, poſsibilis eſt infinita multitudo categorematica Angelorum; lancea infinite longa; & ſic aliter, ergo exiſtentia realis prædicatorum eorum, non affert repugnantiam.

Alte-

Altera pars huius Sectionis refert & reÿcit cum fundamentis ſuis graues Authores, qui exiſtimarunt non poſſe produci actu infinitam multitudinem, quinimo nec aliud quoduis infinitum.

689 VVicleffus,& Iuniores, qui ſupra an
668. tenuerũt infinita omnia im-
poſsibilia eſſe,cohærenter ad errorem
ſuum, tenẽt tituli aſſertum; ſed & alij,
qui illa nobiſcum poſsibilia iudicarũt
n.659, incõſequenter nunc, eadẽ pro-
duci actu non poſſe,contuẽtur,hi ſunt.
S.Bonau.Durãdus,Ricardus,Aureolus,Hen.
Albertus,Aegid.Herueus,Albertin. Conim-
bric.Fonſeca,Rubius, Tol.Granado,suar. d.
50.met.ſect.17.*Murcia,Auerſa* t.1.q.24
ſect.4.cũ S.*Thoma*, & Thomiſtis, *Caiet.*
Bannez,Zumel,Ripa,Hazario, Nauarretes
Aegidio, & Bargio, Aſtudillo, soto, Maſsio,
Valleſio,Veracrux,Grannio, Villalp. Ferra-
rius noſter t.3.& *Tannerus* t.1.P.*Oidac.*
Ruiz de ſcient.Dei d.20.ſect.2. C.*Lugo*
de Incarn.d.16.ſect.6.*Amicus* d.9.n.429
Salas 12.t.1.tr.2.d.4.ſect.7.c.*Cõplut.*hic
Lorca,22-d.19. & alij in F *ſolo* ſupra &
multi Iuniores abſolute negant infini-
ta omnia ſimpliciter actu eſſe poſſe,
quibus nouiſsime *Tellez* adhæſit d.31.
à n.11. Eorum primum fundamẽtum
Ariſtoteles ſic deſumitur ex *Ariſtotele*,hic t.41.ad
probãdum repugnare in ſpeciali mul-
titudinem infinitã,omnis multitudo
poſsibilis debet eſſe ſub ſpecie numeri
ſeu debet eſſe numerus,& numerabi-
lis;ſed nulla ſpecies numeri eſt infinita
ergo nulla multitudo infinita eſt poſ-
ſibilis. Reſpõdeo hoc argumentũ fieri
poſſe contra partes infinitas, & innu-
merabiles cõtinui,& infinita obiecta
ſcientiæ ſimplici intelligentiæ, & ſic
qui illud obijciunt,debent ſoluere, &
nobiſcũ negare maiorẽ;*nam qui diceret*
S. Thomas ait *S.Thomas* hic t.41.lect.8.*aliquã mul-*
titudinẽ eſſe infinitam, non diceret eam eſſe
numerum,vel numerum habere, addit enim
numerus ſupra multitudinem,rationem men-
ſuræ: ſiue quod poſſit numerari.
Quare deinceps in rigore loquẽdo,
690 infinitam multitudinem non appelle-
tis *numerum* infinitũ,quia numerus ri-
goroſus eſt, qui poteſt numerari;mul-
titudo autẽ infinita caret numero, &
eſt innumerabilis licet cum eodem
S.*Thoma* ibidem, etiã dicere poteritis *S. Thomas*
de ratione numeri finiti eſſe,quod nu- *1.p.q.10.a*
merari poſsit, non de ratione nume- *3. ad.2.*
ri infiniti eſſe, intelligendo nomi-
mine *numeri*, idem, quod nomine
multitudinis vnitatum innumera-
bilium.
Secundum fundamentũ eſt,nõ ſunt
poſsibilia infinita corpora, ad quæ di-
cant ordinẽ infinitæ animæ rationales
vt cum illis cõponant naturalia cõpo-
ſita; ergo iſtæ nõ ſunt poſsibiles nego
antecedẽs; quia poſsibilia ſunt,vt pro-
batum eſt infinita cõpoſita naturalia,
vel omnino corporea, vt infiniti leo-
nes, vel ex parte, vt eſſent infiniti
homines.
Tertium eſt ſi poſsibilis eſſet infi-
nita multitudo Angelorum, v.g. poſ-
ſent creari in infinitis inſtãtibus vnius
horæ cum illa ſucceſsione, & ordine,
quo procedũt inſtantia, ita vt primus
Angelus crearetur in primo, & vlti-
mus in vltimo inſtanti horæ; vnde ſe-
queretur in infimo dari primũ & vlti-
mum;& conſequenter ſimul eſſe infi-
nitum, & non infinitum; ergo impli-
cat infinitum Angelorum.
Rurſus replicabis Angelus eſt vni-
tas vltima, & ſuprema ſpecies, & for-
mica prima,& infima, inter quas ſunt
infinitæ ſpecies perfectiores, & perfe-
ctiores ſine fine, imperfectiores tamẽ
ſpecie angelica, ergo vel non impli-
cat infinitum claudi termininis,vel nul-
lum eſt poſsibile,præſertim in nume-
ro;ſemper enim poterunt claudi ter-
minis, ſicut, & clauditur multitudo
infinita partiũ cõtinui vnius vlnæ v.g.
prima, hac ſuperficie,& illa vltima.
Sed reſponſio eſt tibi in promptu,ſi 691
attẽdis ad inſtãtia horæ,quæ fateris &
meritò,eſſe infinita,& tamen aſsignas
tu primum,& vltimũ,quare dico pro
te,& pro me,in ea multitudine infini-
ta Angelorũ aſsignari poſſe primũ, &
vltimũ Angelũ in productione, ideſt,
vnũ,qui ſit primus,& alter,qui ſit vlti-
mus productionis, nõ vero qui ſit vl-
timus multitudinis, quia eiuſmodi
multitudo non habet fine ſicut in in-
ſtãtibus patet,in quibu licet detur vl-
timum aliquod in exiſtere,ipſum non
eſt vltimu multitudinis,quia no habet
ante ſe penultimũ, ſed inter ipſum,&
quodlibet aſsignatum inſtans, ante ſe

 illius

illius ſunt termini cõtinui finiti & terminati, non partium infinitarũ, cum quibus nullum ſeruant ordinem, iuxta dicta ſupra n.636. Quartum fundamentũ deſumitur ex varijs his incõuenientibus. Etenim, ſi eſſet poſsibilis infinita multitudo Angelorũ, ſequeretur primò quẽlibet poſſe facere vnam vel duas diuiſiones in cõtinuo quodã, & conſequẽter maneret continuũ diuiſum in omnes ſuas partes; quod ab omnibus reputatur abſurdũ. Secundo iſti Angeli applicati omnes poſſẽt mouere corpus aliquod velociſsimè, & in inſtãti, quod etiam videtur impoſſibile; quia motus nequit eſſe niſi in tẽpore. Tertio, ſi iſti Angeli creati fuiſſent habentes ſinguli ſingulos lapides pręcioſos, quos reponerent in aceruo, poſſẽt deinde reſumere ſinguli duos, vel tres lapides, quin propterea deficerent lapides omnibus Angelis, quod videtur eſſe contra lumẽ naturæ, ſuppoſito quod illi lapides nõ ſunt multiplicati.

692 Reſpõdeo, quod ſi eſt poſsibile, quod continuũ diuidatur in infinitas partes quæ maneant diuiſæ, vel etiã in omnes ſuas partes, à Deo diuidi etiam poterit, vel etiam ab vno, aut ab eis Angelis infinitis; quod ſi ita diuidi eſt impoſsibile, ſicut à Deo exiſtenti diuidi non poteſt, nõ poterit diuidi ab Angelis infinitis, ſiquidem poſitio Angelorum infinitorũ, non facit continuũ in omnes partes diuiſibile, nec indiuiſibile; maiorem enim potentiam habet Deus, quam illi Angeli non haberẽt, & tamen non ex eo, quod ea potentia ſit in Deo exiſtens, continuũ illud poterit ſic diuidi, ſi aliunde repugnet diuidi, an verò repugnet dico in l.6.a n.861.

Similiter reſpondeo ad ſecundã de motu, ſi enim repugnat quod Dei omnipotentia cauſet motũ in inſtanti, quia ideſt contra eſſentiam motus localis, qui petit habere partes ſibi ſuccedẽtes priores, & poſteriores, multo magis repugnabit eum motũ fieri in inſtanti à mille infinitis Angelorum ad hæc, nõ valet hæc forma arguẽdi, qua quis probare conaderet Deum non eſſe poſſibilem ſic, ſi eſſet poſſibilis Deus, ſequeretur poſſe ſua omnipotentia diuidere cõtinuũ in omnes ſuas partes ita quod omnes remanerẽt diuiſæ, & itẽ poſſe corpora mouere infinita velocitate, & in inſtãti; & ideo ſicut reſpõdetur huic argumẽto, reſpondendũ eſt præcedẽti.

Ad tertiũ nego poſſe ab illis Angelis reaſſumi tres lapides, aut plures, quam vnũ lapidem ab vnoquoq; quia illi lapides ab initio fuerũt tot, quot Angeli, & multiplicati nõ ſunt expoſitione in aceruo; huic etiã argumẽto reſpõdere tenentur aduerſarij qui admittunt infinita puncta in continuo caſu, quo in eorum quolibet Deus poſuiſſet vnum obolum penetratum, qui omnes oboli poſt inde extracti in aceruũ proijcerẽtur, & rurſus paulo poſt iterũ diſtribuerẽtur per pũcta. Dic ergo tu, & reſponde an poſsint reſpondere duo, aut decem oboli cuilibet puncto, & quod reſponderis, reſpondebo creatis Angelis habentibus ſingulis, ſingulos lapides prætioſos.

SECTIO VI.

Non repugnare actu eſſe infinitam graduum intentionem iudicat vero ſimilius; & reſpondet argumentis.

EX dicendis in libris de *generatione* ſuppono, intentionẽ eſſe multitudinẽ partium, ſiue graduũ qualitatis cõmorãtium in eadem parte ſubiecti & ideo manus dicitur habere intẽtionẽ caloris, quando habet in ſe multos gradus coloris, in præſenti ergo aſſero poſsibiles eſſe infinitos gradus inter ſe vnitos cuiuſuis qualitatis, facientes intentionem infinitam ſimpliciter. 693

Poteſt v. g. Deus creare infinitos ignes cum ſuis debitis qualitatibus, vt ſupra probatũ eſt, & deinde auferre à quouis igne vnũ gradũ caloris, & eos omnes inter ſe vnire, vnde reſultabit ſine dubio infinita intẽſio; vel etiã poteſt primò producere eos omnes infinitos gradus caloris, aut gratiæ, aut alterius cuiuſuis qualitatis à principio productionis, inter ſe vnitos. Probatur quidquid, Deo excepto, non implicat fieri poteſt à Deo de potẽtia abſoluta, ſed nõ implicat infinita intẽtio qualitatis, ergo fieri poteſt à Deo. Sed verò non tantũ aſſero poſsibilẽ eſſe cuiuſuis qualitatis intẽtionẽ infinitã ſyncategorematicè, vt tradit *communis* ſupra n. 659. quibus addẽdi ſunt iterũ *S. Thom.* S. Thomas
22. q.24.a.7. *Bann. Arag. Valẽtia, Poſãtus*

Ca-

Digitized by Google

Capr. Maior, Azor Aluar. Vinc. Verd. Zumel 12.q.112.a.4.d.2: *Vasq* t.1.in 5.p.d.47. c.3. *Suar.* ibid.d.12.ſect.2. *Salas, Granado Merat. Bern.* & alij cóplures, qui ſic eſſe infinitá putant gratiæ, & charitatis intentioné; ſed etiá poſſe diuinitus produci actu infinitá; quod tenuerũt pleriq; Doct. allegati ſupra n.687. quibus addedi quoq; ſunt *Greg. Maior, Arimin. Malden. Hur. Bern.* & alij citati n.652. qui de facto Chriſti gratiá infinite intenſá tradũt. Et *Peſant.* 22.q.24.a.12.d. vnica.con.5. *Lorca* ſect.3 de char.19.n. 8. *Albertin. Hurt.* hic d.13: ſec.2.n.28. *Arriaga* ſec.4. *Aegid. de preſ.* t.3. de beat. cũ *Albato*, & alij qui gratiá, charitatem, & viſioné beatam poſſe produci actu infinite inteſas cotuẽtur, quibus ſubſcribit P. *Eſpin-ſa* meus in Theol. mag. cũ alijs doc. P. *tribus Bat ea Prouinciæ noſtra* diſcordat verò P. *Vaſq.* vbi ſupra loquutus de intentione gratiæ, & charitatis, & donorum huiuſmodi, cõtentus cum intẽtione ſyncategorematicè infinita, cum multis illis Author. allatis 689. qui in vniuerſum negarunt poſſe produci actu infinita. Pro quibus, præter generalia argumenta poſita ſupra, & infra, quæ etiam ipſi tenentur ſoluere, ſiquidem admittunt ſcientiam Dei ſcire, non repugnare, ſed poſſe eſſe, quæ nobis obijciunt, vt impoſsibilia, facta, infinita.

694 Oppones. implicat cóprehendi Deũ ergo implicat infinita intentio gratiæ patet conſequentia, quia ſi poſsibilis eſſent infinita gratia, ei reſpóderet infinita viſi Dei; infinita autẽ viſio Dei Deum cóprehenderet, quod eſt impoſſibile, quia Deus eſt incomprehenſibilis reſpectu cuiuſuis creaturæ. Confirmas argumentum; quia ſi conceditur poſſe fieri infinitá gratiam, etiam concedi poterit fieri à Deo poſſe omnem gratiam poſsibilem, & infundi alicui creaturæ, cui gratiæ correſpondebit beatitudo habens omnem intenſionem poſsibilem, quæ comprehendet Deum, ſiue Dei omnipotentiam, quia cognoſcet omnes creaturas poſsibiles, terminos Diuinæ omnipotentiæ.

S. Thomas 1. p. q. 14. a. 3.

Reſpódeo conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; ad cuius probationem dico deberi, & correſpondere infinitæ gratiæ, infinitam viſioné quod intenſioné tantũ, & non quoad extentionem, ideſt, viſionem Dei, quæ haberet gradus infinitos; ſed non quæ videret in Deo creaturas infinitas, aut omnes poſsibiles, ex quarum viſione putant aliqui Theologi ſequi comprehenſionem Dei.

Vnde ad confirmationem ſimiliter reſpódeo, quod licet cócedamus poni in homine omnem gratiam poſsibilé, tamen non cogimur cócedere eidem dandam in premium, viſionem ſe extendentem ad omnes creaturas poſsibiles videndas, ſat eſt dari viſionem habentem omnem intenſionem poſſibilem videntem ſolum Deum, vel vnam, vel alteram creaturam, aut etiã infinitas ſed non neceſſario omnes poſſibiles; nã illa viſio iuſtũ premiũ eſſet, & ſufficiẽs pro meritis tãtæ gratiæ.

Sed tamen pro reliquis argumentis diluendis aduerte, quod licet concedamus poſſe fieri infinitam multitudiné rerum; infinitam intentionem, & infinitã magnitudinem conceſſuri ſimul tamen non ideo cogi nos concedere poſſe fieri omnem multitudinem poſſibilem, neq; omnem intentioné poſsibilem, neq; omné magnitudiné poſsibilem, quod fortaſſe, vt alibi examinabitur, eſt factu impoſsibile; quia rerũ poſsibilitas in ordine ad exiſtentiam aliquando videtur eſſe ad modum infiniti ſyncategorematici, mixta ſeper reliqua potẽtialitate, ita vt poſsint infinita creaturarum plura, & plura ſine fine fieri, ideſt, non tot, quin poſſint plura, non tamen omnia poſsibilia ſimul, quæ fuit opinio *S. Thomæ*, & multorum. 695

S. Thomas

Quamuis ſi fateamur poſſe à Deo fieri ſimul omnes creaturas poſsibiles, & omnes intentiones, & extentiones poſsibiles ſecundum omnem intentionem, & longitudinem, & ſimul ea omnia conſeruare, caſu, quo de ſe ipſa actu ſimul exiſtere, nõ repugnarent, & in eo euentu Dei potentiam eſſe quaſi exhauſtam, ſeu, vt melius loquar, adæquatam cum effectu factu poſsibili, & nihil præterea poſſe primo producere, id non eſt inconueniens, ſicut inconueniens non eſt, quod iam Deus non me poſsit primò producere: ſat foret ad demonſtrandum mei omnipotentiam perſi-

Rr 2 ſtere,

ſtere, quod conſeruare poſſet facta, quod ea poſſet infinities anihilare, & iterum reproducere.

Oppones adhuc ſecundò, ſi foret poſsibilis infinita intentio actu, poſt paucas, conſequentias ſequitur contradictio, nempe, rem aliquam motum eſſe, & non eſſe, & probas, quia poterit fieri impetus infinite intenſus, & lapis cum grauitate infinita; quæ cauſæ producerent motum infinite velocem, & ſubinde non in tempore diuiſibili, quod petit eſſentia motus, ſed in inſtanti, quod repugnat eſſentiæ motus, ergo talis res, & eſſet motus, & non motus.

Reſpondeo negando ſequelam; ad confirmationem dico, vel do poſſe fieri eas cauſas, ſed ne forent fruſtra in natura, duo requiſita ſeruare deberét; primum eſt deſtinari ad effectus fieri poſsibiles, ideſt, ad motus, qui vere ſint motus; motus vero, qui fierent in non tempore diuiſibili, motus non eſſent, ſed illi, qui forent velociores, & velociores, in infinitum, forent effectus proportionati illarum cauſarum, ſicut & Dei, qui potentior eſt illis, ſecundum requiſitum eſt, neceſſario ſpectandum ab eiuſmodi cauſis de ſe indeterminatis ad motum hunc vel alium velociorem, diuinam determinationem, qua producerent motum hunc potius, quam alium.

696 Eſt quippe motus quamuis velox, & velocitas eius, qui eſt intrinſeca differentia, vel natura, & modus ipſius, indiuiſibilis quidem quoad intenſioné, hoc eſt, ſine intenſione, ſed propter quaſi complicationem, & compreſſionem partium ſuarum, ſibi velociſsime ſuccedentium, fieri poteſt velocius, & velocius ſine, fine, ideſt, in minori parte temporis, & minori in infinitum, verumtamen non poteſt tranſire terminos eſſentiæ ſuæ, & in inſtanti fieri, ad ideo quaſi habet certos terminos, qui præteriri non poſſunt.

Quaſi ad modum, & menſuram, quam ſeruare debent certæ formæ, vt loquitur S. Thomas, *ad quam cum peruentum fuerit, non poteſt vltra procedi in forma, ſed ſi vltra proceſſum fuerit, peruenietur ad aliam formam, ſicut patet in pallore*, & vt ait P. Suarez cum multis, to. 1. 3. p. d. 32. & l. 3. de opere ſex dier. c. 3. nu 9. *in pulchritudine*, & forſan, vt ego reor in *grauitate, leuitate*, & ſimilibus, quæ ſtant in indiuiſibili, *cuius terminos per continuam alterationem aliquis tranſit, vel ad albedinem, vel ad nigredinem perueniens, & iam non apparet, nec eſt amplius pallor*, ſic motui contingeret, ſi in tempore non ſuo, ideſt, in inſtanti fieret; ſat ergo illi ſit ſi poſſit fieri in breuiori, & breuiori tempore ſine fine.

S. Thomas 2. q. 24. a. 7.

Sed vrgebis ſecundum noſtrum diſcurſum ſupra expoſitionem nu. 655. nequit eſſe infinitum ſyncategorematicum, niſi poſſibile ſit generis eiuſdē infinitū categorematice, quod illud ſupponat vt materiā, vnde quaſi paulatim extrahatur, & extra poſsibilitatem actu educatur; ergo impoſsibilis eſt motus velocior, & velocior ſyncategorematice; ſiquidem impoſsibilis eſt actu motus infinite velox, hoc eſt factus in inſtanti.

697 Reſpondeo conceſſo antecedéti, negando conſequentiam, quia debemus habere reſpectū ad eſſentias, & modū rerū producendarū, & earum proportionem attendere, quæ ſic habet; res permanentes, & quæ productæ permanere poſſunt ſimul, ſupponunt ſe ipſas infinitas categorematice, & actu poſsibiles, & ſimul factibiles; res auté eſſentialiter ſucceſsiuæ, vel etiā accidentaliter, & quæ ob modū ſuum particularé non poſſunt coexiſtere ſimul, ſupponunt ſe ipſas infinitas quidem actu poſſibiles, ſed factibiles ſyncategorematice, ideſt, non tot, quin plures, iuxta dicta ſupra n. 655. & iterum repetenda infra n. 710.

Ad punctū ergo quantitas quælibet diſcreta, vel continua poteſt maior, & maior ſucceſsiue produci ſine fine, & infinita actu ſimul; quia ſic infinita ſupponitur poſſibilis, & factibilis; ſed vero temporis partes, & gyrationes cælorū, & huiuſmodi, quinimo & cogitationes, & volitiones Beatorū connaturaliter ab ipſis eliciendæ; cæli maiores, & maiores, quodlibet intra aliud; diuiſæ continui partes minores & minores, quoniam non poſſunt eſſe ſimul, non ſe ſupponunt reſpectiue tanquam factibiles ſimul, ſed tantum ſucceſsiue, licet dentur in méte diui-

na

na infinita actu poſsibilia gyrationum ſeu partium temporis, actuum illorũ, orbium maiorum, & maiorũ, ſicut & partiũ continui minorũ, & minorum modoſuo factibilium, quin propterea aliqua vnitas vltima, quæ non eſt, fieri poſſe videatur in infinita multitudine.

698 Sũt ergo poſsibiles motus, vel partes eius velociores, & velociores in infinitum ſyncategorematicè, quia ita factibiles ſunt poſsibili ſua ſucceſsione, vt patet in exemplis adductis, & clarius in cæli gyrationibus caſu, quo mundus æterneretur, & iſtæ eſſent faciendæ velocius & velocius ſine fine, vel etiam tardius, & tardius item ſine fine ſatis tandem eſt ad concipiendam rẽ hanc, apprehendere infinitos dies breuiores, & breuiores, vel tardiores, & tardiores, ſine fine, ſicut apprehẽdimus continui partes in infinitũ minores, & minores, ſed nec expedit quærere vnũ motũ, ſed diem vnũ infinite breuem, vel infinite longum, ſicut nec vnam partem infinite minorem in continuo, ne faciamus trãſitum ad eſſentiam aliarum rerum, iuxta quod ſupra dicebat S. *Thomas*.

SECTIO VII.

Oſtendit poſſe fieri magnitudines plures infinitas, ſiue plures res infinite extenſas, ſed non indifferentes omnes, & in quocunque quaſi ſitu, aut poſitione; & impugnat definitionem illam, Infinitum eſt, quod licet terminos habeat ſucceſsiue nequit pertranſiri.

Dico primò impoſsibile eſt corpus ſphæricũ, ſeu pyramidale, ſiue taliter diſpoſitũ, vt à centro deducantur lineæ duæ, quarũ altera recta tẽdat verſus meridiem, alia verſus oriẽtẽ, aut alio modo, aut via æquiualẽti, dixit hoc *Ariſtot.* 1. de cælo c. 5. a. 35. & *Aristoteles S. Thomas* *S. Thomas* 1. p. q. 7. a. 3. & probat illo trito prouerbio mathematico *Euclidis*, quãto diſtãt duæ lineæ à cẽtro, tãto diſtãt inter ſe; ſed à cẽtro diſtãt infinite, vt ſupponimus; ergo infinite diſtãt inter ſe; ergo datur infinita diſtãtia clauſa inter duos terminos, vnde vlterius fit eã diſtantiã eſſe infinitã, & non eſſe infinitã, quod eſt implicatio manifeſta ob quã mihi ſemper perſuaſi negandũ eſſe huiuſmodi infinitorũ genus, ſi negandum nõ fuit principium *Euclidis*, quod videtur lumine naturæ notum.

Solutiones vero, quas Recentiores 699
cum P. *Vazquez* 1. p. d. 26. n. 10. cõmuniter aſsignant, matheſis huic demõſtrationi, & quas procurauit cõfortare, & expolire, ſiue emollire eruditus P. *Faſolus* t. 1. q. 7. a. 4. d. 12. n. 52. inintelligibiles ſunt, & nõ veræ; & ideo *P. Arriaga*, vt rem certam ingenue confitetur, & diſtantiã infinitã eſſe, & terminis intercludi, quemadmodũ, quod riſu excipitur, *non nemo* ante illũ admiſit haſtã longitudinis infinitæ habentẽ licet, cuſpidẽ ferream vnius palmi, & contũ æneũ palmi alterius; quia nimirũ putauit infinitum non recte definiri *quod caret fine*, ſed *quod pertranſiri non poteſt*; ſicut & infinitã multitudinem dicit *quæ numerari non poſſit*, licet aliũde haberet primam, ſecundam penultimam, & vltimam, quod merito dico cum *Faſolo* præſeferre implicantiam in adiecto; & ideo iſta ſolutio cum præcedentibus refellenda videtur.

Etenim primò ſi attente conſideremus diſtantiã illã interceptã actu, inter illas duas lineas, fateri debemus eã omnẽ integre, & adæquate acceptã, & ſecundũ omnes ſuas partes eſſe infinita categorematice à parte rei, non ſolũ quoad longitudinẽ à centro, ſcilicet illa conſiderando, vt manifeſtũ eſt, ſed etiã quo ad latitudinẽ de linea ad lineã, & aliunde latitudinẽ hanc infinitã, ſemper videmus clauſam inter duas lineas, quamtumis dictas lõgiores, & lõgiores ſine fine, tãquam inter duos proprie terminos, omnes tranſuerſas lineas terminantes proprijs pũctis actu, ceu modis, eas modificantibus, & terminantibus; idquod repugnat infinito quod carere debet termino verſus partem, qua infinitum eſt.

Deinde probatur ſecundò eſſe finitã latitudinẽ quãlibet quæ intercipiatur inter duas lineas, dicto modo ductas à centro; quia ea latitudo ſiue diſtantia in ſpatio breui, vel vnius quadrantis, pertranſitur, ſi, videlicet, ſupponas circulariter corpus ſphæricum, v. g.

moueri

moueri, & figas, vel finges vnam li-
neam in loco, à quo altera linea
corporis recedit, & aliam ponas in
loco, vbi erit in fine quadrantis linea,
quæ ſe mouet, illas duas ambas lineas
deducens de centro corporis mouen-
tis ſe; à quo centro, qua diſtant duæ
lineæ infinitæ, debent inter ſe simili-
ter diſtare infinite, & aliunde minus
diſtare videbuntur. ſiquidem diſtan-
tia ea tota in quadranti pertranſita
eſt, & infinitum ſpatium à te dicitur,
quod non poteſt pertranſiri, præſer-
tim cum implicet motus infinite
velox.

700 Dices tale corpus ſic non poſſe mo-
Ariſtoteles ueri, quod ante te dixerit *Ariſtoteles*
S.Thomas dic ergo tu, & ex hoc incommodo
1.p. q. 7. collige quod dixit, & collegit ipſe,
a. 3. qui propterea negauit ſimile infinitũ,
nam ipſo conceſſo, difficile videtur
negare motum eius, vel minimum
circularem, præſertim ſi concedis lan-
ceam infinitè longam verſus orien-
tem, hic incipientem, poſſe quaſi de-
duci ab oriente, per motum verſus
occidentem, & ex alia parte certum
putas poſſe infinitum terminus con-
cludi, quod difficilius videtur conſi-
deranti bene, quam ab infinita longi-
tudine infinitam latitudinem breui
pertranſiri.

Ergo ex P. *Arriaga* contra *commu-*
nem ſic infinitum definis, *id eſt, quod li-*
Ariſtoteles *cet aliunde alicunde, vel vtrunque finem,*
3 Phyſ. c.9. *& terminos habeat, ſucceſsiue pertranſiri*
non poteſt, ſiue, quod tranſitum habet incon-
ſumabilem, ita ſunt infinita quæ recen-
ſebo, nempe, lineæ tranſuerſæ illius
ſphæræ, vel ductæ in illa pyramide,
de coſta ad coſtam, lancea illa cum
cuſpide, & contro palmaribus, haſta
in infinitum protenſa verſus Orien-
tem, & Occidentem, cuius extrema
retraherentur, vti denuo connecte-
rentur inuicem; quia in eius medio,
Deus deſtruxiſſet aliquot leucas, e-
tiamſi relictura eſſent ſpatium toti-
dem leucarum à partibus Orientis, &
Occidentis.

Infinita quoque forent ita, licet,
congeſta, vt multis alijs interclusis
infinitis determinatis, ac terminatis,
cõſtaret, vti de facto obiectiue exiſtũt
in mente diuinæ illæ lineæ tranſuer-
ſales ſphæræ infinitæ conſideratæ cum
infinitis lineis ductis per diametrum,
terminantes illas alias ſuæ diſtantiæ
lineas: quinimo & ipſa ſphæra, ab vl-
tima & extima ſua ſuperficie compre-
hendi poteſt, ſicut ab empyreo cæ-
lorum, & elementorum ſphæræ con-
cluduntur: vel etiam infinitus orbis
foret ille maximus, vt vltimus, qui
cælos infinitos minores, & minores,
aut maiores, & maiores, quos videt
Deus poſsibiles, tandem complecte-
retur.

Atque infinita ſunt alia ex pluſquã 701
mille lateribus infinite longis, ita
compacta, vt primus later infinite
longus albus eſſet; deinde ſuccederet
niger item infinitus; tertio viridis, &
ſic alij ſequentes repetitiſ, vel diuerſi
coloris, ſine numero, & fine, & rur-
ſus poſſet Deus pro termino, & cuſto-
dia cuiuſuis eius lutei infiniti, inter-
ponere inter ſingula, ſingulos homi-
nes, vel Angelos, vel binos cuſtodes
pro ſingulis, alterum in principio la-
teris, alterum in fine, aut quaſi in
principio, & quaſi fine, vt tute loque-
ris, vt nos eludas.

Demum poteſt creare Deus, quod
per ſcientiam ſuam poſsibile videt, ni-
mirum, non ſolum infinitas lanceas,
vel ſpathas infinite longas, vnam poſt
aliam, ita vt inter duas quaslibet ſta-
ret vnus homo dextera manu tenens
cuſpidem alterius, & ſiniſtra ſcapulũ,
ſiue principium; verum etiam duos
homines reſpicientes ſeſe, ſed infinite
diſtantes, tenentes manibus ſuis duas
ſpathas infinitas, quas mouere poſsent
verſus plagam, aut partem, quam
volent. Siſtamus nos in hac vltima
chimæra, & videamus tantillum ſal-
tare iſtos homines, ex quorum ſalta-
tione forſam deducemus euidenter,
infinita recenſita finita eſſe, & habere
finem; & quia terminos habent, bre-
ui poſſe pertranſiri.

Sic argumentor, ad ſonum tympa-
ni infinitum, ſaltent ij homines duo,
aut mille, cum totidem ſpathis, ſalta-
tione dicta vulgo, *danza reſpadas*, ſal-
tent ad numerum, & vi diuinitus at-
tributa, manus commutent, more
ſolito, vt ſpathas componant in mo-
dum Crucis; tunc ecce ſpathæ tan-
guntur in medio, & ibi facient angu-
los duos, & ſubinde centrum, à quo
ductæ

Digitized by Google

ductæ lineæ per ſpatharum locum rectum, protenſæ erunt in infinitum, vt putas, & tamen inter ſe non diſtabunt infinite, ſed vix per dimidiam vlnam, quia ſpathæ tenentur manibus hominum noſtræ ſtaturæ ſimilium, vel ſi malueris ſint iſti duo homines immoti, & ductu tua cōſideratione, quas videt Deus poſsibiles, duas lineas de puncto manus dextræ vnius hominis, ad punctum manus dextræ alterius, & ſimiliter duc de manibus ſiniſtris; & continuo in medio apparebit ſignum Cru is S. *Andreæ*, & videbis quod dico, hoc eſt, infinitas lineas eas non fuiſſe, neque obiectiue in mente Dei, ſiquidem inter ſe non diſtant infinite, vti deberent; & hoc illis contingit, quia terminos longitudinis, & finem habent, iuxta tuam implicatoriam definitionem.

Ergo non conuenit recedere à ſen-
702 ſu communi *Ariſtotelis*, *S. Thomæ*, *S. Au-*
Ariſtoteles *guſtini*, & reliquorum omnium *ſcripto-*
1. c. 2. & 65 *rum*, quin imo *ſacræ ſcripturæ* & cæte-
S. Thomas rorum SS. PP. vt habes ſupra nu. 685.
lect. 11. apud quos hæ propoſitiones ſunt idē-
S. Auguſt. ticæ, vel æquipollentes, ſumptæ *nega-*
tiue, vel melius, *poſitiuè*, infinitum
Ariſtoteles eſt cuius magnitudinis non eſt finis;
1. Coll. nequaquam habet tranſitum, aut finem; quod caret principio medio, & fine, quod ſucceſsiue percurri nō poteſt; id, cuius ſemper eſt aliquod extra accipere; vel quia illi finito exiſtēti ſuperadditur denuo aliud ſine fine, vt eſt infinitum *potentia*; vel quia eius partibus ſeorſim acceptis, aliæ eiuſdem exiſtentes in ipſo, quaſi per aſsignationem adduntur ſine fine, vel
Ariſtoteles detrahuntur, vt eſt infinitum *actu*;
1. cæli. tc. infinitum eſt, *cuius nihil plus*, ait *Ari-*
132. *ſtoteles*, id eſt, vt ait *S. Thomas*, quo non
S. Thomas poteſt maius accipi in illo, ſcilicet, or-
ibi lect. 29 dine, quo tale eſt quod aduerſatur ti-
& 1. p. q. bi dicenti, infinito, qua parte infini-
7. a. 3. tum, fieri poſſe additiones infinitas.

Sed occurrit adhuc alia quaſi demonſtratio, quæ probat infinitam diſtantiam clauſam inter coſtas pyramidis tuæ, circa baſim, breui ſucceſsiue pertranſiri, compone, aut penetra lineam æqualem lineæ tranſuerſæ ductæ de coſta ad coſtam, & puta à Deo ſcindi per medium, & ex ea auferri longitudinem pertranſibilem die, aut anno vno; & rurſus extrema reliqua ſucceſsiuè contrahi, & reuniri, quo caſu neceſſe eſſe dicis quod ea extrema relinquant ſpatium vtrinque ſi ex latere vtroq; retrahuntur; ita fiat; & inſpicies percurſam breui tempore diſtantiam tuam infinitam, ſi conſideras terminum, à quo lineæ connectendæ recedunt, & in quo earum quaſi fines ſteterunt; ibi enim item inuenies lineam alteram infinite longam ductam à centro, quæ infinite debet diſtare à linea, à qua receſſum eſt, & quidem caſus negari non poteſt ab eo, qui ſemel conceſsit infinitum poſſe partiri, & iterum deſtructis aliquibus partibus eius, reuniri per motum ſucceſsiuum; tunc enim videt Deus ſcientia ſua poſsibilitate caſus demonſtrationis huius, vt conſideranti manifeſtum erit.

Deniq; *contrariorum contraria eſt diſci-* 703
plina; ſicut ergo finitum recte dicitur, *Ariſtoteles*
quod finem poſitiue, & negatiue ha- *2. Top.*
bet, quia vltra non progreditur; ita infinitum dicatur quidquid finem non habet, ſed vlterius ſine fine, aut termino, aut quaſi termino progreditur, dicendum ergo fuit impoſsibile eſſe infinitum obnoxium, ſiue ſubiectum terminis, ſane qui volet diſsimulanter negare omne infinitum, etiam ſyncategorematicum, ſectari
poſſet opinionem iſtam de *inconſum-* *Ariſtoteles*
mabili tranſitu, infinita verbo tenus denominans, quæ re ipſa terminis, tam intrinſecis quam extrinſecis concluduntur, & ſui nihil habent vltra terminos;

Dico ſecundò, non implicat corpus aliud quoduis infinite extenſum, &
longum, dum diſpoſitum non ſit ali- *Ariſtoteles*
quo modo implicatoria ex dictis, v. g. *1. Phy. t. 15*
non implicat vna materia prima in- *& 3. t. 24.*
finite longa, vel quantitas, vna, vel *& ibi.*
vna lancea, aut haſta, neq vnus ignis, *S. Thomas*
aut homo, vel aliud quoduis naturale compoſitum infinite longum, quod ſine dubio haberet partes ſubſtantiales, & accidentales diſpoſitiones, ſiue paſsiones in infinitum protenſas, licet enim quodlibet naturale compoſitū habeat ſuam determinatam numero formam, & ſuas diſpoſitiones etiam in certo, & determinato numero; ſed tamen non eſt neceſſe eas ita eſſe de-

te r

terminatæ, & finitæ extenſionis, vt maiores, & maiores, vel infinitæ diuinitus eſſe non poſsint. probatur primò ratione ſolemni, quidquid non implicat, diuinæ potentiæ concedendum eſt, ſed huiuſmodi infinitum non implicat, ergo minor patet ſolutione argumentorum: ſecundo probatur rationibus, & authoritatibus allatis ſupra à n. 687 imitor in dictis Doctores, qui infra n. 928. conceſſo æterno motu circulari, rectum negant, ob repugnantiam ſpecialem.

Ariſtoteles 8. Ph. t. 76. S. Thoma ib. & de ph q. 13. c. 17. ad 17.

SECTIO VIII.

Proponit argumenta, quæ probant implicare quodlibet infinitum in extenſione, & magnitudine.

Ariſtoteles

PRo Doctoribus allegatis ſupra n. 689. primò ſic arguit *Ariſtoteles*, hic in text. 40. corpus eſt quod ſuperficie terminatum eſt, & definitum, ſed nullum corpus ſuperficie teminatum, ac definitum poteſt eſſe infinitũ, ergo nullum corpus poteſt eſſe infinite extenſum; ſed in hoc ſuo argumento non multum confidit *Ariſtoteles*, vt patet ex contextu, & *S. Thomas* addit ibidem in lect. 8. eo nihil concludi, quia de ratione corporis finiti, ideſt, terminati, eſt quidem terminatum, ac definitum eſſe, non de ratione corporis infiniti, ſicut de ratione corporis figurati eſt habere aliquam figuram, quæ definitur *terminus magnitudinis*, non de ratione corporis, vt ſic, & minus de ratione corporis infiniti; quare probare debuit *Ariſtoteles* eſſe de eſſentia corporis, vt ſic, vndequaque habere terminum, neque ſufficienter à nobis definitum eſſe ſupra n. 62. quando dicebamus *corpus eſt quod habet trinam dimenſionem, & quidquid ad eam componendam ordinatur.*

S. Thomas

704 Secundò arguis, omne indiuiduum eſt ſub aliqua ſpecie, ſed ignis infinitus, v.g. non eſſet ſub aliqua ſpecie, ergo impoſsibilis eſt, concedo maiorem, & nego minorem; nam ignis finitus, & infinitus ſolo numero differunt, & ſic ambo ſunt ſpecie ignis, ſicut ſimiliter portio exigua materiæ eſt eiuſdem ſpeciei cum portione grandi etiam infinita, & ſolum differet penes magis, & minus.

Sed vrgebis ignis finitus habet, & petit paſsionem, ideſt, ſupeficiem vndequaque ſe ipſum terminantem, quam non petit, ſed reijcit ignis infinitus ergo non ſunt ambo eiuſdem ſpeciei, differentes ſolum penes magis, & minus.

Reſpondeo primò concedi poſſe eos ignes pertinere ad duas ſpecies, & ſubeſſe, vt generi, igni in communi; ſecundò, & melius eos ignes non petere, nec excludere ſuperficiem illam, qua ignes ſunt, ſed qua corpora; ſed verò de ratione corporis vt ſic, nõ eſſe aliud: niſi quod in eius definitione continetur: ſpeciebus ergo corporis finiti conueniet, & adhærebit ſuperficies; ſpeciebus autem corporis infiniti: non item.

Inſtabis. ergo genus corporis, quod contrahit finitus ignis, differt quaſi ſpecie ab eo, quod contrahit infinitus admodum, quo diximus nos in *Tripartita* a n. 739. differre animal talpæ, & animal equi.

Nego conſequentiam: vtrumque enim id corpus eſt idem genus, quod ſemper reſpicit eaſdem paſsiones, & proprietates, habendas tamen non ſemper, & vbique, ſed quaſi in diuerſis ſtatibus, & ætatibus; nam vt homo reſpicit creſcere, generare, & caneſcere non ſemper, ſed pro diuerſis temporibus, & ætatibus, ita corpus petit ſuperficies vndequaque quando incipit creſcere, & quandiù non eſt infinitum, & ideo idem habet eam intrinſecam indifferentiam: conſonat his *Ariſtoteles* dicens *finitum*, & *infinitum, terminatum*, & *interminatum* eſſe paſsiones quantitatis; & ſimili modo reſpondendum erit obijcienti, infinitum ignem poſtulare vbi infinitum, actionem naturalem, vel ſupernaturalem, & alios particulariſsimos modos, quæ non petit finitus ignis.

Ariſtoteles 11. m. c. 9. S. Thomas lect. 10.

Ad hæc facit quod monſtra non ſolent ſpecie differre ab his, à quibus degenerant, licet habeant aliquot proprietates extraordinarias, vel careant ordinarijs; atqui infinita monſtra quædam ſunt, à ſolita rerum 705

agna-

agnatarum menſura degenerantia, atque illud de generibus equi, & talpæ non te iuuat; quia forma equi determinate petit habere quinque ſenſus exteriores; forma vero talpæ pauciores, neque eæ formæ poterunt aliter ſe habere, etiam ſi per poſsibile, vel impoſsibile, vnirentur, & continuarétur, & ſubinde ipſarum animalia quaſi ſpecie diſcernuntur propter dicta in *Logica* citato loco.

Iuuant præterea me exemplum materiæ primæ, & alia ratio. Etenim materia cæli habet vnionem inſeparabilem cum forma; materia ſublunaris, non ſic, ſed ſeparabilem; & tamen ambæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei, vt ſupra n. 230. probatum eſt ratio autem eſt, quia ſicut dici non conuenit quendam leonem, qui generare tantum poſſet decem leones, aut leonem non eſſe, aut differre ſpecie à leone, qui poſſet vndecim, aut plures leones eiuſdem ſpeciei cum illis decem generare, ita dicendũ non videtur quantitatem carentem, vel vna ſuperficie terminatiua, qua parte ſine caret, differre ſpecie ab alia quantitate terminata vndequaque, vel quantitatem corpoream, ſiue corpus non eſſe, quod dicunt Recentiores perſuadentes ſibi, de eſſentia corporis, etiam in communi, eſſe actualem vndique terminationẽ, contra S. *Thomam* qui docuit nos corpus in cõmuni abſtrahere à terminatione, quando dixit *de ratione corporis finiti eſſe terminari ſuperficie, non autem de ratione corporis ſimpliciter*. Video bene quam facile ſe liberet ab iſti replicis P. *Arriaga*, concedens infinito vndequaque terminos, contentus cum ſuo *inconſummabili tranſitu*.

S. *Thomas* hic l. 8. & 11. m. l. 10.

Tertiò arguis nihil poteſt eſſe infinitum actu, ſi non ſit purus actus, ſed ſolus Deus eſt purus actus, ergo ſolus Deus eſt infinitus diſtinguo maiorem nihil poteſt eſſe infinitum in profectione, ſi non ſit purus actus, concedo maiorem, in extenſione, nego maiorem; ita qui non facile conuincitur extenſionem infinitam debere eſſe neceſſariò coniunctam cum puritate actus, & implicare infinitum aliquod, quod non ſit purus actus; præſertim quando infinita ſunt in numero puncta continui, & tamen non ſunt purus actus, infiniti ſunt homines poſſibiles ſaltem ſincategorematicè, & item extenſio in omnium opinione poteſt in infinitũ creſcere ſucceſsiue, quæ præterea, vt eſt obiectum ſcientiæ neceſſariæ Dei, infinita categorematicè eſt, & non eſt purus actus.

Quartò arguis, implicat creatura 705
infinita in aliquo genere perfectionis, ergo implicat infinita extenſio, ſeu magnitudo patet conſequentia; quia magnitudo perfectio eſt, & infinita vt manifeſtum eſt.

Reſpondet S. *Thomas* dicendũ *quod aliud eſt eſſe infinitum ſecundum ſuam eſſentiam, & aliud ſecundum magnitudinem dato enim quod eſſet aliquod corpus infinitum ſecundum magnitudinem, vt pote ignis, & aer non tamen infinitum eſſe ſecundum eſſentiam, quia eſſentia ſua eſſet terminata ad aliquam ſpeciem per formam, & ad aliquod indiuiduum, per materiam, & ideo habito ex præmiſsis, quod nulla creatura eſt infinita ſecundum eſſentiam, adhuc reſtat inquirere vtrum aliquid creatum ſit infinitum ſecundum magnitudinem*, vnde conceſſo antecedenti, negatur conſequentia. Ad cuius probationem dic magnitudinem eſſe materialem perfectionem, non formalem, & eſſentialem, ideſt, perfectionem molis, non virtutis, & eſſentiæ; & idem dicito de infinita intenſione cuiuſcunque qualitatis.

S. *Thomas* 1. p. q. 7. a. 3.

Quintò arguis ex *S. Thoma* allegato, de ratione corporis naturalis eſt quod poſsit moueri, *natura enim eſt principium motus*; ſed vna haſta cypreſina, verbi gratia, infinite longa, hinc incipiens protendi verſus Orientem, non poteſt moueri; ergo impoſſibilis eſt; eſſet enim corpus naturale, & non eſſet; minor monſtratur; quia eiuſmodi haſta retrahi non poſsit verſus Occidentem, quia deberet relinquere aliquod ſpatium ex parte Orientis, & conſequenter terminis concludi, deinde neque poſſet moueri circulariter; quia inde ſequeretur primò infinitum ſpatium pertranſiri in quadranti horæ motu tardo; vel etiam dari motum infinite velocem, quod vtrumque eſt impoſsibile. Secundò ſequeretur dari medium in infinita linea, quod reijcit

Ariſtoteles dicens 6.Topicorum, *infinitum carere medio, & fine.*

707 Reſpódeo concedendo nó poſſe moueri id corpus infinitum, illis motibus, & modis, ſed alijs poſſe, ratione quorum ſit ſufficienter corpus naturalis, neque enim eſt neceſſe ad hoc, vt aliquid ſit natura, vel naturalis cauſa, quod ſit cauſa omnis generis motuſ; ſecus anima equi non eſſet naturam, quia ſcilicet, nequit intelligere, neque alios motus, & operationes cauſare: ſat eſt quod illa haſta poſſet calefieri, aut frigefieri, & ſic moueri motu alterationis, & quod moueri poſſet motu etiam, trepidationis locali, aut alio non retrogrado, neque circulari, quia iſti repugnant eiuſmodi infinitis, ſicut repugnat equo diſcurſu, ratiociniouè moueri, approbat P.*Vazquez* hanc reſponſionem 1.p. d.26.n.10.

Sextò arguis, ſi Deus poſſet producere extenſioné infinitá poſſet, ita producendo procedere, vt nimirum, in primo inſtanti horæ vnius, vnam vlná haſtæ crearet, & in ſequentibus inſtantibus infinitis, ſimiliter vlnas infinitas primæ vnitis, & inter ſe; & poſtea in hora ſequenti addere poſſet vlnam aliam, ergo infinitum hoc clauderetur terminis.

Reſpondeo vlnas priores cum illa ſucceſsione productas, feciſſe infinitam extenſionem, & longitudinem; & vlnam productam in hora ſequenti non pertinere ad infinitum, neq; poſſe vniri verſus partem illam, quia illa finis nó eſt niſi forſan cum reliquis penetretur, aut vniatur ex parte principij cũ prima vlna, ſupponimus enim haſtam hanc habere principium, & infinitam non eſſe vtrinque, ſed tantum verſus plagam orientalem.

Septimò arguis dato quod Deus produceret ab hoc loco quamdá longitudinem infinitam compoſitam ex lateribus albis, & nigris, ita quod primus later eſſet niger, ſecundus albus, tertius niger, & ita ſibi viciſsim ſuccederent in infinitũ, quod infinitũ cócedimus poſsibile eſſe deducunt. Aduerſarij hæc abſurda, primò, tale infinitũ poſſe à Deo deuolui, & agglomerari in gyrum, & fieri rotundum; quo facto manifeſte appareret Infinitum clauſum terminis, ſiquidem in ea poſitione non occuparet verſus omnem partem omne ſpatium poſsibile.

Secundò poſſet Deus lateres nigros relinquere diſcretos cum illis vacuita- 708
tibus, quas relinquerent lateres albi, à Deo indi extracti, & illos infinitos lateres albos de nouo inter ſe vnitos poſſet ponere iuxta extenſionem laterum nigrorú, & illico appareret infinita longitudo laterum alborum vtrinque clauſa terminis, quia non eſſet tam longa, ac altera extenſio laterum nigrorum, & vacuitatum, vt contemplanti apparet. Tertio poſſet Deus vnire lateres nigros inter ſe non relinquendo vacuitates, & rurſus vnire infinitum hoc nigrorum cum infinito alborum; vnde ſequeretur vtrunque claudi termino.

Reſpondeo generaliter ad ſoluendú hæc, & ſimilia argumenta, implicare quod Deus faciat quidquam, quod ſit contra eſſentiam infiniti facti, ſicut implicat quod faciat Angelum quemdam eſſe pro aliquo tempore brutum, & Angelum ſimul, quare dicendum implicare contradictionum, quod Deus faciat illas infiniti mutationes contra eius eſſentiam, ſiquidem ex eis ſequuntur impoſsibilia illa manifeſte incompatibilia cum eſſentia infiniti: quoniam de eſſentia eius infiniti eſt actualis illa extenſio illo modo compoſita ex illis lateribus albis, & nigris, & illa ſua poſitio, cópoſitio, & figura, ſi figura dici poteſt, vbi illud infinitum, reſponſio hæc conſonat doctrinæ P. *Vazquez* allegati ſupra.

Quæ doctrina, ſi tibi non placet, dic mihi in caſu, quo mundus cum iſta ſucceſsione dierum, & noctium æternus eſſet, vt poſſet credis, an poſſet Deus dies omnes extrahere, & ponere ante noctes, vel è contra; vel implere æternitatem à parte poſt, ſolis diebus, vel ſolis noctibus, vel in alio mundo ponere totidem dies ſine noctibus ſimillimos in duratione noſtris his diebus, & quod reſponderis mihi, reſpódebo tibi; credo auté te reſpóſorũ hæc omnia factu eſſe impoſsibilia, perſeuerante infinito, & nó deſtructo, quia fierent contra eſſentiam infiniti.

Octauò arguis, in haſta infinite longa prius eſſent infiniti palmi; dein- 709

d:

deinciperent infinitæ vlnæ: poſt ſequerentur infinitæ leucæ; & deinceps maiores aliæ diſtantiæ; ergo darentur infinita clauſa terminis, nam infinitum palmorum clauderetur & terminaretur ab infinito vlnarum, & hoc ab infinito leucarum, & ita cætera a cæteris ſequentibus; ſed huic argumento omnes reſpondere debent, ſi ponatur in alia materia, nempe in infinito dierum, & noctium, quod foret ſi mundus æternaretur, vel æternatus fuiſſet cum iſta dierum, ac noctium ſucceſsione; nam in hoc euentu ita poſſet argui, prius eſſet infinitum horarum, deinde dierum, tertiò menſium, quarto annorum.

Quare negandum eſt antecedens: quia omnes illæ diſtantiæ interpollatæ ſunt, & vbi eſt infinitum palmorũ, eſt ſimul infinitum leucarum, & ſimiliter ſunt reliqua; & ita nunquam ſequitur infinitum claudi terminis: id ipſum dicendum de horis, non prius eſſe infinitum horarum, quam infinitum menſium, dierum, aut annorum, ſed omnia ea infinita fore interpollata, & in infinito, horarum reperiri ſimul; quomodo etiam coexiſtere in infinito numero infinita binaria, quaternaria, & reliquas ſpecies numeri bene notauit *Faſoli* q.7. a. 4. dub.6. a n.21. & quidem maxime aduertendum eſt ad illam infinitam ſucceſſionem noctium, & dierum, quam nemo negat eſſe poſsibilem, ad ſoluenda alia argumenta, quæ fiant contra nos in materia de infinito.

Nonò tãdem obijcias ſic PP. *Suarez*, D. *Ruiz*, *Granado*, & alij erroneum cenſent aſſerere non poſſe produci à Deo quantitates ſyncategorematice, & ſine fine maiores, & maiores; ergo Deus poteſt maiorare ſic ſphæram, vel corpus ſimile, ſine ſine; & ego concedo totum; tunc ſic argumentaris ad hominem ex dictis ſupra n.650. & 657. conſtat primò infinitum ſyncategorematicum ſe ipſum ſupponere categorematice poſsibile; ſecundò tale infinitum poſsibile, actu creari ſimul totum poſſe; ergo ſphæra infinita de facto fieri poteſt, & infinitum claudi terminis; vel conceſſo hoc infinito admittenda erit ſolutio *Faſoli*, & Recentiorum indicata ſupra nu.659.

Sed reſpondeo ex dictis ſupra, doctrinam nobis obiectam intelligi debere cum grano ſalis, & hac diſcretione; nam ſunt inter infinita rerum etiam permanentium, quædam, & non pauca, quaſi purè ſyncategorematica in ſua poſsibilitate, vel producibilitate, ideſt, quæ conſtant partibus, *quarum ſemper eſt accipere extra* nimirum, non tot, quin pluribus, nec tã magnis, quin maioribus, nec tam paucis, quin minoribus, nec tam perfectis quin perfectioribus ſine ſine. 710 *Ariſtoteles 3.Pl.t.66. S. Thomas lect.11.*

Quomodo ſunt infinita cogitationum Beatorum, diuiſionum continui, cælorum ſe claudentium, partium continui, velocitatum motus, charitatum creabilium, & aliarum creaturarum; inter quæ factibilia ſine fine, cum nullus detur finis, nulla creatura eſt vltima, nec ibi inuenitur cunctarum maxima, nec minima; quod bene aduertit cum communi *Comur.* de Charit. d. 22. n. 70. habent ſe iſta infinita inſtar ſucceſsiuorum, & ipſorum ſequuntur modum, & ideo licet vere ſe ſupponãt poſsibilia infinita categorematice, poſtulant ex ſpeciali modo ſuo actu fieri cum *tractu ſucceſsiuo*, vt patet euidenter etiam in temporis infinitis partibus, ſiue diebus, actu modo poſsibilibus, ſed petentibus fieri ſucceſsiue, quæ propterea noſtri Præceptores vocant infinita *potentia* actu iuxta, ideſt, in ordine ad actum potentialitate mixtum. *S. Thomas 1.p.q.7.a.4 ad 1. Ariſtoteles a tex.56.*

Vnde nego conſequentiam, nequit actu perfici integra ſphæra infinita, neque infinita à Deo videtur, quia talis poſsibilis non eſt, ſicut neque cunctarum maxima, & vltima, in qua iſtas quantumuis illa videatur poſſe creſcere in dies argumento ſempiterno; vt bene in ſuo propoſito de *charitatis argumento* proſequuntur P. *Comur.* & communiter Interpretes *S. Thomæ* cum ipſo 22.q.24.

Sed inſtas, nullum eſt infinitum ſyncategorematicum in poſsibilitate ſua, ſed omnia ſunt categorematica, vt poſsibilia, ergo præfata infinita videntur a Deo clauſa terminis, concedo antecedens, & nego conſequentiam, etenim, licet diuiſiones continui v. gratia, & partes quantita-

tis, & girationes, & huiuſmodi res minores, & minores, maiores, & maiores, plures, & plures ſine fine reſpectiue, actu infinitæ ſint in ſua poſsibilitate, & vt tales à Deo videantur; quia tamen videntur ab ipſo, vt ſunt in ſe, non videntur clauſæ terminis, ſiquidem, vt dictum eſt, in nullo infinito datur vnitas, aut pars minima, aut maximã, vltima, quæ videatur: dicitur verò bono iure infinitum quodlibet ex illis categorematicum; quatenus collectio omnium vnitatum, & partium ſuarum actu poſsibilis eſt totã, ſimul, quin fiant denuo poſsibiles aliæ poſt alias ſine fine, ad modum, quo produci ſolent, aut poſſunt eædem, quatenus ſunt partes ſyncategorematici infiniti, & in hoc conſentiunt ſupra num. 655. PP. D. *Ruiz*, & *Alarcon*.

Altera pars Sectionis proponit aduertentias pro reliquis obiectionibus, quæ contra infinitum fieri poſſunt, diluendis.

741 POſtremò aduerto primò ex dictis ſupra num. 651. aliquot infinitã naturaliter eſſe, & fieri ſucceſsiuè; & ſubinde ineſſe potentiam naturalem agentibus creatis, ad ipſa producenda; id quod euidenter colligitur ex doctrina philoſophi dicentẽ, *quod ſi eſſent infinita combuſtibilia, ignis infinita combureret*; & ſi cœlum, vt ipſe putauit, fuiſſet ab æterno, iam produxiſſet infinita indiuidua, ſed tamen retinere ſimul, & conſeruarẽ illa infinita effecta, excedit virtutem abſolute finitam eiuſmodi agentium: quæ tamen conſeruant infinitas partes continui, quia ipſe vnum effectum finitum conſtituunt. *Ariſtoteles*

Aduerto ſecundò dici poſſe naturales actiones, quibus Deus ſimul produceret, aut conſeruaret infinitos ignes, & homines, quantitatem infinite longam; vel etiam eas, quibus produceret creaturas naturales perfectiores, & perfectiores ſine fine, licet non tantum hæ, vti contendit *Albertin.* Corol. 6. ex præd. quan. d. 6. num. 1. ſed etiam illæ, vt tradunt cum *S. Thoma* communiter interpretes, arguant Dei potentiam infinitam eſſe, ſiquidem earum termini naturales ſunt in ſe, & in modo exiſtendi non ſuppletur quidquã, neque remouetur, vt ſimul ij exiſtant, qui inter ſe bene poſſunt conuenire ſine vlla mutua repugnantia; vocarem tamen ſimiles actiones miraculoſas, & præternaturales, quoniã procedunt à potentia abſoluta Dei. *S. Thomas*

Et multo magis miraculoſæ forent actiones, quibus producerentur homo, vel alia viuentia infinitæ longitudinis; & item intentio infinita cuiuſcumque qualitatis; ſiquidem ille homo diuinitus ſuſtentandus eſſet: quia reperiretur vltra terminos petitæ à ſe certæ magnitudinis; & pleriq; gradus qualitatis infinitæ, eſſe deberent in potentia obediẽtiali ſubiecti.

Tertio aduerto recte ſupra num. 676. dictum infinitum in perfectione eſſe illud, quod à nullo poſsit ſuperari, & quo aliud melius excogitari non poſsit, ideſt, quod excludit terminum extrinſecum ſuperiorem ſe; quemadmodum infinitum in extentione eſt illud, quod verſus partem, qua tale eſt à nullo exceditur, & nullum excogitari poteſt illo magis protenſum, ob quod item dicitur excludere terminum intrinſecũ; ita ergo concipi debet infinite bonum, atque perfectum, ſicut infinite malum eſt illud, quo peius excogitari nihil poteſt; atque hæc doctrina, vt modo video, item placuit C. *Lugo* tom. de Incarnat. d. 5. ſect. 3. vbi bene cum alijs communiter, ſentit valorem cuiuſlibet operis *Chriſti* D. eſſe infinite bonum, atque perfectum, quia nullus alius valor melior excogitari poſſit. 742

Quarto remitto lectores ad P. *Alamanum*, in 1. 2. S. P. q. 18. art. 2. vbi reſpondet *S. Thomas* ad 9. Argumenta, quæ fiunt contra ipſum tenentẽ quidem cum Philoſopho infinita ſenſibilia, & materialia actu non dari ac nulla de potentia ordinaria fieri; ſed vero, vt ſupra nu. 687. aduerti, ſatis inſinuantẽ plura infinita etiam materialia de potẽtia abſoluta poſſe fieri. *S. Thomas*

Reſtat tandem authoritas Philoſophi, qui iuxta dicta ſupra n. 651. erra- *Ariſtoteles*

uit

uit credens mundum non à Deo, ſed quaſi de ſe fuiſſe ab æterno, & ſubinde alium mundum poſſibilem non eſſe, & multo minus infinita alia corporea, præter ſpiritualia, & corporalia tranſacta iam, & deſtructa, quæ ſecum portauiſſet, & mundus ab æterno exiſtens in mente ſua, nihil mouet nos, nec nobis contradicit, qui con-
Ariſtoteles 3. Ph. cedimus infinita poſſe fieri de potentia Dei abſoluta, quam *Ariſtoteles* non nouit, & ex alia parte rationes, quas adducit, vt probet infinita categorematica poſsibilia non eſſe, ſunt parum efficaces, vt ipſe fatetur, & ad ſummum probant contra antiquiores ſe, ea de facto non dari, non autem implicare ex prædicatis intrinſecis infiniti; quare *Ariſtoteles* explicandus erit quaſi locutus, dum quædam infinita negat, iuxta vniuerſi ſtatas leges, modum, videlicet, & menſuram; non de potentia extraordinaria mundi Conditoris, quemadmodum intellectus modò fuit facer iterpres, lege ad hæc P. *Vaſquez*, 1. p. d. 26 n. 9.

SECTIO IX.

Determinat infinita omnia eſſe quodammodo comparabilia inter ſe; poſtquam expoſuerit Doctorum varias opiniones, aliquot nomina abſolute, & relatiua, propoſitum concernentia; & vtiles aliquot obſeruationes.

713 ETſi timeo ne hic in equiuoco laboremus, & quæſtio ſit de nominibus, video tamen graues Recentiores partiales, ideſt, partitos in factiones, & vnumquemque ſtationem propriam magna vocum contentione defendere, etenim alij acriter tuentur aſſertũ tituli, nẽpe, aliquot infinita eſſe inter ſe æqualia alia inæqualia, &
S. Thomas maiora alijs & allegãt pro ſe *S. Thom.* 3. p. q. 10. a. 3. ad 3. *Caietanum* ibi, & t. 3. tr. de infinitate Dei, *Ochamum, Linconien. Ferraram, Gabriel. Adamum, Argentin. Soncinat. Valentiam, Bannez, Pererium* l. 3. c. 14. *Suarez* d. 4. m. ſect. 5. num. 49. & alios, quibus addendi ſunt *Bernal.* de Incarn. diſt. 3. *Tannerus, Granado,* C. *Lugo* ibidem, *Arriaga* hic diſp. 18. num. 2.

Alij autem qui putant infinita comparabilia non eſſe citant pro ſe S. *Damaſc.* in philoſ. c. 11. & item S. *Thomam* *S. Thomas*
eodem loco citato, *Scotum, Richardum, Aureolum, Durand. Ariminen. Baſſol. Alenſem, Mayron. Maior. Marſilium,* atque etiam *Gabriel. Ferraram, Adamum*, quibus ſuperadduntur *Molina*, 1. p. q. 6. d. 1. *Ruiz*, de Trin. d. 103. ſect. 2. n. 10. *Vaſq.* ibidẽ d. 26. n. 8. *Suarez* to. 1. in 3. p. d. 4. ſect. 4. *Conimb.* hic c 8. q. 2. ar. 4 ad. 2. & Theo-
logi qui tradunt cum *S. Thoma* 3. p. q. *S. Thomas*
34. ar. 3. ad. 3. non plus valoris eſſe in vno opere Chriſti Domini, quam in pluribus, quia, nimirũ, ea omnia infinita ſunt, & ſubinde incõmenſurabilia.

Tertio P. *Faſolus* t. 1 q. 7. a. 3. du. 5. ſapienter, & erudite, vti ſolet, diſtinguit comparationem infinitarũ in ordine ad æqualitatem, & maioritatem & his contraria, *propriam*, & *impropriã*, & hanc concedit, & illam negat; & ſic procurat concordare inter ſe, & cum veritate contrarios modos loquendi Authorum præcedentium, quare rogatus doctus pater vtrum creatis duabus columnis, hinc verſus orientem infinite protenſis; vel infinito hominũ; æquales eſſent columnæ, & multitudines animarũ, & corporum; Reſpondet impropriè & largè æquales dici, non propriè & ſtricte; quia, inquit, ſimilia nomina ab initio ſunt impoſita rebus finitis, & quæ menſurari poſſunt aliqua determinata menſura.

Rogatus verò an ſit maior, ideſt, lõ- 714
gior columna infinita protenſa verſus Orientem & Occidentẽ, altera infinita ſolum verſus Orientem; vel etiam an ſit numeroſius infinitũ capillorũ illorũ hominum, quam infinitũ ipſorum hominum, reſpõdet ea, & ſimilia infinita excedere reſpectiuè ſocia, cũ quibus cõparantur, materialiter, ſeu in materia non in forma, ſeu formaliter, ideſt, quatenus habent infinitudinẽ, quaſi paria eſſe, quoniã vltra ipſam, & per eam quaſi partẽ, qua sũt ſine fine, vlterius per additionem ſuccreſcere, neq; per numerationem aſcẽdere, nequaquã poſſunt, licet aliũde qua parte infinita non ſunt, poſsint iteſũ creſcere infinities, per ſimiliũ infinitorũ nouas productiones, & adiunctiones.

Sunt verò infinita in numero finita verſus quamlibet vnitatem, à qua incipi poteſt nouus numerus

infi-

Infinitus; infinita autem extenſionis, ex aliquibus, vel aliqua parte finita ſunt, quandiu vndique non occupat omne ſpatium poſsibile, ideſt, quæ verſus omnem partem infinita potentia non ſunt, quod ante me bene aduertit *Faſolus* ipſe, id colligens ex S. Thomas *S. Thom.*; & in ſubſtantia doctrinæ huius, magis expreſſe ſentiunt cum *Faſolo* PP. *Tanner*. to. 4. d. 10. n. 122. *Hurtado* hic d. 3. ſect. 2. *Rubius*, *Maſtrius* c. *Complut*. & *Comine*. de Pœniten d. 10. num. 11.

Quartò demum quidam moderni preſsius ſumendo illud *formaliter*, dicunt infinita omnia formaliter ſumpta, ideſt, vt finis negationem habent, paria eſſe, ſed verò ſumpta *materialiter* pro rebus ipſis infinitè protenſis, vel numeroſis, verè inter ſe comparabilia eſſe, & inuicem maiora, minora, & inæqualia, qui Authores prætendunt, quidem id ipſum, quod *Faſolus*, nempe conciliare varias illas opiniones, ſed illius principijs è regione ſe opponunt, & intentum non aſſecuntur, vt patebit in ſequentibus.

715 Ego verò, vt facile dicam, quod ſentio, & ita rem omnem temperem atque componam, vt ferme nulli contradicam, ſuppono primò, & do *Faſolo* nomina iſthæc relatiua *æquale*, *maius*, *ſimile*, & huiuſmodi ab initio fuiſſe ſic impoſita rebus finitis, præſertim quantis mole corporea, quod colligi poteſt ex Ariſtoteles *Ariſtotele*, & SS. PP. *Auguſtino*, S. Auguſt. & *Thoma*, & ex alijs communiter; S. Thomas ſed tamen cum ſchola chriſtiana à Chriſto D. edocta, & ab *Eccleſia catholica*, fateri debemus habuiſſe eadé vocabula extenſionem impoſitionis antiquæ, & ſignificationis, & propriæ iam applicari poſſe indifferenter finitis rebus, & infinitis, vt legis ſæpe in *ſcripturis*, *concilijs*, & SS. PP. Theologis omnibus infra, & *Tripartita*, vbi de *relatione*, frequenter.

Secundò ergo ſuppono nomina, quibus res infinitas ſignificamus eſſe dupliciter alia abſoluta, alia relatiua, quæ in *Tripartita* dicebamus *terminos abſolutos*, & *connotatiuos*, abſoluta ſunt hæc, *infinitum*, *immenſum*, *impertranſibile*, *innumerabile*, & ſimilia ſumpta poſitiuè vel negatiuè, *bonum*, *perfectum*, *æſtimabile*, *maximi valoris*, *pretioſum*, & huiuſmodi.

Relatiua ſunt *maius*, *æquale*, *ſimile*, *minus*, *inæquale*, *diſſimile*, *continens*, *melius*, *perfectius*, *æſtimationis maioris*, *magis copioſum*, vel *numeroſum*, & ſic aliter, atque vt patet conſideranti, his, & illis nominibus frequenter vti poſſumus, vt per ipſa ſignificamus tum formas, ſeu infinitudines infinitorum, tum materias ipſorum E.C. ita loqui poſſemus de infinitis auri, & argenti ponderibus, vel columnis, hoc eſt prætioſum, & illud item; & aureum eſt multo perfectius, & pretioſius; æqualia ſunt ea infinita in pondere, vel in longitudine; ambo formaliter, & materialiter ſunt optima.

Tertiò attentè inſpiciendum eſt an prædicata, quæ per ea vocabula comparatiua, ſiue comparationem concernentia, ſignificantur, re ipſa conueniant infinitis cuiuſque generis, nimirum, perfectionis, magnitudinis, intentionis, & multitudinis, nec ne; nam ſi conueniunt, nihil curandum eſt de Philoſophorum vſu vario nominum, vel abuſu de ipſorum ſignificatione ſtricta, aut larga; ſed ea, ſi opus fuerit, trahenda etiam violenter, vt nouiter ſignificent rem antiquiſſimam, & quæ ante ipſa nomina ſemper erat, quamuis, vti annotaui, & dico infra iam ex *chriſti D.* vſu, & *Eccleſiæ* Doctorum, habemus in eiuſmodi terminis, modum ſignificandi, S. Auguſt. in Tripart. num. 5. quem hic quærimus.

Quartò demum dicendum eſt infinita collata cum finitis abſolutè verè, 716
& propriè dici his maiora, dignora, antiquiora, & huiuſmodi aliter, non obſtante, quod res limitata, & finita æquiparari ſoleat cum infinita, ac eſſe ac dici, & quodammodo æqualis, aut ſimilis, eius imago, & ſimilitudo.

Exempla rem manifeſtant, nam *Pater*, inquit Chriſtus D. *maior me eſt*, *quia minor eſt Patre ſecundum humanitatem*, & *quod dedit mihi Pater*, *maius omnibus eſt*, nempe eſſentia diuina, & ſubinde creaturæ omnes comparatæ cum Deo ſunt minores Deo infinito mille modis, quantumuis creaturæ rationales, maximè homines, ac conditione ſua in ſe, & per ſe ipſos geſtent, ac repræſentent Dei infiniti imaginem, & ſimili-

militudinem, & aliter ipſi, & reliquæ
creaturæ ad infinitum ſuum artifi-
cem compoſitæ, referantur, vt habes
in *Logica* à nu. 833. & tute à fortiori
colligas exempla, in quibus videas
oculis tuis infinita creata excedere
in infinitum alias creaturas inferio-
res in numero, intentione, extenſio-
ne, & perfectione.

Prima pars Sectionis oſtendit infinita formaliter, vt talia referri inter ſe vt eadem, ſimilia, & æqualia tantum.

Dico primò infinita in perfectione
quomodo ſunt diuina ſolum,
ſunt comparabilia inter ſe, ac refe-
runtur vt eadem æqualia, ſimilia, &
huiuſmodi, dictum hoc partium de
fide eſt, partium traditum à concilij
SS.PP. & communi Theologorum,
audi, & vide, etenim ex fide conſtat,
S. Thomas vt affirmant *S. Thomas* 1.p.q.42. a.1. &
Magiſter in 1.d.31. tres diuinas Perſo-
nas, quæ ſine dubio ſunt infinitæ in
perfectione, eſſe omnino æquales in
quantitate, non molis, propria cor-
porum, ſed virtutis, & perfectionis,
& ideo in ſymbolo *Athanaſij*, & *Con-
cilio Lateran. C. firmiter de ſumma Trini-
tate*, dicuntur *tres diuinæ perſonæ coæter-
næ ſibi, & coæquales*, & de Chriſto D.
Ioannes c. 5. ſcripſit *Patrem ſuum dicebat
Deum æqualem ſe faciens Deo*, & *Paulus*
ad Philip. 2. de eodem dixit, *non ra-
pinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.*
Conſonant SS.PP. præſertim *Augu-*
717 *ſtinus*, quem fuſe allegat, & imitatur
Auguſtin. P.D. *Ruiz* rem grauiſsime pertractans
in de Trinit. diſp. 103. & 30. vbi de-
monſtrat non eſſe maius aliquid Tri-
nitatem Perſonarum vna ſola, & ſub-
ſcribunt, declarantque modum, quo
diuinæ perſonæ æquales ſint, id quod
ad nos non pertinet, *Suarez*, *Gilius*,
Vaſquez, *Valentia*, *Granado*, *Zumel*, *Hur-
tado* d.2. de anima ſect.3.ſ.63. contra
errorem *clictoues in Damaſc.* de fide c.
11. exiſtimantis Perſonas diuinas, ſiue
quod idem eſt diuinas Perſonalitates
eſſe in perfectione inæquales.
Deinde attributa diuina, nempe
Dei ſapientia, voluntas & reliqua
collata inuicem, vel cum diuina eſ-
ſentia, quæ infinita quoq; ſunt, æqua-
lia nominantur, & æqualis perfectio-
nis eſſe dicuntur à C. *Lugo* de Incarn.
d.2. ſect. 4. & multis Recentioribus,
qui pro ſe allegant *Vincentium* in re-
lect. de grat. chr. q. 3. *Gilium* lib. 2. tr.
3. c. 8. n. 4. *Granado*, & ibi S. *Auguſtinum* S. Auguſt.
& alios PP. contra *Caietanum*, *Ledeſmam* 15. de Tri.
Bannez, *Valentiam*, *Salas*, *Bernal.* & alios cap 5.
qui aliquot attributa inter ſe compa-
rantes, inueniunt inæqualia, & citant
pro ſe S. *Thomam* 1.p.q.4.a.1.ad.3. S. Thomas
Tertiò diuina collata inuicem
quodammodo referri, ſpeciatim re-
latiua, inter ſe non tantum eſſe di-
ſtincta, oppoſita, ſed ſimilia, negari
non poteſt, & quidem *Scotus* in 1. d.
31. *quæſt. vnica*, agnouit relationem
realem ſimilitudinis inter Perſonas
diuinas, hoc eſt, eas putauit eſſe rea-
liter, & a parte rei æquales, ſimiles
contra *Magiſtrum* in 1. diſp. 31. lit. B.
S. Thomam 1. p. q. 28. ar. 4. ad. 4. & ibi S. Thomas
Caiet. *Zumel.* *Molinam*, *D. Ruiz.* de Trin.
d. 103. ſect. 6. *Bannez*, *Vaſquez*, *Valen-
tiam*, *Beccanum*, *Suarez*, *Albertinum*, &
alios concedentes quidem ſimiles eſ-
ſe, & æquales diuinas Perſonas, ſeu
Perſonalitates, ſed referri ſimilitudi-
ne, & æqualitate rationis, ideſt, ratio-
ne eſſentiæ ab ipſis indiſtinctæ; quo
autem vero ſenſu realiter ſimiles
quoque ſint eædem Perſonæ, & Per-
ſonalitates ratione perfectionum ſua-
rum relatiuarum, docui in *Tripartita*
n. 910. & tenent in *Batica* cum P. *Eſpi-
noſa* multi Recentiores, quibus fauet
P. D. *Ruiz*, infra referendus.
Quartò opera Chriſti D. infiniti va- 7:8
loris eſſe cenſentur in *mat. de Incarn.*
& verè ſunt, & tamen comparabilia
ſunt, ac de facto in æſtimatione, &
valore æqualia iudicantur à PP. *Suar.*
Vaſquez, *Zumel*, *Faſolo*. *Bernal.* *C. Lugo*,
Tannero, *Maratio*, *Raguſa*, *Banacina*, &
alijs communiter, contra *Theodorum
Pelan*, *Granado*, & alios quoſdam, pau-
lo pluſquam vocibus diſſidentes; quia
notant communiter ij Theologi, ple-
rumque præfata omnia extrema infi-
nita, collata inuicem excedere ſocia,
vel à ſocijs excedi exceſſu quodam
perfectionis materiali extenſiuo, &
ſecundum quid, aut ſecundum quaſ-
dam rationes cõmunes, nũcupato, ne-
quaquam abſolutè, & ſimpliciter.
Hanc

Thomas

Hanc doctrinam totam confirmat *S. Thomas* 1.p.q.42. a.1. varijs rationibus, quas magno apparatu producit, & ponderat P. D. *Ruiz* diſp. illa 103. ſect.2. in quibus S.Doctor ſupponit ex

Ariſtoteles
S. Aug.l.
... 6. de
Tr. c.8.

Ariſtotele, & *S.Auguſtino* comparabilitatem in ęqualitate, maioritate, & huiuſmodi, & nomina ipſam ſignificantia, rite, & recte applicari infinitis rebus, etiam diuinis, molis quantitate carentibus, quia habeant quantitatem virtutis, & perfectionis, in qua poſſunt comparari, vti ſunt Perſonæ diuinæ, *quia* inquit, *ſecundum Philoſophum* 10. *met. æquale dicitur quaſi per negationem minoris, & maioris, non autem poſſumus in diuinis perſonis ponere aliquid maius, & minus*, quia *quantitas* perfectionis ſecundum quam habentia dicuntur, & ſunt maiora, hoc eſt, meliora & perfectiora in illis perſonis *non eſt aliud quam diuina eſſentia* numero eadé.

Concluditur ergo infinita diuina comparabilia eſſe, & in ſpecie diuinas Perſonas infinitas æquiparari optime poſſe, quinimo & referri multis æquiparantiæ relationibus, in ipſis enim quaſi reperias tuam prædicamenta, nimirum *ſubſtantiam*, quaſi qualitaté,

Ariſtoteles
5. me. c.10.
S.Thomas
lect.17.

ſubſtantia quippe, ait *Ariſtoteles* in Tripartita nu.837. facit extrema eadem, quantitas æqualia, qualitas ſimilia: *eadem* propterea *ſunt quorum ſubſtantia vna*; *ſimilia vero quorum qualitas vna æqualia autem quorum quantitas vna.*

Vnde Perſonæ infinitæ *eadem* ſunt
719 ratione vnius diuinæ ſubſtantiæ; *ſimiles* ratione eiuſdem ſapientiæ, & voluntatis; *æquales* ratione vnius, & eiuſdé quantitatis virtutis, nēpe perfectionis, & æternitatis, atq. vt ego opinor cum multis Magiſtris Bæticis, eædem perſonæ infinitæ ſimiles, & æquales realiter quoque ſunt propter ſuas pares, & æque perfectas reales relatiuas proprietates, nec re ipſa diſſentit *P. Ruiz* de Trinit.d.103 ſect.6.n.17. & *Faſolus* conſentit tom.3.q.42.a.1.a n.44.

Dico ſecundò, infinita item creata comparabilia ſunt inter ſe, & multifariam referibilia, nimirum, vt eadé, vt æqualia, & ſimilia, & aliter huiuſmodi, non autem vt inæqualia, vel vt maiora alijs, ſumpta formaliter, & quatenus finem poſitiue, aut negatiue non habent, licet ratione *materiæ* perfectionis, vel ſæpius agglomeratæ, & repetitæ magis, inæqualitatem admittat, & maioritatem *materialem* dictam, & *extenſiuam*, *& ſecundum aliquid*, quod ad formalé infinitudinem non facit, quia ipſam non ampliat magis, nec extendit vlterius, aut creſcere facit, ſiquidem infinitis, qua infinita ſunt, additio fieri non poteſt. Probemus dictum hoc deſcendo ad infinita ſingula, quæ poſſibilia nos eſſe exiſtimauimus.

Ariſtoteles
5. m. c. 15.

In primis ponamus hinc infinite protendi verſus orientalem plagam columnas duas plumbeas, quis neget eas æquiparandas eſſe, & æquales, quinimo eaſdem, & ſimiles; ſiquidem, iuxta Philoſophorum, *eadem ſunt, quorum ſubſtantia eſt vna, æqualia, quorum quantitas vna; & ſimilia quorum qualitas vna*; vbi nomine *vnius*, non intelligere debes perfectionem aliquam finitæ extenſionis, vt ſupra nu.718. nos ex *Ariſtotele* monuit *S. Thomas*, ſed vnam ſpeciem communem, vnam qualita-

S. Thomas

tem, & quantitatem eandem, non proprietate, ſed ſimilitudine: quemadmodum intelligis, quando comparas inter ſe ducas virgas plumbeas vlnares, & dicis referri eiſdem, dictis *æquiparantiæ*, relationibus.

Sane quadraginta illi *Scriptores* a- 720
mo citatati in *Tripartita* num.874. & ſectatores, qui opinantur relationes prædicamentales eſſe modos phyſicos, ab extremis enaſcentes, dum primùm à Deo infinita illa condita ſint, plane confitebuntur, ſi procedant conſequenter pululare modos plures, quibus illa dicantur, & ſint formaliter diſtantia inter ſe, diſtincta, æqualia, ſimilia, & huiuſmodi, ergo apud omnes infinita, quæuis ſunt comparabilia, ſaltem comparatione, & relationibus æquiparantiæ.

Quod ſi contingeret Deum vlterius producere alias ſimiles decē columnas aureas, hinc ſimiliter incipiētes protédi ad Orienté, & cōponi iuxta propoſitus duas, vel etiá prolungaret alteram ex illis primis illi hic, qua parte finem vidimus, connectendo, & addendo plumbeam aliam infinitudinem verſus Occidentem, ego dicerem in ijs caſibus decem columnas aureas æquales adhuc eſſe cum

plum-

plũbea relicta, vt prius, quinimo neque hanc, nec decem ſibi æquales excedi pluſquã materialiter,& extẽſiuè, aut in valore,& æſtimatione etiã intẽſiua,quod & ad materiam infiniti pertinet non ad formam, quæ eſt carere poſitiuè, & negatiuè fine.

Probatur id ipſũ,& illuſtratur exẽplis: etenim rerum eſſentijs phyſicis, aut metaphyſicis,ſiue eæ concipiantur vt primæ eſſentiæ,aut proprietates earum eſſentiarum, conſiſtentibus in indiuiſibili, neque fieri poteſt additio, neq; ipſas ab alijs eiuſdem eſsẽtiæ excedi;ſed infiniti eſſentia cõſiſtit in indiuiſibili; ergo neque ipſi fieri poteſt additio, ſecundum eſſentiam ſuam, neque ab alio eiuſdem modi eſſentiæ, ſuperari.

Maior eſt euidens: propterea enim Petrus nullatenus fieri poteſt magis homo, etiamſi eius materiæ, animæ pluſquam mille vniantur; neque ipſe in linea hominis excedi poteſt à mille hominibus, pluſquam materialiter,& extenſiue; rurſus vnus palmus quantitatis nequit fieri per additionem magis palmus; ſed neque ab infinitis palmis ſumptis ſeorſim, vel coniunctim ſecundum eſſentiam palmi, poteſt ſuperari; & ita ſunt reliqua omnia conſiderata ſecundum eſſentias ſuas, quæ non ſuſcipiunt magis, & minus.

S. Thomas 1. p. q. 25. ar. 6.

721 Minor eſt certa, & conſtat ex definitione infiniti, quæ explicat, ac dicit ipſum verſus partem, qua infinitum eſt,finem non habere,& ſi extenſionis eſt, ita extendi ſine fine occupans, ac pertingens ſpatium omne poſſibile,vt vlterius de potentia abſoluta, non ſit extendibile, nec ſubinde ſucceſſiuè, niſi per ſpatium temporis infiniti, & æqualis, pertranſibile;& iſto modo eſt ſua eſſentia phyſica, & metaphyſica vnde eius differentiæ eſſentiali, ideſt, formæ,quæ *infinitudo lõgitudinis* dicitur non poteſt fieri additio, nec ea ab alia quantacunque extenſione ſuperari.

S. Thomas 2. d. 1. q. 1. a. 5. ad. 18

Si autem infinita intenſionis ſint, & multitudinis,ſimiliter ipſorum definitio,& eſſentia conſiſtit in indiuiſibili, nempe in non habere partium ſuarum finem; in eſſe innumerabilia, & in percurri à nullo niſi in infinito tempore poſſe;& incontinere omnem numerum poſsibilem; hoc eſt, quia poſsibilis relinquatur aliquis numerus vltimus,aut cunctis maximus,vltra quem non aſcendat ſine fine, & ita vt omnem additionem excludant, & nullam ſupra ſe multitudinem vlteriorem, maioremuè patiantur,pluſquam concomitanter.

Sed quid mirum, id tu vides in quolibet numero finito, qui, quia habet eſſentiam inuariabilem, vel conſiſtentem in indiuiſibili, augeri aut excedi nullo modo poteſt; ideo numerus decimus, v.g. ſi decimus manere debet, augeri non debet ſed neque ab alio numero pariter decimo vnquam poterit ſuperari; quare rationes, quæ demonſtrant infinita in extenſione ſuperari non poſſe, conuincunt id ipſum de infinitis intentionis & numeri, licet aliquanto ſubtiliùs.

S. Thomas 1. p. q. 25. ar. 6.

Habent ſe quippe inter ſe infinita omnia,quia eſſentias inuariabiles habent, ſicut omnes numeri decimi,qui pares ſemper ſũt,& æquales, ſed quia eorum eſſentia quælibet conſtat finitis vnitatibus decem,in hoc differunt ab illis infinitis, quod ſuperentur ab vndecimo, duodecimo,& ſequẽtibus: nõ ſic infinita,quæ licet infinities infinita poſsibilia exiſtant, ſẽper retinent eũdem tenorem,& æqualitatis reſpectum, propter ſuam eſſentiam inuariabilem, & immultiplicabilem.

Rem totam declarauit P. *Arriaga* nõ volens, quia ipſe dixit ex productis duabus columnis infinitis verſus Orientem, alterutram poſſe retrahi verſus Occidentem, & ipſi in ſpatio relicto ex parte Orientis, fieri quoduis additamentum, quo caſu ipſa columna maior, & longior eſſet ſe ipſa, vt erat prius, & item ſua ſocia, dicas tu,ſi placet ea opinio, contra nos, infinita Formaliter eſſe poſſe inæqualia; quod ſi diſplicet, vti diſplicere debet figmentum alicuius dicentis numero decimo addi poſſe vnitates, idque ſuccreſcere in ratione decimi, ita vt vnus numerus decimus formaliter maior ſit ſe ipſo, vt erat prius,& altero decimo: dic nobiſcum, infinito vt tali nihil poſſe addi; & ſubinde cum S. *Thoma, eſt autem quædam proprietas infiniti, quod infinito non ſit aliquid maius ſecundum illud ſubiectum*, ideſt quate- 722

Ariſtoteles 1. cæli tr. 130. nus de ipſo prædicatur quod infinitum ſit, licet ſecundum alias rationes, & cõſiderationes, maius infinito aliud infinitum eſſe poſſit, vti ibidem proſequitur S. Doctor, & nos iam declaramus in ſequentibus.

Secunda pars Sectionis declarat magis qua pacto infinita materialiter comparabilia ſint, vt diſſimilia item, & inæqualia, ſiue vt alia alijs maiora, vel minora.

DIco tandem tertio infinita fere omnia tam diuina, quàm creata, ſecundũ materiã, ſeu quaſi materiam, vel, vt alij volunt, materialiter, entitatiue, extenſiue, & ſecundum quid, ita ſunt comparabilia, vt proprie inter ſe ſint æqualia, inæqualia, ſimilia, diſſimilia, maiora, & minora, digniora, gratiora, & huiuſmodi alijs relationum, & collationum modis.

S. Thomas 3. p. q. 10. a. 3. ad. 3. Dictum hoc eſt ad mẽtem *S. Thomæ*, & ſola exẽplorum inductione demõſtratur: nam primo graues Theologi non verentur concedere eſſentiam diuinam eſſe quaſi extẽſione ob ſuam eminentiam perfectiorem quolibet attributo; atque ſapientiam Dei explicite conceptam, dicunt eſſe immenſitate perfectiorem ſecundum quid: ſimilem inæqualitatem agnoſcunt inter alia attributa, attendentes ad ipſorum quaſi materias de ſe, quaſi nobiliores, vel quaſi minus nobiles.

723 Secundo Theologi, qui in materia de *incarnat.* tenent opera Chriſti D. nempe actus charitatis ipſius, patientiæ, & virtutum aliarum, fuiſſe valoris infiniti, quia ab infinita perſona profecti dignificabantur, & ſunt plurimi, & omnes vnanimiter confitentur actus eiuſmodi elicitos à diuerſis virtutibus, aliquo ſaltem modo eſſe in valore inæquales, nimirum, vel ſimpliciter, & abſolutè, vel ſolum materialiter extenſiue, & ſecundum quid, vt videbis in Doctoribus citatis ſupra num. 718.

Tertiò ſine dubio infinitum plumbi inæqualis, & minoris valoris, & pretij eſt, quam ſimile quaſi pondus auri, vel argenti, quia hæc ſunt materiæ illo digniores, & magis prætioſæ, rurſus decem columnæ marmoreæ, infinitæ vtrimque, ideſt verſus hæmiſpherium Oriens, & Occidens, comparatæ cum vna ſola ſimiliter marmorea infinite protenſa tantum verſus Oriens materialiter, & extenſiuè ob repetitionem illorum decem infinitorum, ſunt ea maiores; ſicut decem homines extenſiuè perfectiores ſunt, quam vnus ſolus; & ſicut Gygas pluſquam proceræ ſtaturæ, materialiter perfectior eſt quodam Pigmeo.

Quarto ob ſimilem rationem, & repetitionem infinita multitudo hominum extenſiuè, entitatiuè, & materialiter multo minor eſt, quam infinitudo capillorum, & puncta circuli maiores ſic compluria ſunt punctis circuli minoris, ideſt, ille continet plura infinita repetita, hic autem non tot, ſed pauciora; & in eodem ſenſu *S. Thomas 3. p. q. 10. a. 3. ad. 3.* ait *S. Thomas ſpecies numerorum parium* nempe in infinita quauis multitudine ſunt infinitæ; *& ſimiliter ſpecies numerorum imparium; & tamen numeri pares, & impares* ſimul ſumpti, *ſunt plures, quam pares*, qui tamen omnes exceſſus ad materiam pertinent, non ad inſeparabilem infinitudinem, & formam, ſupra quam quidquam addi non poteſt, quin eſſentia infiniti deſinat eſſe ac deſtruatur.

Vnde colligas in infinitis etiam verificari illud axioma, *totum eſt maius* *Auguſtinus de im. ani. cap. 7.* *ſua parte*, nam columna infinite extenſa maior eſt, & longior quolibet finita ſua parte; & multitudo infinities infinita partium continui bipedalis, duplo maior eſt multitudine infinitarum partium dimidij eius continui, ideſt, materialiter, & quomodo maiora numero ſunt viginti infinita Angelorum, quam dimidia ipſorum pars, ideſt, decem infinita, aut plura, ſiue pauciora.

Ad hoc autem vt infinita formaliter dicerentur *inæquales*, & alia *maiora* 724
alijs, oporteret, vt talis modi eſſent, vt ſuſciperent magis, & minus, ideſt, additiones & diminutiones, ita quod haſtis duabus infinite productis ad Oriẽtem, earum alteri poſſes, qua parte eſſet infinita, cuſpidem ferream cubita-

bitalis longitudinis, ſuper addere, aut longiorem, altera relicta ſine noua longitudine; vel etiam, ſi in duplici infinito Angelorum inuenires vnitates duas vltimas, vltra quas vni adderet Deus alios mille, & alteri milliones mille; quæ implicare vides in abiecto, quia certum eſt infinito, vt infinito nihil poſſe addi, aut detrahi, & ſubinde nullum poſſe fieri maius alio, aut minus.

[*S. Thomas* 1.p.q.8.a.3 ad 8]

Quare nemo mihi iure contradicit in hoc puncto, præter P. *Arriaga*, qui ſolus opinatur infinita habere fines, & ipſa decurtari poſſe, & prolongari, quamuis, & ipſe videatur poſſe dicere infinita ſua ſemper paria eſſe in ſua *impertranſibilitate*, & reliqua ad infinitorũ materiam ſpectare; quod clarius apparebit in ſolutione argumentorũ.

Tertia pars Sectionis reſpondet argumentis prætendentium infinita comparabilia inter ſe nullo modo eſſe; vbi non nihil contra inflata puncta continui.

[*Ariſtoteles* *S. Thomas*]

SEd opponis primò. *Euclides* definit *æquale illud eſſe, quod in terminis neque excedit, neque exceditur*; & *Ariſtoteles, & S.Thomas* ſæpe tradunt æqualia eſſe, quæ retinent vnam, eandemque determinatam menſuram, & inæqualia oppoſito modo eſſe; ergo nec infinita increata inter ſe, nec creata inuicem comparabilia ſunt; cum conſtet ea omnia excludere omnem mẽſurã.

Reſpondet ad argumentum, quatenus tangit Diuina, P.D. *Ruiz*, de Trin. d.103. ſect.2. à n. 11. cum *Alexandro, Alberto, Bonauent. Richardo*, & alijs, quod termini *Euclidis* non ſunt neceſſarij ad æqualitatem, vbi eſt ſumma identitas magnitudinis, quæ eſt quantitas virtutis, quæ eſt Doctrina *S Thomæ, Auguſtini*, & *Ariſtotelis*, qui ſibi non contradicunt: nam in iſtis locis loquuntur de quantite molis determinata, & finita ſecus dicturi interrogati de infinita; maxime cum dixerint ſupra num. 718. æqualia quoque dici, *quæ inter ſe neque ſunt inuicem maiora, nec minora*, licet careant certa, ac determinata menſura, ex quo patet ad formam argumenti.

[*S. Auguſt.* 6.de Trin. cap. 8.]

[*Ariſtotele.* 10.m.t.15 16. & 17.]

725 Opponis ſecundò, quædam infinita de facto ſunt, quæ comparata inter ſe certo modo, videntur æqualia, alio vero modo videntur inæqualia, ergo nulla infinita ſunt inuicem comparabilia, nec comparanda; ſiquidem nec perſeuerant æqualia, nec inæqualia, ita procedunt cum P. D. *Ruiz*, vbi ſupra, Docti *Iuniores*, & antecedens probant exemplis circulorum, qui *concentrici* dicuntur; & diametri, & coſtæ, vt putant euidenter.

Etenim ſi circino efficacias, inquiũt circulum magnum, & ex eodem centro formes circulum paruum, ſub illo contentum, & lineas ducas vel tua conſideratione, de punctis omnibus circuli maioris, ad centrum, illis correſpondebunt totidem puncta in circulo minori; rurſus ſi explices, & extendas lineas rotundas vtriuſque circuli, & componas rectas paralellas, vnam ſub altera pluſquam decies longior, ac maior apparebit; & ſubinde ductis recta lineis tranſuerſis, de punctis vnius, ad pucta alterius, exhauſtis punctis lineæ minoris, ſupererunt in linea maiori infinities infinita puncta ſine correſpondentibus; vnde deducunt hi Doctores infinita commenſurabilia non eſſe.

Sed reſpondetur in hac difficultate, quæ inſuperabilis eſt, quis enim non miretur, dum videt tot puncta eſſe in circulo tantulo, quantulum eſt granũ papaueris, quot ſunt in circulo maiori, cælo empyreo? conceſſo antecedenti, negando conſequentiam: ad probationem de circulis concentricis, & ipſorum lineis directe compoſitis deſumptam compoſitam, concedo item antecedens, & nego illationem: vere enim infinita formaliter æqualia ſunt, & ſua item menſura infinita commenſurabilia, & quatenus vnum non habet, pluſquam alterum; licet quia materialiter inæqualia ſint re ipſa, contingat in circulo maioris linea, eſſe complura puncta, ſicut, & plures multitudines infinitas punctorum, vt manifeſte cernitur in compoſitis directe lineis quæ faciebant circulos maiorem, & minorem concentricos.

726 Et ideo communiter reſpondant ſapientes quique paria numero eſſe

ea puncta, non reipſa, & entitatiue, ſiue abſolute, ſed ſolum ſecundum quid, ideſt, ſecundum correſpondentiam ex tali poſitione ortam, & reſponſionem exemplis æque difficilibus alibi à nobis adducendis, adornant; ſed tamen nobis ad propoſitum præſens ſolutio ea ſufficere videtur, maxime quia ex his antecedentibus rectius infertur infinita vno modo eſſe æqualia, & alio inæqualia, & conſequenter eas varias relationes non excludere, & hoc dandum infinitis, quæ quoque ob modum diuerſum, quæ categorematica, ſunt, ſunt quoq; ſyncategorematica, vt legis ſupra num. 658.

Qui continua componunt punctis finitis inſtatij, incidunt in hæc abſurda, nempe coguntur tenere tot eſſe puncta in minimo circulo, quot in prægrandi in linea baſis tranſuerſa altiſsimæ pyramidis, atque in eius linea angulari, quæ ſubit à baſi ad cuſpidem, vt patet, ſi ducas lineas à punctis circuli maioris ad centrum; & lineas tranſuerſas incipiedo à cuſpide pyramidis, de punctis angulorum ad puncta, nullum relinquendo ſine linea, & ideo talis opinio à nobis reijcitur infra nu. 848. nec defendi poteſt paritate de infinitis punctis.

Quarta pars ſectionis diluit obiecta aientium infinita eſſe inæqualia, nempe alia aliis eſſe poſſe maiora formaliter.

ALij obijciunt primò infiniti lateres aurei valent plus quam totidem plumbei, & ambo ſunt in valore infiniti, ergo duo valores infiniti ſunt inæquales, ſiue vnus maior, vel perfectior eſt altero.

Approbant conſequentiam PP. *Bernal.* de Incarnat. diſp. 3. nu. 16. dicens, vt ſuadeat vnam diuinam perfectionem abſolutam poſſe excedi ab altera non video cur vnum infinite perfectum non poſſit eſſe perfectius altero infinite perfecto, nempe formaliter, & *Faſolus* tom. 3. de Trinit. late probans plus pefectionis contineri in duabus, vel tribus diuinis perſonalitatibus acceptis, & conceptis ſine incluſione eſſentiæ diuinæ, nempe præciſe quatenus inter ſe ſunt relatiuæ diſtinctæ realiter, & oppoſitæ, quo modo item ſunt infinitæ perfectæ, quam in vna.

Reſpondeo conceſſa maiori, diſtinguendo minorem; ambo ſunt in valore infiniti, ideſt, vnumquodque continet valores infinitos, & ſic concedo minorem; vnumquodque continet valorem ſimpliciter infinitum; & ſic nego minorem; & ratio diſtinctionis eſt, quia iuxta dicta ſupra nu. 676. non eſt res infinite perfecta, quæ formaliter, vel virtute, aut æquiualenter continet pluſquam infinitas perfectiones inferiores, ſed illa ſola, quæ tanta eſt, vt melior fieri, aut excogitari non poſsit; idcirco Angelus meus non habet infinitam perfectionem, quia licet contineat in ſe perfectionẽ maiorem creaturis alijs infinitis quãtumuis ponamus eam quaſi conflatã ex infinitis gradibus phyſicis, aut metaphyſicis correſpondentibus ad æqualitatem cum infinitis illis perfectionibus, infra ſe poſitis; quia nimirum datur alius Angelus illo perfectior.

Ad approbationem *Bernalij* dic exceſſum diuinarum perfectionum, aut nullum, aut quaſi materialem eſſe ad *Faſoli*. ſimiliter dices exceſſum verum, & intenſiuũ poſſe dari inter res etiã infinitas materialiter ſumptas, vt patet infinitis ſupra oppoſitis auri, & plumbi, vti notaui ſupra n. 122. & tradit *S. Thomas* tum alibi, tum 1. p. q. 47. a. 3. ad 2. ibi, *cum dicitur plures mundos eſſe meliores, quam vnum, hoc dicitur ſecundum multitudinem materialem*, quod ipſum doceret, ſi omnes illi mundi infinitæ molis eſſent. 727 S. Thomas

Obijciunt ſecundò, vna columna infinita verſus Orientem, & Occidentem, maior eſt altera infinita tantum verſus Orientem, tempus quoque æternum à parte ante, & à parte poſt, maius eſt tempore æterno tantum à parte poſt; ergo vnum infinitum formaliter eſt maius alio.

Reſponde ad hanc, & ſimiles obiectiones, vnum infinitum poſſe eſſe maius alio, vt finito, non vt infinito, & ſic concede columnam vtrimque infinitam eſſe maiorem columna hinc infinite protenſa, quatenus eam

illa

illa ſuperat per hoc latus, & partem, qua hæc finita eſt, nam verſus aliam partem æquare ipſam poteſt, nequaquam ſuperare, propter dicta ſupra n.719. ſimiliter dicendum ad exemplum de temporibus æternis, reſponſio eſt conformis S. *Thomæ* quodlibet q. 1. *S. Thomas* a.1. c. dicenti *ſi eſſet corpus infinitum ſecundum longitudinem, finitum vero latitudine, eſſet minus corpore longitudine, & latitudine infinito*, & *Ariſtoteles* *Ariſtoteli* legendo 1. de cælo tex. 130.

Tertiò obijciunt ex P. *Suarez* ex iſtimante in m.d.40.ſect.5.n.49. capi non poſſe, non eſſe plures partes in toto continuo, quam in eius dimidio; & non eſſe in tempore æterno plures dies, quam annos aut plures horas, quam dies; & in infinito hominũ non eſſe plures capillos, quã capita, capillata quapropter ſapienter dixerit *S. Thomas* S. *Thomas* 3.p.q. 10.a.3. *ſpecies numerorũ parium ſunt infinita, & ſimiliter ſpecies numerorum imparium, & tamen numeri pares, & impares ſimul, ſunt plures, quam pares*, ergo vnum infinitum poteſt eſſe multo maius altero.

728 Sed reſpondeo rem facilem facile capi ab eo, qui conſideret Infinitorum materias, & formas iuxta dicta ſupra num.719. concedo ergo ea infinita, & ſimilia, quæ ſunt quaſi tota congeſta ex alijs infinitis, quaſi ex materia, vel ipſa quoquomodo continentia, materialiter eſſe his maiora, & minora reſpectiue, non formaliter.

Poſſent quippe infinita numero, de quo tractamus hic, ſe excidere, ſi haberent vnitates vltimas intrinſecas, & ita quod exiſtenti duplici infinito numero pari Angelorum, verbigratia, vni adderentur decem, aut plures ſupernumerandi cum ordine ſupra, & vltra vltimũ talis infiniti numeri, ſed quia hoc eſt impoſsibile, licet factibile, & factũ putet *Arriag.*, ideo impoſsibile eſt vnum infinitũ formaliter eſſe maius, vel numeroſius altero, & in hac conformitate loquitur ibi S. *Thomas*.

Quare neganda eſt conſequentia, vel diſtinguenda per terminos materialiter, & formaliter, ſumendo formaliter, vt perinde valeat, atque quatenus infinitum tale eſt, & ſecundum rationem, & formam infiniti, alias enim ſine dubio infinita multitudo horarum proprie, & formaliter, ideſt, per res, & formas magis repetitas, maior eſſet in æterno tempore, quam infinitum annorum, ſed hoc formaliter in præſenti ſectione, interdum ſignificamus per vocem materialiter, quod dixero ad auferendam fallentiã æquiuocationis ab animis ſtudẽtium.

DISPVTATIO IV.

IN QVARTVM LIB. PHYSICORVM.

ARISTOTELIS.

Commentaria, & Interpres.

Aristoteles — LIber iſte continet 14. Capita, in primo agit Phyloſophus de exiſtentia *loci* extrinſeci, in ſecundo diuidit illum in communem & proprium, in tertio declarat modos varios, quibus res dicitur eſſe in loco, in quarto locum definit nempe extrinſecum, nam alium agnouiſſe non videtur, in quinto tractat de his, quæ ſunt in loco, in ſexto agit de *vacuo*, in ſeptimo ponit aliorum opiniones circa vacuum, & ſuam, ipſum definiendo, in octauo ſtatuit non dari vacuum, in natura, in nono probat id ipſum vſque ad decimũ quartũ, in quo de *tempore* demũ tractat, atque de his, quæ tempore commenſurantur, tractat verò hæc *Ariſtoteles*, vt bene quoque notat cum *S. Thoma Alamanus* q. 19. vt magis declaret mobile, & motus, ideſt, cauſas naturales, & effectus ipſarum, quæ quidem magis innoteſcunt comparata cum ſuis menſuris, vel extrinſecis; *locus* quippe, & *vacuum* ſunt quaſi menſuræ mobilium *tempus* autem motus præſertim ſucceſsiui. 729

Ariſtoteles. S. Thomas

QVAESTIO II.

De eſſentia, & proprietatibus loci, ſiue ſpatii in communi vbi de rebus, quæ ſunt in loco vno, & an pluribus poſſint eſſe ſimul, ſed prius locus diuiditur.

LOcus in communi *eſt ſpatium*, *in quo res eſt*; ac diuiditur in locum *extrinſecum*, & *intrinſecum*; hic eſt *vbi* intrinſecum rei, in quo res eſt, & quo figitur in ſpatio certo, de quo in iſta ſectione obiter, & in ſequenti ex profeſſo agendum eſt, locus verò extrinſecus diuiditur ab aliquibus in *locum* realem *poſitiuum*, & in locum realem *negatiuum*, qui communiter dici ſolet locus, ſiue *ſpatium imaginarium*, de quibus ſigillatim agemus; dicitur is vterque locus, ſi vterque locus eſt, *extrinſecus*, quia non intrinſece vnitus eſt rebus, ſed tantum illis contiguus, & concomitanter, de quo fuſe, & optime tractarunt *Ariſtot.* & Sacer Interpres, locis afferendis, & *S. Auguſt.* vid.ndus in ſuo indice V. *Locus*.

Ariſtotelem. S. Thomas. S. Auguſt.

SECTIO I.

Exponit an ſit, quid ſit, & quotuplex, & propter quid locus realis poſitiuus extrinſecus, & eius proprietates.

ARiſtoteles ita loquitur de loci huius exiſtentia initio libri, *ea, quæ ſunt omnes exiſtimant alicubi eſſe*; 730
vnde manauit prouerbium *quid quid eſt, alicubi eſt*, ideſt, in aliquo loco. Ariſtoteles
quid vero ſit iſte locus, omiſsis va- S. Thomas
rijs de eo opinionibus videndis in *Toleto* hic q. 3. præclare definiunt *Ariſtoteles* hic tex. 41. & ex eo *S. Thomas* lect. 6. & fuſe in *Alamano* q. 19. dicentes.

Locus eſt primus terminus corporis continentis immobilis, hoc eſt, locus eſt prima, ſeu vltima ſuperficies corporis ambientis ſiue aliud continentis, immobilis, verbi gratia, locus meus eſt iſta concaua ſuperficies aeris huius ambientis me, & continentis, corpori meo ibi locato ad aptata; & locus piſcis cuiuſdam eſt ſuperficies concaua aquæ illum continentis, dicitur

Digitized by Google

citur autem eiuſmodi ſuperficies *immobilis*, non ratione ſuæ entitatis, quæ reflante vento mutatur, & item aqua præterfluente, ſed ratione aeris elementi totius, quod immobiliter eſt contentum inter ignem, ſiue cælum, & terram, quin inde poſſit alio transmutari,

S. Thomas

& quia, vt interpretatur *S. Thomas*, tali modo hic ſum, & certo, & particulari modo dicto ab ſphærico corpore cæli, & ipſius polis immobilibus, quorum reſpectu locus locati quantumuis de ſe phyſice mutabilis, immobilis eſt, neque alium rigorem poſtulat definitionis particula *immobilis*, & multo minus recurſum ad modum intrinſecum omnino ignotũ noſtris Præceptoribus, conſentiunt *Themiſt. Auer. Auicenna, Albertus, M. Aegidius, Venetus, Valduin, Burl, Sotus, Iauel, Aſtudill. Perer. C. Complut.*

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas
in Tripart.
nu. 958.

Quare locus definitus ab *Ariſtotele*, eſt quædam ralatio, & concretum compoſitum ex corpore ambienti plerunque mutabili, ceu materia, & alio termino fixo reali, & vero, vel imaginario, à quo *immobilis* dicitur, ceu forma, & quia ſemper contingit ſuperficiem corporis locatum ambientis, eſſe non vnam ſolam, ſed congeriem plurium ibi penetratarum, nam ſi eſt ſuperficies aeris, locus, inibi ſunt penetratæ vna ſuperficies formæ aeris, altera materiæ, altera caloris, altera humiditatis, altera quantitatis, & aliæ aliorum accidentium; pluribus titulis eſt locus ens per accidens, quibus non obſtantibus definitio dicta vt bona defenditur à *S. Thoma*, quia conſtat genere, ac differentia, ideſt, materia, & forma iam à me declaratis.

S. Thomas
5. Phy. a l. 5
& op. 42.
& 52.

731 Multiplex eſt *locus*, primò alius eſt *communis*, vt aer reſpectu auium, & aliorum animantium; & mare reſpectu piſcium, & aliorum corporum ibi exiſtentium: alius *proprius* dictus ab *Ariſtotele*, & S. Thoma *primus*, nempe illa peculiaris ſuperficies ambiens, & circumtegens locatum quodlibet peculiare, vnde ſuperficies terræ, maris, aeris, ignis, cæliq; & cuiuſcunq; alterius corporis apti habere intra ſe locata corpora, locus communis, & proprius eſt alia, & alia cõſideratione.

Secundò alius eſt locus *connaturalis*, alius *violentus*, connaturalis eſt ille, vbi res connaturaliter locantur, & exiſtunt, violentus eſt ille, in quo res cõtra ſuam inclinationem detinentur; Tertiò alius eſt locus *ſurſum*, nempe ille, qui magis appropinquat cælo. alius locus *deorſum*, ille, ſcilicet, qui magis appropinquat cētro terræ. Quartò alius locus dicitur *circunſcriptiuus*, ille nimirum, qui eſt adaptatus, & correſpondenter commenſuratus locato, eius figuræ, & partibus; alius *definitiuus* qualis eſt locus, quilibet concomitanter præſens cuidam rei, ibi exiſtens, ſed non ei commenſuratus correſpondenter, vt eſt aer, aut aqua reſpectu rerum ſpiritualium, ibi exiſtentium; quocirca ſola corpora dicuntur eſſe circumſcriptiue in loco, quando extenſa ſunt, ſpiritualia vero non, niſi definitiue, quatenus anima rationalis, verbi gratia, dicitur eſſe in corpore ambienti, quaſi in definito, ac determinato loco, ideſt, non alibi eſſe.

S. Thomas
1. p. q. 52.
a. 1.

Proprietatum loci prima eſt, quod ſit *æqualis locato*, quæ proprietas non conuenit loco communi, ſed proprio, & huic non conuenit ſecundum omnem dimenſionem, nam locatum continet tres dimenſiones, vt pote corpus completum, locus vero proprius, qui ſuperficies eſt continet tantum duas. Secunda proprietas eſt, quod *locus trahit ad ſe locatum*, quod metaphorice dictum eſt, quatenus omnia corpora appetitu innato appetunt locum ſuum, & conſequenter quaſi trahuntur à loco ſuo.

Ariſtoteles
t. 31.
Ariſtoteles
lect. 5. & ..
Ariſtoteles
7. P. h. t. 10
S. Thomas
lect. 5.

Tertia eſt, quod locus faueat, aut quaſi faueat, & *conſeruet locata*, quod facit locus quatenus ea magis connaturaliter, & melius conſeruantur in loco ſuo connaturali, quam in violento, & alieno; nam in proprio loco congruentius gaudent cælorum influentijs, & magis libera ſunt à contrarijs. Dicitur quartò *locus ſeparabilis à locato*, & merito ſiquidem id mutare ſolet varia loca denique locus vt locus eſt propter locata in eo, videtur conditus eſſe.

Ariſtoteles
t. 5. 4. & 8.
S. Thomas
lect. 1. & 8

Alte-

Altera pars ſectionis reſpondet obiectis contra definitionem Ariſtotelis *de loco.*

732 SEd Card. *Toletus* hic in q.3. congeſſit contra *Ariſtotelis* definitionem duodecim argumenta, & alia plura obijcit ſibi S.*Thomas* in *Alamanio* q.19. ex quibus vrgentiora ſeligemus, & ſoluemus. primò ergo obijcitur, impoſsibile eſt quod res immota perſeuerans, mutet locum; ergo locus turris *S. Mariæ*, aut pontis Tyberini, non ſunt ſuperficies aeris ambientis, neque præterlambentis aquæ, patet conſequentia quia ſuperficies iſtæ mutantur per momenta; & tamen turris & pons dicuntur eſſe in eodem ſitu, & loco immotæ.

S. Thomas

Reſpondeo turrim, & pontem moraliter, ſiue in hominum æſtimatione non mutare locum, phyſicè verò mutare, vt planum eſt, ſed tamen locus idem cenſetur, ſicut & ventus idem, & idem flumen cenſentur fuiſſe heri, & hodie, quamuis phyſice, & in rigore loquendo, diuerſæ partes aeris, & aquæ fuerint his diebus.

Secundò obijcis, totum vas eſt locus aquæ, vel vini exiſtentis ibi, ergo non eſt ſola vaſis extima, & concaua ſuperficies, & confirmas, quia ſuperficies locati, & loci penetratæ ſunt, ergo non eſt maior ratio, ob quam ſuperficies corporis continentis dicatur locus, quam ſuperficies corporis contenti. Adde quod ſuperficies corporis continentis, non conſeruat locatum, quod erat proprietas loci; altera vero conſeruat, fouet, ac perficit.

Reſpondeo totum vas dici locum ratione ſuæ ſuperficiei, ſicut totus homo dicitur videns ratione oculorum; ad confirmationem concedo ſuperficiem vtramque eſſe ibi penetratam, ſed loci definitionem *Ariſtotelis* non quadrare ſuperficiei rei contentæ, ſed continentis, quæ item conſeruat locatum modo ſuo declarato ſupra; notat vero philoſophus vas eſſe impropriè locum rei contentæ in eo, at dici poſſe *locum mobilem*, quia omne vas mobile eſt, & moueri poteſt de loco in locum, & rurſus appellari poſſe ait locum quemuis pro-

Ariſtoteles .41.

S. Thomas lect. 1.

prium, *vas* rei locatæ in ipſo, & ſimi- 733
liter loquitur ſacer interpres ibi.

Tertio obijcis, rota quæuis mouetur circulariter, & non mutat locum extrinſecum, ideſt, ſuperficiem corporis continentis, & Angelus quidam mouetur localiter de loco in locum, & tamen non circundatur ſuperficie corporis ambientis, ergo ea ſuperficies non eſt locus. Reſpondetur rotam mutare locum, quando rotatur ſecundum ſuas partes diuiſim ſumptas, quamuis moraliter loquendo dicatur eſſe in eodem loco extrinſeco, Angelus vero non eſt in loco circumſcriptiuè, ſeu commenſuratiuè ad ipſum, eſt enim in loco definitiuè, ideſt, non eſt, neque mouetur alibi, niſi in loco, cum quo quaſi concomitanter eſt.

Quarto obijcies ex *Ariſtotele* primo locus pertinet ad prædicamentum vbi, ergo nequit eſſe ſuperficies, quæ pertinet ad prædicamentum *quantitatis* ſecundum Philoſophum: Secundo locus rei eſt ille, ad quem res naturaliter fertur, v. g. locus grauium eſt centrum; ergo locus non eſt ſuperficies cuiuſuis corporis ambientis locatum, preſertim ſi inibi detinetur violenter, & contra naturam ſuam, vel male habet.

Ariſtoteles c. de quan. S. *Thomas lect.* 19. 5. *met.*

Sed reſpondet S. *Thomas* in *Alemanio* q.19.a.2. ad primum, negando conſequentiam, quia cum *vbi* ſit relatio, ſiue concretum extrinſecum, ſuperficies eſt *vbi* vt ambit locatum, & cum ipſo coniuncta; & eſt quantitatis ſpecies, vt eſt complementum continui corporei, legantur de hoc in *Tripartita* n.958. noſtri Præceptores.

S. Thomas in Tab. 5. *locus n.* 2. *& 5.*

S. *Auguſt.*

Ad ſecundum dic locum diuidi in naturalem, & violentum, & vtrumque ſuperficiem ambientem eſſe, & Philoſophum ibi ſignare locum naturalem, quare concedens antecedens, & negabis conſequentiam, & videbis per otium, ſi vacat alia plura argumenta, quæ ſapienter diluit *S. Thomas* in *Alamanio*, vbi ſupra a.2.

Ariſtoteles

Ad finem aduerte *Scaligerum*, & *Mirandolanum* tenentes locum eſſe ſpatium imaginarium; & *Philoponum*, interuallum pro *Ariſtotele* eſſe, quia videntur ij agere de altera parte loci, ideſt, de termino fixo, nempe de loci forma, non negantes materiam, quæ

eſt

eſt immediatũ corpus ambiens. Rurſus *Proclus*, & *Simplicius* volentes locum lucem eſſe, reijciendi non ſunt, quia & ipſa corpus eſt, & ſuperficies habens penetratas cum ſuperficiebus aeris, & ſic locus partialiter dici poteſt; ſed vero Antiqui relati ab *Ariſtotele* hic c. 2. dicentes locum eſſe materiam, vel formam, bene confutantur ibi ab ipſo aſſerente, *forma enim, atque materia non ſeparantur à re, cuius ſunt, locum autem contingit ſeparari, in quo namque aer erat, in hoc rurſus aqua*, quare fallitur *Plato* dum ait in *Timæo* materiã eſſe receptaculum formarum, ideſt, locum, eſt quippe materia receptiua formæ, vt ſubiectum, non vt locus propter rationem Philoſophi, licet & materia, & forma large poſsint dici ſibi inuicem *locus*.

Ariſtoteles

SECTIO II.

Declarat quæ res ſint in loco, & an plures poſsint eſſe in vno ſimul, aut in pluribus locis naturaliter, vel ſupernaturaliter.

734 Dico primò, Deus non dicitur proprie eſſe in loco, neque *circumſcriptiue*, vt patet, ſiquidem ſpiritus cum loco extrinſeco non poteſt habere commenſurationem partis ad partem; præterquamquod Deus à nullo alio poteſt circumdari, aut contineri, cum ſit ipſe, qui continet omnia; neque *definitiue*, quia per immenſitatem eſt vbique; ſed vero ex quadam eminentia dicitur Deus Hierem 23. *cælum, & terram implere*, ac certa fide tenendum eſt eſſe totum Deũ præſentẽ in toto vniuerſo, & totũ in qualibet parte, primò *per eſſentiam*, ideſt, per vbi ſuum immenſum, ſecundò *per potentiam* ſuam, quia omnia creat, atque conſeruat. Tertio *per præſentiam*, quia ſcilicet, omnia nuda, & aperta ſunt oculis, ſiue ſapientiæ eius; eſt autem Deus proprie in ſe ipſo, & in vbi ſuo immenſo, qui quodam modo locus intrinſecus Dei eſt, lege *P. ſolum* q. 8. à dub. 2. & ibi *Auguſtinum*, *S. Thomam*, & alios PP.

S. Auguſt.
S. Thomas

Dico ſecundò omnia corpora, quæ ſunt infra Empyreum, ſunt in loco, nam quodlibet ſeorſim ſumptum ab alterius ſuperficie continetur: Empyreum vero verſus partem ſuperiorem non eſt in loco extrinſeco circunſcriptiue, *actu*, ſed *potentia*, quia, ſcilicet, à nullo alio altiori corpore circumtegitur, & ſic dici poterit eſſe in loco potentiali, ideſt, qui poteſt creari ſupra id cælum, ipſum circunquaque ambiendo. Quare ſcite dixit *Ariſtoteles*, in tom. 45. & 46. *vniuerſum alicubi non eſſe totum*, ideſt, non eſſe in loco extrinſeco ſaltem ex parte ſuperiori conuexa, quia cælum eſt, quod continet omnia, & ipſum à nullo corpore continetur.

Ariſtot. loc. S. Thomas ibi & op. de natura loci

Hic aduerte inconueniens non eſſe quod vnum corpus reſpectu aliorum ſit locus, & reſpectu aliorum locatum, aer enim eſt locus aquilæ; & aeris locus eſt ſphæra ignis, & terra; terra itẽ ſolet eſſe adæquatus locus aeris incabernis morantis; rurſus aqua eſt locus piſcium, & eſt locata in vaſe quodam immobili, ſed tamen, quod ait *Ariſtoteles*, locus non eſt in loco, ideſt, ſuperficies aeris, v g. quæ me ambit ab alia ſuperficie contigua ipſi, non ambitur, licet ambiatur à partibus aeris illi vnitis, quæ locus non ſunt, quia vnitæ cum illa ſint, cum deberent eſſe tantum contiguæ; & ideo ineptè dicitur aquæ pars eſſe in alia aquæ parte cum qua vnitur, niſi dicatur *per accidens*, ibi eſſe, vti ob proprias partes, vel ſuperficiẽ extimã vniuerſum dictum eſt ab *Ariſtotele* & *S. Thoma* eſſe in loco *per accidens*, vt explicabo n. 767 735

Ariſtoteles

Ariſtoteles
S. Thomas hic, c. 7

Dico tertiò, duo aut plura corpora quanta non poſſunt eſſe naturaliter in eodem loco, bene ſupernaturaliter; ratio eſt, quia per quantitatem ſunt impenetrabilia ſupernaturaliter vero ſæpe contigit fuiſſe in eodem loco: vt quando Corpus *chriſti*. D. ſe penetrauit cum lapide ſepulchri; & ipſe ianuis clauſis poſt reſurrectionem, ingreſſus eſt ad diſcipulos ſuos; ſi tamen res corporales careant quantitate, poſſunt eſſe in eodem loco ſecum, & cum quantitate penetratæ, ita ſunt forma equi, eius materia, vnio, quantitas, & reliqua accidentia; quantitas enim non eſt impenetrabilis, niſi cum alia parte quantitatis; Conſentiunt *S. Thomas*, *S. Bonau.*

Ariſtoteles 22. de ciu. c. 8

Caproel, Argent. Suarez, Sotus, Rubius, & *c.Comp. Conimb.* cum multis hic q 4.

Sed oppones experientias, quæ mõſtrant plura corpora quanta penetrari, ac eſſe ſimul in loco vno proprio; nam primo *Plinius* narrat lib.2.hiſtor. c.62. amphoram aqua plenã vſque ad ſumma labra, iniectos in ſe nũmos adhuc recipere. Secundò vas plenum cinere, tantum aquæ capit, quantum ſi vacuum eſſet. Tertiò panis intra ſe aquam, vel vinum ſolet recipere. Quarto ignis in ferrum candens intrat. Quintò *P. Clauius* in cap. 1.ſpheræ demonſtrat in vaſe eodem plus aquæ recipi in loco inferiori, quam in ſuperiori, verbi gratia, plus ad radicem montis, quam in ſummitate eius; ergo corpora quanta ſe penetrant, vel experientiæ falſæ ſunt.

736 Reſpondeo ad primum, in amphora nummos capi, ſi aqua diffundatur velſeſe in medio quaſi in montẽ attollat, vti ſolet ratione ſiccitatis labrorum vaſis, ad ingreſſum nummorum, ad ſecundum cineres alias exhallari, & ire foras, & alias, quæ remanent in vaſe conſtipari, & ſic idem vas, ſi non tantum aquæ, ferme tantum capere cinere plenum, ac vacuum, ſine vlla quantitatis penetratione, ad tertium, à panis cabernulis, & poris expelli aerem, & in eius locum ſuccedere aquã, vel alium licorem, ad quartum ſimiliter dico quod à poris excluſo aere recipitur ignis, ad quintum concedo, quod demonſtrat P. Clauius, & ratio eſt, quia aqua centro terræ proximior, magis intumeſcit in vaſe, quam in cacumine montis, nam in minorem circulum ſe componit, quando eſt proximior centro, quam quando eſt remotior, quia, ſcilicet, minorem habet diametrum.

Dico quartò naturaliter non poteſt vna eademq; res eſſe in duplici adæquato loco, neque circunſcriptiuè, neque definitiuè, bene autem poteſt eſſe in duplici, aut in pluribus locis inadæquate, v. g. arbor defixa in medio flu nine, ſolet eſſe ſecundum vnam partem in terra, ſecundum aliam in aqua, & ſecundum aliam in aere; & ratio eſt, quia, vt communis ſententia docet, eſt contra limitationem rei cuiuſpiam occupare plura loca adæquate diſſecta, & ſeiuncta, non vero inadæquata, & contigua, id quod confirmat experientia; an vero id fieri poſsit ſupernaturaliter, declaro ſectione ſequenti.

SECTIO III.

Idem corpus poſſe eſſe de potentia abſoluta in pluribus locis circunſcriptiue, vel extenſum videtur magis conſentaneum fidei.

IN primis certa fides docet *Christum D.* eſſe in multis locis, nimirum, in cælo à dextris Dei, extenſum, & cum figura grandi, & in Eucharistia ſine extenſione formali, ad modum ſpiritus, de quo articulo fidei diſputandum nobis contra Hæræticos non eſt, videri poterunt ad 3.p. S. *Thomæ* q. 76. & vbi ſcribunt contra Sacramentarios. 73 *S. Thomas*

Deinde opinor eſſe valde conformẽ ei articulo, ſententiam, quæ affirmat poſſe quamlibet rem etiam corporeã exiſtere diuinitus in multis locis, vbique circumſcriptiue, & extenſam, ita ſentiunt *Rubius* lib.4.q.7.& ibi *Alexander, Scotus* in 4. d. 10. q.2. *Maior, Gabriel, Marſilius, Richardus, Altiacens, Adam, Alanus, Argent, Tartaretus, Bellarminus, Ockamus.* & *Sotus, Conimb.* c.5. q.5.a.2. & ibi *Hugo, Victor, Mairon, Baſſolus.* & alij, *Ferrarius* tr.3.d.3.a.7. *Hurtado,* & *Arriaga* hic d.14. *Valentia* t.4. d.6. q.3. p.1. ſ.23. *Suarez* t.3.in 3.p.d 48.ſect.4. *Conimb.* de Euch.q.75.a.4.dub.3.& ibidem fuſe, & optime *Haratius* diſ.24. *C. Lugo* d.5. *Irogoio, Bonacina,* d.4. q.3. p.5.& ibi *Anglus* & *Pitigian. Turrianus* tom.3. Contron. 21. *Ioan. Vualten.* de triplici cæna c.35.vbi congerit exempla de facto iam ſæpe hoc miraculo, *Auerſa* t.1.q.27.ſect.5.cum *Alenſi, Veracruce, Claudeo,* & alij, *Baranzan.* d.8.q.5.dub.7. *Plat.* hic & *Moreta* q.7. *Racon, Ouiedo, Tellez, Hemelman, Amicus, Lorinus, Cornelius* in acta Ap. c.9. v.5. & interpretes alij, & Controuerſarij complures.

Ratio veritatis eſt à paritate deſumpta; de facto eſt Chriſtus D. in pluribus locis, in vno cum extenſione locali,

Digitized by Google

cali, & in alijs ſine ea, ergo bene po-
teſt corpus eſſe extenſum in pluribus
locis. Probatur conſequentia, quia
difficilius eſt poni corpus in duplicilo-
co, in vno extenſum, & in altero in-
extenſum quam poni in vtroque ex-
tenſum primum, factum iam eſt, ergo
ſecundum factibile eſt patet antece-
dens. quia, vt ponatur corpus in dupli-
ci loco, illo primo modo, requiruntur
duo miracula, vnum, quo ponatur in
dupliciloco; & alterum, quo pona-
tur res, quæ de ſe eſt extenſa, indiuiſi-
biliter, & inextenſa ad modum ſpiri-
tus, contra naturalem inclinationem;
vt vero ponatur corpus ſecundo mo-
do, ideſt, in loco vtroque extenſum,
ſufficit vnum miraculum, ideſt, illi ad-
dere nouam extenſionem, vel alibi
ipſum reproducere.

Secunda ratio eſt, quia quod non
738 implicat, fieri poteſt à Deo, ſed nó im-
plicat ponicorpus in multis locis exté-
ſum, ergo, quinimo multi credunt iam
factũ ſæpe hoc miraculum, legitur e-
nim *actorum 9.* Chriſtus apparuiſſe
S. Paulo eunti Damaſcum, & vt cum
Tirino credo, in propria perſona, & cũ
extenſione propria; & ex alia parte
eſt cómunis opinio Theologorum,
illum non deſeruiſſe locum cæli,
vbi ſedet à dextris Dei, neque deſertu-
rũ quoad vſque veniat, nos iudicatu-
rus; deinde credibile eſt item appa-
ruiſſe in propria perſona, ſuæ matri o-
beunti, lege circa hoc *Valentiano* to. 4.
diſp. 6. puncto 1. q. 3. & *Vualterum* infra
referendum.

Tertia ratio eſt, quia omnia fere
argumenta aduerſariorũ militant có-
tra articulum fidei dicentis Chriſtum
eſſe in Euchariſtia, ergo nihil probát,
hæc ergo opinio noſtra tenenda eſt vt
magis, cóformis fidei, & magis oppoſi-
ta Hæreticis, qui pluſquá temere ne-
gant realé preſentiá *Christi I.* in Eucha
riſtia; antecedens patebit ex propoſi-
tione argumentorũ partis aduerſæ; ac-
cedit quartò vera doctrina tradita ſu-
pra à n. 195. aſſerens poſſe diuinitus
poni in vno ſubiecto formas duas, vel
plures, ſalté ex his, quæ ſucceſſiue ſolet
habere, ergo Petrus poteſt habere de
potentia abſoluta multa vbi extenſa.

SECTIO IV.

Authores qui negarunt eſſe poſſe idem corpus in duplici loco circunſcriptiue, vel extenſum refert, & refutat cum ſuis fundamentis.

PAtroni huius ſententiæ præter He-
reticos *Caluinum, Vuicleffum,* & ſe-
quaces, qui, vt refert *Maratius* to. 3. tr.
de Euch. d. 24. nu. 5. vniuerſim negant
eſſe poſſe vllo modo corpus in multis
locis, vt cohærenter excludant corpus
Chriſti ab Euchariſtiæ Sacramento,
ſunt *S. Thomas, S. Bonauent, Durandus*
Paludanus, Capreol, Henricus, Aegidius,
Ferarien. quos citat, & ſequitur P. *Vaz-*
quez 3. p. tom. 1. diſ. 189. cap. 5. *Nunno*
q. 75. a. 8. & Thomiſtæ recétiores, quo-
rum argumenta ſunt hæc.

Primum eſt *S. Thomæ,* in 4. diſt. 10. 739
q. 1. a. 1. a. 5. & ad 5. quod ita procedit. *S. Thomas*
Corpus, quod eſt in loco circunſcripti- *quodl. 1. a.*
ue, ita totum comprehenditur, & ter- *21. ad 1.*
minatur à ſuperficie concaua corpo- *& 3 a. 8. c.*
ris ambientis, vt nihil eius ſit extra;
ergo nullo modo eſſe poteſt alibi ex-
tra talem ſuperficiem; ſecus transgre-
dietur terminos ſuos, & occupabit ma-
ius ſpatium, quam poteſt, & confirma-
tur ſic ex dictis in 4. d. 44. q. 2. a. 2. q. 3.
ad 4. vbi ex eo implicare ait S. Doctor
corpus eſſe in duplici loco, quod id e-
rit vnum, & non erit vnum, ſed mul-
tiplex, vt pote diuiſum à ſe, & in ſe,
& diſtinctum in ſitu: vt item videre
eſt in *Alamanio* vbi ſupra & S. *Samonas*
videns Chriſtum replicatum in altari
dixit *An ergo plures Chriſti?*

Concedo antecedens, & nego con-
ſequentiá: quamuis enim totum cor-
pus ab illa ſuperficie comprehédatur,
quo ſolo ea contenta eſt, tamen alibi
etiam poteſt eſſe totum corpus ab alia
ſuperficie totaliter circúdatum; nam
ſolum petit vna ſuperficies totum loca-
tum claudere, nócurando de alijs nec
an alibi etiam corpus idé ſit, vel no ſit;
ſicut nó curabat locus, & ſuperficies
aeris cótinens Chriſtus in cænaculo,
an idé corpus eſſet alibi, népe in pane
conſacrato diſcipulis diſtributo, quare
de corpore replicato, in multis philo-

ſophadũ eſt ſicut philoſophamur de corpore duplici, quod valde notãdum erit ad obiectiones, & ideo non inconuenit, quod replicatum corpus diuinitus correſpondeat duplici ſpatio ſimili, & æquali, & ſic maiori, ratione duplicati vbi, velationis.

Ad confirmationem dico primò nõ conuincere Chriſtum poſitum ſimul in locis multis, eſſe pluſquã vnum indiuiduum, & vnum numero. Secundo pro obijciente, & pro nobis dices vnitatẽ numericã, non ſemper colligi ab vnitate loci, ſed tunc ſolùm, quãdo indiuiduũ eſt in vno ſolo, vt certo vides in vno Chriſto, quem infinita loca nõ diuidũt, nec faciũt plures numero, ſed vnum ſinunt, repetitum licet, & quaſi diuiſum in multis locis; vnitas enim ſubſtãtialis rei eam facit vnã, & ſubinde ipſam non multiplicat locorum multiplicitas: quæmadmodum è contrario, vnitas loci non facit eſſe rem vnam, res plures penetratas in vno loco, ſed eas ſinit eſſe plures, vt vides in te, vbi ſunt in vno loco anima, corpus, quantitas, albedo, & ſexcenta alia; & in porta cœnaculi, vel lapide ſepulchri, quãdo fuit ibi cum ipſis Chriſtus penetratus, argumenta alia *S. Thomæ* congerit *Alamaninus* hic q. 19. quæ ex dictis ac dicendis facile diluuntur: dubio vero ſuo optimè reſpondit *S. Samonas* in noſtro *Vvalterius* legendus, ante annos circiter mille. *Thomas*

Secundũ argumentum affert *S. Bo-*
740 *nauent.* etenim occupare locum, ſeu ſpatium eſt effectus formalis quantitatis, ſed hæc eſt entitas finita, & non creſcit, ergo nequit occupare ſpatia duo; ſicut albedo vna propter eamdẽ limitationem dealbare nequit ſubiecta duo. Reſpondeo conceſſis maiori, & minori, & conſequentia, ſi ſermo ſit de potentia ordinaria; negatur verò conſequentiam, ſi de potentia abſoluta, ſicut enim vna albedo diuinitus poteſt poni in duplici ſubiecto, & id vtrumque dealbare: vt ſupra lib. 1. dictum eſt de vna forma informante duplex ſubiectum, & duo compoſita faciente; ita ſimiliter poteſt vna quantitas poni in duplici loco eleuata per vbi alterum præternaturaliter productum, vel per ſolam replicationem actionis, illam reproducentæ in loco alio, & ſic occupare ſpatia duo.

Sicut ſine nouo augmẽto eadẽ quãtitas Chriſti D. in cœlo implet ſpatiũ vnũ, & ſæpiùs replicata in Euchariſtia implere poſſet omnẽ Mundũ, eumque quaſi occupare; ad quod neceſſe non eſt recurri ad vbicationes nouas, ſed ad eminẽtiã locati, quod replicatũ ſiue per vbicationes, ſiue per actiones plures, ſit quaſi multiplex quoad ſpacium occupandum, cui vbique illud debet correſpondere per ſemetipſum, modo admittas vbi, modò non.

Tertiũ deſumitur ex abſurdis, quæ ſequi videtur ex opinione noſtra, nam primò ſi corpus poſſit poni in duobus locis, ſequitur quod diſtet à ſeipſo; & quod ſit ſuperius ſe ipſo, quod videtur impoſſibile; ſecundò, quod idẽ corpus eſſet proximũ, & remotũ ab altero corpore, v.g. ſi ego ponar Hiſpali, & hic cõſeruer, diſtabo ab hoc loco, & nõ diſtabo. Tertiò ſequeretur poſſe idẽ corpus eſſe vel in locis infinitis, quod eſt argumentũ *Calu.* & *Vviclefſi* in *Meratio* ſec. 3. Quartò quod talẽ corpus eſſet, ac diceretur magis extenſũ, quam antea, ſine additione nouæ extenſionis, ſiue quantitatis. Quinto quod ſimiliter dici poſſet quod corpus idẽ poſſet eſſe ſimul in duplici tẽpore diuerſo, nẽpe in anno præterito 1625. & præsẽti 1626. quod implicat, & eſt replica *Vviclefſi*. Sextò ſequeretur, quod idẽ corpus, vel homo in vno loco frigidus eſſet, & in altero calidus, & in vno diceret *Petrus currit*, & in altero *Petrus non currit*, vel amaret Petrum in altero, & in altero, odio illũ haberet. Septimò non rectè intuliſſet Angelus *Mar.* C. vltimo, ait *Caluinus*, reſpõdens mulieribus *Chriſtũ* quærẽtibus in ſepulchro, *non eſt hic, ſurrexit enim*, ſi Chriſtus potuiſſet eſſe in duplici loco; poſſet enim, & alibi eſſe, & item in ſepulchro. Octauo ſequeretur hæ cõtradictoriæ ſimul veræ. *Corpus eſt cõprahenſum ab iſto loco, corpus non eſt comprehenſum ab iſto loco*, quas eſſe cõtradictorias termini præſeferunt: eſſe autem ſimul veras patet; prima enim vera eſt, nẽpe affirmatiua, quia ſuperficies concaua loci omnino veſtit, & circũtegit corpus ibi exiſtens. Secũda, ideſt, negatiua item eſt vera, quia idẽ corpus eſt etiã extra illum locum, vtpote abſens, & ab eo non cõprehenſũ.

Dein-

741 Deinde iſtæ ſunt etiã cõtradictoriæ,
& ſimul veræ: *hoc corpus locatũ, & iſte
locus ſunt æqualia; hoc corpus locatũ, & iſte
locus nõ ſunt æqualia;* nã prima eſt vera,
vt patet, ſecũda item, quia corpus idẽ
exiſtens in duplici loco, eſt duplo mi-
nus, quã locus repetitus, ac duplex, aut
quadruplex, has contradictorias ponit
Thomiſta *Cabezudo*, & ipſæ, & ſimiles
ſunt Thomiſtis familiares, quaſi non
poſſent formari contra exiſtentiam
Chriſti in Euchariſtia. Ergo: Reſpon-
deo primò generaliter hæc omnia ab-
ſurda, & argumenta ſoluenda eſſe ab
omnibus, quia poſſunt opponi contra
miſterium Euchariſtiæ, ab Hæreticis,
vt probent *Chriſtum D.* non eſſe in ea,
quare pro omnibus reſpõdeo dicendũ
ad *primũ* tale corpus nõ fore, vt diſta-
ret à ſe ipſo, quia diſtantia eſt relatio,
relatio autẽ dicit duo; corpus verò il-
lud non eſt niſi vnũ, vnde non dicere-
tur diſtare à ſe ipſo, ſicut neq; eſſe ſupe-
rius ſe ipſo, propter eãdem rationẽ; ſi-
cut anima, quæ eſt in capite nõ dicitur
diſtare à ſe ipſa exiſtente in pedibus,
neq; *Chriſtus D.* exiſtens in tẽplo noſtro
dicitur diſtare à ſe ipſo exiſtente in
Cœlo, vel in alio templo, quod ſi dici-
tur à te Chriſtus diſtare quodam mo-
do à ſe ipſo, ratione loci extrinſeci, &
intrinſeci, dic ſimiliter in propoſito, &
reſponde tuo argumento.

Ad *Secundum* reſpõdeo non eſſe in-
cõueniens idẽ corpus poſitũ in diuer-
ſis locis, eſſe proximũ alteri corpori, &
remotũ; ſic *Chriſtus D.* in cœlo eſt pro-
ximus Matri ſuæ, & in templo exiſtẽs
eſt remotus. Ad *tertium* concedo poſſe
eſſe idem corpus in locis infinitis cir-
cũſcriptiuè & quaſi definitiuè ſicut de
facto eſt in multis, & poteſt eſſe in in-
finitis Chriſtus D. in admirabili Euch.
ſacramento, nec contradicit *Auguſtinus*
dicẽs *nullum Corpus totum ſimul vbiq; eſſe
poſſe*, quia tantùm vult naturaliter eſſe
non poſſe corpus totũ in toto ſpatio, &
totũ in qualibet parte ſpatij, nec eiuſ-
modi immenſitas repugnat creaturæ,
tum propter dicta ab vtroq; *Thoma* n.
179. & 706. tum quia ſimilior diuinæ,
qua quidã ſpiritus definitiuè infinities
repeteretur, non repugnat.

Auguſtin. ep. 3. ad Volus.

S. Thomas 1 p. q. 7. a. 3. c. 3. p. q. 11. ar. 1.

742 Ad *quartum* concede dici magis ex-
tenſum, & correſpondere ſpatio maio-
ri, tale replicatum corpus, ratione for-
malium extenſionũ replicatarum, vel
actionum, vti iam dixi. Ad *quintũ* ne-
gatur paritas, nẽpe poſſe ſimiliter eſſe
corpus idem in diuerſis temporibus
ſimul; diſparitas eſt; implicat enim
ſine nouo miraculo, quod tempora
illa duo coexiſtant, quia tempus dicit
ſucceſsionem, non aut implicat duo
loca, ſiue ſpatia, quæ ſunt entia per-
manentia eſſe ſimul, vt manifeſtũ eſt.

Ad *ſextũ* reſpõdeo eſſe impoſsibile,
ſine additione miraculorũ; quare ea-
dẽ quãtitas naturaliter nequit recipere
ſimul intenſas illas qualitates, bene ta-
men ſupernaturaliter; ſimiliter homo
attendendo ad id, quod dicit, & facit,
nõ poteſt habere in intellectu actus
illo contradicentes, nec in voluntate
actus illos contrarios, ſi nimirum per
internũtium ſe certioraret de geſtis à
ſe in vtroq; loco an vero quaſi inaduer-
tenter eos poſſet componere, dicã ali-
bi, dicat quiſq; vt volet nam etſi neget
nihil obeſt replicationi. Sed, vt videtis
eadem argumẽta militãt cõtra homi-
nẽ poſitũ in vno loco extensũ, & in al-
tero inextensũ, & ſic cõtra Euchar. Ad
ſeptimũ dic rectè intuliſſe angelũ *Chriſtũ*
in ſepulchro amplius nõ eſſe, quia re-
ſurrexiſſet quia locutus eſt de rebus, vt
ſolẽt eſſe ordinariè, nõ de potẽtia abſo-
luta; ſicut bene inferret, qui diceret, ſi
Calx in medio ignis poneretur, *cõbure-
retur*, licet ignis Babiloniæ nõ tetigerit
tres pueros in medio ipſius exiſtẽtes.

Ad *octauũ* dico illas propoſitiones cõ-
tradictorias eſſe, nõ tamen ſimul veras
ſed affirmatiuas eſſe veras, negatiuas
verò falſas, ſiquidẽ corpus omnino, &
ex omni parte cõprehẽditur à loco, &
ſuperficie cõcaua, & *locus eſt æqualis lo-
cato*. quãuis enim corpus, ſiue locatũ
ſit in multis locis, non propterea in ſe
eſt quid maius, neque deſinit circum-
dari ex omni parte à qualibet ſuperfi-
cie ambienti ſicet ab vnaquaque in
proprio, & non in alieno loco.

Ariſtoteles t. 32.

S. Thomas l. 6. & 8

Quartum argumentum ita propo-
nitur ex P. *Vaſquez* tom. 3. in 3. p. diſp. 743
189. cap. 5. ſi corpus idem conſtitue-
retur extenſum in duplici loco, poſſet
cõnaturaliter moueri ab vtroque, &
acquirere duo *vbi* naturaliter: hoc eſt
impoſsibile; ergo & illud, ex quo ſe-
quitur, maior patet, quia vtroq; loco
haberet potentiã motiuã tale corpus

minor

minor probatur, quia *vnum ſubiectum non niſi vnam formam* naturaliter recipere poteſt, vt oſtenditur in primo *Phyſicorum*; & confirmatur ex *Auguſtino* dicente *Chriſtum D. ſecundum præſentiam corporalem ſimul, & in ſole, & in luna, & in cruce eſſe non poſſe*.

S. Thomas q. 76. 1. 6.
S. Auguſt. lib. 20. c. Fauſt. c. 11.

Reſpondetur negando maiorem propter probationem minoris, quare ſi lapis poneretur ſimul in manu mea dextra, & ſiniſtra, & ego manus ambas remouerem, vel reuoluerem, vt lapis decideret deorſum, maneret lapis in vno loco in aere detentus, niſi Deus produceret, miracula addendo, in ipſo lapide motum ſucceſſiuum & *vbi* præternaturale, vel ſupernaturale, impoſſibile produci per vires agentis nataturalis, quo ipſe lapis deorſum iret.

Cuius ratio eſt, quia lapidis potentia naturalis non capit, niſi vnicum vbi, & agens naturale non niſi vnum poteſt illi dare, vnde dices ad probationem maioris, corpus poſitum in duplici loco, habere potentiam motiuam naturalem, ſed impeditam, ſicut eſt impedita materiæ primæ vna portio, & eius potentia naturalis, quando iam vnam formam habet; neque enim corpus poſitum in duplici loco habet propterea maiorem, aut ampliorem potentiam receptiuam, aut effectiuam. Vide ſolutiones alias in *Maratio* ſect. 7. à n. 3. vbi ſufficienter monſtrat non loqui *Auguſtinum* de potentia abſoluta, quod, & præſtitit ante ipſum *Belarminus*, & idem de *S. Thoma* dicendum.

S. Auguſt. S. Thomas 1. p. q. 76. ar. 3.

SECTIO V.

Decidit breui varias, & curioſas quæſtiones circa corpus in duplici, aut pluribus locis conſtitutum.

744 QVæritur primò, an ſi corpus exiſtens Romæ, ponendum etiam eſſet ſimul Hiſpali, foret neceſſariũ produci ipſum per nouam actionem, an ſat eſſet produci ſolum eius nouũ *vbi*, ſiue præſentiam Hiſpali.

Reſpondeo ex P. *Suarez* tom. 3. in 3 p. diſp. 49. ſect. 1. concl. 4. & communiori poſſe id corpus poni Hiſpali per iteratam productionem; & probatur quia communis opinio Theologorum eſt, vt habes ſupra num. 623. iterato produci copus *chriſti*, quoties Eucharistia conficitur, per actionem, quam vocat Concilium Trident. ſeſſ. 13. can. 2. *trans ſubſtantiationem*; & quia ſic produci vnam, eamdemque rem per actiones adæquatas non implicat, vti docuimus ſupra num. citato.

Reſpondeo ſecundò ſatis eſſe, vt corpus idem ponatur in duplici loco, aut pluribus, produci de nouo *vbi*, vel præſentias tot, quot ſunt loca in quibus ponitur; & probatur, quia corpus confeſtim erit ibi, vbi fuerit eius præſētia; præſentia enim corporis, vt pote quæ modus eſt, vt dico infra, nō poteſt eſſe ſine copore ipſo, vt ſuo ſubiecto; & ideo ſentimus quod ſi Pontifex eſſet Hiſpali, poſſet ire in templum maius acquirendo nouas præſentias, & *vbi* per eleuationem diuinam ſine iterata productione ſuæ entitatis exiſtentis item Romæ.

Duo hic ſcitote primum eſt, quod quando corpus alibi exiſtens, connaturaliter, fieret ſupernaturaliter præſens hic apud nos, per productionem *vbi*, tale corpus eleuandũ, vt poſſet occupare plura ſpatia per productionem talis *vb*, quod produci ab agenti naturali eſt impoſſibile, ſicut dicebamus ſupra nu. 18c. eleuari materiam primam ad recipiendas plures formas per productionem vnionum, vel vnionis improducibilis ab agenti naturali.

Secundum eſt, quod non putare 745
debetis, quod Pontifex, qui fieret hic præſens aliquo ex modis dictis, deberet venire per iter velociſſimè, ſed quod hic repente appareret denuo ſimul, atque actio, qua produceretur eius entitas, & præſentia, vel ſola eius præſentia, procederet à Deo, vt contingit *chriſto* D. qui præſens efficitur finita, aut poſita verborum conſacrationis prolatione. Scio *comment.* hic c. 5. q. 5. ar. 3. ad. 3. putaſſe non poſſe poni corpus in duplici loco per productionem ſolius *vbi*, & præſentiæ, ſed eorum argumenta non vrgent.

Secundo quæritur, an corpus hic exiſtens,

ſtens, quando poneretur in alio loco, illuc ſecum deferret, omnia accidentia, quæ habet in iſto, vt quæſtioni reſponderam ſuppono quædam acciden tia eſſe quæ neceſſario aſtricta ſunt huic loco, vti eſt *vbi* Hiſpalenſe, quod habet corpus Hiſpali & relationes diſtantiæ, & aliæ ad Bætim; & vti ſunt actus oculorum, & reliquorum ſenſuum circa obiecta inibi, & non alibi præſentia; & actus intellectus, & voluntatis circa eadem obiecta verſantia; alia vero accidentia eſſe loco huic non adſtricta, neque alteri, ſed à loco independentia, qualiter ſunt albedo, aut nigredo, vel huiuſmodi.

His poſitis dico primò, eo præciſe, quod corpus, Petri v.g. exiſtens, & remanens Hiſpali, ponatur Romæ, ſi miracula extraordinaria non addantur, eſt impoſsibile quod illuc aſportet ſecum accidentia prioris generis, quia illa ſunt omnino dependentia ab iſto loco, & in hoc dicto nulla poteſt eſſe diſcordia.

Dico ſecundò, licet magis connaturale videatur, quod quādo corpus ponitur in duplici loco, addantur miracula, quæ neceſſaria videbūtur ad hoc vt tale corpus vtrobique habeat debita accidentia, & proprietates omnes independentes à loco; ſed tamen non implicat de potētia abſoluta Petrum poni Romæ ſine illis, v.g. ſine oculis, ſine calore, ſine albedine, & reliquis huiuſmodi, ita docuit cum multis *Suarez* tom. 1. in 3. p diſp. 48. ſect. 5. contra *Vaſquez* prima pars dicti eſt clara, quia magis connaturaliter eſt homo vbicunque ſit cum debitis, & cōnaturalibus potentijs, & proprietatibus, quam illis orbatus.

746 Secunda item patet, quia accidentia independentia à loco, v.g. potentia viſiua *Petri*, vel eius albedo, & ſimilia habent ſua propria *vbi*, vt infra declaro, ergo poteſt illa habere *Petrus* in vno loco, & non in alio & confirmatur, quia in eo, quod hic *Petrus* habeat oculos, & albedinem & non Romæ, vbi *Petrus* idem ſit, nulla eſt implicatio, imo à paritate efficaciſſimè id eſſe factibile mihi perſuadent, quæ iam facta ſunt: nempe, anima rationalis, quæ tota eſt in pede, & tota in capite, & in capite habet præſentes, & ſibi vnitas quaſdam partes materiæ primæ, & vnionis, & quoſdam ſenſus & actus, quæ non habet præſentia in pedibus, & verbum Dei eſt hic, & in cœlo, & in cœlo habet, ſiue terminat vnionem humanitatis, & non hic poteſt ergo res exiſtens in duplici loco habere in vno præſentiam vnius rei, & in alio non.

Neque inde ſequitur iſtas propoſitiones contradictorias eſſe ſimul veras *Petrus habet albedinem, Petrus non habet albedinem*, ſeu *habet priuationem eius*, quia (inquiunt quidam Moderni) etiamſi ſignentur loca ſic, *Petrus Romæ habet albedinem*, *Petrus Hiſpali non habet albedinem*, locus perinde additur, ac ſi non adderetur; quādo prædicata non pendent à loco; ſecunda propoſitio negatiua eſt falſa, cuius ſenſus eſt Petrum nullibi, & omnino non habere albedinem ſicut non ſunt contradictoriæ ſimul veræ hæ. *Chriſtus habet extenſionem localem*; *Chriſtus non habet extenſionem localem*, ſed ſecunda eſt falſa, quia abſolute negat Chriſtum habere extenſionem localem, quam tamen habet in cœlo.

Neque illæ eſſent ſimul veræ. *Petrus eſt beatus*, *Petrus non eſt beatus* caſu, quo Petrus eſſet in cœlo habens viſionem Dei, & in inferno patiens, ibi non habens viſionem Dei; ſed negatiua eſt falſa, nam Petrus abſolute eſt beatus, & ſimul miſer, ſi viſio Dei, & pœnæ ſunt compoſſibiles; dici autem poſſet habere in inferno priuationem, non viſionis beatæ, ſed *vbi*, & præſentiæ viſionis beatæ, quod ibi Petrus eſt aptus habere ſaltem in potentia obedientiali, vel etiam ipſius viſionis, ratione alterius quaſi partis potentiæ obedientialis diſtrictæ ab ea, quæ iam haberet viſionem eandem, tum vero propoſitiones non eſſent *de eodem ſubiecto*.

S. Thomas 1. d. 42. q. 1. ar. 2.

747 Aptum eſt enim quoduis ſubiectū iuxta dicta ſupra à num. 203. recipere formas eaſdem etiam ſæpius replicatas in eodem, ne dum in diuerſis locis, neque implicat hanc eandem albedinem, v.g. vniri quantitati huic per plures vniones præternaturales, neque ipſam, aut aliud corpus replicari per multa *vbi* item præternaturalia in eodem loco, quod cōtingeret, ſi

Deus

Deus penetraret viginti hoſtias conſecratas inter ſe, quo caſu *Chriſtus* totus eſſet vicies repetitus in qualibet parte, & puncto.

Sed quoniam res conſiderando ſecundum modum ſuum naturalem, in vnoquoque ſubiecto, vna ſola priuatio formæ vnius poteſt eſſe, etiam ſi id reponatur in mille locis, ſicut & vna aptitudo, vna capacitas, & vna potentia receptiua formæ vnius, ideo abſolute eſt impoſsibile quod Petrus in inferno habeat priuationem viſionis, quam habet in cælo, ea enim ibi ſemel habita omnino tollit, excluditq; à Petro priuationẽ pro omni loco, ita procedũt illi Recẽtiores, ſed ſane obſcure, & difficulter, & quamuis in aliquo ſenſu vera dicat, nõ placent omninò quia terminis res, ſtrictis abutũtur.

Quare faciliusdico præfatas propoſitiones abſolute, & ſine loci reſtrictione enunciatos, in communi ſenſu videri contradicentes; ſed negatiuas falſas applicatas vero ſubiecto cum reſtrictione, videri ſubcontrarias, & ſimul veras, quia non ſunt eiuſdẽ omnimodo ſubiecti, nam ſubiectum duplici loco poſitum virtualiter, ſiue virtute multiplex cenſendum eſt, maximè in ordine ad operationes, quas vrobique poteſt facere, vel accidentia quæ poteſt pati, & recipere, vnde facile iudicatur de his & ſimilibus propoſitionibus. Verbum diuinum terminat humanitatem, & non terminat. Anima rationalis Petri habet vnionem cum eius capite, & eam nõ habet. Rurſus, Verbum diuinum in cælo terminat humanitatem, hic eam non terminat, anima rationalis Petri exiſtens in capite, habet vnionẽ cũ ea parte ſuperiori corporis, ſed eadem anima exiſtens in pede, ibi habet negationem capitalis vnionis.

Vnde infertur primò accidentia dependentia ab hoc determinato loco, licet non habentia neceſſariam connexionem cum *Petro* exiſtente in hoc loco, vti ſunt calor, frigus impetus, & ſimilia, quæ producuntur in ipſo *Petro* ab agentibus, quæ contingit eſſe Hiſpali circa *Petrum*, non fore producenda, aut ponenda etiam Romæ, vbi etiam ſit *Petrus*, ſine nouo miraculo; quia agentia quæ hic ſunt, non poſſunt traijcere ſuam actionem vſque ad Romam, *nihil enim operari poteſt in remoto, quin aliquid operetur in proximo*, neque ponere in ſuo effectu duplex *vbi*, ſed nec opinor conſequentia eſſe ad miraculum replicationis ſubiecti, accidentia omnia à loco independentia, præſertim violenta, & quę fierent contra naturalem ſtatum replicati ſubiecti.

Ariſtoteles 6. Ph. c. t. 10 S. Thomas ibi.

Et ſimiliter Romę non erunt *Petri* actus interiores intellectus, & voluntatis, quibus intelligit, amat, vel odio habet, quæ hic apud nos viſuntur, & geruntur; quia ſcilicet, dependent à præſentia obiectorum, quæ non ſunt Romæ, & ideo multa ignorabit Romæ, quæ bene norit Hiſpali, vnde poterit ſe ipſum de ijs certiorem facere per epiſtolas ſcriptas, & miſſas à ſe ipſo, ad ſe ipſum, poterit etiam venire, & quærere, & viſitare, & videre ſelpſum, & ſecum colloqui ſalutare, & reſalutare, & ruere in amplexus ſine vlla penetratione, quia naturaliter non contingeret fieri contractum partium earumdem quantitatis cum eiſdem; ſed ſemper latus dextrum iret contra ſiniſtrum, aut pars contra diſtinctam partem; atquantitas non ſolum eſt impenetrabilis cum alia quantitate, ſed & cum ſuiſmet partibus, vt alibi ſæpe dictum eſt. 748

Infertur ſecundò hæc regula generalis, *ex eo quod ponatur corpus ſeu Petrus in duplici loco, non creſcit eius naturalis potentia effectiua, aut receptiua*, & ſic nihil amplius poterit recipere, ſuſtentare, aut facere naturaliter in duplici, quam in vno loco, per ſe loquendo, vnde non poterit obiectum idem amare efficaciter, & ſimul odio idem habere; nec aſſentiri duobus contradictorijs, ſi aduertat: quod ſi non aduertat, quia vel neſciat replicatum ſe eſſe, vel non ſe certioret de ſuis geſtis in vtroque loco, poterit eos actus elicere ob oppoſita motiua; quia ipſorum incompoſsibilitas non oritur ex incapacitate potentiæ, nam capacitatem ineſſe monſtrant tyrones, qui ſæpe præ inaduertentia, & ignorantia, tenaciter aſſerunt ſimul duo contradictoria; ſed ex oppoſitione obiectorum, quæ bene cognita ſimul admitti nec diuinitus poſſunt, atque hæc inaduer-

in hoc

tẽtia fecile cõciliantur noſtri *Scriptores*, in hoc diuerſa ſentiẽtes apud *Tellez* d. 32.ſect.4.à nu.15.ſine recurſu ad augmẽtum replicati ſubiecti, ob replicationé, quod nunquã contingit pluſquã per accidens, vt iam videbis in igne, nec aliud *Tellez* perſuadet.

Neq; poterit ignis, quod ad ſe attinet, & per ſe loquẽdo, magis cõburere poſitus in vno loco, quã in mille, licet poſſet oſtẽtare innatũ ſuæ actiuitatis aptitudiné, quia, ſcilicet plura cõbuſtibilia poſsẽt illi poſito in multis locis, commodiùs applicari, quã in vno, præſertim, quia dixerit *Ariſt.* ſi eſsẽt *infinita cõbuſtibilia, ignis infinita cõbureret*, vt leges in *Albert.* Corol.6. Præd. quãt. d.6.n.1.& *Faſol.* to.1.q.7.a.1.d.1.n.5. neq. poterit homo exiſtens hic, & illic, ſine nouo miraculo ſimul emittere duas voces loquẽdo cũ duobus amicis, ſiquidẽ ita loqui in eodẽ loco non poteſt, quo circa quæ poſsint fieri de potẽtia ordinaria, vel abſoluta ab agenti exiſtenti in vno loco, ea poterunt ab ipſo replicato fieri, & non plura. *Ariſtoteles*

749 Neque materia prima poſita in duplici loco poſſet diſponi in vno ad formã ignis, & in alio ad formã niuis: licet ignis, & nix illi in diuerſis locis applicarentur; quia *materia* prima non capit in potẽtia naturali, niſi vnã formã; & ſimiliter quãtitas eius nõ capit cõtrarias diſpoſitiones in gradibus intẽſis, neque diſpoſitiones ad differẽtes formas in ſpecie; ſed Deus determinaret tunc quod agens ſuam formã eſſet introducturum: quemadmodũ ſi fruſtrum panis exiſtens in duplici loco, deuoraretur à cane, & ab æquo, eius panis materia in vtraque beſtia, vel in alterutra maneret ſine forma, ſi Deus non multiplicaret miracula comproducendo in ipſa formas duas, vel aliter de ea diſponendo. S. Thomas 1.p.q.76.

Secus dicendum eſt de dolio, aut alio quouis vaſe, quod ſine dubio poſitũ in duobus locis caperet duplo maioré quantitaté aeris, aut aquæ, vel alterius licoris, nã ad id ſufficit diuerſitas loci, imo verò aer, aqua, vel alius licor quilibet ſũt loci extrinſeci illius vaſis, quod manifeſte percipies, ſi conſideres doliũ proiectũ, & ſumerſum in viginti locis maris, in quibus omnibus aqua circundabitur intus, & fori, & locis totidẽ extrinſecis, nẽpe ſuperficiebus concauis aquæ vndequaq. accõmodatis ad correſpondentiam: vnde colliges poſſe dolium Romæ plenum eſſe vino, & Hiſpali aceto, vel vacuum eſſe. Infertur tertiò poſſe *Petrum* hic eſſe macilentum, & ieiunare ob inopiam cibi, & potionis, & Romæ pinguem ob cibi copiam præſentem, & poſſe hic eſſe album, & frigidũ, & oculos non habentem; & Romæ nigrum, calidum, & oculos habentem, & Hiſpali eſſe compoſitum integrum, & Romæ eius animam, vel materiam, vel vtramque ſine vnione, quid ni ergo Petrus poterit hic cibum amare, & Romæ odio habere?

750 *Tertio quæritur* circa mutationes ſubſtantiales, an ſi *Petri* vnio deſtrueretur Romæ, & moueretur, Hiſpali etiam deſtrueretur vnio ipſa, & moreretur, affirmat contra *Suarez* in to 3. in 3.p. diſp.48.ſect.6. communior ſententia, cui fauet *S Thomas* 3.p.q.81. ar.4.c.ad.2. ratio eſt, quia eſſentia rei, & exiſtentia eſt vna ergo ſi vere, & abſolute ipſa corrumpitur, vbique peribit ſecus in eodem loco poſſet homo mortuus eſſe, & viuus quod clare videtur repugnare, vnde ortũ eſt quaſi axioma cõmune, *quidquid corrũpitur, vbiq. corrumpitur*, quod ego admitto, quando eſſet replicatum corpus ob ſolam replicatã præſentiam, & ſine noua illius reproductione; negare enim nequeo poſſe corpus replicatũ duplici productione deſtrui, ſeu deſinere eſſe in vno loco ſecundũ vnam, & non ſecundũ alterã, vti de facto reor contingere humanitati Chriſti, in Euchariſt. quia ideſt nõ deſtrui corpus abſolutè, ſed vnã actionẽ eius, & nõ alteram; non ſubſtantiã ipſam corporis conſeruati, qualiter deſtrueretur remota omni eius actione conſeruante, vel conuerſa in alteram ſubſtantiam per actionem tranſubſtantiatiuam, ſi tamen ſubſtantiam conuerſa nequeat alia actione in eſſe priſtino retiueri, quod tamen examinabunt doctiores. S. Thomas

Noto ſecondò ſi *Petrum* pinguem, & bona valetudine fruentem poſitum Hiſpali, & Romæ, per ſolum vbi nouũ Hiſpali febris inuaderet, ac deſtrueret pinguedinis, & ſimiliter, ſi gladio vulneraretur, vel vena ſcinderetur, de-

ſtruẽdas ſuperficies, ac diuidẽdas illas partes corporis, quas ferrum intrando reſcinderet; ſed vero neque caro *Petri* cõprimeretur, neq. moueretur, neq. ſãguis funderetur, aut poſsideret à venis, niſi Deus miraculoſe poneret ibi in carne motus compreſsionis, & in ſanguine motum ſucceſsiuum, quem neque caro, neque ſanguinis poſſunt acquirere, quia naturaliter nequeunt duplex, vbi habere. Verum quando ſanguis effuſi forma Hiſpali periret, quia is iret in vermes periret etiam Romæ, & materia prima eius, Romæ ſine forma vlla exiſteret intra venas *Petri* Romæ exiſtentis, niſi Deus aliter prouideret, vel conſeruando Romæ formam ſanguinis per replicatã actionem, vel ibidẽ ponẽdo aliam formam in potẽtia obedientiali materiæ, ſiquidem ea nequit ſimul habere formam vermis, & aliã, qui de his plura volet legat C. *Bellar.* & C. *de Lugo*, vel PP. *Suarez*, aut *Maratium*. Solũ addo quæſtionẽ deciſã abſolute nõ pẽdere ab ea de vbi diſtincto, de qua nũc tractare incipiã.

SECTIO VI.

De loco intrinſeco, ſiue de ubi, *vbi an ſit, quid ſit, quotuplex, à quo, & in quo, vel quibus ſubiectis ſit, & propter quid; ac tandem* ſitus, figura, *&* extenſio localis *eſſe dicuntur ſpecialia vbi.*

751 EXiſtere in rerum natura loca intrinſeca, quæ dicemus infra eſſe modos quoſdam, vulgo dictos *vbi vbicationes*, & *præſentias* locales, qui reddunt fixa, & immobilia ſubiecta ſua, docent, & meritò in hoc ſæculo fere omnes ſcriptores, & lectores, nempe *Suarez* in met. d. 51. ſect. 1. & in Phyſica *Conimb.* lib. 3. c. 3. q. 2. a. 2. & 4. lib. *Rubius Toletus, Murcia, Hurtado, Arriaga, Auerſa*, to. 1. q. 28. ſect. 1. & in Logica *Caſtelui*, *B. Amicus* q. 4. de *vbi* a. 2. cum *Flandria*, & alijs, *Vallius, Lorinus, Barantanus, Moncaus* diſp 1. c. 8. P. D. *Ruiz* de ſcient. d. 84 ſect. 5. n. 7. *Tannerus* to. 1. d. 5. q. 2. dub. 2. & ibi *Albertinus, Boſſilus, Peſantius*, & *Malonius, Prepoſitus* q. 52. a. 1. dub. 11. cum *Molina, Arrubal, & Granado, F. Amicus, Maratius* to. 1. tr. de Angelis d. 16. ſect. 2. & ibidem *Valentia, Vaſquez, Bubalus, Alarcon, Herice, C. Lugo* de Euchar. d. 5. ſect. 4. à n. 101. *Ouna* ar. 4. C. C *emplut.* in Logica d. 16. *Pla.* ibidem & 4. Phyſ. *Recons*, *Ouarde*, hic Magiſter meus in Theol. doctiſsimus P. *Georg. Hemelman* d. de *motu* in *Teſtius* de Perf. Diuin. l. 12 c. 6. *Machin.* to. 2. d. 98. ſect 6. cum *S. Thoma, Balt. Tellez, Faſolus*, q. 8. ar. 1. n. 7. & alij complures.

S. Thomas

Ratio veræ opinionis eſt, quoniam quod fit, eſt *vbi* intrinſecũ; ergo iſtud *vbi* datur. Probatur minor, quia non poteſt eſſe aliud, quod de nouo fit, præter *vbi ſucceſsiuum*; ſed nec poteſt eſſe merũ nihil, ſiquidem facere conamur conatum adhibemus, & fatigamur vitaliter nos mouendo, vt ſic hinc quoq; verificatur illud Auguſtini, *quia viuentes vsque agitis*, & ideo hanc entitatem certò admittunt *Ariſtoteles*, *S. Thomas*, & *Peripatetici*, quam vocant motũ localem, ſiue adductiuũ ſui ſubiecti mobilis ad varia loca extrinſeca, vt præclarè videbis in *Alamanio* q. 22. ar. 3. & 4. licet dicant terminum illius eſſe mobili extrinſecum.

Ariſtoteles 3. Ph. t. 16. S. Auguſt. ſup. n. 407. S. Thomas 4. d. 1. q. 1. a. 4. q. 2. c. 2. d. 12. q. 1 a. 1. ad. 5.

Et cõfirmatur, quia nõ poteſt quidquã vère dici denuo moueri, dũ mouetur, niſi ab aliqua forma, quæ ante motũ non erat; datur ergo talis forma de nouo; ſecus nõ eſſet titulus, nec ratio, cur dicatur Petrus modo currere, & currere velociùs, & velociùs, & nõ paulo ante, quando quietus erat; eam ergo formam vocamus motum, & *vbi ſucceſſiuum*, ſiue terminũ factum à conatu, & potẽtia motrice mobilis mouẽtis ſe. Vnde probabiliter colligitur ineſſe etiam ſuas vbicationes intrinſecas rebus immotis, & confirmatur amplius infra à n. 760. ex refutatione opinionis aduerſæ, & num. 764.

Eſt autem *vbi modus intrinſecus ſubiecto, id immobile cõſtituens ibi, vbi ipſum vbi eſt*, ideſt, ſicut *vnio* eſt ratio formalis vniẽdi extrema duo; & *actio* ratio formalis agẽdi effectum, ita & *vbi* eſt ratio formalis vltima figendi, & vbicandi immobiliter ſubiectum ſuum, hoc *vbi* conſtituit prædicamentum, de quo in logica mẽtionẽ fecimus n. 963.

Vnde colliges quando mouetur aliquid non ſolũ acquirere nouum locũ extrinſecum; ſed etiam intrinſecum, neq; ſolum acquiri *vbi* iſtud ab homine mouent ſe, ſed etiam ab eis rebus, quæ in ſe, vel ſupra ſe geſtat, vt à muſica, 752

Digitized by Google

ſiaca, à calore, à galero, à reliquis veſtibus, & rebus alijs, veſtibus adhæreſcentibus, quæ ſolent dici ab *Ariſtotele* hic t. 32. & lib. 6. t. 10. *moueri per accidens* non quia non moueantur vere per *vbi* intrinſecum ſucceſsiuũ, illis correſpõdens, ſed quia à mouente ſe, illarum rerum vbicationes, ſæpe non intendũtur per ſe, ſed coniunguntur cum *vbi* homini, per ſe ab ipſo intento; & in hoc ſenſu dictum eſt à noſtris Præceptoribus, *motis nobis mouentur ea, quæ ſunt in nobis, & mota naui mouentur ea, quæ ſunt in naui*, nimirum, vnumquoque per proprium motum dictum *vbi ſucceſsiuum*, vel *lationem* diſtinctã à nobili.

Ariſtoteles 2. te. t. 3. S. Auguſt. 2. de ord. cap. 6. S. Thomas infr. n. 826

Habet autem *vbi* eſſe immobile, nõ ab alio *vbi* quia ad vbi nõ datur *vbi*, ſicut nec ad vnionẽ alia vnio; ſed à ſe ipſo, ita quod ipſũ *vbi*, vt pote, quod eſt ratio formalis vbicãdi, figendiq; rẽ aliã immobilẽ, vt *quam*, ſe ipſũ, vt *quo* figat immobiliter, ſicut ſe ipſa vnitur vnio cũ extremis; & actio ſe ipſa fit à cauſa vnde recurrendum non eſt ad hoc, vt *vbi* ſit immobile ad quẽdam locũ extrinſecũ, ſpatiumuè imaginariũ reale, infra referendum, & refellendum.

Multiplex eſt *vbi*: aliud eſt corporeũ, aliud ſpirituale; corporeum eſt, quod habet partes trinè dimenſas correſpõdentes partibus corporis ſui ſubiecti; ſpirituale eſt, quod ſine partium formali extenſione vbicat res ſpirituales aliud eſt *vbi* permanens; aliud ſucceſſiuum; illud eſt, quod habet res quãdò quieta eſt; hoc verò, quod habet quando mouetur, *motus localis* dictus à *S. Thoma*, qui defert mobile ſucceſsiue ad loca, quæ ideo eius termini extrinſeci dicuntur, intrinſecus vero, eſt motus ipſe ſibi vt infra num. 826.

S. Thomas 1. p. q. 10. a. 3. 6. de po. a. 3.

Scire enim oportet quod quando quidã homo, v. g. deambulat, acquirit *vbi* quoddam ſucceſſiuum continuũ, quaſi conflatum ex infinitis, *vbi* ſibi ſuccedentibus; nam in qualibet parte tempori acquirit ſuũ *vbi*, quod dicitur pars illius *vbi* ſucceſsiui, in quolibet tẽporis inſtãti, acquirit *vbi* permanẽs, quod dicitur vnio vbi præteriti, & futuri. vti fusè declaro infra à n. 867.

753 Vnde fit quod vbi ſucceſsiuum Angeli cuiuſdam ſe localiter mouentis, careat quidem partibus formaliter in ordine ad ſpatium, partes tamen habeat quoad ſucceſſionẽ, ſiquidem quãdo mouetur, priores partes eius pereunt, & aliæ ſubſequuntur, quæ ſine dubio à præcedentibus realiter diſtinguuntur; & quidem *vbi* corporeũ dicitur alio nomine *circũſcriptiuum*, quia ineſt corpori commenſuratiuè, & per correſpondentiam partium ad partes; vbi autem ſpirituale dicitur *definitiuum*, quia, ſcilicet, hic ponit Angelum & non alibi poterit etiam in bono ſenſu dici vbi circumſcriptiuũ, item definitiuum, præciſe quatenus hic figit ſubiectum, & alibi non.

S. Thomas 3. p. q. 52. ar. 3.

Aliud *vbi* eſt naturale, aliud ſupernaturale; illud eſt, quod competit rebus naturalibus; hoc vero, quod debetur rebus ſupernaturalibus, v. g. gratiæ fidei, & huiuſmodi, & quod Deus aliquando producit de potentia abſoluta ad vbicandum aliquam rem vei naturalem modo, quo illi placet, & quo illa res nequit naturaliter eſſe: tale eſt vbi corporeum, quo corpus Chriſti vbicatur in Euchariſtia, vbi exiſtit inſtar ſpiritus totus in tota hoſtia, & totus in qualibet eius particula, & puncto, vt explicant Theologi, non tacto de vbi immenſo Dei; quo præſens eſt Deus vbique quia modus non eſt, ſed realiter ipſa eſſentia Dei, videatur *S. Thomas*, & eius interpretes, ſpeciatim *Faſolus* q. 8.

Vbi permanens fere ſemper producitur, vt propria paſsio per emanationẽ à ſubiecto ſuo, etiam in prima ſubiecti productione, licet tũc attribuatur vbi effectio, cauſæ producenti ſubiectũ, iuxta vulgare prouerbiũ *paſſiones attribuũtur generãti*, vbi verò ſucceſſiuum, ſi naturaliter fit, fiet à potẽtia motiua rei, quæ mouetur, quæ potẽtiæ in viuẽtibus vegetatiuis, ex parte videtur eſſe virtus illa, qua creſcũt, nẽpe vegetatiua ſaltẽ reſpectu vbicationũ, quæ illis veniunt propter augmẽtũ: in reliquis rebus, vbicationũ cauſa ſolent eſſe grauitas, & leuitas, quibus res præditæ ſunt, & ad propria loca feruntur; quãdo vero fit violenter, videtur quod vbi rei proiectæ fiat à proijciẽte, vel ab impetu impreſſo rei proiectæ, qui durat ei impreſſus cauſando vbi ſucceſsiuũ, aut motũ per aliquod tempus, quia impetus qualitas permanens quidem, ad deſectibilis eſt.

S. Thomas 1. p. q. 8.

Ariſtotel.

754 Ecce cauſam efficientem *vbi*, cauſa vero materialis, vnde educitur, eſt quoduis ſubiectum, quod vbicatur, vbicâtur autem per vbi propria entia omnia ſingularia, vt iam dico, cauſa finalis eorum eſt vbicare ſubiecta ſua; nam vbi quodlibet eſt propter offitium ſuum, nempe, vt figat ſubiecta ſua immobiliter, vnumquodque iuxta genus ſuum, permanens in loco permanenti, & quieto; ſucceſsiuum in loco determinato, vbi fit motus. Ipsũ autem vbi eſt ipſa cauſa formalis ſui.

Multiplex ergo *vbi* exiſtit in qualibet, re, rebus alijs conſtante, v. g. in *Petro* aliud eſt vbi formæ, aliud materiæ, aliud quantitatis, alias cæterarum eius partium, & proprietatum tot enim ſunt vbi, quot entitates excepta actione. qua fit *vbi*, quæ vbicatur termino ſufficienter, ne detur proceſſus infinitus, vti docent *Suarez* in diſp. 55. ſect. 5. *Rubius* lib. 4. q. 5. nu. 63. *Hurtado* d. 14. ſect. 4. *Naratius* vbi ſupra ſect. 4. a nu. 7. *Arriaga* d. 14. a n. 107. *Auerſa* q. 28. ſect. 4. & cõmuniter Recẽtiores.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas ſup. n. 752

Et probatur, quia quando Petrus mouetur, omnia, quæ in eo ſunt mouentur, ergo acquirunt noua *vbi*; patet conſequentia, licet enim non ſint multiplicanda entia ſine neceſsitate, tamen neceſsitas hic eſſe videtur ad multiplicanda iſta *vbi*, primò, quia aliqua pars, aut entitas Petri debet habere *vbi*, quo vbicantur ipſa, & reliquæ entitates, quæ in ipſo ſunt, ſed nõ eſt maior ratio, cur hæc potius, quam alia; ergo vel omnes habent *vbi*, vel nulla, quare gratis dicetur *vbi*, hoc habendum eſſe ſolum à ſubſtantia Petri, ſiquidem in Euchariſtia apparet ſubiectatum *vbi*, in quantitate panis, non in eius ſubſtantia, quæ non eſt, ſed in Chriſtum conuerſa eſt.

Secundò, ſine firmo fundamento dicetur *vbi*, ſubiectari tantum in quãtitate, quia rationes, quæ probant quantitatem habere *vbi*, probant reliquas partes, & accidentia Petri illud habere, ſiquidem tam illa, quam iſta ſunt in loco, mouentur localiter, & pleraque ſeparantur inuicem, aut ſaltem poſſunt ſeparari à ſubiecto; & omnia poſtulant diuerſas actiones, quibus fiant, & conſeruentur, neque quiſquam dixerit quod ſufficit actio, vna ad vnam partem Petri terminata, vt cætera, quæ ſunt in Petro fiant, & conſeruentur; ergo non ſat eſt vnum *vbi* poſitum in vna parte, quo ſolo cætera, quæ ibi ſunt, vbicentur.

Verum ego confiteor quod ſunt aliquæ entitates in hac parte tam eminentes, quod ſi vel vna ſola earum ponatur in vna parte ſubiecti, totum adornet, ac denominet, & ſic vnita albedo poſita in ſola quantitate, totum hominem dealbat, & nos merito propter ipſam totum denominamus album, & ita ſunt omnes formæ accidetales abſolutæ, quibus hoc iure conceditur, quia ſunt formæ perfectę, & abſolutæ; negatur vero formis modalibus & imperfectis, vti ſunt vbicationes, durationes, & actiones, ne cogamur dicere ſat eſſe actionem ſolam, qua ſola quantitas fit, & vt fiant accidentia omnia, quæ ſunt in ea, quod abſurdum videtur; omnes enim ſuam actionẽ modalẽ cuilibet effectui aſsignant, ſicut & ego cuilibet entitati ſuũ modale *vbi*, & ſic in vno compoſito concede plura *vbi*, neque immoror ſi faciant ens quoddam per accidens omnia *vbi* ibi conſeruata, quia nihil inconuenit, habere hæc in promptu, vt reſpondeatis PP. *Albertino*, *Vazquez* 3. p. d. 199. n. 29. & alijs, qui putarũt in quolibet corporeo cõpoſito vno *vbi* poſito in ſola quãtitate, vbicari cętera omnia, in cõpoſito cõmorãtia 755

Rurſus *vbi* ſunt multa in numero, & in ſpecie, nã primò illa membra diuidẽtia ſupra poſita §. *Multiplex*, ſine dubio ſpecie diſtinguũtur, aut genere Secũdo dico generaliter illa *vbi* diſtingui inter ſpecie, quæ habent ſaltẽ ſubiecta diſtincta in ſpecie, v. g. *vbi* Petri ſpecie differt ab *vbi* leonis; & *vbi* Gebrielis ab *vbi* Michaelis, vel animæ rationalis; probatur, quia *vbi* ſunt modi eſſentialiter cõnexi cũ ſuis ſubiectis, ab eis dimanãtes ſæpe, vt proprietates, proprietates autem, præſertim, quæ ſunt in quarto modo, vt videntur eſſe *vbi*, non ſolent eſſe communes pluribus, ſed differentes pro diſtinctione radicum, & ſubiectorum.

Confirmatur à paritate, quia actiones, vt dicam lib. 5. diſtinguuntur ſecundũ diuerſitatem terminorum; ergo ſimiliter *vbi* diſtinguentur, neque

officit

officit quod eadem ſpecie albedo, & idem calor in ſpecie, & formæ ſimiles abſolutæ prouenire poſsint à diuerſis in ſpecie radicibus; quia hæc eminentia; & latitudo conceditur formis abſolutis, propter earum perfectioné, nempe, poſſe naſci à diſtinctis cauſis in ſpecie, quin propterea ipſæ inter ſe pluſquam numero differant; non vero concedenda eſt formis modalibus, de quorum eſſentia eſt actu connecti cum ſuis ſubiectis, eaque immediate per ſemetipſas modificare.

755 Sed nec perſuadet quod ſolus contra omnes prætendit *Arriag.* hic diſp. 14. à nu. 49. *vbi* eſſe formas abſolutas, vti probabo fuſius *in diſputatione de modis*, contenti modo ſimus, ſi nobis permittant *Peripatetici* multiplicare, vel vnum modulum, ipſis inuiſum, ne ſi dicamus eſſe ens abſolutum, cogamur multiplicare alios ſibi agnatos modos, & proprietates plures, & quidem ſine vlla prorſus neceſsitate, & contra conceptum communem Iuuentorum *vbi* diſtinctorum.

Dico ſecundò, quotieſcunque vbicata ſubiecta habeant diſtinctam figuram mathematicam, pro diſtinctione figurarũ, *vbi* diſtinguũtur v. g. diuerſũ in ſpecie eſt *vbi* circuli *vbi* ab lineæ rectæ; *vbi* hominis ſedẽtis, ab *vbi* hominis ſtãtis; & huiuſmodi. Probatur, quia figuræ illæ ſine dubio differũt in ſpecie, ergo & *vbi*, quę à figura non diſtinguuntur. Vnde collige *vbi*, vnũ extenſum formaliter, vel eminenter, ſpecie differre ab *vbi* indiuiſibili, ſiue ponente ſubiectũ in loco indiuiſibili; & *vbi* quo vbicaretur Angelus in puncto ſimiliter differre ab *vbi*, quo vbicaretur in loco extenſo, non quidem ratione ſubiecti, quod idem eſt ſed ratione ſuæ naturæ, & modi figendi.

Dico tertiò, *vbi* illa, ſolo numero diſtinguuntur, quæ reſideant in ſubiectis ſolo numero diſtinctis retinentibus eamdem figuram, & ſitum; & itẽ illa, quæ ab eiſdem ſubiectis eodem modo compoſitis, & ſituatis fiunt, aut habentur in diuerſis locis, & tẽporibus, v. g. *vbi*, quod habes modo ſtans, non differt ab *vbi*, quod habuiſti heri ſtans pluſquã numero, & *vbi* quod habuiſti in foro ſedens, numero differt ab *vbi*, quo in gymnaſio ſedes ſed tamen *vbi*, quod habuiſti puer, & quod modo habes adoleſcens, & quod habebis iam vir, ſi notabiliter circa figurã mutatus tu nõ es, non videtur diſtingui pluſquã numero, ſed penes magis & minus, ſicut diſtinguitur apud mathematicos figura circuli minoris à figura circuli maioris, & figura alicuius ſancti paruula, quam vocant *modelo*, à grandiori facta ad exẽplar minoris; & *vbi*, quo vbicatur haſta vnius vlnæ, ab *vbi*, quo vbicaretur haſta mille vlnarum, & ſimilia; concluſio hæc non indiget probatione.

Denique *vbi* corporeum non differt à figura ſitu, & locali extenſione pluſquam de nomine tributo propter diuerſa connotata, eidem, entitati modali, nam ille modus, qui figit ſubiectum, inquantum id figit immobiliter in loco, dicitur *vbi*, ſeu locus intrinſecus; & inquantum tali diſpoſitione figit, dicitur *figura*; & inquantum cum tali ſituatione in ordine ad partes vniuerſi, quibus diuerſo modo correſpondet, qui ſedet abeo, qui iacet, aut alio modo eſt, dicitur *ſitus*, qui non eſt diuerſum prædicamentũ, ſed *vbi* cõnotans tales partes vniuerſi, quod item inquantum figit corporis partes vnas extra alias, dicitur *extenſio localis*, vt infra vberius declaratur, & in *Tripartita* n. 964. 757

SECTIO VII.

Proponit ac diluit fundamenta Antiquitatis totius negantis intrinſecas vbicationes, & Antimodiſtarum, *ſiue* Connotatorum, *vbi an vbicatio ſit qualitas*

PRimò obijcias authoritatem *Ariſtotelis*, qui in hoc libro, & alibi ſæpe, & clarius in *Logica* cap. 6. *Prædic.* non ſolum non agnouiſſe iſta vbi intrinſeca, ſed etiam ea reieciſſe videtur, & ideo conſenſerunt, vt notaui in *Tripartita* num. 958. SS. PP. *Auguſtinus, Iſidorus, Boetius, & S. Thomas* ſupra textũ, & fuſe in *Alamanis* hic q. 19. & *Amonius Pacius, Porphyr. Simplicius, Philoponus*, & reliqui Interpretes, *Nominales*, & *Thomiſtæ*, *Fonſeca*, 5. m. cap. 15. q. 3.

Ferra-

Ariſtoteles.

S. Auguſt.

S. Thomas 1. p. 113. a. 3. & 2. [illegible]

Ferrarius hic, *Coninc.* de Euchar. d. 75. num. 79. & *Smiglecius* in logica, quos imitantur quidam Iuniores, qui quia modos omnes negant, contenti cum certis extrinſecis terminis, ſiue connotatis, ad varias denominationes, & effectus formales, *Antimodiſtæ*, & *Connotatores*, vel reipſa *moderni Nominales* nominantur, duo ſunt docti PP. *Vuadingus* in de Incarnat. & *Tiphanus* lib. de Hipoſtaſi c. 54. & 6. vbi citat, & merito contra nos 40. graues Authores.

Reſpondeo opinionem *Ariſtotelis*, de loco declaratam à me ſupra a n. 730 eſſe valde probabilem, cæterum præter eum locum extrinſecum, admitti debere alium intrinſecum, propter authoritatẽ Recẽtiorũ, & efficaces rationes, quas produximus, & iã producemus, & propter præſcripta ſup. n. 398

758 Secundò obijcias, *non ſunt multiplicanda entia ſine neceſsitate*, quia ſiue neceſsitate, & *fruſtra fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora*, ſed nulla eſt neceſsitas multiplicandi *vbi* intrinſeca ergo ea non ſunt. Probas minorẽ, quoniam Petrus ſufficientẽ exiſtit, ac exiſtere dicitur permanenter, ſeu habere hic *vbi permanens* per ſuam entitatem coexiſtentem cõcauo aeris huius; & *vbi ſucceſsiuum* per ſuæmet entitatis coexiſtentis ſucceſsiue concauo ob longo eiuſdem loci extrinſeci, ergo non eſt neceſſarium aliud *vbi* intrinſecum.

Ariſtoteles de gen. a n. c. 4.
S. Thomas 3 c. 5. c. 7c.

Patet antecedens omnibus, rogati enim ſapientes, & inſipientes, vbi Petrus ſit, reſpondebunt cum *Ariſtotele*, cum toto Mundo, quinimo cum *diuinis ſcripturis*, Petrus eſt in lyceo, in foro, domi, ruri in mari, in naui, in terra, in cęlo, aut alibi in alio loco extrinſeco, vbi protunc fore contingat, ergo ad quæſtionem, *vbi Petrus eſt*, quod perinde valet atque in quo loco Petrus eſt, ſufficienter reſpondetur, eſt in tali, vel in tali, loco, & ibi quieſcit, vel deambulat, ſiquidẽ ſic reſpondetur ad propoſitũ interrogantis, & interrogatio, & reſponſio ſic ſibi apte cohærent; nam reſpondere eſſe in modo, & vbi intrinſeco, ridiculum videtur, & extra propoſitum, & contra verba *Auguſtini* categor. c. 15.

Ariſtoteles.
Ariſtoteles
S. Thomas

Ad hæc, quamuis alicubi dicat *Ariſtoteles* ad *quantum, quale*, & *vbi* dari per ſe motum, non ideo prætendit motũ fore modum dictum *vbi ſucceſsiuum* producendum per motum mobilis in ſe ipſo, quo, nimirum, mutetur ipſum expreſſe enim tradit ipſe 8. *Phy.* t. 59. non mutari, nec alterari, quę localiter mouentur, recipiendo in ſe aliquid nouum, qualiter mouentur, quæ alterantur per qualitates receptas, vel quæ augentur per additionem quantitatis vt quoque author eſt ibi ſacer Interpres, prætendit ergo ſolum Philoſophus mobile quoduis neceſſario debere ſpatium pertranſire ſucceſsiue, quatenus ſimul non poteſt eſſe in multis locis, vt experientia manifeſta compertum eſt; pertranſibit autem illud præſentando ſe ſucceſsiue in loco communi, multis ſuis proprijs locis. Hæc eſt architectura præclare propoſita fundamenti *Peripateticorum* negantium vno ore intrinſecas vbicationes permanentes; & aliorum negantium item ſucceſsiuas. 759

Sed occurrendum eſt conceſſa maiori, negando minorem, ad eius probationem nego antecedens, & conſequentiam; ſed ad id, quod cunctis patere dicitur, concedo ita colloqui omnes homines, & quidem apte, & prudẽter ad fines intẽtos negationis, & conuerſationis humanæ, in eiuſmodi enim quæſtionibus, & reſponſionibus attendimus frequentius ad loca iſta extrinſeca, vt conueniamus nos, vel aliter res noſtras diſponamus & ſubinde voces *vbi, in quo loco, hic illic* & ſimiles, *aduerbia loci*, nempe, extrinſeci, à *Latinis* dicta ſunt, lege ſimile quoddam ad propoſitũ in *Tripartita* n. 229.

Si autem rem preſsius conſiderantes quæramus, quę ſit ratio formalis, ob quam Petrus ſit contiguus, ac ſimul cum loco lycei, fori, & aliorum, dicendum eſt eam eſſe duos modos inhærentes locato Petro, & loco, qui ea duo faciunt eſſe contigua, & nullo modo ſinunt diſtare; & probatur, quia Petrus de nouo dicitur eſſe hic præſens, & non per aliquid extrinſecum, ergo per aliquid intrinſecum, non quidem per concauũ aeris, per quod diceretur quidem locatum, circundatum vndique & concluſum, ſed non hic præſens, quia is locus præſentia hic locait non eſt, vt patet, ſi inde ſit re-

mo-

mou eatur, vel penitus deſtruatur, quo caſu perſeuerabit hic Petrus cum ſua præſentia, admittenda ergo eſt alia entitas, quæ formaliter, & inſeparabiliter Petri hic præſentia ſit; ſiue ſit entitas ipſius Petri, ſiue modus ipſius.

Et quidem eſſe modum, vel ſi malueris cum *Arriaga*, entitatem abſolutam, nouiter productam realiter diuerſam à loco extrinſeco, & locato, *vbi ſucceſſiuum* dictum *motum*, ſiue *lationem* paſsiue receptum in mobili, vel *qualitatem*, vti ponit *Coninc.* aut aliud diſtinctum à mobili, & loco extrinſeco, tradunt cum *Peripateticis*, & ſic probant Iuniores.

760 Quoniam ſecundum Philoſophum *idem manens, idem ſemper eſt natum facere idem*, vnde deducunt rebus antiquis exiſtentibus inuariatis, & ſine nouæ rei alicuius intrinſecæ, vel extrinſecæ productione, fieri non poſſe nouum formalem effectũ, nec ſubinde conſurgere nouam veram denominationem; quando ergo Petrus mouetur, & vere eſt ens ſe mouens, ac tale denominatur, neceſſario denuo interuenit entitas noua diſtincta ab præexiſtentibus loco, & locato, dicta *motus, vbi ſucceſſiuum, latio coniunctio cum nouis locis*, vel *tranſitus per ipſa*, vel aliter, quá nos quoq. ſupra n. 751. exiſtere colligebamus ex efficientia, & conatu ſæpe vitali, mobilis ſe actu mouentis.

Ariſtoteles / *S. Thomas ſup. n. 781.* / *Ariſtoteles 1. de gen. t. 56. & 8. Ph. t. 37.* / *S. August.*

Ideo merito concludit *Faſolus* q. 8. a. 1. num. 7. moueri localiter eſt quædam paſsio, & quando iam res, ſeu locus exiſtit, & non eſt ei præſens locatum, cum locus non moueatur ad ipſum, debet ipſum omnino moueri paſsiue ad locum, & ſine hac latione in ſe paſsiue recepta eſt inintelligibile ferri de nouo rem ad locum diſtantem, & præexiſtentem; ex quo colligebamus nos dari quoq; *vbi* permanẽs diſtinctum a locato, contra quod militant magis, & robuſtius *Peripatetica* argumenta, quæ, me quidem iudice, non probant res fieri præſentes per *contractum*, aut concaua ambientia, ſed ea loca eſſe, in quibus illæ ſunt per ſuas entitates præſentes, atque ex dictis liquet quid dicendum ad reliquias principalis fundamenti, lege *Maratium* de Angel. d. 20. ſect. 1. vbi explicat textum S. *Thomæ*.

S. Thomas 1. p. q. 53.

Ergo obijciant tertiò. Petrus deſtructo loco ambienti, erit hic præſens, & in hoc loco *per accidens*, vt dicit *Ariſtoteles* de facto *eſſe vniuerſum*, ideſt, in potentia, vel loco potentiali, & poſſibili, vt interpretatur S. *Thomas*, vel erit in ſua ſuperficie extima, vt volunt alij; vel etiam erit in ſe ipſo, ſicut creditur eſſe Deus; ergo neceſſaria non eſt præſentia modalis, vel realiter diſtincta.

Ariſtoteles hic t. 41.

Huic argumento, quod videtur præcludere aditum ſolutionibus P. C. *Lugo*, d. 5. de Euch. ſect. 4. a nu. 103. ego probabiliter nunc reſpondeo concedendam præſentiam realiter diſtinctã, propter paritatem lationis, & præſentiæ ſucceſsiuæ, quæ quoque habet ſua *vbi* permanentia acquiſita in inſtantibus, & in termino motus, vti alibi dicam vberius, vniuerſum ergo, ſiue Empyreum, vbi intrinſecum item habebit, non vero Deus, qui per indiſtinctam immenſitatem eſt vbiq. 761

S. Thomas 1. p. q. 8.

Quarto obijcias ex P. *Coninc.* qui fuſe impugnat iſtos modos q. 75. de Euchar. à num. 75. primò, nam ſi *vbi* eſt modus diſtinctus, quando res quælibet mouetur, infiniti modi æquales producentur, & deperdentur, ſaltem in inſtantibus infinitis, quod eſt incredibile. Secundò ſequeretur rem vbicatam in puncto, quod deberet fieri per *vbi* ſupernaturale, non poſſe per vires naturales moueri, ſiquidẽ eæ nõ poſſunt deſtruere, nec producere *vbi* ſupernaturale; quod falſũ eſſe apparet in Euchariſtia, quá naturaliter Sacerdos mouet, quo vult, quod facere non poſſet, ſi *Chriſtus* ibi haberet illud *vbi*.

Tertiò nulla experientia probat exiſtere iſtos modos; neque enim eos oculos vidit, licet auris audiuerit. Quartò, quia facilius percipitur modus, quo mobile ſucceſsiue mouetur, ſine iſtis vbicationibus, ſi dicamus mobile ipſum, verbi gratia, per actionem producere in ſe motum, qui ſit qualitas abſoluta, cuius munus ſit facere coniungi ipſum mobile cũ loco, ſiue amborum intimam coniunctionem penetrationem, ſiue contiguitatem, quę quidem conſequatur ſucceſsiue ad motum illum, ſicut conſequitur relatio, poſita vtraque albedine, ex vtraque tamen conflata, ſine noua

enti-

Digitized by Google

entitate; ita procedit P.*Coninc*, quia merito ſibi perſuaſit aliquid de nouò produci à mouente ſe, licet id reduxerit ad prędicamentum qualitatis.

762 Aliter procedunt *Smiglecius*, & *Tiphanus* c.54.dicentes motum nil aliud eſſe, quam coexiſtentiam ſucceſsiuam mobilis, & loci ambientis, ſiue illud ſucceſsiue applicatum huic connotato concauo idque confirmant non ſatis bene intellecta authoritate *Ariſtotelis* ex 2.de cœlo tex.42.& ex 8.Phyſic.t.59. & *S.Thomæ* q.6. de Pot.ar.3. & 1.p.q.10.ar.3.& *Peripateticorũ*, quorum eſt illa vox communis, *motus localis non variat, neque alterat rem quantum ad rei intrinſecum, ſed ſolum quantum ad locum extrinſecum*, vt proſequitur eruditè *Tiphanus*, rem omnem bonis terminis, tanquam inſignis nominalis loquendo, non ita efficaciter pobando. *Ariſtoteles* *S.Thomas*

Quintò inquit *Coninc*. vt ego ſim in aliqua domo, neque in me, neque in ipſa domo requiritur aliquis modus, qui deſinat, cùm ego diſcedam à domo; ergo nec requiritur in me modus præcisè vt ſim in ſpatio, qui deſtruatur, quando id ſpatium deſeram, antecedens probatur, quia manente domo immutata, me poterit Deus annihilare, vel domum me manente immutato, vt manifeſtum videtur; & confirmat, quia preciſo quouis modo, ſi re vera ſum in domo, vere dicor per exiſtentiam intra ipſam eſſe in ipſa; ſicut ſum, & dicor eſſe in hoc anno, aut tempore, & non extra per ſolam coexiſtentiam, & ſimultaneam durationem cum ipſo.

Sextò tandem, quia poſſumus notare, & videre aliquem mutans ſe locum in eo nullum modum videndo; ergo loci non mutantur per modos, ſed per varias loci, & locati coexiſtentias, & coniunxiones ſucceſſiuas.

Reſpondetur ad primum concedendo eiuſmodi infinitudines, quod non eſt incredibile propter dicenda infra quando tractem de continuo ſucceſsiuo, & dicta ſupra num. 181: & num. 651.

763 Ad ſecundum dic vt voles, nimirum, vel ſpeciebus eſſe à Deo datam virtutem ſupernaturalem ad producendum motum ſupernaturalem in *Chriſto*, quando eas naturaliter mouet ſacerdos, vel ſuppoſito primo miraculo, tam miraculoſi *vbi*, Deum continuare alia, immediate ſe ſolo producendo *vbi* Chriſti ad motus ſpecierum & quidem P.*Coninc* incidit in eandem difficultatem, nam perinde eſt naturaliter deſtructu, & producto impoſſibile, *vbi* noſtrum ſupernaturale corporis in puncto collocati, atque motiua ſua qualitas indiuiſibilis delatura locatum per concaui lineam indiuiſibilem.

Ad tertium dic neceſſarium non eſſe rem oculis corporis videre, vt credamus eam exiſtere, etenim anima, Angelus, ac Deus, & coniunctio iſta loci, & locati, quia colorata non ſunt, non videntur, & tamen ea eſſe apud omnes conſtat, ſat eſt ſi ex bonis principijs ab intellectu, ea exiſtere colligatur, & probetur: ſcio aliquos dixiſſe immediate videri vbicationes ſed quid ego ſentiam declarabo lib.de *Anima*, tractando de ſenſibili proprio, atque communi.

Ad quartum reſpondeo difficilius capi opinionem nouam P. *Coninc*. ponentis contra *Ariſtotelem* atque *communem conceptum* motum qualitatem eſſe neque pertinere ad prædicamentum *vbi* domus tamen moueri mobile per qualitatem, per eamque intrinſece mutari, & ſucceſsiue præſentari concauo ſpatij realis, vel imaginarij quãdo id vtrumque ſit, & coexiſtat, quando vero non ſit, per illam adhuc moueri; hanc hoc ipſo munere dico ego *vbi* ſucceſsiuum cum *Modernis*, & cum *Antiquis* lationem, motum localem, ſiue qui trahit mobile ad extrinſecum locum, idque cum eo coniungit ſucceſsiuè. *Ariſtoteles* *S. Auguſt.* *S. Thomas* *Ariſtoteles ſupra num.* 782

Ad quintum nego antecedens; ad probationem dic, vt libeat, vel ſi opinaris te eſſe in domo fieri adæquate à ſolo tuo *vbi* cum connotatione ſolius loci extrinſeci, concede poſſe domum deſtrui te immutato immanente intrinſece; ſi vero te eſſe in domo putas fieri, ac dici propter *vbi* intrinſeca duo, nempe tuum, & domus, nega antecedens.

Ad confirmationem dic vulgariter ita dici, & bene ab ipſis, qui res conſiderant ſecundum finem, & propoſitum ſuum, quorum nil intereſt ſcire,

Digitized by Google

vel loqui de *vbi* intrinſecis, quæ reddunt ſubiecta immobilia, contenti cum eo, quod quaſi peruium eſt oculis, vti dicebam ſupra num 759. ad ſinē lie de *coexiſtentia in eodem tempore*, pro nunc dici poteſt me dici poſſe denuo, ſicut re vera ſum, in hoc tempore, permanet ipſum, & connotatum nouum tempus præſens; quia de nouo ſemper venit tempus præſens, & ad nouam denominationem ſat eſſe ad eſſe aliquam rei alicuius nouitatem, vt apparet quando naſcitur homo in India, *cui ego hic ſine alia mutatione ſum ſimilis*, coexiſtentia vero omnis relatio quædam eſt.

764 Sed inſtas coexiſtentia temporis, & rei durantis in eo tempore, relatio eſt, ideſt, extremum vtrumque ſine nouo modo, ergo ſimili modo eſt coexiſtentia loci, & locati, negatur conſequentia, vel diſtinguitur de vulgari, acceptione, & rigoroſa: extra gymnaſium, ambæ eæ ſunt relationes, præciſis modis, ſed cogimur *Phyſici* ſuperaddere nouum modum ad coexiſtentiam locati, & loci propter multa.

Primò propter motum localem, qui fieri poteſt recta, mutanda loca varia extrinſeca, & circulariter in eodem; quo caſu ſine dubio aliquid nouum fit, ſecundo, quia recedente, vel accedente reali ſpatio, æque vere dicor eſſe præſens hic, & item alio mutatus cum meo loco, aut concauo ambiente, dicor alibi pręſens, præſertim ſi ponamur ego, & hic locus meus Hiſpali, & Romæ, ea vero denominatio noua eſſe nequit ſine nouo fūdamēto, quod eſt modus dictus *vbi*. Tertiò, quia poſito *vbi* melius intelligitur locus *Ariſtotelis*, qui ab eo definitur, ac dicitur fixus, & *immobilis*, nempe ratione proprij *vbi*, quod eſt fixio hic, & alibi eſſe non poteſt. Quarto addunt quædam, ſic melius intelliguntur rerum diſtantiæ, approximationes, contiguitates, & penetrationes. Quintò facilius declarantur miracula, quibus replicantur corpora, vel ſpiritus in, multis locis, & præſertim ſupernaturales præſentiæ *Chriſti* Domini in Venerabili *Eucharistiæ* Sacramento, quidquid prætendat *Coninc.* de Sacr. q. 75. a. 4. à nu. 90.

Ariſtoteles 4. Ph. l. 41.
S. Thomas lect. 6.

Altera pars Sectionis diluit obiectiones eorum, qui conceſſo nobiſcum, ubi ſucceſsiuo, *negant* permanens, *& repellit rationes, quibus alij Recentiores factionis noſtræ, hoc item exiſtere, ſe putant demonſtrare.*

VLtimò adhuc obijcias, fateor 765
propter actiuitatem rei ſe mouentis, dari motum, quem appellemus *vbi ſucceſsiuum*, & locum intrinſecum, licet per abuſum terminorum, ſed dari vlterius *vbi* permanens, nullum indicium, nulla ratio perſuadet, quin potius illud excludit paritas ſumpta à duratione noſtra, & immenſitate Dei.

Etenim ſi poteſt Petrus exiſtens, eſſe in hoc tempore, & alijs, ſine ſuperaddita formula, aut modo, qui ſit *duratio* realiter diſtincta; & ſi poteſt Deus per ſemetipſum, & durare æternum, & eſſe vbique quid ni poſſit dum primo creatur Petrus eſſe in hoc loco per ſuam entitatem coexiſtentem loco huic reali extrinſecus ambienti, per coniunctionem, contiguitatem, per in iſtantiam, per mutuam approximationem loci, & locatæ rei, nempe, per eam relationem, nam omnem locum relationem eſſe, & prædicatum extrinſecum tenet omnis antiquitas, vt habes in *Tripartita* à nu. 98.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas

Accedit quod, aiebat doctus quidam Magiſter deſiderabilis eſſet, ſi excogitari ſic poſſet, aliqua entitas, qua mobile formaliter mouetur ſucceſsiue de loco in locum, quæ quidem ſubiectaretur in mobile, ſed quæ nec foret *vbi*, aut locus, neque tali nomine diceretur, & ideo illi non diſplicuit opinio Patris *Coninc.* aſſerentis mobili moueri per motum, qui eſt qualitas, adquē conſequuntur ſucceſſiue loca locandorū, vel *vbi*, quæ ſunt ſolæ ſuperficies corporis occurētis ambiētes; nā illi placere nō potuit in intelligibilis opinio Recentiorū quorūdam, quæ nouiſsime tradit lationem, qua mouens mouet ſe, vel qua mobile

motum tranſit de loco in locum, eſſe nihil de nouo factum, ſed ſolam ſucceſsiuam applicationem locandi ad extrinſecum locum, ideſt, nihil intrinſecum denuo ineſſe rei mouenti ſe, aut motæ.

Quoniam, obiectionem proſequendo, dices, ratio, quam ſæpe repetunt C. de *Lugo* vbi ſupra, & *Arriaga* hic d. 14 à n. 5 quæ in ſumma ſic eſt ſimilis coniunctio, & coexiſtentia loci, & locati eſt ſeparabilis ab eis, ergo eſt entitas diſtincta, ſed ea non vrget apud nos, qui tenemus cum Philoſopho, ſimiles coexiſtentias non pertinere ſemper ad prædicamentum *vbi*, neque fundamentaliter, ſed ad prædicamentum *ad aliquid*, & ſubinde eſſe particulares relationes, & quandoque perire poſſe extremis intrinſece immutatis, vt patet in relationibus diſtantiæ, contiguitatis, & propinquitatis; quinimo, quod ad propoſitum ſufficit ſimilitudines, & reliquæ relationes pereunt manente immutato altero extremo, pereunte altero, ex quorum ſeparabilitate non infertur relationes eſſe aliquid tertium diſtinctum ab extremis coniunctis, diſtantibus, ſimilibus, & quomodolibet aliter relatis.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas in Tripar. à num. 831.

766 Ad hæc, ecce forma argumenti eadem nil prodeſt, *coexiſtentia duarum vbicationum*, quas illis concorditer damus, *eſt ſeparabilis ab eis, vt nemo non videbit, caſu quo vna ſaltem deſtruatur, vel diuinitus alio transferatur*, quod poſsibile eſſe quodam modo oſtendo alibi, & P. *Vazquez* de facto contingere in *vbi* angelico probat 1. p. d. 188. *ergo eſt entitas diſtincta ab ipſis*, mala eſt hæc conſequentia; præſertim apud nos, qui aliunde diximus compoſitum per ſe, vel per accidens, qualiter eſt relatio, non diſtingui à ſuis partibus collectiue ſumptis.

Quocirca rationi illi repetitæ dicendum, quod *per quæ res quæque componitur, per ipſa diſſoluitur*, coniunctio ergo, quæ facta fuit per coexiſtentiã conſecutam ad motum, vt bene probat *Comm.* ſicut reſultat, & conſequitur ſimilitudo in pari albedine, per motum vnius extremi ad parem albedinem, quando exiſtebat alterum, vel per motum vtriuſq. ad ſuas albedines, quando nullum præexiſtebat, ſine alia entitate tertia; & ideo ſimiliter ea coniunctio, coexiſtẽtia, & ſimilitudo deſtruuntur per motum contrarium ſeparantem, vel extremum alterum; aut per alterius deſtructionem, nihilo alio deſtructo; quare ea *ſeparabilitatis ratio*, licet pro vera opinione ſit in propoſito, at attentis alijs noſtris opinionibus non admittitur, quia non videtur conuincens.

Ariſtoteles 5. Ph. t. 10. S. Thom. ibi l. 3.

Aliter ergo obiectioni reſpondeo ex conceſſo *vbi* ſucceſsiuo, quod, vt communiter dicitur, cõſtat multis vbicationibus permanentibus habitis in inſtantibus, probabiliter colligi *vbi* permanens debitum rei permanenti, & immotæ, veluti paſsionem habendam à puncto conditionis ſuæ.

Iuuat, & aliqua ratio congrua, quoniam ſi *vbi* intrinſecum excluditur, non ita facile intelliguntur nouæ denominationes, & prædicata, quę nouiter de rebus aliunde intrinſece, & extrinſece immutatis, dicimus, & ideo, caſu, quo Petrus Romæ nunc exiſtens, transferretur Viennam ſimul cum ſuo concauo extrinſeco ambienti, vere iam non eſſet hic Romæ, nec vbi prius, ſed alibi, id autem prouenire non poſſe videtur ab alio, quam à noua præſentia intrinſeca. Rurſus deſtructo quouis ſpatio ambienti, adhuc Petrus diceretur eſſe alicubi, *nam quidquid eſt, alicubi eſt* præſens, ergo datur intrinſeca noua præſentia, ac demum facile intelligitur quo pacto Vniuerſum, ſiue Empyreum ſit alicubi, & à Deo poſsit alibi motu ſimultaneo, aut ſucceſsiuo collocari.

Ariſtoteles 4. Ph. t. 8.

Bene video reſponderi poſſe ex *Ariſtotele, S. Thoma, & Antiquis* in ſimilibus caſibus corpora eſſe *in locis per accidens*, vel in potentia, per accidens quidem, quatenus per metaphorã dicimus corpus Empyrei E. C. totum, attribuentes prædicatum partis toti, per ſynedochen, eſſe in ſua conuexa ſuperficie, licet non ſit vere totum, ſed reliquum præter ſuperficiem, ſicut totus Medicus ędificare dicitur per accidens, quia non ſecundum omnia, quę in ſe habet neque ſecundum medicinam, ſed ſecundum 767

Ariſtoteles hic à t. 44. S. Thomas ibi l. 7.

partem

partem, ideſt, ſecundum ædificandi artem ędificat; vel etiam Empyreum dicitur eſſe in loco in potentia, quia poteſt ab alio corpore ambiri, & eius corporis potentia, ſeu poſsibilitas inibi eſt quan ambitura vniuerſum.

Sed tamen negare non poſſunt *Peripatetici* antiqui tenebras ſuæ reſponſionis, & clarius, percipi claras præſentias. Recentiorum; etenim vrgeti illi poterunt, & ab ipſis quæri, vbi nam ſit. Vniuerſum totum, vt totum, vel ipſius ſuperficies conuexi? vbi nunc *intelligentiæ, Beatorum animæ*, & poſt *glorioſa corpora*, vbi *humanitas Chriſti Domini*, quando ſunt, aut erunt ſupra Vniuerſum, & ibi mouentur, aut quieſcunt, ſane admiſſis vbicationibus intrinſecis, facile ſit ſatis ſimilibus quæſtionibus, reſpondere enim nullibi eſſe, & nullibi moueri, perinde paradoxum videbitur.

Hæc tamen à me probabiliter tantum dicta ſunt, ad paritates de duratione dico infra, ad illud de immenſitate Dei diſcrimen apertum eſt, quod in primis non liceat in Deo ponere attributa realiter diſtincta, propter rationes Theologorum, & deinde quod in Deo non contingat motus, quo loca mutet quoniam ipſe dixit *Ego Deus, & non mutor*, & ſubinde eſſe ſignum, quod in nobis mobilibus habemus, vt diſtinguamus, ſicut certo *vbi ſucceſsiuum*, ita probabiliter, etiam *permanens*.

S. Thomas 1. p. q. 8.

768 Sed inſtabis primò, quando Deus primò creat Petrum non tantum vult ipſum producere, ſed etiam inſtans, vel tempus, in quo creatur, & cui ille correſpondet, & tamen non propterea concreatur modus dictus *duratio*, quo Petrus ſit in hoc tempore; ergo neque concreatur modus dictus *vbicatio*, quo Petrus ſit in hoc loco; probas conſequentiam, quia nulla apparet diſparitas in concreandis his complexis, præſertim cum vtrumque ſit relatio, & de vtroque dicat *S. Thomas*, 2. contra Gent. c. 13. *denominatur enim aliquid ab eo, quod extra ipſum, ſicut à loco dicitur aliquid eſſe alicubi, & à tempore aliquando*.

S. Thomas 7. de Po. a. 10. a 8.

§. Cur vbicationes diſtinctæ ſint, non item Durationes, & an illæ ſeruiant Relatis diſtantiæ, & propinquitatis.

VT capias diſcrimen, finge paria eſſe tempus, & ſpatiū reſpectiue ad ſua correlata, vel Petrum correlatis pariter correſpondere vtriq; ſic, puta Petrum eſſe rem immenſam, implere potentem omne ſpatium, & locum, ſicut de facto implere poteſt durando omne tempus; vel puta, quod perinde eſt ad propoſitum, implere tantum poſſe vnum locum certæ magnitudinis, in quo ſemel poſitus ab eodem recedere, aut dimoueri non poſsit, tametſi potuerit in principio reponi in alijs multis locis ſimilibus, & effinxeris Petri correſpondentiam ad ſpatia temporis, & loci omnino ſimilem; ſiquidem Petrus conditus ab æterno omne tempus impleret, & creatus ſemel in hoc inſtanti, in alio amplius primo creari non poſſet, licet potuerit in infinitis ſimilibus prioribus, & poſterioribus.

Ad punctum ergo, ſi res ita ſuccederet, & ſingitur, dico quod Petrus non indigeret *vbi* diſtincto, quia meæ rationes pro eo aſſerendo, & aliorum ceſſarent, nempe ratio motus localis; ratio *nouæ denominationis*; ratio *ſeparabilitatis*; & ratio *indifferentiæ*, de qua infra ſiquidem Petrus immenſus, aut certo loco fixus incapax eſt motus, ſicuti eſt Deus; reliqua loca, & locata immobilia, & inſeperabilia ſimiliter, erunt, ni deſtruantur; ac demum Petrus ſi immenſus, indifferens non eſſet ad loca, & ſi paruus, non indigeret creato determinatorio, vt potius ſit in hoc loco, quam in alio vti monſtrabo infra.

Et quoniam ſine iſta ſuppoſita fictione, ita res ſe habet in correſpon- 769
dentia Petri ad tempus, merito excluditur *duratio* diſtincta cum ergo Petrus non ſic, ſed modo diuerſo correſpondeat loco, elucet aliqua

Digitized by Google

diſparitatis ratio, ob quam ponatur *vbi* diſtinctum à loco, & a locato, non autem *duratio*, nimirum noſtra illa, quæ ſumitur à paritate *lationis*, & *noua denominationis*.

S. Thomas Ariſtoteles Ad *S. Thomam* dici ipſum loqui luxta ſuam, & Antiquorum probabilem opinionem, à qua quaſi inuiti nos receſſimus propter *Torrensem*, præſertim quia S. Doctor cum Philoſopho rem tractat, ſi tamen tractat nobis imperceptibilem, & quæ videtur eſſe contra quod ſentiunt viſus, & tactus nempe Petrum, v.g. currere, aut moueri ſine vllo motu, aut ratione mouendi intrinſece in ſe recepta, ſed tantum per ſolam ſucceſsiuam coexiſtentiam ſui, & loci intrinſeci, vti quoque fruſtra conantur explicare *Smigleciu*s in logica *de vbi*, & *Tiphanus* de Hipoſt. cap. 54. num. 19. per victoriam deportatam à corpore intermedio reſiſtente mole ſua, & quantitate, in proprio, & naturali loco obfirmato, ne inde ab alio ſuperueniente, aut euedatur, aut violenter comprimi cogatur.

Quamuis enim ij Authores vera forta ſſe dicant ſed tamen capi non poteſt ipſorum diſcurſus ſine motu diſtincto; ſecus intelligi poterit moueri me poſſe vitaliter, & intentionaliter ſine vitali motu diſtincto, ideſt, Deum potero amare ſine nouiter producto amore, videlicet, per ſolam applicationem intentionalem, qua intellectus applicet Deum amabilem meæ voluntati, ſane ego credo *Auguſtino* dicenti *credi e quod quando vinutis agitis*; & ideo *S. Auguſt. ſup. r. 407* migis ſolide diſcurrit *Coninch.* aſſerens ibi ineſſe impetum, aut motum localem, quæ qualitates ſint, ad quas ſucceſsiue conſequuntur applicationes loci, & locati mouentis ſe; qui modus dicendi valde probabilis eſt; nec facile refellitur, & forſan non negatur ab *Ariſtotele*, & ſacro Interprete, qui forſan ſenſerunt *Ariſtoteles S. Thomas* mobilia intrinſece non ita moueri à motu, vt is inquiete in illis perſeueret, vt perſeuerant aliæ qualitates diſponentes ad nouas formas ſubſtantiales, ſed ſolum quaſi tranſeunter, atque dum Latio, & motus durat, vt colligo ex 5. met. cap. 13. & ex locis citatis ſupra num. 781.

Concludo tandem hoc punctum, & vt tollam occaſionem æquiuocationis, & fallentiæ quam legentibus eorum ſcripta, plerique *ſcriptores* præbuerunt, dico ſic, mouens quodcunque ſine aliud mobile, vel ſe ipſum moueat, producit per actionem modalem dictam ſupra num. 626. *motum quo*, motum *quem* dictum *lationem*, & *vbi ſucceſſiuum*, quod immediate inhæret in re mota, & per quod fertur ſucceſſiuè, & fugitur in locis, per quæ tranſit, & quibus correſpondet; quare motus iſte vterque duplex entitas noua eſt, & non eſt nihilum dictum à *Tiphano*; *Smiglecio*, & ſequacibus, *motus adductiuus*, ſeu tractiuus, non *productiuus*, quaſi, nimirum, is ſit mobile ſe mouens, ſe trahens, aut ab alio motum, vel tractum ſucceſsiuè applicans ſe ambienti loco, per motum indiſtinctum à ſe mobili, quod ſubinde, nil denuo faciat, nec recipiat, niſi per ſe ipſum applicare ſeſe, vel ab alio applicari loco, quod ego non capio quo facto fiat, ſine aliquo nouo motu; noua enim coniunctio eſſe non poteſt ſine nouo impulſu, vel tractione, ſiue ea dicatur actio, ſiue motus ſiue qualitas, dato quod coniunctio loci, & locati nil ſit præter ipſa ſimul. 779

Inſtans ſecundò impoſsibile videtur quod Deus creet Petrum in hac die, niſi determinetur ad hanc differentiam temporis, potius quam ad aliam, tum indifferentia actiua potentiæ Dei, tum paſsiua creandæ rei, ergo neceſſaria eſt duratio diſtincta, quæ quia fixio ad hoc tempus eſt, ad id determinet illas indifferentias; & quia nego per nunc ſolam conſequentiam; concludis ergo indifferentiæ diuinæ potentiæ, & Petri, qua hic collocetur Romæ potius quam Hiſpali, aut alibi, non veniunt neceſſario determinandæ ab vbi Romano intrinſeco.

Et confirmas, quia ſimile *vbi* eſt neceſſarium ad nihil, non enim requiritur ad hoc, vt res ſit in loco ſuo proprio, aut communi; neque ad diſtantias, aut propinquitates lo-

gato-

catorum; ſiquidem res ſufficienter dicuntur eſſe alicubi à circundante loco, atque diſtare inuicem, ab ſpatio intercepto, vel etiam à volitione diuina volente res à ſe conditas diſtare alias; alias eſſe contiguas; vt loquitur ſapiens quidam, vt ſatisfaciat Iunioribus ſucclamantibus pro fundamento ſimilium relationum, & propterea aſſerentibus vbicationes diſtantes, vel contingentes ſe, ſiue quibus res contiguæ ſint, vel diſtent.

771 Reſpondeo concedendo ſecundam conſequentiam, non pono *vbi*, vt Deum determinet, Deus enim eſt, qui volendo ſe determinat, & eligit locum, & modum, quo ſit locatum in eo, præſertim quia modi etiam ad vnum locum ſunt infiniti, ac eligere hæcceitates ſpectet ad Deum, ſed ideo *vbi* adſtruo, vt res in quocunque euentu ſit alicubi fixa, & immobilis, & dum moueri contingat fiat præſens ſpatio certo ſuo ſucceſſiue, ac dem terminum actioni mouentis ſe.

Ad confirmationis partem primam iam modo dixi, & ſupra num. 764. fuſius ad partem ſecundam totum id concedo ſapienter dictum, ego enim non inueſtigo modo prædicamentum *relationis*, ſed *vbicationis*, vbicationes autem, quando ipſæ non conferuntur inuicem, vt diſtantes, propinque, ſimiles, vel aliter, ſunt entitates impertinentes ad relationes ibi enumeratas: etenim, quod dictum ſit pace iuniorum ſapientum, dum ego diſquirerem in *Tripartita* à n.951. *an conſtituerent relationem extrema in recto ambo, an alterum veniret in obliquo*, aduerti in ea quæſtione, non poſſe tradi regulam generalem, præſertim cum ſint multæ relationes compoſitæ ex tribus extremis, vti ſunt relationis *mediatoris, diſtantiæ*, & huiuſmodi.

Diſtantia ergo formaliter terminorum Hiſpaniæ, qui ſunt *Gades*, & *Pyrenna*, nequaquam ſunt vbicationes inſulæ Gaditanes, & illorum montium, ſed intercepta quantitas tot leucarum ſola, connotatis tamen his terminis, vel aliter, vt velis conuolutis; nam ſolum prætendo relationem adæquate, & integre cum ſuis proximis, & remotis fundamentis, quando ea contingant in eſſe, concipi ſine vbicationibus conceptis, ſicut ſine eorum corporum coloribus, aut alijs circunſtantijs per accidens intereſſentibus.

Fundamenta *remota* relationum dico ego ſubiecta, quæ ſuſtentant formas; *proxima* formas ipſas, E. C. *Socrates*, & *Plato* ſimiles in albedine ſunt fundamenta remota ſimilitudinis; proxima vero ſunt ipſæ albedines, quæ proximæ, & per ſe ſunt elementa conſtituentia eam relationem vnitatis, & conuenientiæ: ſed neque in omni relatione hæc inuenies diſtincta, ſed confuſa, vti ſunt in *diſtantia approximatione*, & in huiuſmodi. 772

Ariſtoteles 5. Met. c. 10. S. Thomas q. 18. 1 2. cap. 2.

Attende ergo ad voces, quibus relationes ſignificantur, & ad ſignificata, & contentus eſto, vt relationis formam noſcas, ſi vnum extremum te ducat in notitiam alterius: nam nomina hæc *fundamenta, proxima, remota*, ſunt inuenta à quibuſdam modulorum Authoribus, conformiter ad modos ſuos.

Nec deinceps penſes *vbi* fore ſemper, & neceſſariò fundamenta relationum: nimirum, diſtantiæ, & propinquitatis, niſi quando ipſa vbi, vel ipſorum ſubiecta ratione, *vbi* eorundem, ijs modis conferantur, & referantur: ſunt enim multa alia prædicamenta, quæ quoq; ſunt elementa earum relationum, quis enim ſana mente negare auſit diſtare in lancea quadam, cuſpidem à conto; cœlum à terra; ortum ſolis ob occidenti; *Gades* à *Pyrenne*, & accidentia, quæ in eis extremis inſunt, per intercapedinem, & ſpatia intermedia, etiam negatis, vel non intellectis intrinſecis vbicationibus? quas tamen concomitanter item diſtare inter ſe, & ſibi mutuo ſolere propinquas eſſe, nec nos ambigimus, nec negamus.

Sed & hæc videtur eſſe doctrina Philoſophi legenda tum alibi, tum hoc libro 5. à tex. 21. & S. Thomæ ibidē lect. 5. vbi declarantur termini relatiui: *Simul eſſe, & ſeparatim, contiguum, quid ſe tangere*, & alij, & conſequenter relationes, ſimultatis, ſeparationis, atque diſtantiæ, & aliæ, quæ per eos terminos ſignificantur, ſine vllo recurſu,

Ariſtoteles & S. Thoma

curſu, aut mentionem vbicationum harum; conſonant vbique *S. Auguſtinus*, & Philoſophi omnes interpretes, docti omnes, & indocti, qui bene norunt diſtantias, & propinquitates rerum, ſine notitia modulorum horum.

S. Auguſt.

SECTIO VIII.

Declarat quid ſit ſpatium imaginarium, ac decernit id in rei veritate nihil eſſe præter ſpatia realia *dicta, vt poſſibilia, ideſt, actu nihil, niſi aliud ab intellectu imaginatum effingatur.*

773 VT rem captu difficilem, facile penetres confidera ſimul cum Deo te exiſtere ante mundi creationem, & antequam præter te quidquã faceret à principio, & inuenies in rerum natura nihil creatum eſſe, nullum locum extrinſecum, intrinſecum uè, ſed tamen, ſi ſapis videbis eſſe tunc poſſibilia omnia, quæ modo facta ſunt, nempe quatuor elementa, cælos, & reliqua, quæ ſunt in vniuerſo, & item *vbi*, quibus ea omnia vbicata ſunt; & conſequenter poſſibilia eſſe loca extrinſeca, & intrinſeca ſupra declarata, quæ tamen omnia quando tu illa conſideras actu nihil ſunt, quia ſolum ſunt quædam res poſſibiles, *non repugnantes* exiſtere ſiue poſſibilitates, & non repugnantiæ, quas tamen poſſibilitates, ſiue non repugnantias, non malè apprehenderes veluti extenſas, atque diffuſas, ac veluti ſpatia quædam imméſa.

S. Thomas 1. p. 25. ar. 3. caſ.

Vnde ſi rogareris tunc, quid eſſet poſſibilitas aeris, & poſſibilitates locorum cæterorum, reſponderes eſſe prædicata quædam poſſibilia aeris ipſius, & aliorum locorum, non repugnantia exiſtere quæ pernunt eſſe quaſi extenſa, eaque poſſe dici *loca*, ſiue *ſpatia imaginata*, ſiue imaginaria, non quia vere loca ſint actu, quia actu nihil ſunt, ſed quia loca ſunt in potentia, & loca imaginantur eſſe à nobis, qui ſumus aſſueti penſare illud eſſe locum, in quem res aliqua intrat, capitur, & moratur; & quia, quando Deus creauit elementa, & reliqua, ibi videmus eſſe, & morari, vbi poſſibilia erant, & vbi poſſibile erat ea omnia exiſtere, vocamus illam antiquam poſſibilitatem, & non repugnantiam, non locum, & ſpatium abſolutè, ſed locum, & *ſpatium imaginarium*, ad differentiam ſpatij veri, & realis, qualiter eſt aer iam exiſtens, vel aliud elementum & *vbi*, ſecundum quod declaratum eſt.

Dicta ſunt vera, & conformia Patribus *Granado* 1. p. de attrib. t. 3. diſp. 3. *Ruiz* de Trin. diſp. 27. ſec. 2. *Tannero* t. 1. d. 2. q. 4. dub. 5. *Faſolo* q. 8. ar. 2. nu. 20. *C. Lugo* de Euchariſt. p. 5. num. 148. *Arriaga* hic d. 14. ſect. 3. *Hurtado* ibidem ſect. 2. *Moncæo* d. 1. c. 3. *Tellez* d. 38. ſect. 2. num. 6. *Ouiedo*, & multis Recentioribus, qui alia ſpatia imaginaria omnino negant, pro ſe afferentes SS. Doctores *Auguſtinum Thomam*, & *Bonauenturam*, & multos alios, & *Ariſtotelem* alle gandum inferius. 774

S. Auguſt. S. Thomas Ariſtoteles

Addit ſapientiſsime P. *Ruiz* quandoque à nobis fingi quoddam immenſum, & infinitum ſpatium fixum, & immobile, vt melius vbicationem, fixionem, & immobilitatem declaremus, ſed non de neceſsitate; & meritò hæc dixit grauiſſimus Pater, quia ſolemus ſine dubio fingere infinitum ſpatium corporeum omninò immobile, omne vniuerſum, atque inane, quod eſt ſupra cœlos complens, quemadmodum fingunt *Aſtronomi* in ſphæra terræ, ac cæli varias lineas, & circulos immobiles, v. g. meridianum, horizontem, æquatorem, & duodecim alios circulos, quibus diuidunt, & diſſecant orbem cæli, inter quos ſigna duodecim, & variæ aliæ ſtellæ intercipiuntur; quos tamen circulos non exiſtere certiſsimum eſt, ſed omnino imaginari, & fingi, vt melius percipiantur ſiderum loca, influentiæ, motus, ortus, & occaſus, & Aſtrologorum doctrina.

Quare, licet vt ait P. *Ruiz*, *vbi* ſit modus eſſentialiter ex ſe fixus, abſolutus, & liber ab ordine ad ſimile ſpatium imaginatum, cæterum à nobis explicari *vbi* immobilitas facile non poteſt, niſi per ordinem ad tale ſpatium, quod propterea rite, & cum fructu fingimus, fixum, & immobile.

bile, iuxta olim dicta in *Tripartita* num. 1079.

Altera pars Sectionis declarat quorundam ſpatium imaginarium, capacitatem negatiuam *vulgò nuncupatum: ipſum impugnat; & dirimit ipſius fundamenta.*

773 Dicunt vero quidam *Moderni* à ſe ſpatium imaginarium appellari quoddam ſpatium longè, lateque diffuſum omnino immobile incorruptibile, & æternum, immenſumque reale, non quidem poſitiuum, ſed negatiuum; quia, nimirum, addunt eſſe negationem grandiſsimam corporis cuiuſdam impoſsibilis immenſi impedituri, & repugnaturi, ſi intereſſet, reliqua corpora collocari: quam ſpatioſam negationem varij varie declarant, & varijs nominibus adornant, eam nominantis in primis *ſpatium imaginarium*, quia illam imaginantur ſpatioſiſſimam cum partibus longis, latis, & profundis, vndequaque protenſis. nihil tamen, inquiunt fingendo, ſed eam, vt eſt à parte rei cognoſcendo. Deinde id *capacitatem negatiuam*, & *non repugnantiam* vocant, & tale ſpatium tanquam ſimpliciter neceſſarium ponendum eſſe contendunt, vt *vbi* intrinſeca ſint in ordine ad ipſum, & propter ipſum, & in ipſo, tranſcendentaliter ab illis reſpecto, immobilia.

Porro his Modernis fauent PP. *Suarez* in met. d. 51. ſect. 1. *Fonſeca* lib. 5. cap. 5. q. 1. ſect. 1. & alibi *Coninc.* de Euchar. q. 75. nu. 7. cum *Philopono*, & *Simplicio*, *Toletus*, 4. Phyſ. q. 3. *Pererius* lib. 11. cap. 5. *Conimbric.* hic cap. 5. q. 1. ar. 2. *Franc. Amicus* d. 8. n. 4. *Præpoſitus* q. 8. ar. 1. d. 3. rem bene tractans, & pro ſe adducens SS. PP. & Theologos aſſerentes Deum eſſe etiam extra cælos, in ſpatijs imaginarijs ſaltem concomitanter Theologi ſunt *Molina*, *Peſantius*, *Arrubal*, *Beccanus*, *Hacherus*, *Suarez*, *Leſſius*, *Maior*, *Palatius*, *Marſil.* *Zemel*, *Albertinus*, *Sotus*, & alij plures, quos adducit *Faſolus* q. 8. a. 1. num. 18. & *Molina* ſequitur d. 3. & ſubſcribit *Auerſa* tom. 1. q. 36. ſect. 2 *Hemelman* t. 10. dub. b. c. 2. *Raimandus* ibi & docti Recentiores.

Hoc Modernorum commentitium ſpatium, bene impugnat *Granado* ſupra, & mihi contra ipſum aliqua ſe ſe offerunt; primum eſt, eiuſmodi ſpatium negatiuum eſſe fruſtra, & neceſſarium ad nihil; quia *vbi*, quæ ſunt rationes formales figendi ſua ſubiecta immobiliter, ſufficienter per ſemetipſa ſunt immobilia abſolutè & ſine ordine ad ſpatium aliud extrinſecum, id quod eſt commune cunctis rationibus formalibus vltimis.

Secundum eſt eiuſmodi negationem eſſe impoſsibilem, quia non eſt poſsibilis negatio, quæ non neget aliquod ens poſitiuum, cui opponatur, vt manifeſtum eſt; nullum autem eſt corpus reale poſsibile, cui negatio iſta opponatur; nam Recentiores fatentur corpus illud impediens, vel impediturum, ſi adeſſet, collocationi corporum, eſſe impoſſibile, & omnino repugnans exiſtere, ita quod fiat illam negationem eſſe negationis cuiuſdam impoſsibilis, & ſubinde negationem negationis, quod ſatis in intelligibile eſt; niſi forſan ſignificetur per eam negationem, quod contendo, nempe, quid poſitiuum, ideſt rerum, & locorũ poſsibilitas, initio declarata. Etenim iſti termini *non repugnantia*, *non impoſsibile corpus*, ſeu *negatio corporis impoſsibilis*, ſignificant corpus poſsibile, iuxta commune Axioma, *duæ negationes affirmant*, hic conſonat *S. Thomas* de Ver. quæſt. 28. ar. 6. c. 775 S. Thomas

Dato vero quod exiſteret eiuſmodi ſpatium negatiuum Recentiorum, non credo eſſe poſſe ſpatium, aut locum realem, in quo ſint corpora, & in ordine ad quem ſumant vbi immobilitatem ſuam, ſed opinor eſſe quamdam negationem concomitanter exiſtentem cum corporibus, & vbicationibus eorum, ab his non tranſcendentaliter, ſed prædicamentaliter, ad ſummum reſpectam, quemadmodum concomitanter etiam ſunt Deus, & eius immenſitas, negatio alterius Dei, negatio alterius Patris æterni, & aliæ negationes infinitorum corporum impedientium collocationem aliorum.

Ter.

Tertium eſt, nam ſimiliter poſſent concedi infinita ſpatia imaginaria, nempe infinitæ negationes iunctæ, & penetratæ inter ſe, corporum infinitorum impoſsibili, in ordine ad quæ, ſatis, fruſtra ſumerent *vbi* immobilitatem; quia non eſt maior ratio cur ab vna negatione, & non à reliquis eam ſumant: dicere autem quod ſumant eam ab omnibus, abſurdum videbitur.

777 Quartum, & potiſsimum, quod me mouet ad negandum eſſe ſpatium prædictam capacitatem negatiuam, dato, quod ipſa exiſteret concomitanter, eſt authoritas *Ariſtotelis*, qui reiecit eiuſmodi negatiuum ſpatium, quando dixit hic in t.18.45.& 46. negationem, & id, quod nihil, eſſet, nō poſſe eſſe ſpatium, aut locum, illis verbis, *totum vniuerſum autem alicubi non eſt, quod enim alicubi eſt, & ipſum aliquid eſt, & adhuc aliud aliquid eſſe oportet præter hoc, in quo ſit, quod continet, præter autem vniuerſum, ac totum nihil extra eſt.* & omnino conſentit ibi S.*Thomas*, & 1.d.37.q.2.a.3. in arg. *ſed contra*, dicens, *in quocunque eſt aliquid, illud oportet eſſe, quia in nihilo nihil omnino eſt;* ac nequis cum *Prepoſito* dicat ſpatium hoc eſſe eſſe aliquid reale negatiuum capax, ſubiũxit S.P.3.p.q.57.a.4.ad 2. *extra cælum non eſt vacuum, quia non eſt ibi locus, nec eſt ibi aliqua potentia ſuſceptiua alicuius corporis, ſed potentia illuc perueniendi eſt in Chriſto*, vbi manifeſte Philoſophus, & Doctor Angelicus requirunt ad hoc, vt aliquid ſit ſpatiũ, quod ſit corpus verum, & verum ens poſitiuum, vt eſt aer, terra, & aqua; alioquin cur negarent Vniuerſum eſſe alicubi ſi, in inani vltra cælos putarunt eſſe ſpatium imaginariũ à Recentioribus inductum propter hæc fundamenta, quæ nobis obijciunt.

Ariſtoteles · *S.Thomas* · *S. Thomas*

Primum eſt, *quidquid eſt alicubi debet eſſe*, & in aliquo ſpatio; ſed aliquando res aliquot non fuerunt, neque ſunt in loco reali extrinſeco poſitiuo, ergo concedendum eſt ſpatium reale imaginarium negatiuum, in quo res illæ ſint, & fuerint, probant minoré, quia Deus antequam mundus fieret, erat alicubi, & modo à SS. PP. & *Concilio Epheſino* tom.1.cap.6. aſſeritur *diuinam naturam corporis expertem, omnique termino, & loco etiam imaginario ſuperiorem eſſe*, & Chriſtus Dominus dicitur eſſe modo ſupra ſuperficiem Empyrei, replendo corpore ſuo glorioſo partem inanis, & illius capacitatis negatiuæ, quæ eſt extra cælos, inſuper ipſum cælum Empyreum non eſt in loco ambienti poſitiuo reali, ſed in hac capacitate negatiua, & imaginaria, atque *Ariſtoteles* dixit inibi eſſe intelligentias, ideſt extra vniuerſum.

Ariſtoteles 4.11.t.1. · *S. Thomas* · *Ariſtoteles*

778 Reſpondeo conceſsis maiori, & minori, negando conſequentiam, ad probationem dico Deum ab æterno, & modo eſſe in ſe ipſo, ſiue in ſua immenſitate, & ipſius amplitudinem ſuperiorem quacumque alia, quæ à nobis imaginari, ideſt, fingi poſsit, & hic eſt ſenſus SS.PP & *Concilij*, vt & aduertit *Faſolus*, atque Chriſti D. corpus, & Empyreum cælum fuiſſe, & eſſe in ſuis vbicationibus intrinſecis.

Dicendum proinde Deum, Corpus Chriſti, & Empyreum non fuiſſe, neque eſſe in aliqua capacitate negatiua, tamquam in loco, licet eam ſecum præſentem, ſi adeſſet haberent, per accidens, & concomitanter, ſicut præſens eſt Deus, tenebris, & aer, quando ſol occidet; vnde colligas Deum ſemper fuiſſe, vbi modo eſt, & vbique eſſe, etiam vbi nihil conditum eſt, & vbicumque eſt poſsibile aliquid fieri; & ſubinde modo eſſe extra cælos immenſo inani præſentem, ſed in ſe ipſo, & immenſitate ſua ſemper fuiſſe.

Secundò obijcitur, caſu quo deſtruat Deus elementa, quæ ſunt inter cælum lunæ, & terram, nempe, aerem, & ignem, ſequitur primò, ſi nō admittatur ſpatium imaginarium, non dari diſtantiam inter cælum, & terram, ſed ambo eſſe contigua. Secundò moueri non poſſe lapidem de cælo ad terram proiectum; quia motus fit acquirendo partes nouas loci, & relinquendo alias: in eo autem euentu neque ſunt partes loci poſitiui aeris, verbi gratia, vt ſupponitur, neque partes loci imaginarij, quæ acquirantur, neque quæ deſerantur; ergo nequit eſſe motus à cælo in terram, ſi tollitur locus vterque ergo concedendum eſt ſpatium imaginarium.

Reſpon-

Reſpondeo in eo caſu diſtantiam adhuc eſſe inter cœlum,& terram, neque ea contigua eſſe, quia quamuis non dentur corpora intermedia, quæ antea dabãtur, dantur eorum poſsibilitates, quæ illa capiunt, ideſt, poſſunt iterum eſſe in medio corpora quæ antea erãt, quod impedit ne terra,& cœlum contigua ſint; quare non ſat eſt ad tollendam diſtantiam inter vtrũq. tolli aerem,& iguem, ſed vlterius requiritur terram moueri ſurſum, & ita à proximari cœlo, vt non poſsit aliud curpus intercipi, ad ſecundum reſpondeo infra à n.783.

779 Tertiò objcitur, *vbi* eſt immobile, ergo debet concedi ſpatium fixum extrinſecum, propter quod immobile ſit, ergo, & ſpatium imaginarium negatiuum, concedo antecedens,& nego ambas conſequẽtias; *vbi* enim ipsũ ſufficienter eſt de ſe fixio, & immobile, vt *quo*, potẽs reddere ſubiectũ ſuum immobile, vt *quod*; quemadmodum enim tu fateris ſpatiũ tuum imaginarium, eſſe per ſe,& ex ſe fixum, & immobile ſine ordine ad aliud, ita dico ego de *vbi*, quamuis fatear facilius explicari à nobis eius immobilitatem ſi fingamus de nouo quoddam infinitum corpus immobile, cum varijs partibus, ſignis, & figuris, quaſi poſſibile, & cum attentione ad id, *vbi* immobilitatem declaramus; quo ficto & imaginato ſpatio, ſi tu contentus es, non contendam tecum; at ſi id non placet, declara quo pacto, & propter quid ſit immobile de ſe tuum ſpatium,& ego applicabo, quod dixeris vbicationibus, quas dico de ſe eſſe immobiles, vt pote rationes formales vltimas immobilitatis,& nõ indigere, vt immobiles ſint, vt *quibus* alio extrinſeco, ſicut vnio, vt vnio ſit, non indiget alio, de vnionis genere.

Quarto objciat aliquis ex P. *Prapoſito*, non eſt impoſſibile ſpatium eſſe aliquid reale exiſtens, licet negatiuum ſit, independenter ab intellectu, quia ſimiliter reale quid ſunt tenebræ, negatio antichriſti nondum nati, negatio albedinis in Gabriele, & eiuſmodi; ergo tale ſpatium datur, quantumuis enim non bene capi poſſit concedendum eſt propter authoritatem SS.PP. conteſtantium in eo extitiſſe ab æterno Deum, & alius cõfirmare poſſet ſic ſubtilius, poſsibilis eſt negatio realis, quæ nihil poſitiuũ neget,& ſubinde, quæ nõ habeat ſibi oppoſitum, per quod excludatur, aut excludi poſsit; ergo poſsibilis eſt capacitas negatiua ſuſceptiua corporum poſſibilium,& exiſtentium.

Probatur antecedẽs, nam ſic eſt negatio alterius Dei, alterius Filij, & ſimiles, quæ veræ ſunt ante intellectum, & ſine ipſo, negatiua entia; & tamen carent contradictorijs, à quibus excludi poſsint, ſiquidem, vt certum eſt, alter Deus verus, & alter Filius verus ſunt impoſsibiles; ſi autem ſingantur, adhuc per eos ſictos non excludentur negationes, quæ negant alia vera numina, non chimerica, & ficta, vt clarum eſt.

780 Reſpondeo negando conſequentiã: neque cogi nos ab authoritate SS.PP. vt chimæras concedamus, ipſi enim tantum volunt Deum ab æterno extitiſſe in ſe ipſo, id pro cæteris teſtatur *Auguſt.* ibi, qui habitas in cælis, *antequã faceret Deus cælum, & terrã, vbi habitabat? in ſe habitabat Deus apud ſe habitabat, & apud ſe eſt Deus*, non autem in loco alio vero, vel imaginario, aut negatiuo, quod ſi aliquando dixerint Patres in ſpatijs immenſis exiſtere Deum, intelligendi locuti de ſpatijs à nobis imaginatis, & fictis, vel de poſsibilibus, quibus tamen Deus non ſit tamquam in loco, ſed cum ipſis concomitanter, vt nunc exiſtit concomitanter cum tenebris, & alijs innumeris negationibus, etiam in inani extra cœlos; his pulchre conſonat Ariſtoteles 1. de Cœlo tr. 100. omnino legendus, & ibidem ſacer interpres.

S. Auguſt.

Ariſtoteles

S. Thomas

Ad confirmationem reſpondebo, dum aduertero nos dum diſputamus, vti ſolere vocibus dupliciter ſtrictè, nimirum, & largè, & aliquando nimis abuſiuè, & metaphoricè; ſtrictè, & propriè tunc illis vtimur, quãdo eæ rebus, quas ſignificare volumus, propriè cõueniunt, tunc largè,& abuſiuè, quãdo rebus impropriè conueniũt, eaſque impropriè ſignificãt, vel nos deluſi tales voces, res tales exiſtimamus ſignificare; quia fallimur à rerum ſignificatarum aliquali ſimilitudine.

Accedo, vt magis me declarem, ad rem propoſitam, negatio propriè ſignificat carentiam excluſiuam rei veræ alicuius, ita eſt negatio Petri Petrum remouens; negatio autem alterius Dei, an ſimiliter ſignificabit excluſionem veræ rei, quæ ſit vere Deus? nequaquam, quia talis Deus eſt impoſſibilis, & potius is excluderet noſtrum verum Deum; & ideo in rigore, illæ voces *negatio alterius Dei*, æquiualent his, *verus Deus noſter*, qui poſitiue eſt negatio alterius Dei, ipſius carentia, ipſum excludens, ac remouens; quocirca ijs terminis abutimur volentes ſignificare, quod in re non eſt vt manifeſtum eſt, ſapienter tamen vtimur, licet minus propriè, ſi ijs ſignificare volumus, quod in ſe eſt, ideſt, Deum trinum, & vnum, quem illæ voces æquipollentes debent ſignificare, *non exiſtit Deus impoſſibilis*, quæ perinde valent atque hæ, *exiſtit Deus verus*.

S. Thomas q. 28. de pot. a. 6. c.

781 Quia ſemper eſt verum illud principium, *quæuis negatio opponitur rei poſitiuæ, quam excludit, & per quam excluditur*: capacitas ergo iſthæc negatiua, iſta ſpatioſa negatio corporis impoſſibilis, alicui poſitiuo opponi debet, licet vocum abuſu, per errorem veritas diſſimuletur; & ſubinde ſignificat idē, & idē omnino eſt, atq; capacitas vera ſibili, exiſtens extra cœlos, ideſt, locus realis poſsibilis: cuius ratio eſt, quia re ipſa, & ſublata fictione intellectus, actu aliud nihil eſt, nulla realis capacitas, quantumuis verbis adornetur, & attributis, vnde neganda ſunt antecedens, & conſequentia confirmationis.

Ariſtoteles. S. Thomas 3. Phyſ. l. 13. & 11. & l. 5.

Audi ad finem *S. Thomam*, qui aditū præcludit alijs argumentis, reſpondens in *Alamanno* q. 18. de infinito ar. 1. arg. 5. ſic ſibi, & *Ariſtoteli* obiectio, *extra cælum eſt ſpatium infinitum, ergo & erit corpus infinitum, ne detur illud vacuum*, dicit ad 5. *quod ſicut non eſt neceſſarium, quod tempus ſit prius, quam incipiat eſſe, vel poſtquā deſinat, licet prius, & poſterius, quod noſtra tantū imaginatione fingitur antequam tempus realiter incipiat eſſe, videantur tempus ſignificare; ita extra cælum non oportet ponere locum, vel ſpatium ſignificare, quia nihil eſt extra cælum, niſi quod imaginatum*; quid clarius aut propoſito noſtro congruentius potuit excogitari? ad *vacuum* ergo tranſeamus.

S. Thomas 2. d. 1. q. 1. a. 5. ad. 13.

QVAESTIO II.

Breui, & dilucide proponit; ac reſoluit difficultates.

de Vacuo.

QVæritur primò, quid ſit vacuum rigoroſè, & reſpondetur ex *Ariſtot.* hic in t. 57. *vacuum eſt locus nullo repletus corpore, aptus tamen repleri*, vt eſſet concaua ſuperficies cæli lunæ, ſi terra, & reliqua, quæ modo complectitur, & quibus plena eſt, anihilarentur; vel etiam dolium, aut aliud vas, nihil, neque aerem intra ſe contineret: vnde collige ante mundi creationem vacuum non fuiſſe, ſumptū priuatiuè pro loco apto, ſed negatiuè, quod melius *inane*, quam *vacuum* dicitur, quia ſcilicet, tunc nō erat aliquod corpus, à quo vacuū aliàs aptum habere corpus, circundaretur; & quidem vacuum negatiuè eſt inane, quod modo eſt vltra omnes cœlos.

Ariſtoteles S. Thomas l. 10. & 13

782 *Secundo quæritur* an ſit vacuum in natura, & reſpondet ipſa natura manifeſtis experientiæ ſignis, non dari, neque dari poſſe naturaliter: vnde venit axioma, *nihil vacuum in natura*, quidquid mentiantur *Democritus*, *Tomoſius*, & *Epicurei*, qui vacuum admiſerunt apud *Conimb.* hic cap. 9. quæſt. 1. cauſa autem cur natura, ſiue res omnes naturales in tantum vacuum abhorrent, videtur eſſe ſuæ conſeruationis innatus amor, quando enim ſunt omnes inter ſe contiguæ, melius ſe tutantur, & melius ſunt diſpoſitæ, vt à ſuperioribus cauſis conſeruentur, & influentijs cœleſtibus, quæ venire nequeunt per inane, aut vacuum, potiantur, vnde ſit vt ad replendum vacuum grauia, ſi opus ſit, impigrè aſcendant & leuia deſcendant violenter attracta, aut ſponte ſua, ſecundum varias opiniones.

Ariſtoteles hic. c. 8. 9. S. Thomas ibi.

Nec eneruat has rationes *Arriaga* dicens hic, ſimilem rerum vnionem potius vergere in deſtructionem earum

Ariſtoteles tex. 48.

eorum

rum, quam in conſeruationem, vt apparet in aqua, & igne quæ ob vicinitatem, viciſsim impugnāt, ac deſtruūtur; quia natum mediate prædicta vnione, attendit bonum vniuerſi, & cōmune bonū profert particulari, patitur partem deſtrui, vt conſeruetur totū, nec ratio ſua petita ab impenetrabilitate corporū, ob quam hæc debeant replere neceſſario loca, ſubſiſtit nam ſaltem Angelus poteſt nimio frigore addenſare aquas maris, & contiguum aerem, & ſic vacuum cauſare in ipſa ſiquidē partes addenſatæ relinquerent ſpatiū non modicū in mdio.

S. Thomas 1. p. q. 60. ar. 5. & 2. d. 14. q. 1. a. 5. ad. 2.

Tertio quæritur à quibus cauſis, & virtute qua moueātur corpora ad impediendum vacuum. Reſpondeo, ſaluo meliori iudicio ea moueri à corpore attrahente illa violenter, in cuius locū ſuccedit corpus alterum, quod vacuo ſuccurrit v.g. quando per fiſtulam quam appellamus *bomba*, aquā extrahimus, ita aqua mouetur ſurſū impeditura vacuū, tum ab extrahentibus nobis, qui ſine dubio aliquid agimus, ſiquidem defatigamur, & item à portione aquæ iam extracta; hoc patet, quando ita fiſtula diſponitur in modū arcus, vt orificiū eius alterū, per quod aqua vadit foras, ſit inferius, quam alterū, per quod aqua attracta aſcendēdo intrat; tūc enim, etiam abſentibus nobis, aqua aſcendit, deſcenditq. nēpe aſcēdens attrahitur violenter à deſcēdēte; hæc videtur eſſe meus *Ariſtot.* qui dixiſſe fertur alicubi, *motū ſurſum grauiū* ad implendū vacuū eſſe *violentū* licet naturalem appellet cum *S. Thomas* attento bono vniuerſi, quod cuncta præferunt particulari.

Ariſtotele 4. cœli t. 39 S. Thomas 1. p. q. 60; a. 5. c.

783 *Quarto quæritur* an Deus poſsit vacuū cauſare, aut etiam Angelus quidā? & reſpōdetur cōmuniter Deum ſine dubio poſſe multis modis, vel ſcilicet deſtruendo contenta corpora intra locū, vel detinendo corpora ne vacuo ſuccurrant, de Angelo eſt opinio, alij affirmant, alij negant; probabilius videtur Angelum quidem de ſe poſſe cauſare vacuum retardando corpus, ne vacuū impleat, vel omnino diſiungēdo vnū corpus ab alio, ſed tamen ex voluntate extrinſeca Dei hoc illi prohibitum eſſe, vel per imperium, vel per denegationem concurſus, id, quod videtur colligi ex *Apoſtolo* ſcribēte ad Hebr. 2. *nō enim Angelis ſubiecit Deus orbem terræ* licet *S. Thomas* dixerit *non eſſe proportionatū naturæ angelicæ, vt mutet ordine elementorū mundi*, & ideo Angelū nō poſſe impedire motū localem corporum accurrentium ad prohibendū vacuum, *licet obediant illi quo ad motum.*

S. Thomas 16. de malo ar. 10. ad vltim.

Quarto quæritur, an in vacuo pſsit eſſe motus localis, & cōmuniter Iuniores affirmāt, quid enim prohibet quominus Angelus proijceret lapidē, ſiue intorqueret fulmen per inane extra cœlos, vel etiam à cœlo contra terrā, caſu quo vacuū eſſet hoc interceptum ſpatium; quo caſu, ſine dubio lapis, & fulmen mouerētur per vacuū prætere a Beati poſſent deſcendere de cœlo ad terram, & iterū ſubire, & credibile eſt illos de facto deābulare aliquando vltra omnes cœlos per inane, vbi eſt Chriſti D. humanitas, ſedens à dextris Dei, ideſt, ſtās ſupra ſuperficiē cœli empyrei, præſidens omni creaturæ excelſior omnibus, vti omnium ſupremus Dominus, & Imperator: conſentiunt *Scot. Sotus, Tol. Conimb. Rub.* quos ſequitur *C. complut.* & *Arriaga d. 14 num. 162.*

S. Thomas hic l. 12. & 4. d. 44. q. 3 art. 3.

S. Thomas 3. p. q. 57. a. 4. ad. 2.

Sed *S. Thomas* docet colligens ex Philoſopho ea, quæ neceſſario non ſunt in loco continenti, vt Angeli animæ, & corpora glorioſa, poſſe moueri in vacuo, ſecus corporalia reliqua quantumuis grauia, & leuia, ni forte exiſtat ipſorum centium; tunc enim naturaliter cauſarent motum etiam in vacuo, verſus ſuum centium, centiū quippe nullum eſſet ſi vniuerſum anichilaretur; adeſſet vero, ſi ſolum aeris elementum deſtrueretur, & vacuis is locus remaneret.

S. Thomas quo. 6. a. 3. & 1. c. 7. Ariſtoteles

Et quidem motus factus per inane, 784
vel in vacuo foret ſucceſsiuus, vt bene probat ex Philoſopho *S. Thom.* quod plane intelliges, ſi fingas columnam altiſsimam, quæ fixa in terra, pertingat cœlum lunæ tranſiens per vacuum medium, & quod Angelus è cœlo iuxta columnam faciat venire lapidem deorſum, qui lapis ſimul, & in eodē tēpore poſſet in capite colūnæ, in medio, & in baſe eſt impoſsibile, quia non poteſt eſſe vnū corpus ſimul in pluribus adæquatis locis.

S. Thomas 1. d. 17. q. 4 a. 3. cop. & quol. 9. a. 9

Et confirmatur primò, quia ille lapis paruus non poteſt totam vacuitatem,

ſimul acquirere duo *vbi*, neque occupare pluſquam vnum ſpatium.

Fateor tamen duo, primum, quod lapis ille velociſsime deſcenderet ad centrum, ſecundum, ſi à Deo crearetur in vacuo, & Vniuerſum deſtructum eſſet, eum permanſurum immobilem, quia non eſſet centrum, quo vergeret, donec violenter à Deo, vel ab Angelo, verſus aliquam cæli partem impelleretur.

S. *Thomas* 4 *Phyſ.* l. 11 Et cum hoc erit contentus S. *Thomas*, qui opinatur moueri non poſſe violenter, id quod non poſsit naturaliter, quia, inquit, res ſic mota alicubi non erit, ſed ego dico quod erit, ſicut erat prius in ſuo *vbi*, vel in ſe ipſo, aut in extremæ ſuæ ſuperficiei cõcauo. ideſt, in loco *per accidens*, vt dicunt, & dicerent S. *Thomas*, & *Ariſtoteles* de vniuerſo, aut Empyreo circundato ab inani, vel etiam de Angelis, & corporibus glorioſis exiſtentibus, & ſemouentibus per vacuum, vel inane. (*Ariſtoteles* t. 44. & S. *Thomas* ibi l. 7.)

Ad finem nota vacuum differre ab inani, ſicut inter ſe differunt priuatio, & negatio, nam vacuum aptum dicitur repleri, & continere corpora, quia id, & dicit in medio carentiam eorum, & locum ambientem; ſicut dolium vacuum; & ideo habet priuationem corporum, inane vero negationem, quia dicit meram carentiam illorum, atqui in vtroque poſſe fieri motus ſpirituales, conuenimus omnes cum *Ariſtotele*, & S. *Thoma*, qui videndus eſt de vacuo pulchre, & fuſe diſſerens in *Alamanio* hic q. 20. vt nos ad alia tranſeamus. (*Ariſteteles* S. *Thomas*)

QVAESTIO III.

De duratione in communi, & tempore vbi monſtratur durationem nullam diſtingui ab exiſtentia, & prædicamentum quando, eſſe extrinſecum concretum.

785 *Ariſtoteles* S. *Auguſt.* S. *Thomas* DE tempore, quæ ſpecialis duratio eſt, tractant hic fuſe *Ariſtoteles*, & S. *Thomas* ſuper textum, & in *Alamanio* hic q 21. & pulchre S. *Auguſt.* to. 1. lib. 11 Confeſ. a c. 13. & alibi videndus in ſuo indice V. *tempus*,

SECTIO I.

An ſit, quid ſit, & quotuplex duratio, vbi pauca de Aeternitate, Aeuo, & in nominatis durationibus.

EXiſtere plures durationes, plura durare, & duratura eſſe, non ſolum Fides docet, ſed etiam lumen naturæ. *Duratio* vero *eſt perſiſtentia, ſeu perſeuerantia rei exiſtentis in eſſe*, eſt duratio quidam modus intrinſecus rebus, qui dicitur *quando*, quo res correſpondent, aut poſſunt correſpondere tempori præſenti, vel poſsibili, eique coexiſtere, vnde connotat duratio, vt talis, tempus exiſtens, vel poſsibile, ſine cuius connotatione *duratio* non dicitur, ſed exiſtentia, vel huiuſmodi aliter.

Et primò alia eſt permanens, alia ſucceſsiua; duratio permanens eſt illa, mediante qua res permanens in eodẽ ſuo eſſe inuariata perſeuerat, ſucceſſiua, qua durant res ſucceſsiuæ, licet earum aliquæ partes intereant, aliæ ſuccedant, vt tempus, & ſimilia. Secundo duratio permanens diuiditur in æternitatem, æuum, & in durationem, quæ nullo nomine particulari inſignita eſt, ſed abſolute duratio nominatur, de quibus ſingulis pauca dicã

S. *Thomas* 1. p. q. 10. a. 1. ſumens ex S. *Boetio* Aeternitas, inquit, *eſt interminabilis vitatota ſimul, & perfecta, poſeſſio*, ideſt, eſt duratio rei viuentis ſine principio, & fine, ſine ſucceſsione partium priorum, & poſteriorum, ſine accretione, aut diminutione, ſemper eadem indiuiſa perſeuerans, indeficiens, & immutabilis, potẽs propterea correſpondere cuicunque tempori, quantumuis infinito exiſtenti, vel poſsibili, vero, vel imaginario, & ficto, hæc æternitas eſt propria Dei, & bene totum, quod ad eam pertinet, proſequitur P. *Granado* 1. p. contr. 1. d. 5. (S. *Thomas*)

Significat item nomen *Aeternitas*, 786
primò durationem æternam à parte ante, & à parte poſt, vt eſt de facto diuina, & foret duratio Angeli ab æter-

no

no condìti, & in æternum duraturi. Secundò durationem æternam ſolum à parte poſt, quæ melius dicitur *æuum*, ita eſt duratio Beatorum, & rerum incorruptibilium cæterarum, ac durationem æternam ſolum à parte ante, vt fuiſſet duratio Angeli creati ab æterno, & heri deſtructi, ſignificat etiam per abuſum, tempus longiſsimum, licet finitum, *æternum* dictum per exagerationem.

Conimb. hic cap.4.q.3.a.1. ſic fere definiunt æuum, *Aeuum eſt duratio eſſe creati ſtabiliter, & perenniter ſe habentis*, ideſt, duratio qua durant res omnes creatæ incorruptibiles, ſiue eæ ſint naturales, ſiue ſupernaturales, vti ſunt materia prima, cæli, Angeli, vnio hypoſtatica, & ſimilia, licet illi voluerint æuum competere ſolis rebus naturalibus, attribuentes viſioni Dei, & reliquis donis ſupernaturalibus incorruptibilibus participatam Aeternitatem, qua durent in æternum à parte poſt.

Denique duratio alia ſimpliciter ſic dicta eſt, quia nomen particulare non habet, quæ conuenit rebus corruptibilibus, quæ quotidie gignuntur, & intereunt, vt ſunt miſta, & elementa.

SECTIO II.

De duratione ſucceſsiua, ſiue de tempore, vbi tempus reale eſſe menſuram, & nullum eſſe imaginarium, niſi ſingatur, ſicut de ſpatio imaginario dixit ſupra S. Thomas.

Ariſtotele s
S. Thomas
lect. 17.
& 44.

787 TEmpus exiſtere ex eius definitione conſtabit, *tempus* ergo *eſt* ait *Ariſtoteles* hic in tex. 101. *numerus motus ſecundum prius, & poſterius*, id eſt, tẽpus eſt continua multitudo partiũ, priorũ, & poſteriorum ſibi ſuccedentium motus, ſiue vbi ſucceſsiui, quod ſubiectatur in aliquo corpore, vel ſpiritu ſe mouentibus. Quare hæc erit definitio clarior *tempus eſt duratio partium motus ſibi ſuccedentium*, eſt ergo tempus, proprie loquendo, exiſtentia ſucceſsiua partium priorum, & poſteriorum ſibi ſuccedentium vbicationis, ſiue motus cuiuslibet mobilis, ſola noſtra conſideratione diſtincta ab eſſentia *vbi* eius mobilis, ſiquidem exiſtentia cuiuſcunque rei cum ipſa idem realiter eſt.

Multiplex eſt tempus, aliud eſt tempus ſumme æquabile, & ſemper vniformiter, & regulariter fluens; aliud eſt tempus vt cunque habens partes priores, & poſteriores ſibi ſuccedentes, non ſemper æquali, & regulari motu, tempus illud æquabile eſt duratio partium motus, ſiue *vbi* ſucceſſiui, quod imprimit Angelus ſemper vniformiter, & regulariter, primo mobili, nempe decimo cælo, quod ſecũ rapit in gyrum reliquos orbes inferiores, & hoc dicitur *tempus* per antonomaſiam, de quo tractat hic potiſsimum *Ariſtoteles*, & Angelus Apocal. 10. authore S. *Thoma* quando dixit S. *Thoma*, iure iurando *quia tempus non erit amplius*, quia, ſcilicet, poſt diem Iuditij ceſſabit motus primi mobilis, & ſubinde cælorum cæterorum.

Tempus autem non ita regulare, & æquabile eſt quilibet motus ſucceſſiuus vel Angeli, vel hominis, vel horologij quamuis hoc magis accedit, ſi recte gubernetur, ad tempus ſumme æquabile; temporis huius meminit S. *Auguſt.* lib. 11. confeſſ. cap. 23. S. *Augu.* dicens *audiui à quodam homine docto quod ſolis, & lunæ, ac ſyderum motus, ipſa ſint tempora, & anni, cur enim non potius omnium corporum motus ſint tempora an vero ſi ceſſarent cæli lumina, & moueretur rota figuli non eſſet tempus?* & alibi & 12. de Ciuit. c. 11. concludit *tempus fuiſſe ante cælum, ſi prius fuerint Angelici motus.*

Bene diuiſum eſt hoc vtrumque tempus nam cuilibet conuenit definitio *Ariſtotelis*, quod ſi reſiſtere videbitur S. *Thomas* colligens ex *Ariſtotele* cum *Auerroe*, vnicum tantum tempus temporalium, quod eſt affectio motus primi mobilis, explicandus eſt loqui de tempore perfectiſsimo, & menſura principali cæterorum, præſertim quia duplicis temporis dicti, mentionem fecerit in 2. diſ. 12. q. 2. a. 4.

S. Thomas
1. p. q. 10.
a. 6.
Ariſtoteles
1. text. 4.

Aliud tertiũ tẽpus ſuperaddunt illi, 788
qui ponunt ſpatium imaginarium, immenſe protenſũ, & immobile, quod vocant *tempus imaginarium*, æternum, & ſum-

Digitized by Google

& ſumme æquabile, & declarant eſſe quoddam nihil ſucceſsiue fluens, habens partes priores, & poſteriores, non poſitiuas, ſed negatiuas, nos autem (*S. Thomas ſup. n.781.*) dicimus cum *S. Thoma* iſtud tempus, ſicut & illud ſpatium, eſſe quaſdam chimæras confictas ab intellectu, *ſimiles corporibus, & veluti corpora, ſed ſine corpore*, vt dicebat (*S. Auguſt.*) *Aug. in Trip* n.1064. vtiles tamen vt facilius rerum fixas vbicationes, & veras durationes maiores, aut minores eſſe dignoſcamus.

Aduerte hic, Primo tempora illa duo eſſe entia realia, ſiquidem ſunt reales durationes motuum à parte rei, fluentes, quando autem dixit (*Ariſtoteles*) *Ariſtoteles* t.131. tempus fore impoſsibile, ſi non eſſet intellectus, non locutus eſt de tempore ſecundum quod eſt duratio naturalis ſucceſsiua, ſed ſecundum quod artificialiter diuiditur à nobis in horas, dies, hebdomadas, menſes, & annos, quæ diuiſio vera non eſſet, ſi diuidens aliquod intellectuale non eſſet propterea dixit quoque (*S. Auguſt.*) S. *Auguſt.* 11. Conf. c. 28. *tempus eſſe opus animæ*, illud nimirum numerantis, ac diuidentis, ſecundò tempora declarata eſſe tempora (*S. Thomas 1.p. q. 10. a.6.*) *continua*, quia, ſcilicet eorum partes vnitæ ſunt modo ſuo ſucceſsiuo, addi, etiam poteſt congeriem durationum rerum permanentium corruptibilium ſibi ſuccedentium, appellari poſſe tempus diſcretum. (*Ariſtoteles c. de quāto.*)

Vtrumque vero id tempus ex Philoſopho reductiue eſt quantitatis ſpecies, & quia quantitas eſt, & ſe facit, quantam, ideſt, longam, aut breue & reliqua à ſe, quanta facit, quatenus per ipſum menſurantur, & per ipſum tantum duraſſe dicantur, quæ vera ſunt intellecta maxime de tempore æquabili, nempe de motu regulari primi mobilis.

Altera pars Sectionis declarat quo pacto durationibus, ac temporibus conueniat ratio menſuræ, ideſt, numeri numerantis, vel etiam numerati.

789 Videamus ergo quomodo durationibus ſucceſsiuis, aut permanentibus conueniat ratio menſuræ, ſed primò quid eſt menſura, quam bene declarat Philoſophus 10. met. cap. 2. dicens *menſuram eſſe, id quo cognoſcimus quantum*, quæ tripliciter eſt, alia, (*Ariſtoteles*) qua menſuramus alicuius rei perfectionem, (*S. Thomas*) ſic eſt *optimum in vnoquoque genere menſura cæterorum*. *Aeternitas*, verbi gratia, in ratione durationis eſt perfectiſsima, & ſic menſura cæterarum, cui quanto magis aſsimilatur quæq; duratio, tanto eſt in ſe perfectior; alia eſt menſura, qua menſuramus magnitudinem, vel extenſionem, vt eſt *vlna*. Tertia eſt, qua menſuramus extenſionem ſecundum prius, & poſterius, vt eſt *tempus*, quo menſuramus alias durationes ſucceſsiuas, vel permanentes illi coexiſtentes.

Menſuræ vero in communi has poſuit *Ariſtoteles* conditiones. (*Ariſtoteles Me. 10. c. 3.*) Prima eſt quod ſit homogenea, & ſimilis quodammodo cum re menſurata, non ita quod debeat eſſe neceſſario eiuſdem ſpeciei cum ea, ſed ita quod ſi menſuranda ſit res longa, longa item ſit menſura, & ſi illa ſit ponderoſa, ſimiliter ſit meſura & ſic de reliquis. Secunda, menſura debet eſſe notior re menſuranda. Tertia quod diſtinguatur realiter à re menſurata. Quarta, quod ſit finita, certa, determinata, & inuariabilis. Quinta conditio eſt, vt menſura ſit minima, ſeu quanto minor eſſe poſsit, qui ſic plura menſuret.

His poſitis deſcendendo ad ſingulas durationes vt videam, quæ nam, & quæ non earum ſit menſura, dico primo, Aeternitas non poteſt proprie eſſe menſura aliarum durationum, quia ea, vt pote æterna, & infinita non poſſumus menſurare durationes finitas, quæ inceperunt in tempore, quinimo etiam ſi ab æterno fuiſſet Angelus, & in æternum duraturus, proprie loquendo eius duratio non poſſet menſurari æternitate, quia quod æternum eſt, vt termini præſeferūt, immenſurabile eſt, licet ambæ durationes dici poſſent æquales; (*S. Thomas 1.p. q. 10. a.2.*) & propter eamdem rationem, æuum non eſt proprie menſura durationum rerum corruptibilium, quia, ſcilicet, hoc eſt à parte poſt æternum, illæ temporales, ſed tamen quodammodo menſurare poſſumus durationem terræ, & aquæ æuo, ſiue duratione

Angeli

Angeli, dicentes tandiuferme duraſſe hæc elementa, quamdiu Angelum, & tandiu forſan duratura.

730 Dico ſecundò, tempus quodlibet eſt
S. Thomas menſura cæterarum durationum tam
1. p. q. 10. permanentium, quam ſucceſsiuarum,
a. 6. a. 1. d. nam vere dicimus Petrum, equum,
2. q. 1. a. 2. & reliqua vixiſſe, duraſſeque tot annos, qui componuntur ex certis cæli gyrationibus, & item dicere ſolemus curſum aliquem, vel aliud exercitiũ ſucceſsiue factum duraſſe per diem integrum, aut per horam, vel quandiu arenulæ deſcenderunt in horologio vitreo, vel quandiu durauit motus alicuius rotæ in gyrum impetu rotatæ, *o per uno, o por dos credos*, vel rẽ factam *en un Santo amen*, quaſi dicamus tale exercitium duraſſe quandiu durauit recitatio ſucceſsiua orationis illius, vel prolatio illius verbi, aut ſi-
S. Thomas milis. Lege *S. Thomam in Alamanno* hic q. 21. a. 3.

Et quidem tempus quod per Antonomaſiam tale dicitur, eſt duratio motus primi mobilis, quo numeramus, & menſuramus omnia, reliqua, & menſurare poſſumus non ſolum durationes permanentes rerum corruptibilium, & durationes ſucceſsiuas, quæ alias etiam tempora dicuntur; ſed etiam quodammodo æternitatem Dei, & æuum Angelorum, quatenus dicimus Deum, & Angelos, qui ſunt in æternũ duraturi, iam coextitiſſe ab orbe condito tempori iuxta P. *Salianum* to. 6 annis 5678. & iuxta *Baronium* in martyrologio Romano 25. Decembris, 6825. & fore vt coexiſtant alijs quinque, vel ſex annorum millibus, ſi tot fuerint ante diem iuditij.

S. Thomas Quamuis huiuſmodi menſuratio
Ariſtoteles eſt impropria, *quia*, vt ait *S. Thomas* 1.
hic t. 120. p. q. 10. a. 4. c. *ſicut illud menſuratur tempore, quod habet principium, & finem in tempore, cum infinitum non ſit menſurabile*, ſapienter vero addit *S. August.* 11.
S. Auguſt. Confeſſ. c. 21. partem vnam temporis
Muſic. c. 8. nos per alteram metiri, *quia poſſumus*
c. 8. *dicere duplum eſſe hoc temporis ad illud ſimplum*, aut tantum hoc, quantum illud; & merito quia bene dicimus tot annos vixit Petrus, quot Paulus, vel duplo plures alter altero; vnde colliges quid nomine *numerus* intellexerit *Ariſtoteles* in ſua definitione temporis, ſiquidem id habens partes priores, & poſteriores eſt numerus numerans ſiue menſurans reliqua etiam tempora, & ipſum quoque numeratur, & menſuratur.

Ex dictis infertur primò tempus continuum quodlibet, præſertim 731
quod per Antonomaſiam tale dicitur, eſſe quoddam continuum ſucceſsiuũ conſtans partibus poſitiuis realibus fluentibus vnitis modo ſuo, inſtantibus permanentibus, quæ ſunt, & dicuntur *nunc temporis*, quod tamen adeo difficile diſputatu putauit *Auguſt.*
vt dixerit lib. 11. Confeſſ. cap. 25. *Confi-* Ariſtoteles
teor tibi Domine ignorare me quid ſit tem- 6. Ph. t. 2.
pus id tamen ita conflatum eſſe nos S. Thomas
docuit *S. Thomas* 4. Phy. lect. 18. & in op. 44. c. 4.
Alamanno q. 20. & *Ariſt.* & *Suarez* in & 1. p. q.
m. d. 50. ſect. 9. quas imitantur *Conimb.* 10. a. 1.
Pluzz., *Murcia*, *Rubius* & alij recentiores.

Infertur ſecundo, tempus imaginarium, quod aliqui ponunt ab æterno fluens, eſſe omnino fictum ab intellectu, ad ſimilitudinem veri temporis realis declarati; neque enim poteſt eſſe aliquid poſitiuum, & reale ab æterno creatum, quia docet fides omnia habuiſſe principium, neque poſſe eſſe aliquid negatiuum conuincunt rationes poſitæ ſupra n. 775. con-
tra ſpatium imaginarium, & autho- S. Thomas
ritas *S. Thomæ* & *Ariſtotelis* citata nu. Ariſtoteles
781.

SECTIO III.

Probat authoritate, & rationibus durationes rerum non diſtingui intrinſece, ſed ſolum per connotata, ab exiſtentijs ipſarum.

Supra num. 245. dicebam formaliter loquendo rerum exiſtentias eſſe modos, quibus res exiſtunt extra cauſas; modo diſputo an rei vnius duratio ſit formaliter idem, quod eius exiſtentia, an forma per intellectum diſtincta, vel in re, ab exiſtentia, quam item dixi ſupra identificari cum rebus, quarum eſt exiſtentia.

Sed antequam quæſtionem deci-
dam,

dam, libuit interrogare noſtros ingenioſos *Auditores* primò an, & quomodo diſtinguantur actio primò productiua Angeli, & actio conſeruatiua eiuſdem; ſecundò an, & quomodo differat actio ea productiua ſecundum ſuam ſubſtantiam intellecta ſine connotato aliquo, ab ea actione conſeruatiua? qui reſponderunt ad primum iuxta ea, quæ edocti ſunt ſupra n.504. actioné primo productiuam, & conſeruatiuam ſubſtantialiter, & intrinſece non differre, neque eſſe duas ſed omnino vnam, quæ habeo duo connotata diuerſa, & propter vnum eorum, nempe, quia in primo fieri connotat terminum antea non fuiſſe, dicitur *prima productio*; & propter aliud, nempe, quia connotat terminum ſuum iam antea fuiſſe, dicitur *conſeruatio*, & ita eas actiones non diſtingui, niſi quantum ad nomina, ſimiliter reſponderunt ad ſecundum actionem, nimirum, ſecundum ſuam ſubſtantiam, ideſt, ſecundum quod eſt productio, non differre ab actione conſeruatiua, niſi quia hæc affert cónotatum, quod illa non affert.

S. Thomas 1.p.q 104 ar.1.

792 Ad punctum ergo angeli cuiuſdam exiſtentia non differt intrinſecè à duratione, quæ ſubſtantialiter eſt exiſtentia connotans tempus, in quo res dicitur durare, quod tantum reſpicit prædicamentaliter purè, vt terminum ita quod exiſtentia ipſa, ob quam res in primo fieri exiſtit extra cauſas, aut extra nihilum, omnino formaliſsimè eadem, connotato tempore dicatur, & fit *duratio*, vnde exiſtentia, & duratio intrinſece neque formaliter differunt, niſi ſolum per connotatum tempus, quod ſuperaddit duratio, & ob quod dicimus rem duraſſe per tempus longum aut breue; nam opinor ego rem dici poſſe etiam in primò eius fieri, non ſolum exiſtere, ſed etiam durare, ſi tempus, in quo primo contingit fieri, connótetur; nam ad quæſtionem prædicamenti huius, qua quæritur *quando hoc, vel illud fuit*, ſcite reſpondetur *in hoc, vel illo inſtanti, aut tempore*.

Et quidem *P. Granado* 1.p. controu. 1 diſp.5. ſect. 1. nu. 1. aut durationem ab exiſtentia neque formaliter differre, quod ante illum re ipſa tradiderunt *Scotus* 2.d.2.q.2. *Baſſolus*, *Occham*, *Gabriel*, *Argentinas*, & *Soncinas*, quos allegant, & ſequuntur *Suarez* d. 50. m. n.5. *Vaſquez* 1.p. d. 11. cap. 3. *Molina* q.3.d.2.a.4. *Valentia* tom 1.d. & q. 10. p.1. *Hurtado* d.17. metaph. ſect 1. *Faſolus* q.10. num. 16. *Collius* lib.2. tr.10. cap.5. & 6. *Pererius* lib. 12. cap.5. propoſit.3. & 4. *Turrianus* in ſelect. p.1. d. 11.du.3.& ibi *Durand*, *Aegidius*, *Sotus* & alij *Conine* de Charit. d.22. d.11. n. 15. *Tanner*. t.1.d.2.q.5.dub.2. num.3. *Præpoſitus* q. 10. ar.6. num. 7. *P. Amicus* diſp.6.ſect.4.num.68. *Ouied.* hic *Beccanus* tom. 1. cap. 8. num.4. *Maratius* de Angel. d.46. n.6. *Ferrarius* tr.3. diſp.4. ar. 4. & ibi *Caietanus* & *Ariſtoteles* tex. 104. *Nominales* & in logica *Toletus*, *Smiglecius*, *Maſsius*, *Veracrux Tellèz*, *Homelman* t. 10. d. 2. & alij complures tenentes realiter idem eſſe exiſtentiam rei, & eius durationem, quorum plerique rem explicant ſicut ſupra *Granado*, quos à veſtigio ſequor cũ doctis Recentioribus, cum *Tiphano* c.54. *Vuadingo* Antimodiſtis, & *Connotatoribus*.

Ariſtoteles

793 Et rationes, quibus perſuadeo, non ſunt diſsimiles illis, quibus ſupra probaui actionem primò productiuam à conſeruatiua, non differre, prima eſt, quia exiſtentia non reſpicere tenetur tranſcedentaliter tempus, & ſimul rem, cui ineſt intrinſece, ſed hanc ſolam, & non illud, niſi ad ſummum prædicamentaliter, & vt circumſtantiam concomitantem. Confirmatur quia res eadem inuariata poteſt coexiſtere multis temporibus, ergo duratio non differt ab exiſtantia, patet cóſequentia, quia ſi duratio differret ab exiſtentia, per ſingula temporis momenta, res variarentur recipiendo nouas durationes, & ſic falſificaretur antecedens, quod verum eſſe apparet manifeſte in æternitate Dei, quæ indiſtincta ab exiſtentia Dei reſpondere poteſt multis temporibus, quis ergo neget Angelum poſſe inuariatum intrinſece correſpondere multis temporibus; neque hoc tantæ molis eſt, vt dicendum ſit eſſe Dei proprium quarto modo, nec poſſe ſimile quid reperiri in creaturis.

S. Thomas ſupra n.50

Secunda ratio eſt, quia nulla eſt neceſsitas multiplicandi entitates, neque formalitates, neque ponendi di-

ſtin-

Digitized by Google

ſtinctas eſſe quoad intrinſecum. durationem, & exiſtentiam, cum ſufficiat nomina multiplicari ſecundum varia, connotata, præſertim quia, ſi valet quidquam paritas *vbi*, neceſſe ſit multiplicari in qualibet re durante infinitas durationes vel permanentes nõ vnitas, correſpondentes infinitis partibus, & in inſtantibus temporis, quarum cauſam difficile erit aſsignare vel vnitas componentes ens ſucceſsiuum, vt vult *Arriaga*, & ſi Deo placet, cum ſuis interpolatis motulis, ita vt res quandoque durant negatiue, ſiue per ſe ipſas, quod ego aio, & ipſe poſsibile iudicat, ex quo conceſſo ruunt pleraque eius fundamenta. Satis ergo eſt quod res eadem, vt facit rem exiſtere extra cauſas, dicatur, & ſit *exiſtentia*, vt vero connotat tempus, *duratio* nominetur, & ſit.

Vnde colligas nomina *exiſtentia*, & *duratio* non eſſe ſynonyma, quoniam exiſtentia ſignificat modum, quo res eſt extra cauſas, & duratio id ipſum ſignificat, ſed addendo correſpondentiam ad tempus exiſtens, vel poſsibile, vel fictum, in quo durat; ex quo fit vlterius prædicamentum *quando*, quod eſt duratio in communi, eſſe quoddam ens per accidens, ſiue concretum extrinſecum, quod alij vocant extrinſecam denominationem, ſiue relationem.

794 Tota præſtatuta doctrina eſt conſentanea S. *Thomæ*, qui fuit in *Alamanio* q. 21. a. 2. & 5. defendit cum *Ariſtotele* tempus, & motum cæli idem realiter eſſe, ſed ratione diſtingui, quatenus eadẽ entitas vt eſt actus entis in potentia, eſt *motus*, vt vero eſt prius, & poſterius, *tempus*, vbi non prætendit S. Pater facere duas formalitates obiectiuas, ſed duas formales conſiderationes rationis, ſiue intellectus, eandem rem ſecundum connotata diuerſa *Hominalium* more, inadæquatæ concipientis, quia in præſenti alia præciſio formalitatum maior neceſſaria non videtur, tametſi prætendat oppoſitum infra c. *Compluten ſe* nu. 803. vbi demonſtratur tradidiſſe communes Magiſtros indiſtinctam durationem.

S. *Thomas* 4. *Phyſ*. l. 17 *Ariſtoteles* ibid. t. 99.

Prima pars Sectionis ſoluit argumenta prætendentium durationem eſſe formalitatem diuerſam ab exiſtentia.

Sed oppones primò, res correſpondent ſpatio, per modum diſtinctum realiter ab entitate rei, qui dicitur *vbi*, ergo res correſpondent tẽpori per modum diſtinctum ab exiſtentia, qui ſit *duratio*, ſane *Ariſtoteles*, qui plane negauit vbi ſupra, modos, & *vbi*, intrinſeca, facile ſe ab hoc argumento liberaret, negando totum entymema, nos vero qui cum communi ſententia ea conceſsimus, conceſſo antecedenti, negamus conſequentiam, & diſparitas eſt, quia cum tu verbi gratia, te moues, aliquis eſt terminus tuæ motionis, qui terminus non eſſe poteſt, niſi *vbi*; at vero quando duras coexiſtendo diuerſis temporibus, nihil agis, vt eis fluentibus coexiſtas, & ſic tua exiſtentia indiuiſibilis dicitur *duratio* connotato tempore; ne cogamur dicere ex ſolo motu temporis extrinſeci, habere te tot durationes diſtinctas, quot ſunt partes temporis, & momenta, ſicut fatemur tot te acquirere *vbi*, quot loca acquiris, quare cum ſolum detur in tempore fluxus, & mutatio, dicendum eſt res durantes per indiuiſibilem exiſtentiam varijs temporibus poſſe immutatas, & ſine modulo correſpõdere, ſicut certum eſt correſpondere Deum.

Ariſtotel. *Ariſtoteles* S. *Auguſt.* S. *Thomas* inf. n. 803.

Oppones ſecundò, in rebus diſtinguimus reſpectus, & formalitates penes terminos reſpectos tranſcẽdentaliter; ſed exiſtentia, reſpicit eſſentiam, quam modificat, & duratio reſpicit tempus exiſtens, vel poſſibile; ergo exiſtentia, & duratio ſunt duæ formalitates eſſentialiter differentes; patet conſequentia, quia termini reſpecti nempe eſſentia, & tempus eſſentialiter diſtinguuntur.

Reſpondeo conceſſa maiori, diſtinguendo minorem, duratio reſpicit trãſcendentaliter tempus, nego minorẽ, prædicamentaliter, & pure vt terminum, à quo deſumit ſolum modo nomen, & ſic concedo minorem: dura- 795

Tertium eſt, nam ſimiliter poſſent concedi infinita ſpatia imaginaria, nempe infinitæ negationes iunctæ, & penetratæ inter ſe, corporum infinitorum impoſsibili, in ordine ad quæ, ſatis, fruſtra ſumerent *vbi* immobilitatem; quia non eſt maior ratio cur ab vna negatione, & non à reliquis eam ſumant: dicere autem quod ſumant eam ab omnibus, abſurdum videbitur.

777 Quartum, & potiſsimum, quod me mouet ad negandum eſſe ſpatium prædictam capacitatem negatiuam, dato, quod ipſa exiſteret concomitanter, eſt authoritas *Ariſtotelis*, qui reiecit eiuſmodi negatiuum ſpatium, quando dixit hic in t. 18. 45. & 46. negationem, & id, quod nihil, eſſet, nō poſſe eſſe ſpatium, aut locum, illis verbis, *totum vniuerſum autem alicubi non eſt, quod enim alicubi eſt, & ipſum aliquid eſt, & adhuc aliud aliquid eſſe oportet præter hoc, in quo ſit, quod continet, præter autem vniuerſum, ac totum nihil extra eſt*, & omnino conſentit ibi S. *Thomas*, & 1. d. 37. q. 2. a. 3. in arg. *ſed contra*, dicens, *in quocunque eſt aliquid, illud oportet eſſe, quia in nihilo nihil omnino eſt*; ac nequis cum *Prepoſito* dicat ſpatium hoc eſt eſſe aliquid reale negatiuum capax, ſubiūxit S. P. 3. p. q. 57. a. 4. ad 2. *extra cælum non eſt vacuum, quia non eſt ibi locus, nec eſt ibi aliqua potentia ſuſceptiua alicuius corporis, ſed potentia illuc perueniendi eſt in Chriſto*, vbi manifeſte Philoſophus, & Doctor Angelicus requirunt ad hoc, vt aliquid ſit ſpatiū, quod ſit corpus verum, & verum ens poſitiuum, vt eſt aer, terra, & aqua; alioquin cur negarent Vniuerſum eſſe alicubi ſi, in inani vltra cælos putarunt eſſe ſpatium imaginariū à Recentioribus inductum propter hæc fundamenta, quæ nobis obijciunt.

Ariſtoteles | *S. Thomas* | *S. Thomas*

Primum eſt, *quidquid eſt alicubi debet eſſe*, & in aliquo ſpatio; ſed aliquando res aliquot non fuerunt, neque ſunt in loco reali extrinſeco poſitiuo, ergo concedendum eſt ſpatium reale imaginarium negatiuum, in quo res illæ ſint, & fuerint, probant minorē, quia Deus antequam mundus fieret, erat alicubi, & modo à SS. PP. & *Concilio Epheſino* tom. 1. cap. 6. aſſeritur *diuinam naturam corporis expertem, omnique termino, & loco etiam imaginario ſuperiorem eſſe*, & Chriſtus Dominus dicitur eſſe modo ſupra ſuperficiem Empyrei, replendo corpore ſuo glorioſo partem inanis, & illius capacitatis negatiuæ, quæ eſt extra cælos, inſuper ipſum cælum Empyreum non eſt in loco ambienti poſitiuo reali, ſed in hac capacitate negatiua, & imaginaria, atque *Ariſtoteles* dixit inibi eſſe intelligentias, ideſt extra vniuerſum.

Ariſtoteles q. 11. t. 1 | *S. Thomas* | *Ariſtoteles*

Reſpondeo conceſsis maiori, & minori, negando conſequentiam, ad probationem dico Deum ab æterno, & modo eſſe in ſe ipſo, ſiue in ſua immenſitate, & ipſius amplitudinem ſuperiorem quacumque alia, quæ à nobis imaginari, ideſt, fingi poſsit, & hic eſt ſenſus SS. PP. & *Concilij*, vt & aduertit *Faſclu.*, atque Chriſti D. corpus, & Empyreum cælum fuiſſe, & eſſe in ſuis vbicationibus intrinſecis. 778

Dicendum proinde Deum, Corpus Chriſti, & Empyreum non fuiſſe, neque eſſe in aliqua capacitate negatiua, tamquam in loco, licet eam ſecum præſentem, ſi adeſſet haberent, per accidens, & concomitanter, ſicut præſens eſt Deus, tenebris, & aer, quando ſol occidet; vnde colligas Deum ſemper fuiſſe, vbi modo eſt, & vbique eſſe, etiam vbi nihil conditum eſt, & vbicumque eſt poſsibile aliquid fieri; & ſubinde modo eſſe extra cælos immenſo inani præſentem, ſed in ſe ipſo, & immenſitate ſua ſemper fuiſſe.

Secundò obijcitur, caſu quo deſtruat Deus elementa, quæ ſunt inter cælum lunæ, & terram, nempe, aerem, & ignem, ſeqūitur primò, ſi nō admittatur ſpatium imaginarium, non dari diſtantiam inter cælum, & terram, ſed ambo eſſe contigua. Secundò moueri non poſſe lapidem de cælo ad terram proiectum; quia motus fit acquirendo partes nouas loci, & relinquendo alias: in eo autem euentu neque ſunt partes loci poſitiui aeris, verbi gratia, vt ſupponitur, neque partes loci imaginarij, quæ acquirantur, neque quæ deſerantur; ergo nequit eſſe motus à cælo in terram, ſi tollitur locus vterque ergo concedendum eſt ſpatium imaginarium.

Reſpon-

Reſpondeo in eo caſu diſtantiam adhuc eſſe inter cœlum,& terram, neque ea contigua eſſe, quia quamuis non dentur corpora intermedia, quæ antea dabâtur, dantur eorum poſsibilitates, quæ illa capiunt, ideſt, poſſunt iterum eſſe in medio corpora quæ antea erãt,quod impedit ne terra,& cœlum contigua ſint;quare non ſat eſt ad tollendam diſtantiam inter vtrũq. tolli aerem,& ignem,ſed vlterius requiritur terram moueri ſurſum, & ita à proximari cœlo, vt non poſsit aliud corpus intercipi, ad ſecundum reſpondeo infra à n.783.

779 Tertiò obijcitur, *vbi* eſt immobile, ergo debet concedi ſpatium fixum extrinſecum, propter quod immobile ſit,ergo, & ſpatium imaginarium negatiuum, concedo antecedens, & nego ambas conſequẽtias; *vbi* enim ipsũ ſufficienter eſt de ſe fixio, & immobile,vt *quo*,potẽs reddere ſubiectũ ſuum immobile, vt *quod*; quemadmodum enim tu fateris ſpatiũ tuum imaginarium,eſſe per ſe,& ex ſe fixum, & immobile ſine ordine ad aliud, ita dico ego de *vbi*, quamuis fatear facilius explicari à nobis eius immobilitatem ſi fingamus de nouo quoddam infinitum corpus immobile, cum varijs partibus, ſignis, & figuris, quaſi poſsibile, & cum attentione ad id, *vbi* immobilitatem declaramus;quo ficto & imaginato ſpatio, ſi tu contentus es, non contendam tecum; at ſi id non placet, declara quo pacto, & propter quid ſit immobile de ſe tuum ſpatium,& ego applicabo,quod dixeris vbicationibus, quas dico de ſe eſſe immobiles, vt pote rationes formales vltimas immobilitatis,& nõ indigere,vt immobiles ſint,vt *quibus* alio extrinſeco, ſicut vnio,vt vnio ſit, non indiget alio, de vnionis genere.

Quarto obijciat aliquis ex P. *Prepoſito*, non eſt impoſſibile ſpatium eſſe aliquid reale exiſtens, licet negatiuum ſit,independenter ab intellectu, quia ſimiliter reale quid ſunt tenebræ, negatio antichriſti nondum nati, negatio albedinis in Gabriele, & eiuſmodi; ergo tale ſpatium datur, quantumuis enim non bene capi poſſit concedendum eſt propter authoritatem SS.PP. conteſtantium in eo extitiſſe ab æterno Deum, & alius cõfirmare poſſet ſic ſubtilius, poſsibilis eſt negatio realis, quæ nihil poſitiuũ neget,& ſubinde,quæ nõ habeat ſibi oppoſitum,per quod excludatur,aut excludi poſsit;ergo poſsibilis eſt capacitas negatiua ſuſceptiua corporum poſsibilium,& exiſtentium.

Probatur antecedẽs,nam ſic eſt negatio alterius Dei, alterius Filij, & ſimiles, quæ veræ ſunt ante intellectum, & ſine ipſo, negatiua entia; & tamen carent contradictorijs, à quibus excludi poſsint, ſiquidem, vt certum eſt, alter Deus verus, & alter Filius verus ſunt impoſsibiles; ſi autem fingantur, adhuc per eos fictos non excludentur negationes,quæ negant alia vera numina,non chimerica, & ficta, vt clarum eſt.

780 Reſpondeo negando conſequentiã; neque cogi nos ab authoritate SS.PP. vt chimæras concedamus, ipſi enim tantum volunt Deum ab æterno extitiſſe in ſe ipſo, id pro cæteris teſtatur *Auguſt.* ibi,qui habitas in cælis, *antequã faceret Deus cælum, & terrã, vbi habitabat? in ſe habitabat Deus apud ſe habitabat, & apud ſe eſt Deus*,non autem in loco alio vero, vel imaginario, aut negatiuo, quod ſi aliquando dixerint Patres in ſpatijs immenſis exiſtere Deum, intelligendi locuti de ſpatijs à nobis imaginatis, & fictis, vel de poſsibilibus, quibus tamen Deus non ſit tamquam in loco, ſed cum ipſis concomitanter, vt nunc exiſtit concomitanter cum tenebris, & alijs innumeris negationibus, etiam in inani extra cœlos; his pulchre conſonat Ariſtoteles 1. de Cœlo tr. 100. omnino legendus, & ibidem ſacer interpres.

S. Auguſt.

Ariſtoteles

S. Thomas

Ad confirmationem reſpondebo, dum aduertero nos dum diſputamus, vti ſolere vocibus dupliciter ſtrictè, nimirum, & largè, & aliquando nimis abuſiuè, & metaphoricè; ſtrictè, & propriè tunc illis vtimur, quãdo eæ rebus, quas ſignificare volumus, propriè cõueniunt,tunc largè,& abuſiuè, quãdo rebus impropriè conueniũt,eaſque impropriè ſignificãt, vel nos deluſi tales voces,res tales exiſtimamus ſignificare;quia fallimur à rerum ſignificatarum aliquali ſimilitudine.

Accedo, vt magis me declarem, ad rem propoſitam, negatio propriè ſignificat carentiam excluſiuam rei veræ alicuius, ita eſt negatio Petri Petrum remouens; negatio autem alterius Dei, an ſimiliter ſignificabit excluſionem veræ rei, quæ ſit vere Deus? nequaquam, quia talis Deus eſt impoſſibilis, & potius is excluderet noſtrum verum Deum; & ideo in rigore, illæ voces *negatio alterius Dei*, æquiualent his, *verus Deus noſter*, qui poſitiue eſt negatio alterius Dei, ipſius carentia, ipſum excludens, ac remouens; quocirca ijs terminis abutimur volentes ſignificare, quod in re non eſt vt manifeſtum eſt, ſapienter tamen vtimur, licet minus proprie, ſi ijs ſignificare volumus, quod in ſe eſt, ideſt, Deum trinum, & vnum, quem illæ voces æquipollentes debent ſignificare, *non exiſtit Deus impoſſibilis*, quæ perinde valent atque hæ, *exiſtit Deus verus*.

S. Thomas q. 18. de verit. a. 6. c.

781 Qua ſemper eſt verum illud principium, *quæuis negatio opponitur rei poſitiuæ, quam excludit, & per quam excluditur*: capacitas ergo iſthæc negatiua, iſta ſpatioſa negatio corporis impoſſibilis, alicui poſitiuo opponi debet, licet vocum abuſu, per errorem veritas diſſimuletur; & ſubinde ſignificat idē, & idē omnino eſt, atq; capacitas vera ſsibilis exiſtens extra cœlos, ideſt, locus realis poſsibilis: cuius ratio eſt, quia re ipſa, & ſublata fictione intellectus, actu aliud nihil eſt, nulla realis capacitas, quantumuis verbis adornetur, & attributis, vnde neganda ſunt antecedens, & conſequentia confirmationis.

Audi ad finem *S. Thomam*, qui aditū præcludit alijs argumentis, reſpondens in *Alamaneo* q. 18. de infinito ar. 1. arg. 5. ſic ſibi, & *Ariſtotelis* obiecto, *extra cælum eſt ſpatium infinitum, ergo & erit corpus infinitum, ne detur illud vacuum*, dicit ad 5. *quod ſicut non eſt neceſſarium, quod tempus ſit prius, quam incipiat eſſe, vel poſtquā deſinat, licet prius, & poſterius, quod noſtra tantū imaginatione fingitur antequam tempus realiter incipiat eſſe, videantur tempus ſignificare; ita extra cælum non oportet ponere locum, vel ſpatium ſignificare, quia nihil eſt extra cælum, niſi quod imaginatur*; quid clarius aut propoſito noſtro congruentius potuit excogitari? ad *vacuum* ergo transſeamus.

Ariſtotele. S. Thomas 3. Phi. l. 13. & 12. ne l. 5.

S. Thomas 2. d. 1. q. 1. a. 5. ad. 13.

QVAESTIO II.

Breui, & dilucide proponit; ac reſoluit difficultates.

de Vacuo.

QVæritur primò, quid ſit vacuum rigoroſè, & reſpondetur ex *Ariſtot.* hic in t. 57. *vacuum eſt locus nullo repletus corpore, aptus tamen repleri*, vt eſſet concaua ſuperficies cæli lunæ, ſi terra, & reliqua, quæ modo complectitur, & quibus plena eſt, anihilarentur; vel etiam dolium, aut aliud vas, nihil, neque aerem intra ſe contineret: vnde collige ante mundi creationem vacuum non fuiſſe, ſumptū priuatiuè pro loco apto, ſed negatiuè, quod melius *inane*, quam *vacuum* dicitur, quia ſcilicet, tunc nō erat aliquod corpus, à quo vacuū aliàs aptum habere corpus, circundaretur; & quidem vacuum negatiuè eſt inane, quod modo eſt vltra omnes cœlos.

Ariſtoteles S. Thomas l. 10. & 13

Secundo quæritur an ſit vacuum in natura, & reſpondet ipſa natura manifeſtis experientiæ ſignis, non dari, neque dari poſſe naturaliter: vnde venit axioma, *nihil vacuum in natura*, quidquid mentiantur *Democritus*, *Temoſinus*, & *Epicurus*, qui vacuum admiſerunt apud *Conimb.* hic cap. 9. quæſt. 1. cauſa autem cur natura, ſiue res omnes naturales in tantum vacuum abhorrent, videtur eſſe ſuæ conſeruationis innatus amor, quando enim ſunt omnes inter ſe contiguæ, melius ſe tuantur, & melius ſunt diſpoſitæ, vt à ſuperioribus cauſis conſeruentur, & influentijs cœleſtibus, quæ venire nequeunt per inane, aut vacuum, potiantur, vnde fit vt ad replendum vacuum grauia, ſi opus ſit, impigrè aſcendant & leuia deſcendant violenter attracta, aut ſponte ſua, ſecundum varias opiniones. 782

Ariſtoteles hic. c. 8. 9. S. Thomas ibi.

Nec eneruat has rationes *Arriaga* dicens hic, ſimilem rerum vnionem potius vergere in deſtructionem earum

Ariſtoteles tex. 48.

S. Thomas 1. p. q. 60. ar. 5. & 2. d. 14. q. 1. a. 5. ad. 2.

rum, quam in conſeruationem, vt apparet in aqua, & igne quæ ob vicinitatem, vicißim impugnãt, ac deſtruũtur; quia natum mediate prædicta vnione, attendit bonum vniuerſi, & cõmune bonũ profert particulari, patitur partem deſtrui, vt conſeruetur totũ, nec ratio ſua petita ab impenetrabilitate corporũ, ob quam hæc debeant replere neceſſario loca, ſubſiſtit nam ſaltem Angelus poteſt nimio frigore addenſare aquas maris, & contiguum aerem, & ſic vacuum cauſare in ipſa ſiquidẽ partes addenſatæ relinquerent ſpatiũ non modicũ in mdio.

Tertio quæritur à quibus cauſis, & virtute qua moueãtur corpora ad impediendum vacuum. Reſpondeo, ſaluo meliori iudicio ea moueri à corpore attrahente illa violenter, in cuius locũ ſuccedit corpus alterum, quod vacuo ſuccurrit v. g. quando per fiſtulam quam appellamus *bomba*, aquã extrahimus, ita aqua mouetur ſursũ impeditura vacuũ, tum ab extrahentibus nobis, qui ſine dubio aliquid agimus, ſiquidem defatigamur, & item à portione aquæ iam extracta; hoc patet, quando ita fiſtula diſponitur in modũ arcus, vt orificiũ eius alterũ, per quod aqua vadit foras, ſit inferius, quam alterũ, per quod aqua attracta aſcendẽdo intrat; tũc enim, etiam abſentibus nobis, aqua aſcendit, deſcenditq. nẽpe aſcẽdens attrahitur violenter à deſcẽdẽte; hæc videtur eſſe mens *Ariſtot.* qui dixiſſe fertur alicubi, *motũ surſum grauiũ* ad implendũ vacuũ eſſe *violentũ* licet naturalem appellet cum *S. Thomas* attento bono vniuerſi, quod cuncta præferunt particulari.

Ariſtotele 4. cæli t. 39 S. Thomas 1. p. q. 60. a. 5. c.

783 *Quarto quæritur* an Deus poſsit vacuũ cauſare, aut etiam Angelus quidã? & reſpõdetur cõmuniter Deum ſine dubio poſſe multis modis, vel ſcilicet deſtruendo contenta corpora intra locũ, vel detinendo corpora ne vacuo ſuccurrant, de Angelo eſt opinio, alij affirmant, alij negant; probabilius videtur Angelum quidem de ſe poſſe cauſare vacuum retardando corpus, ne vacuũ impleat, vel omnino diſiungẽdo vnũ corpus ab alio, ſed tamen ex voluntate extrinſeca Dei hoc illi prohibitum eſſe, vel per imperium, vel per denegationem concurſus, id, quod videtur colligi ex *Apoſtolo* ſcribẽte ad Hebr. 2. *nõ enim Angelis ſubiecit Deus orbem terræ* licet *S. Thomas* dixerit *non eſſe proportionatũ naturæ angelicæ, vt mutet ordine elementorũ mundi*, & ideo Angelũ nõ poſſe impedire motũ localem corporum accurrentium ad prohibendũ vacuum, *licet obediant illi quo ad motum.*

S. Thomas 16. de malo ar. 10. ad vltim.

Quarto quæritur, an in vacuo pſsit eſſe motus localis, & cõmuniter Iuniores affirmãt, quid enim prohibet quo minus Angelus proijceret lapidẽ, ſiue intorqueret fulmen per inane extra cœlos, vel etiam à cœlo contra terrã, caſu quo vacuũ eſſet hoc interceptum ſpatium; quo caſu, ſine dubio lapis, & fulmen mouerẽtur per vacuũ præterea Beati poſſent deſcendere de cœlo ad terram, & iterũ ſubire, & credibile eſt illos de facto deãbulare aliquando vltra omnes cœlos per inane, vbi eſt Chriſti D. humanitas, ſedens à dextris Dei, ideſt, ſtãs ſupra ſuperficiẽ cœli empyrei, præſidens omni creaturæ excelſior omnibus, vel omnium ſupremus Dominus, & Imperator: conſentiunt *Scot. Sotus, Tol. Conimb. Rub.* quos ſequitur *C. Complut.* & *Arriaga d. 14 num. 162.*

S. Thomas hic l. 12. & 4. d. 44. q. 2 art. 3.

S. Thomas 3. p. q. 57. a. 4. ad. 2.

Sed *S. Thomas* docet colligens ex Philoſopho ea, quæ neceſſario non ſunt in loco continenti, vt Angeli animæ, & corpora glorioſa, poſſe moueri in vacuo, ſecus corporalia reliqua quantumuis grauia, & leuia, ni forte exiſtat ipſorum centrum; tunc enim naturaliter cauſarent motum etiam in vacuo, verſus ſuum centrum, centrũ quippe nullum eſſet ſi vniuerſum anichilaretur; adeſſet vero, ſi ſolum aeris elementum deſtrueretur, & vacuus is locus remaneret.

S. Thomas quo. 6. a. 3. & 1. c. 7. Ariſtoteles

Et quidem motus factus per inane, 784
vel in vacuo foret ſucceſsiuus, vt bene probat ex Philoſopho *S. Thom. 1.* quod plane intelliges, ſi fingas columnam altiſsimam, quæ fixa in terra, pertingat cœlum lunæ tranſiens per vacuum medium, & quod Angelus è cœlo iuxta columnam faciat venire lapidem deorſum, qui lapis ſimul, & in eodẽ tẽpore poſſeiñ capite colũnæ, in medio, & in baſe eſt impoſsibile, quia non poteſt eſſe vnũ corpus ſimul in pluribus adæquatis locis.

S. Thomas 1. d. 17. q. 4 a. 3. cap. & quol. 9. a. 9

Et cõfirmatur primò, quia ille lapis paruus non poteſt totam vacuitatem

ſimul acquirere duo *vbi*, neque occupare pluſquam vnum ſpatium.

Fateor tamen duo, primum, quod lapis ille velocißime deſcenderet ad centrum, ſecundum, ſi à Deo crearetur in vacuo, & Vniuerſum deſtructum eſſet, eum permanſurum immobilem, quia non eſſet centrum, quo vergeret, donec violenter à Deo, vel ab Angelo, verſus aliquam cæli partem impelleretur.

S. *Thomas* 4 *Phyſ.l.*11

Et cum hoc erit contentus S. *Thomas*, qui opinatur moueri non poſſe violenter, id quod non poſsit naturaliter, quia, inquit, res ſic mota alicubi non erit, ſed ego dico quod erit, ſicut erat prius in ſuo *vbi*, vel in ſe ipſo, aut in extremæ ſuæ ſuperficiei cõcauo. ideſt, in loco *per accidens*, vt dicunt, & dicerent S. *Thomas*, & *Ariſtoteles* de vniuerſo, aut Empyreo circundato ab inani, vel etiam de Angelis, & corporibus glorioſis exiſtentibus, & ſemouentibus per vacuum, vel inane.

Ariſtoteles t.44. à S *Thomas* ibi l.7.

Ad finem nota vacuum differre ab inani, ſicut inter ſe differunt priuatio, & negatio, nam vacuum aptum dicitur repleri, & continere corpora, quia id, & dicit in medio carentiam eorum, & locum ambientem; ſicut dolium vacuum; & ideo habet priuationem corporum, inane vero negationem, quia dicit meram carentiam illorum, atqui in vtroque poſſe fieri motus ſpirituales, conuenimus omnes cum *Ariſtotele*, & S. *Thoma*, qui videndus eſt de vacuo pulchre, & fuſe diſſerens in *Alamanio* hic q. 20. vt nos ad alia tranſeamus.

Ariſtoteles S. *Thomas*

QVAESTIO III.

De duratione in communi, & tempore vbi monſtratur durationem nullam diſtingui ab exiſtentia, & prædicamentum quando, eſſe extrinſecum concretum.

785 *Ariſtoteles* S. *Auguſt.* S. *Thomas*

DE tempore, quæ ſpecialis duratio eſt, tractant hic fuſe *Ariſtoteles*, & S. *Thomas* ſuper textum, & in *Alamanio* hic q 21. & pulchre S. *Auguſt.* 10. lib. 11 Confeſ. a c. 13. & alibi videndus in ſuo indice V. *tempus*,

SECTIO I.

An ſit, quid ſit, & quotuplex duratio, vbi pauca de Aeternitate, Aeuo, & in nominatis durationibus.

EXiſtere plures durationes, plura durare, & duratura eſſe, non ſolum Fides docet, ſed etiam lumen naturæ. *Duratio vero eſt perſiſtentia, ſeu perſeuerantia rei exiſtentis in eſſe*, eſt duratio quidam modus intrinſecus rebus, qui dicitur *quando*, quo res correſpondent, aut poſſunt correſpondere tempori præſenti, vel poſsibili, eique coexiſtere, vnde connotat duratio, vt talis, tempus exiſtens, vel poſsibile, ſine cuius connotatione *duratio* non dicitur, ſed exiſtentia, vel huiuſmodi aliter.

Et primò alia eſt permanens, alia ſucceſsiua; duratio permanens eſt illa, mediante qua res permanens in eodẽ ſuo eſſe inuariata perſeuerat, ſucceſsiua, qua durant res ſucceſsiuæ, licet earum aliquæ partes intereant, aliæ ſuccedant, vt tempus, & ſimilias. Secundo duratio permanens diuiditur in æternitatem, æuum, & in durationem, quæ nullo nomine particulari inſignita eſt, ſed abſolute duratio nominatur, de quibus ſingulis pauca dicã

S. *Thomas* 1. p. q. 10. a. 1. ſumens ex S. *Boetio* Aeternitas, inquit, *eſt interminabilis vita tota ſimul, & perfecta, poſeſſio*, ideſt, eſt duratio rei viuentis ſine principio, & fine, ſine ſucceſsione partium priorum, & poſteriorum, ſine accretione, aut diminutione, ſemper eadem indiuiſa perſeuerans, indeficiens, & immutabilis, potẽs proptereа correſpondere cuicunque tempori, quantumuis infinito exiſtenti, vel poſsibili, vero, vel imaginario, & ficto, hæc æternitas eſt propria Dei, & bene totum, quod ad eam pertinet, proſequitur P. *Granad.* 1. p. contr. 1. d. 5. — S. *Thomas*

Significat item nomen *Aeternitas*, primò durationem æternam à parte ante, & à parte poſt, vt eſt de facto diuina, & foret duratio Angeli ab æterno 786

no

no conditi, & in æternum duraturi. Secundò durationem æternam ſolum à parte poſt, quæ melius dicitur *æuum*, ita eſt duratio Beatorum, & rerum incorruptibilium cæterarum, ac durationem æternam ſolum à parte ante, vt fuiſſet duratio Angeli creati ab æterno, & heri deſtructi, ſignificat etiam per abuſum, tempus longiſsimum, licet finitum, *æternum* dictum per exagerationem.

Conimb. hic cap. 4. q. 3. a. 1. ſic fere definiunt æuum, *Aeuum eſt duratio eſſe creati ſtabiliter, & perenniter ſe habentis*, ideſt, duratio qua durant res omnes creatæ incorruptibiles, ſiue eæ ſint naturales, ſiue ſupernaturales, vti ſunt materia prima, cæli, Angeli, vnio hypoſtatica, & ſimilia, licet illi voluerint æuum competere ſolis rebus naturalibus, attribuentes viſioni Dei, & reliquis donis ſupernaturalibus incorruptibilibus participatam Aeternitatem, qua durent in æternum à parte poſt.

Denique duratio alia ſimpliciter ſic dicta eſt, quia nomen particulare non habet, quæ conuenit rebus corruptibilibus, quæ quotidie gignuntur, & intereunt, vt ſunt miſta, & elementa.

SECTIO II.

De duratione ſucceſsiua, ſiue de tempore, vbi tempus reale eſſe menſuram, & nullum eſſe imaginarium, niſi fingatur, ſicut de ſpatio imaginario dixit ſupra S. Thomas.

787 *Ariſtoteles* S. *Thomas à lect.* 17. *& 5.44.* TEmpus exiſtere ex eius definitione conſtabit, *tempus* ergo *eſt* ait *Ariſtoteles* hic in tex. 101. *numerus motus ſecundum prius, & poſterius*, id eſt, tẽpus eſt continua multitudo partiũ, priorũ, & poſteriorum ſibi ſuccedentium motus, ſiue vbi ſucceſsiui, quod ſubiectatur in aliquo corpore, vel ſpiritu ſe mouentibus. Quare hæc erit definitio clarior *tempus eſt duratio partium motus ſibi ſuccedentium*, eſt ergo tempus, proprie loquendo, exiſtentia ſucceſsiua partium priorum, & poſteriorum ſibi ſuccedentium vbicationis, ſiue motus cuiuslibet mobilis, ſola noſtra conſideratione diſtincta ab eſſentia *vbi* eius mobilis, ſiquidem exiſtentia cuiuſcunque rei cum ipſa idem realiter eſt.

Multiplex eſt tempus, aliud eſt tempus ſumme æquabile, & ſemper vniformiter, & regulariter fluens; aliud eſt tempus vtcunque habens partes priores, & poſteriores ſibi ſuccedentes, non ſemper æquali, & regulari motu, tempus illud æquabile eſt duratio partium motus, ſiue *vbi* ſucceſſiui, quod imprimit Angelus ſemper vniformiter, & regulariter, primo mobili, nempe decimo cælo, quod ſecũ rapit in gyrum reliquos orbes inferiores, & hoc dicitur *tempus* per antonomaſiam, de quo tractat hic potiſsimum *Ariſtoteles*, & Angelus Apocal. 10. authore S. *Thoma* quando dixit S. *Thomas* iure iurando *quia tempus non erit amplius*, quia, ſcilicet, poſt diem Iuditij ceſſabit motus primi mobilis, & ſubinde cælorum cæterorum.

Tempus autem non ita regulare, & æquabile eſt quilibet motus ſucceſſiuus vel Angeli, vel hominis, vel horologij quamuis hoc magis accedit, ſi recte gubernetur, ad tempus ſumme æquabile; temporis huius meminit S. *Auguſt.* lib. 11. confeſſ. cap. 23. S. *Auguſt.* dicens *audiui à quodam homine docto quod ſolis, & lunæ, ac ſyderum motus, ipſa ſint tempora, & anni, cur enim non potius omnium corporum motus ſint tempora an vero ſi ceſſarent cæli lumina, & moueretur rota figuli non eſſet tempus?* & alibi & 12. de Ciuit. c. 11. concludit *tempus fuiſſe ante cælum, ſi prius fuerint Angelici motus*.

Bene diuiſum eſt hoc vtrumque tempus nam cuilibet conuenit definitio *Ariſtotelis*, quod ſi reſiſtere videbitur S. *Thomas* colligens ex *Ariſtotele* cum *Auerroe*, vnicum tantum tempus temporalium, quod eſt affectio motus primi mobilis, explicandus eſt loqui de tempore perfectiſsimo, & menſura principali cæterorum, præſertim quia duplicis temporis dicti, mentionem fecerit in 2. diſ. 12. q. 2. a. 4. S. *Thomas* 1. p. q. 10. a. 6. *Ariſtoteles* 4. *Phyſ.* t. 4.

Aliud tertiũ tẽpus ſuperaddunt illi, 788
qui ponunt ſpatium imaginarium, immenſe protenſũ, & immobile, quod vocant *tempus imaginarium*, æternum,

& ſum-

& ſumme æquabile, & declarant eſſe quoddam nihil ſucceſsiue fluens, habens partes priores, & poſteriores, non poſitiuas, ſed negatiuas, nos autem dicimus cum *S. Thoma* iſtud tempus, ſicut & illud ſpatium, eſſe quaſdam chimæras confictas ab intellectu, *ſimiles corporibus, & veluti corpora, ſed ſine corpore*, vt dicebat *Aug. in Trip* n.1064. vtiles tamen vt facilius rerum fixas vbicationes, & veras durationes maiores, aut minores eſſe dignoſcamus.

S. Thomas ſup. n.781.

S. Auguſt.

Aduerte hic, Primo tempora illa duo eſſe entia realia, ſiquidem ſunt reales durationes motuum à parte rei, fluentes, quando autem dixit *Ariſtoteles* t.131. tempus fore impoſsibile, ſi non eſſet intellectus, non locutus eſt de tempore ſecundum quod eſt duratio naturalis ſucceſsiua, ſed ſecundum quod artificialiter diuiditur à nobis in horas, dies, hebdomadas, menſes, & annos, quæ diuiſio vera non eſſet, ſi diuidens aliquod intellectuale non eſſet propterea dixit quoque S. *Auguſt.* 11. Conf. c.28. *tempus eſſe opus animæ*, illud nimirum numerantis, ac diuidentis, ſecundò tempora declarata eſſe tempora *continua*, quia, ſcilicet eorum partes vnitæ ſunt modo ſuo ſucceſsiuo, addi, etiam poteſt congeriem durationum rerum permanentium corruptibilium ſibi ſuccedentium, appellari poſſe tempus diſcretum.

Ariſtoteles

S. Auguſt.

S. Thomas 1.ſ. q. 10. a.6.

Ariſteteles c. de quãto.

Vtrumque vero id tempus ex Philoſopho reductiue eſt quantitatis ſpecies, & quia quantitas eſt, & ſe facit, quantam, ideſt, longam, aut breue & reliqua à ſe, quanta facit, quatenus per ipſum menſurantur, & per ipſum tantum duraſſe dicantur, quæ vera ſunt intellecta maxime de tempore æquabili, nempe de motu regulari primi mobilis.

Altera pars Sectionis declarat quo pacto durationibus, ac temporibus conueniat ratio menſuræ, ideſt, numeri numerantis, vel etiam numerati.

789 Videamus ergo quomodo durationibus ſucceſsiuis, aut permanentibus conueniat ratio menſuræ, ſed primò quid eſt menſura, quam bene declarat Philoſophus 10. met. cap.2. dicens *menſuram eſſe, id quo cognoſcimus quantum*, quæ tripliciter eſt. alia, qua menſuramus alicuius rei perfectionem, ſic eſt *optimum in vnoquoque genere menſura cæterorum. Aeternitas*, verbi gratia, in ratione durationis eſt perfectiſsima, & ſic menſura cæterarum, cui quanto magis aſsimilatur quæq; duratio, tanto eſt in ſe perfectior; alia eſt menſura, qua menſuramus magnitudinem, vel extenſionem, vt eſt *vlna*. Tertia eſt, qua menſuramus extenſionem ſecundum prius, & poſterius, vt eſt *tempus*, quo menſuramus alias durationes ſucceſsiuas, vel permanentes illi coexiſtentes.

Ariſtoteles

S. Thomas

Menſuræ vero in communi has poſuit *Ariſtoteles* conditiones. Prima eſt quod ſit homogenea, & ſimilis quodammodo cum re menſurata, non ita quod debeat eſſe neceſſario eiuſdem ſpeciei cum ea, ſed ita quod ſi menſuranda ſit res longa, longa item ſit menſura, & ſi illa ſit ponderoſa, ſimiliter ſit meſura & ſic de reliquis. Secunda, menſura debet eſſe notior re menſuranda. Tertia quod diſtinguatur realiter à re menſurata. Quarta, quod ſit finita, certa, determinata, & inuariabilis. Quinta conditio eſt, vt menſura ſit minima, ſeu quanto minor eſſe poſsit, qui ſic plura menſuret.

Ariſtoteles Me. 10. c. 1.3.

His poſitis deſcendendo ad ſingulas durationes vt videam, quænam, & quæ non earum ſit menſura, dico primo, Aeternitas non poteſt proprie eſſe menſura aliarum durationum, quia ea, vt pote æterna, & infinita non poſſumus menſurare durationes finitas, quæ inceperunt in tempore, quinimo etiam ſi ab æterno fuiſſet Angelus, & in æternum duraturus, proprie loquendo eius duratio non poſſet menſurari æternitate, quia quod æternum eſt, vt termini præſeferunt, immenſurabile eſt, licet ambæ durationes dici poſſent æquales; & propter eamdem rationem, æuum non eſt proprie menſura durationum rerum corruptibilium, quia, ſcilicet, hoc eſt à parte poſt æternum, illæ tẽporales, ſed tamen quodammodo menſurare poſſumus durationem terræ, & aquæ æuo, ſiue duratione

S. Thomas 1.p. q. 10. a.2.

Angeli

Angeli, dicentes tandiuſerme duraſſe hæc elementa, quamdiu Angelum, & tandiu forſan duratura.

730 Dico ſecundò, tempus quodlibet eſt
S. *Thomas* menſura cæterarum durationum tam
1. *p.* q. 10. permanentium, quam ſucceſsiuarum,
a. 6. *a.* 1. *d.* nam vere dicimus Petrum, equum,
2. q. 1. *a.* 2 *c* & reliqua vixiſſe, duraſſeque tot annos, qui componuntur ex certis cæli gyrationibus, & item dicere ſolemus curſum aliquem, vel aliud exercitiũ ſucceſsiue factum duraſſe per diem integrum, aut per horam, vel quandiu arenulæ deſcenderunt in horologio vitreo, vel quandiu durauit motus alicuius rotæ in gyrum impetu rotatæ, *o por uno, o por dos credos*, vel rẽ factam *en vn Santi amen*, quaſi dicamus tale exercitium duraſſe quandiu durauit recitatio ſucceſsiua orationis illius, vel prolatio illius verbi, aut ſi-
S. *Thomas* milis. Lege *S. Thomam in Alamanno* hic q. 21. a. 3.

Et quidem tempus quod per Antonomaſiam tale dicitur, eſt duratio motus primi mobilis, quo numeramus, & menſuramus omnia, reliqua, & menſurare poſſumus non ſolum durationes permanentes rerum corruptibilium, & durationes ſucceſsiuas, quæ alias etiam tempora dicuntur; ſed etiam quodammodo æternitatem Dei, & æuum Angelorum, quatenus dicimus Deum, & Angelos, qui ſunt in æternũ duraturi, iam coextitiſſe ab orbe condito tempori iuxta P. *Salianum* to. 6 annis 5678. & iuxta *Baronium* in martyrologio Romano 25. Decembris, 6825. & fore vt coexiſtant alijs quinque, vel ſex annorum millibus, ſi tot fuerint ante diem iuditij.

S. *Thomas* Quamuis huiuſmodi menſuratio
Ariſtoteles eſt impropria, *quia*, vt ait *S. Thomas* 1.
hic 1. § 20. p. q. 10. a. 4. c. *ſ cum illud menſuratur tempore, quod habet principium, & finem in tempore, cum infinitum non ſit menſurabile*, ſapienter vero addit *S. Auguſt.* 11.
S. Auguſt. Confeſſ. c. 21. partem vnam temporis
Muſic. c. 1. nos per alteram metiri, *quia poſſumus*
c. 8. *dicere duplum eſſe hoc temporis ad illud ſimplum*, aut tantum hoc, quantum illud; & merito quia bene dicimus tot annos vixit Petrus, quot Paulus, vel duplo plures alter altero; vnde colliges quid nomine *numerus* intellexerit *Ariſtoteles* in ſua definitione temporis, ſiquidem id habens partes priores, & poſteriores eſt numerus numerans ſiue menſurans reliqua etiam tempora, & ipſum quoque numeratur, & menſuratur.

Ex dictis infertur primò tempus continuum quodlibet, præſertim quod per Antonomaſiam tale dicitur, 731
eſſe quoddam continuum ſucceſsiuũ conſtans partibus poſitiuis realibus fluentibus vnitis modo ſuo, inſtantibus permanentibus, quæ ſunt, & dicuntur *nunc temporis*, quod tamen adeo difficile diſputatu putauit *Auguſt.*
vt dixerit lib. 11. Confeſſ. cap. 25. *Confiteor tibi Domine ignorare me quid ſit tem-* *Ariſtoteles* 6. *Ph.* t. 2.
pus id tamen ita conſtatum eſſe nos *S. Thomas*
docuit S. *Thomas* 4. Phy. lect. 18. & in *op.* 44. c. 4.
Alamanno q. 20. & *Ariſt.* & *Suarez* in *&* 1. *p.* q.
m. d. 50. ſect. 9. quas imitantur *Conimb.* 10. *a.* 1.
Plaza, *Murcia*, *Rubius* & alij recentiores.

Infertur ſecundo, tempus imaginarium, quod aliqui ponunt ab æterno fluens, eſſe omnino fictum ab intellectu, ad ſimilitudinem veri temporis realis declarati; neque enim poteſt eſſe aliquid poſitiuum, & reale ab æterno creatum, quia docet fides omnia habuiſſe principium, neque poſſe eſſe aliquid negatiuum conuincunt rationes poſitæ ſupra n. 775. contra ſpatium imaginarium, & autho- S. *Thomas*
ritas *S. Thomæ* & *Ariſtotelis* citata nu. *Ariſtoteles*
781.

SECTIO III.

Probat authoritate, & rationibus durationes rerum non diſtingui intrinſece, ſed ſolum per connotata, ab exiſtentijs ipſarum.

Supra num. 245. dicebam formaliter loquendo rerum exiſtentias eſſe modos, quibus res exiſtunt extra cauſas; modo diſputo an rei vnius duratio ſit formaliter idem, quod eius exiſtentia, an forma per intellectum diſtincta, vel in re, ab exiſtentia, quam item dixi ſupra identificari cum rebus, quarum eſt exiſtentia.

Sed antequam queſtionem decidam,

Digitized by Google

dam, libuit interrogare noſtros ingenioſos *Auditores* primò an, & quomodo diſtinguantur actio primò productiua Angeli, & actio conſeruatiua eiuſdem; ſecundò an, & quomodo differat actio ea productiua ſecundum ſuam ſubſtantiam intellecta ſine connotato aliquo, ab ea actione conſeruatiua? qui reſponderunt ad primum iuxta ea, quæ edocti ſunt ſupra n.504. actioné primo productiuam, & conſeruatiuam ſubſtantialiter, & intrinſece non differre, neque eſſe duas ſed omnino vnam, quæ habeo duo connotata diuerſa, & propter vnum eorum, nempe, quia in primo fieri connotat terminum antea non fuiſſe, dicitur *prima productio*; & propter aliud, nempe, quia connotat terminum ſuum iam antea fuiſſe, dicitur *conſeruatio*, & ita eas actiones non diſtingui, niſi quantum ad nomina, ſimiliter reſponderunt ad ſecundum actionem, nimirum, ſecundum ſuam ſubſtantiam, ideſt, ſecundum quod eſt productio, non differre ab actione conſeruatiua, niſi quia hæc affert cónotatum, quod illa non affert.

S. Thomas 1.p.q 104 ar.1.

792 Ad punctum ergo angeli cuiuſdam exiſtentia non differt intrinſecè à duratione, quæ ſubſtantialiter eſt exiſtentia connotans tempus, in quo res dicitur durare, quod tantum reſpicit prædicamentaliter purè, vt terminum ita quod exiſtentia ipſa, ob quam res in primo fieri exiſtit extra cauſas, aut extra nihilum, omnino formaliſsimè eadem, connotato tempore dicatur, & fit *duratio*, vnde exiſtentia, & duratio intrinſece neque formaliter differunt, niſi ſolum per connotatum tempus, quod ſuperaddit duratio, & ob quod dicimus rem duraſſe per tempus longum aut breue; nam opinor ego rem dici poſſe etiam in primò eius fieri, non ſolum exiſtere, ſed etiam durare, ſi tempus, in quo primo contingit fieri, connótetur; nam ad quæſtionem prædicamenti huius, qua quæritur *quando hoc, vel illud fuit*, ſcite reſpondetur *in hoc, vel illo inſtanti, aut tempore*.

Et quidem *P. Granado* 1.p. controu. 1 diſp.5. ſect.1. nu.1. aut durationem ab exiſtentia neque formaliter differre, quod ante illum rē ipſa tradiderunt *Scotus* 2.d.2.q.2. *Baſſolus*, *Occham*, *Gabriel*, *Argenſinas*, & *Soncinas*, quos allegant, & ſequuntur *Suarez* d.50. m. n.5. *Vaſquez* 1.p. d. 11. cap. 3. *Molina* q.3.d.2.a.4. *Valentia* tom 1.d. & q. 10. p.1. *Hurtado* d.17. metaph. ſect 1. *Faſolus* q.10. num. 16. *Gillius* lib.2. tr.10. cap.5. & 6. *Pererius* lib. 12. cap.5. propoſit.3. & 4. *Turrianus* in ſelect. p.1. d. 11.du.3. & ibi *Durand. Aegidius, Sotus* & alij *Conimc* de Charit. d.22. d.11. n. 15. *Tanner.* t.1.d.2.q.5.dub.2. num.3. *Prepoſitus* q. 10. ar.6. num. 7. *P. Amicus* diſp.6.ſect.4.num.68. *Ouied.* hic *Becanus* tom. 1. cap. 8. num.4. *Maratius* de Angel. d.46. n.6. *Ferrarius* tr.3. diſp.4. ar. 4. & ibi *Caietanus* & *Ariſtoteles* tex. 104. *Nominales* & in logica *Toletus, Smiglecius, Maſsius, Veracrux Tellez, Homelman* t. 10. d. 2. & alij complures tenentes realiter idem eſſe exiſtentiam rei, & eius durationem, quorum plerique rem explicant ſicut ſupra *Granado*, quos à vaſtigio ſequor cú doctis Recentioribus, cum *Tiphano* c.54. *Vuadingo* Antimodiſtis, & *Connotatoribus*.

Ariſtoteles

793 Et rationes, quibus perſuadeo, non ſunt diſsimiles illis, quibus ſupra probaui actionem primò productiuam à conſeruatiua, non differre, prima eſt, quia exiſtentia non reſpicere tenetur tranſcedentaliter tempus, & ſimul rem, cui ineſt intrinſece, ſed hanc ſolam, & non illud, niſi ad ſummum prædicamentaliter, & vt circumſtantiam concomitantem. Confirmatur quia res eadem inuariata poteſt coexiſtere multis temporibus, ergo duratio non differt ab exiſtantia, patet cóſequentia, quia ſi duratio differret ab exiſtentia, per ſingula temporis momenta, res variarentur recipiendo nouas durationes, & ſic falſificaretur antecedens, quod verum eſſe apparet manifeſte in æternitate Dei, quæ indiſtincta ab exiſtentia Dei reſpondere poteſt multis temporibus, quis ergo neget Angelum poſſe inuariatum intrinſece correſpondere multis temporibus; neque hoc tantæ molis eſt, vt dicendum ſit eſſe Dei proprium quario modo, nec poſſe ſimile quid reperiri in creaturis.

S. Thomas ſupra n.50

Secunda ratio eſt, quia nulla eſt neceſsitas multiplicandi entitates, neque formalitates, neque ponendi diſtin-

ſtinctas eſſe quoad intrinſecum. durationem, & exiſtentiam, cum ſufficiat nomina multiplicari ſecundum varia connotata, præſertim quia, ſi valet quidquam paritas *vbi*, neceſſe ſit multiplicari in qualibet re durante infinitas durationes vel permanentes nō vnitas, correſpondentes infinitis partibus, & in inſtantibus temporis, quarum cauſam difficile erit aſsignare, vel vnitas componentes ens ſucceſsiuum, vt vult *Arriaga*, & ſi Deo placet, cum ſuis interpolatis motulis, ita vt res quandoque durant negatiue, ſiue per ſe ipſas, quod ego aio, & ipſe poſsibile iudicat, ex quo conceſſo ruunt pleraque eius fundamenta. Satis ergo eſt quod res eadem, vt facit rem exiſtere extra cauſas, dicatur, & ſit *exiſtentia*, vt vero connotat tempus, *duratio* nominetur, & ſit.

Vnde colligas nomina *exiſtentia*, & *duratio* non eſſe ſynonyma, quoniam exiſtentia ſignificat modum, quo res eſt extra cauſas, & duratio id ipſum ſignificat, ſed addendo correſpondentiam ad tempus exiſtens, vel poſſibile, vel fictum, in quo durat; ex quo fit vlterius prædicamentum *quando*, quod eſt duratio in communi, eſſe quoddam ens per accidens, ſiue concretum extrinſecum, quod alij vocant extrinſecam denominationem, ſiue relationem.

794 Tota præſtatuta doctrina eſt conſentanea S. *Thomæ*, qui fuit in *Alamanio* q. 21. a. 2. & 5. defendit cum *Ariſtotele* tempus, & motum cæli idem realiter eſſe, ſed ratione diſtingui, quatenus eadē entitas vt eſt actus entis in potentia, eſt *motus*, vt vero eſt prius, & poſterius, *tempus*, vbi non prætendit S. Pater facere duas formalitates obiectiuas, ſed duas formales conſiderationes rationis, ſiue intellectus, eandem rem ſecundum connotata diuerſa *Hominalium* more, inadæquatæ concipientis, quia in præſenti alia præciſio formalitatum maior neceſſaria non videtur, tametſi prætendat oppoſitum infra c. *Compluten ſe* nu. 803. vbi demonſtratur tradidiſſe communes Magiſtros indiſtinctam durationem.

S. *Thomas* 4. *Phy. l.* 17. *Ariſtoteles ibi. t.* 99.

Prima pars Sectionis ſoluit argumenta prætendentium durationem eſſe formalitatem diuerſam ab exiſtentia.

Sed oppones primò, res correſpondent ſpatio, per modum diſtinctum realiter ab entitate rei, qui dicitur *vbi*, ergo res correſpondent tēpori per modum diſtinctum ab exiſtentia, qui ſit *duratio*, ſane *Ariſtoteles*, qui plane negauit vbi ſupra, modos, & *vbi*, intrinſeca, facile ſe ab hoc argumento liberaret, negando totum entymema, nos vero qui cum communi ſententia ea conceſsimus, conceſſo antecedenti, negamus conſequentiam, & diſparitas eſt, quia cum tu verbi gratia, te moues, aliquis eſt terminus tuæ motionis, qui terminus non eſſe poteſt, niſi *vbi*; at vero quando duras coexiſtendo diuerſis temporibus, nihil agis, vt eis fluentibus coexiſtas, & ſic tua exiſtentia indiuiſibilis dicitur *duratio* connotato tempore; ne cogamut dicere ex ſolo motu temporis extrinſeci, habere te tot durationes diſtinctas, quot ſunt partes temporis, & momenta, ſicut fatemur tot te acquirere *vbi*, quot loca acquiris, quare cum ſolum detur in tempore fluxus, & mutatio, dicendum eſt res durantes per indiuiſibilem exiſtentiam varijs temporibus poſſe immutatas, & ſine modulo correſpōdere, ſicut certum eſt correſpondere Deum.

Ariſtoteles 1.

Ariſtoteles S. *Auguſt.* S. *Thomas inf. n.* 803.

Oppones ſecundò, in rebus diſtinguimus reſpectus, & formalitates penes terminos reſpectos tranſcēdentaliter; ſed exiſtentia, reſpicit eſſentiam, quam modificat, & duratio reſpicit tempus exiſtens, vel poſſibile; ergo exiſtentia, & duratio ſunt duæ formalitates eſſentialiter differentes: patet conſequentia, quia termini reſpecti nempe eſſentia, & tempus eſſentialiter diſtinguuntur.

Reſpondeo conceſſa maiori, diſtinguendo minorem, duratio reſpicit trāſcendentaliter tempus, nego minorē, prædicamentaliter, & pure vt terminum, à quo deſumit ſolum modo nomen, & ſic concedo minorem: dura- 795

Tertium eſt, nam ſimiliter poſſent
concedi infinita ſpatia imaginaria,
nempe infinitæ negationes iunctæ, &
penetratæ inter ſe, corporum infinito-
rum impoſsibili, in ordine ad quæ,
ſatis, fruſtra ſumerent *vbi* immobili-
tatem; quia non eſt maior ratio cur
ab vna negatione, & non à reliquis
eam ſumant: dicere autem quod ſu-
mant eam ab omnibus, abſurdum
videbitur.

777 Quartum, & potiſsimum, quod me
mouet ad negandum eſſe ſpatium
prædictam capacitatem negatiuam,
dato, quod ipſa exiſteret concomitan-
Ariſtoteles ter, eſt authoritas *Ariſtotelis*, qui reie-
S. *Thomas* cit eiuſmodi negatiuum ſpatium,
quando dixit hic in t. 18. 45. & 46. ne-
gationem, & id, quod nihil, eſſet, nõ
poſſe eſſe ſpatium, aut locum, illis ver-
bis, *totum vniuerſum autem alicubi non
eſt, quod enim alicubi eſt, & ipſum aliquid
eſt, & adhuc aliud aliquid eſſe oportet præ-
ter hoc, in quo ſit, quod continet, præter au-
tem vniuerſum, ac totum nihil extra eſt*,
& omnino conſentit ibi S. *Thomas*, &
1. d. 37. q. 2. a. 3. in arg. *ſed contra*, di-
cens, *in quocunque eſt aliquid, illud opor-
tet eſſe, quia in nihilo nihil omnino eſt*; ac
nequis cum *Prepoſito* dicat ſpatium
hoc eſt eſſe aliquid reale negatiuum
capax, ſubiũxit S. P. 3. p. q. 57. a. 4. ad 2.
*extra cælum non eſt vacuum, quia non eſt
ibi locus, nec eſt ibi aliqua potentia ſuſcep-*
S. *Thomas* *tiua alicuius corporis, ſed potentia illuc per-
ueniendi eſt in Chriſto*, *vbi* manifeſte
Philoſophus, & Doctor Angelicus re-
quirunt ad hoc, vt aliquid ſit ſpatiũ,
quod ſit corpus verum, & verum
ens poſitiuum, vt eſt aer, terra, & a-
qua; alioquin cur negarent Vniuer-
ſum eſſe alicubi ſi, in inani vltra cæ-
los putarunt eſſe ſpatium imaginariũ
à Recentioribus inductum propter
hæc fundamenta, quæ nobis obij-
ciunt.

Ariſtoteles Primum eſt, *quidquid eſt alicubi debet*
q. 11. a. 1 *eſſe*, & in aliquo ſpatio; ſed aliquan-
do res aliquot non fuerunt, neque
ſunt in loco reali extrinſeco poſitiuo,
ergo concedendum eſt ſpatium reale
imaginarium negatiuum, in quo res
illæ ſint, & fuerint, probant minoré,
quia Deus antequam mundus fieret,
erat alicubi, & modo à SS. PP. &
Concilio Epheſino tom. 1. cap. 6. aſſeritur
*diuinam naturam corporis expertem, omni-
que termino, & loco etiam imaginario ſu-
periorem eſſe*, & Chriſtus Dominus S. *Thomas*
dicitur eſſe modo ſupra ſuperficiem
Empyrei, replendo corpore ſuo glo-
rioſo partem inanis, & illius capacita-
tis negatiuæ, quæ eſt extra cælos, inſu-
per ipſum cælum Empyreum non eſt
in loco ambienti poſitiuo reali, ſed
in hac capacitate negatiua, & imagi-
naria, atque *Ariſtoteles* dixit inibi eſſe *Ariſtoteles*
intelligentias, ideſt extra vniuerſum.

Reſpondeo conceſsis maiori, & mi- 778
nori, negando conſequentiam, ad
probationem dico Deum ab æterno, &
modo eſſe in ſe ipſo, ſiue in ſua im-
menſitate, & ipſius amplitudinem
ſuperiorem quacumque alia, quæ à
nobis imaginari, ideſt, fingi poſsit, &
hic eſt ſenſus SS. PP. & *Concilij*, vt &
aduertit *Vaſqu.*, atque Chriſti D. cor-
pus, & Empyreum cælum fuiſſe, &
eſſe in ſuis vbicationibus intrinſecis.

Dicendum proinde Deum, Corpus
Chriſti, & Empyreum non fuiſſe, ne-
que eſſe in aliqua capacitate negati-
ua, tamquam in loco, licet eam ſecum
præſentem, ſi adeſſet haberent, per
accidens, & concomitanter, ſicut præ-
ſens eſt Deus, tenebris, & aer, quan-
do ſol occidet; vnde colligas Deum
ſemper fuiſſe, vbi modo eſt, & vbique
eſſe, etiam vbi nihil conditum eſt, &
vbicumque eſt poſsibile aliquid fieri;
& ſubinde modo eſſe extra cælos im-
menſo inani præſentem, ſed in ſe ipſo,
& immenſitate ſua ſemper fuiſſe.

Secundò obijcitur, caſu quo de-
ſtruat Deus elementa, quæ ſunt inter
cælum lunæ, & terram, nempe, ae-
rem, & ignem, ſequitur primò, ſi nõ
admittatur ſpatium imaginarium,
non dari diſtantiam inter cælum, &
terram, ſed ambo eſſe contigua. Se-
cundò moueri non poſſe lapidem de
cælo ad terram proiectum; quia mo-
tus ſit acquirendo partes nouas loci,
& relinquendo alias: in eo autem
euentu neque ſunt partes loci poſiti-
ui aeris, verbi gratia, vt ſupponitur,
neque partes loci imaginarij, quæ
acquirantur, neque quæ deſerantur;
ergo nequit eſſe motus à cælo in
terram, ſi tollitur locus vterque
ergo concedendum eſt ſpatium ima-
ginarium.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondeo in eo caſu diſtantiam adhuc eſſe inter cœlum,& terram, neque ea contigua eſſe, quia quamuis non dentur corpora intermedia, quæ antea dabātur, dantur eorum poſsibilitates, quæ illa capiunt, ideſt, poſſunt iterum eſſe in medio corpora quæ antea erāt, quod impedit ne terra,& cœlum contigua ſint; quare non ſat eſt ad tollendam diſtantiam inter vtrūq. tolli aerem,& ignem, ſed vlterius requiritur terram moueri ſurſum, & ita à proximari cœlo, vt non poſsit aliud curpus intercipi, ad ſecundum reſpondeo infra à n.783.

779 Tertiò objicitur, *vbi* eſt immobile, ergo debet concedi ſpatium fixum extrinſecum, propter quod immobile ſit, ergo, & ſpatium imaginarium negatiuum, concedo antecedens,& nego ambas conſequētias; *vbi* enim ipsū ſufficienter eſt de ſe fixio, & immobile, vt *quo*, potēs reddere ſubiectū ſuum immobile, vt *quod*; quemadmodum enim tu fateris ſpatiū tuum imaginarium, eſſe per ſe,& ex ſe fixum, & immobile ſine ordine ad aliud, ita dico ego de *vbi*, quamuis fatear facilius explicari à nobis eius immobilitatem ſi fingamus de nouo quoddam infinitum corpus immobile, cum varijs partibus, ſignis, & figuris, quaſi poſſibile, & cum attentione ad id, *vbi* immobilitatem declaramus; quo ficto & imaginato ſpatio, ſi tu contentus es, non contendam tecum; at ſi id non placet, declara quo pacto, & propter quid ſit immobile de ſe tuum ſpatium,& ego applicabo, quod dixeris vbicationibus, quas dico de ſe eſſe immobiles, vt pote rationes formales vltimas immobilitatis,& nō indigere, vt immobiles ſint, vt *quibus* alio extrinſeco, ſicut vnio, vt vnio ſit, non indiget alio, de vnionis genere.

Quarto objiciat aliquis ex P. *Prepoſito*, non eſt impoſſibile ſpatium eſſe aliquid reale exiſtens, licet negatiuum ſit, independenter ab intellectu, quia ſimiliter reale quid ſunt tenebræ, negatio antichriſti nondum nati, negatio albedinis in Gabriele, & eiuſmodi; ergo tale ſpatium datur, quantumuis enim non bene capi poſſit concedendum eſt propter authoritatem SS.PP. conteſtantium in eo extitiſſe ab æterno Deum, & alius cōfirmare poſſet ſic ſubtilius, poſsibilis eſt negatio realis, quæ nihil poſitiuū neget,& ſubinde, quæ nō habeat ſibi oppoſitum, per quod excludatur, aut excludi poſsit; ergo poſsibilis eſt capacitas negatiua ſuſceptiua corporum poſſibilium,& exiſtentium.

Probatur antecedēs, nam ſic eſt negatio alterius Dei, alterius Filij, & ſimiles, quæ veræ ſunt ante intellectum, & ſine ipſo, negatiua entia; & tamen carent contradictorijs, à quibus excludi poſsint, ſiquidem, vt certum eſt, alter Deus verus, & alter Filius verus ſunt impoſsibiles; ſi autem fingantur, adhuc per eos fictos non excludentur negationes, quæ negant alia vera numina, non chimerica, & ficta, vt clarum eſt.

Reſpondeo negando conſequentiā; neque cogi nos ab authoritate SS.PP. 780
vt chimæras concedamus, ipſi enim tantum volunt Deum ab æterno extitiſſe in ſe ipſo, id pro cæteris teſtatur *Auguſt.* ibi, qui habitas in cælis, *antequā faceret Deus cælum, & terrā, vbi habitabat? in ſe habitabat Deus apud ſe habitabat, & apud ſe eſt Deus*, non autem in loco alio vero, vel imaginario, aut negatiuo, quod ſi aliquando dixerint Patres in ſpatijs immenſis exiſtere Deum, intelligendi locuti de ſpatijs à nobis imaginatis, & fictis, vel de poſsibilibus, quibus tamen Deus non ſit tamquam in loco, ſed cum ipſis concomitanter, vt nunc exiſtit concomitanter cum tenebris, & alijs innumeris negationibus, etiam in inani extra cœlos; his pulchre conſonat Ariſtoteles 1. de Cœlo tr. 100. omnino legendus, & ibidem ſacer interpres.

S. Auguſt.

Ariſtoteles

S. *Thomas*

Ad confirmationem reſpondebo, dum aduertero nos dum diſputamus, vti ſolere vocibus dupliciter ſtrictè, nimirum, & largè, & aliquando nimis abuſiuè, & metaphoricè; ſtrictè, & propriè tunc illis vtimur, quādo eæ rebus, quas ſignificare volumus, propriè cōueniunt, tunc largè,& abuſiuè, quādo rebus impropriè conueniūt, eaſque impropriè ſignificāt, vel nos deluſi tales voces, res tales exiſtimamus ſignificare; quia fallimur à rerum ſignificatarum aliquali ſimilitudine.

Accedo, vt magis me declarem, ad rem propoſitam, negatio propriè ſignificat carentiam excluſiuam rei veræ alicuius, ita eſt negatio Petri Petrum remouens; negatio autem alterius Dei, an ſimiliter ſignificabit excluſionem veræ rei, quæ ſit vere Deus? nequaquam, quia talis Deus eſt impoſſibilis, & potius is excluderet noſtrum verum Deum; & ideo in rigore, illæ voces *negatio alterius Dei*, æquiualent his, *verus Deus noſter*, qui poſitiue eſt negatio alterius Dei, ipſius carentia, ipſum excludens, ac remouens; quocirca iis terminis abutimur volentes ſignificare, quod in re non eſt vt manifeſtum eſt, ſapienter tamen vtimur, licet minus proprie, ſi iis ſignificare volumus, quod in ſe eſt, ideſt, Deum trinum, & vnum, quem illæ voces æquipollentes debent ſignificare, *non exiſtit Deus impoſſibilis*, quæ perinde valent atque hæ, *exiſtit Deus verus*.

S. Thomas q. 28. de verit. a. 6. c.

781 Quia ſemper eſt verum illud principium, *quæuis negatio opponitur rei poſitiuæ, quam excludit, & per quam excluditur*, capacitas ergo iſthæc negatiua, iſta ſpatioſa negatio corporis impoſſibilis, alicui poſitiuo opponi debet, licet vocum abuſu, per errorem veritas diſſimuletur; & ſubinde ſignificat idē, & idē omnino eſt, atq; capacitas vera ſibili, exiſtens extra cœlos, ideſt, locus realis poſſibilis: cuius ratio eſt, quia re ipſa, & ſublata fictione intellectus, actu aliud nihil eſt, nulla realis capacitas, quantumuis verbis adornetur, & attributis, vnde neganda ſunt antecedens, & conſequentia confirmationis.

Audi ad finem *S. Thomam*, qui aditū præcludit aliis argumentis, reſpondens in *Alamanno* q. 18. de infinito ar. 1. arg. 5. ſic ſibi, & *Ariſtotelis* obiecto, *extra cælum eſt ſpatium infinitum, ergo & erit corpus infinitum, ne detur illud vacuum*, dicit ad 5. *quod ſicut non eſt neceſſarium, quod tempus ſit priuſquam incipiat eſſe, vel poſtquā deſinat, licet prius, & poſterius, quod noſtra tantū imaginatione fingitur antequam tempus realiter incipiat eſſe, videantur tempus ſignificare; ita extra cælum non oportet ponere locum, vel ſpatium ſignificari, quia nihil eſt extra cælum, niſi quid imaginatum*; quid clarius aut propoſito noſtro congruentius potuit excogitari? ad *vacuum* ergo tranſeamus.

Ariſtoteles. S. Thomas 3. Phyſ. l. 13. & 11. no. b. 5.

S. Thomas 2. d. 1. q. 1. a. 5. ad 13.

QVAESTIO II.

Breui, & dilucide proponit; ac reſoluit difficultates.

de Vacuo.

QVæritur primò, quid ſit vacuum rigoroſè, & reſpondetur ex *Ariſtot.* hic in t. 57. *vacuum eſt locus nullo repletus corpore, aptus tamen repleri*, vt eſſet concaua ſuperficies cæli lunæ, ſi terra, & reliqua, quæ modo complectitur, & quibus plena eſt, anihilarentur; vel etiam dolium, aut aliud vas, nihil, neque aerem intra ſe contineret: vnde collige ante mundi creationem vacuum non fuiſſe, ſumptū priuatiuè pro loco apto, ſed negatiuè, quod melius *inane*, quam *vacuum* dicitur, quia ſcilicet, tunc nō erat aliquod corpus, à quo vacuū aliàs aptum habere corpus, circundaretur; & quidem vacuum negatiuè eſt inaue, quod modo eſt vltra omnes cœlos.

Ariſtoteles S. Thomas l. 10. & 13

Secundo quæritur an ſit vacuum in natura, & reſpondet ipſa natura manifeſtis experientiæ ſignis, non dari, neque dari poſſe naturaliter: vnde venit axioma, *nihil vacuum in natura*, quidquid mentiantur *Democritus*. *Temoſius*, & *Epicurei*, qui vacuum admiſerunt apud *Conimb.* hic cap. 9. quæſt. 1. cauſa autem cur natura, ſiue res omnes naturales in tantum vacuum abhorrent, videtur eſſe ſuæ conſeruationis innatus amor, quando enim ſunt omnes inter ſe contiguæ, melius ſe tutantur, & melius ſunt diſpoſitæ, vt à ſuperioribus cauſis conſeruentur, & influentiis cœleſtibus, quæ venire nequeunt per inane, aut vacuum, potiantur, vnde fit vt ad replendum vacuum grauia, ſi opus ſit, impigrè aſcendant & leuia deſcendant violenter attracta, aut ſponte ſua, ſecundum varias opiniones. 782

Ariſtoteles hic. c. 8. 9. S. Thomas ibi.

Nec eneruat has rationes *Arriaga* dicens hic, ſimilem rerum vnionem potius vergere in deſtructionem earum

Ariſtoteles tex. 48.

S. Thomas 1. p. q. 60. ar. 5. & 2. d. 14. q. 1. a. 5. ad. 2.

rum, quam in conſeruationem, vt apparet in aqua, & igne quæ ob vicinitatem, viciſsim impugnãt, ac deſtruũtur; quia natum mediate prædictâ vnione, attendit bonum vniuerſi, & cõmune bonũ profert particulari, patitur partem deſtrui, vt conſeruetur totũ, nec ratio ſua petita ab impenetrabilitate corporũ, ob quam hæc debeant replere neceſſario loca, ſubſiſtit nam ſaltem Angelus poteſt nimio frigore addenſare aquas maris, & contiguum aerem, & ſic vacuum cauſare in ipſa ſiquidẽ partes addenſatæ relinquerent ſpatiũ non modicũ in mdio.

Tertio quæritur à quibus cauſis, & virtute qua moueãtur corpora ad impediendum vacuum. Reſpondeo, ſaluo meliori iudicio ea moueri à corpore attrahente illa violenter, in cuius locũ ſuccedit corpus alterum, quod vacuo ſuccurrit v.g. quando per fiſtulam quam appellamus *bomba*, aquã extrahimus, ita aqua mouetur ſurſũ impeditura vacuũ, tum ab extrahentibus nobis, qui ſine dubio aliquid agimus, ſiquidem defatigamur, & item à portione aquæ iam extracta; hoc patet, quando ita fiſtula diſponitur in modũ arcus, vt orificiũ eius alterũ, per quod aqua vadit foras, ſit inferius, quam alterũ, per quod aqua attracta aſcendẽdo intrat; tũc enim, etiam abſentibus nobis, aqua aſcendit, deſcenditq. nẽpe aſcẽdens attrahitur violenter à deſcẽdẽte; hæc videtur eſſe mens *Ariſtot.* qui dixiſſe fertur alicubi, *motũ ſurſum grauiũ* ad implendũ vacuũ eſſe *violentũ* licet naturalem appellet cum *S. Thomas* attento bono vniuerſi, quod cuncta præferunt particulari.

Ariſtoteles 4. cæli t. 39 S. Thomas 1. p. q. 60. a. 5. c.

783 *Quarto quæritur* an Deus poſsit vacuũ cauſare, aut etiam Angelus quidã? & reſpõdetur cõmuniter Deum ſine dubio poſſe multis modis, vel ſcilicet deſtruendo contenta corpora intra locũ, vel detinendo corpora ne vacuo ſuccurrant, de Angelo eſt opinio, alij affirmant, alij negant; probabilius videtur Angelum quidem de ſe poſſe cauſare vacuum retardando corpus, ne vacuũ impleat, vel omnino diſiungẽdo vnũ corpus ab alio, ſed tamen ex voluntate extrinſeca Dei hoc illi prohibitum eſſe, vel per imperium, vel per denegationem concurſus, id, quod videtur colligi ex *Apoſtolo* ſcribẽte ad Hebr. 2. *nõ enim Angelis ſubiecit Deus orbem terræ* licet *S. Thomas* dixerit *non eſſe proportionatũ naturæ angelicæ, ut mutet ordine elementorũ mundi*, & ideo Angelũ nõ poſſe impedire motũ localem corporum accurrentium ad prohibendũ vacuum, *licet obediant illi quo ad motum.*

S. Thomas 16. de malo ar. 10. ad vltim.

Quarto queritur, an in vacuo poſsit eſſe motus localis, & cõmuniter Iuniores affirmãt, quid enim prohibet quo minus Angelus proijceret lapidẽ, ſiue intorqueret fulmen per inane extra cœlos, vel etiam à cœlo contra terrã, caſu quo vacuũ eſſet hoc interceptum ſpatium; quo caſu, ſine dubio lapis, & fulmen mouerẽtur per vacuũ præterea Beati poſſent deſcendere de cœlo ad terram, & iterũ ſubire, & credibile eſt illos de facto deãbulare aliquando vltra omnes cœlos per inane, vbi eſt Chriſti D. humanitas, ſedens à dextris Dei, ideſt, ſtãs ſupra ſuperficiẽ cœli empyrei, præſidens omni creaturæ excelſior omnibus, vti omnium ſupremus Dominus, & Imperator: conſentiunt *Scot. Sotus, Tol. Conimb. Rub.* quos ſequitur *C. complut.* & *Arriaga d.* 14 *num.* 162.

S. Thomas hic l. 12. & 4. d. 44. q. 2. art. 3.

S. Thomas 3. p. q. 57. a. 4. ad. 2.

Sed *S. Thomas* docet colligens ex Philoſopho ea, quæ neceſſario non ſunt in loco continenti, vt Angeli animæ, & corpora glorioſa, poſſe moueri in vacuo, ſecus corporalia reliqua quantumuis grauia, & leuia, ni forte exiſtat ipſorum centrum; tunc enim naturaliter cauſarent motum etiam in vacuo, verſus ſuum centrum, centrũ quippe nullum eſſet ſi vniuerſum annihilaretur; adeſſet vero, ſi ſolum aeris elementum deſtrueretur, & vacuus is locus remaneret.

S. Thomas quo. 6. a. 3. & 1. c. 7. Ariſtoteles

Et quidem motus factus per inane, vel in vacuo foret ſucceſsiuus, vt bene probat ex Philoſopho *S. Thom.* ſ quod plane intelliges, ſi fingas columnam altiſsimam, quæ fixa in terra, pertingat cœlum lunæ tranſiens per vacuum medium, & quod Angelus è cœlo iuxta columnam faciat venire lapidem deorſum, qui lapis ſimul, & in eodẽ tẽpore poſſet in capite columnæ, in medio, & in baſe eſt impoſſibile, quia non poteſt eſſe vnũ corpus ſimul in pluribus adæquatis locis. 784

S. Thomas 1. d. 17. q. 4 a. 3. sap. & quol. 9. a. 9

Et confirmatur primò, quia ille lapis paruus non poteſt totam vacuitatem

ſimul acquirere duo *vbi*, neque occupare pluſquam vnum ſpatium.

Fateor tamen duo, primum, quod lapis ille velociſsime deſcenderet ad centrum, ſecundum, ſi à Deo crearetur in vacuo, & Vniuerſum deſtructum eſſet, eum permanſurum immobilem, quia non eſſet centrum, quo vergeret, donec violenter à Deo, vel ab Angelo, verſus aliquam cæli partem impelleretur.

S. Thomas 4 Phyſ. l. 11 Et cum hoc erit contentus *S. Thomas*, qui opinatur moueri non poſſe violenter, id quod non poſsit naturaliter, quia, inquit, res ſic mota alicubi non erit, ſed ego dico quod erit, ſicut erat prius in ſuo *vbi*, vel in ſe ipſo, aut in extremæ ſuæ ſuperficiei cõcauo. ideſt, in loco *per accidens*, vt dicunt, & dicerent S. *Thomas*, & *Ariſtoteles* de vniuerſo, aut Empyreo circundato ab inani, vel etiam de Angelis, & corporibus glorioſis exiſtentibus, & ſemouentibus per vacuum, vel inane. *Ariſtoteles et. 44. 3 S Thomas ibi l. 7.*

Ad finem nota vacuum differre ab inani, ſicut inter ſe differunt priuatio, & negatio, nam vacuum aptum dicitur repleri, & continere corpora, quia id, & dicit in medio carentiam eorum, & locum ambientem; ſicut dolium vacuum; & ideo habet priuationem corporum, inane vero negationem, quia dicit meram carentiam illorum, atqui in vtroque poſſe fieri motus ſpirituales, conuenimus omnes cum *Ariſtotele*, & *S. Thoma*, qui videndus eſt de vacuo pulchre, & fuſe diſſerens in *Alamanio* hic q. 20. vt nos ad alia tranſeamus. *Ariſtoteles S. Thomas*

QVAESTIO III.

De duratione in communi, & tempore vbi monſtratur durationem nullam diſtingui ab exiſtentia, & prædicamentum quando, eſſe extrinſecum concretum.

785 *Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas* DE tempore, quæ ſpecialis duratio eſt, tractant hic fuſe *Ariſtoteles*, & *S. Thomas* ſuper textum, & in *Alamanio* hic q 21. & pulchre *S. Auguſt.* to. 1. lib. 11 Confeſ. a c. 13. & alibi videndus in ſuo indice V. *tempus*,

SECTIO I.

An ſit, quid ſit, & quotuplex duratio, vbi pauca de Aeternitate, Aeuo, & innominatis durationibus.

EXiſtere plures durationes, plura durare, & duratura eſſe, non ſolum Fides docet, ſed etiam lumen naturæ. *Duratio* vero *eſt perſiſtentia, ſeu perſeuerantia rei exiſtentis in eſſe*, eſt duratio quidam modus intrinſecus rebus, qui dicitur *quando*, quo res correſpondent, aut poſſunt correſpondere tempori præſenti, vel poſsibili, eique coexiſtere, vnde connotat duratio, vt talis, tempus exiſtens, vel poſsibile, ſine cuius connotatione *duratio* non dicitur, ſed exiſtentia, vel huiuſmodi aliter.

Et primò alia eſt permanens, alia ſucceſsiua; duratio permanens eſt illa, mediante qua res permanens in eodē ſuo eſſe inuariata perſeuerat, ſucceſſiua, qua durant res ſucceſsiuæ, licet earum aliquæ partes intereant, aliæ ſuccedant, vt tempus, & ſimilia. Secundo duratio permanens diuiditur in æternitatem, æuum, & in durationem, quæ nullo nomine particulari inſignita eſt, ſed abſolute duratio nominatur, de quibus ſingulis pauca dicā.

S. *Thomas* 1. p. q. 10. a. 1. ſumens ex *S. Boetio* Aeternitas, inquit, *eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio*, ideſt, eſt duratio rei viuentis ſine principio, & fine, ſine ſucceſsione partium priorum, & poſteriorum, ſiue accretione, aut diminutione, ſemper eadem indiuiſa perſeuerans, indeficiens, & immutabilis, potēs propterea correſpondere cuicunque tempori, quantumuis infinito exiſtenti, vel poſsibili, vero, vel imaginario, & ficto, hæc æternitas eſt propria Dei, & bene totum, quod ad eam pertinet, proſequitur P. *Granados* 1. p. contr. 1. d. 5. *S. Thomas*

Significat item nomen *Aeternitas*, primò durationem æternam à parte ante, & à parte poſt, vt eſt de facto diuina, & foret duratio Angeli ab æter- 786

no

Digitized by Google

no conditi, & in æternum duraturi. Secundò durationem æternam ſolum à parte poſt, quæ melius dicitur *æuum*, ita eſt duratio Beatorum, & rerum incorruptibilium cæterarum, ac durationem æternam ſolum à parte ante, vt fuiſſet duratio Angeli creati ab æterno, & heri deſtructi, ſignificat etiam per abuſum, tempus longiſsimum, licet finitum, *æternum* dictum per exagerationem.

Conimb. hic cap. 4. q. 3. a. 1. ſic fere definiunt æuum, *Aeuum eſt duratio eſſe creati ſtabiliter, & perenniter ſe habentis*, ideſt, duratio qua durant res omnes creatæ incorruptibiles, ſiue eæ ſint naturales, ſiue ſupernaturales, vti ſunt materia prima, cæli, Angeli, vnio hypoſtatica, & ſimilia, licet illi voluerint æuum competere ſolis rebus naturalibus, attribuentes viſioni Dei, & reliquis donis ſupernaturalibus incorruptibilibus participatam Aeternitatem, qua durent in æternum à parte poſt.

Denique duratio alia ſimpliciter ſic dicta eſt, quia nomen particulare non haber, quæ conuenit rebus corruptibilibus, quæ quotidie gignuntur, & intereunt, vt ſunt miſta, & elementa.

SECTIO II.

De duratione ſucceſsiua, ſiue de tempore, vbi tempus reale eſſe menſuram, & nullum eſſe imaginarium, niſi fingatur, ſicut de ſpatio imaginario dixit ſupra S. Thomas.

787

Ariſtoteles TEmpus exiſtere ex eius definitione conſtabit, *tempus* ergo *eſt*
S. Thomas
a lect. 17. ait *Ariſtoteles* hic in tex. 101. *numerus*
& eſ. 44. *motus ſecundum prius, & poſterius*, id eſt, tẽpus eſt continua multitudo partiũ, priorũ, & poſteriorum ſibi ſuccedentium motus, ſiue vbi ſucceſsiui, quod ſubiectatur in aliquo corpore, vel ſpiritu ſe mouentibus. Quare hæc erit definitio clarior *tempus eſt duratio partium motus ſibi ſuccedentium*, eſt ergo tempus, propeie loquendo, exiſtentia ſucceſsiua partium priorum, & poſteriorum ſibi ſuccedentium vbicationis, ſiue motus cuiuslibet mobilis, ſola noſtra conſideratione diſtincta ab eſſentia *vbi* eius mobilis, ſiquidem exiſtentia cuiuſcunque rei cum ipſa idem realiter eſt.

Multiplex eſt tempus, aliud eſt tempus ſumme æquabile, & ſemper vniformiter, & regulariter fluens; aliud eſt tempus vt cunque habens partes priores, & poſteriores ſibi ſuccedentes, non ſemper æquali, & regulari motu, tempus illud æquabile eſt duratio partium motus, ſiue *vbi* ſucceſsiui, quod imprimit Angelus ſemper vniformiter, & regulariter, primo mobili, nempe decimo cælo, quod ſecũ rapit in gyrum reliquos orbes inferiores, & hoc dicitur *tempus* per antonomaſiam, de quo tractat hic potiſsimum *Ariſtoteles*, & Angelus Apocal. 10. authore S. *Thoma* quando dixit *S. Thomas*
iure iurando *quia tempus non erit amplius*, quia, ſcilicet, poſt diem Iuditij ceſſabit motus primi mobilis, & ſubinde cælorum cæterorum.

Tempus autem non ita regulare, & æquabile eſt quilibet motus ſucceſſiuus vel Angeli, vel hominis, vel horologij quamuis hoc magis accedit, ſi recte gubernetur, ad tempus ſumme æquabile; temporis huius meminit S. *Auguſt.* lib. 11. confeſſ. cap. 23. *S. August.*
dicens *audiui à quodam homine docto quod ſolis, & lunæ, ac ſyderum motus, ipſa ſint tempora, & anni, cur enim non potius omnium corporum motus ſint tempora an vero ſi ceſſarent cæli lumina, & moueretur rota figuli non eſſet tempus?* & alibi & 12. de Ciuit. c. 11. concludit *tempus fuiſſe ante cælum, ſi prius fuerint Angelici motus*.

Bene diuiſum eſt hoc vtrumque tempus nam cuilibet conuenit definitio *Ariſtotelis*, quod ſi reſiſtere vi- *S. Thomas*
debitur S. *Thomas* colligens ex *Ariſtotele* *1. p. q. 10. a. 6.*
cum *Auerroe*, vnicum tantum tempus *Ariſtoteles*
temporalium, quod eſt affectio mo- *4. ...t. 4.*
tus primi mobilis, explicandus eſt loqui de tempore perfectiſsimo, & menſura principali cæterorum, præſertim quia duplicis temporis dicti, mentionem fecerit in 2. diſ. 12. q. 2. a. 4.

Aliud tertiũ tẽpus ſuperaddunt illi, 788
qui ponunt ſpatium imaginarium, immenſe protenſũ, & immobile, quod vocant *tempus imaginarium*, æternum,

& ſum-

& ſumme æquabile, & declarant eſſe quoddam nihil ſucceſsiue fluens, habeus partes priores,& poſteriores,non poſitiuas, ſed negatiuas, nos autem dicimus cum *S. Thoma* iſtud tempus, ſicut & illud ſpatium, eſſe quaſdam chimæras confictas ab intellectu, *ſimiles corporibus,& veluti corpora, ſed ſine corpore*, vt dicebat *Aug. in Trip* n.1064. vtiles tamen vt facilius rerum fixas vbicationes, & veras durationes maiores, aut minores eſſe dignoſcamus.

S. Thomas ſup. n.781.
S. Auguſt.

Aduerte hic, Primo tempora illa duo eſſe entia realia, ſiquidem ſunt reales durationes motuum à parte rei, fluentes, quando autem dixit *Ariſteteles* t.131. tempus fore impoſsibile, ſi non eſſet intellectus, non locutus eſt de tempore ſecundum quod eſt duratio naturalis ſucceſsiua, ſed ſecundum quod artificialiter diuiditur à nobis in horas, dies, hebdomadas, menſes, & annos, quæ diuiſio vera non eſſet, ſi diuidens aliquod intellectuale non eſſet propterea dixit quoque S. *Auguſt.* 11.Conf.c.28. *tempus eſſe opus animæ*, illud nimirum numerantis, ac diuidentis, ſecundò tempora declarata eſſe tempora *continua*, quia, ſcilicet, eorum partes vnitæ ſunt modo ſuo ſucceſsiuo, addi, etiam poteſt congeriem durationum rerum permanentium corruptibilium ſibi ſuccedentium, appellari poſſe tempus diſcretum.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas 1.p. q. 10. a.6.
Ariſteteles c. de quãto.

Vtrumque vero id tempus ex Philoſopho reductiue eſt quantitatis ſpecies, & quia quantitas eſt, & ſe facit quantam, ideſt, longam, aut breue & reliqua à ſe, quanta facit, quatenus per ipſum menſurantur, & per ipſum tantum duraſſe dicantur, quæ vera ſunt intellecta maxime de tempore æquabili, nempe de motu regulari primi mobilis.

Altera pars Sectionis declarat quo pacto durationibus, ac temporibus conueniat ratio menſuræ, ideſt, numeri numerantis, vel etiam numerati.

789 Videamus ergo quomodo durationibus ſucceſsiuis, aut permanentibus conueniat ratio menſuræ, ſed primò quid eſt menſura, quam bene declarat Philoſophus 10. met. cap.2. dicens *menſuram eſſe, id quo cognoſcimus quantum*, quæ tripliciter eſt, alia, qua menſuramus alicuius rei perfectionem, ſic eſt *optimum in vnoquoque genere menſura cæterorum. Aeternitas*, verbi gratia, in ratione durationis eſt perfectiſsima, & ſic menſura cæterarum, cui quanto magis aſsimilatur quæq; duratio, tanto eſt in ſe perfectior; alia eſt menſura, qua menſuramus magnitudinem, vel extenſionem, vt eſt *vlna*. Tertia eſt, qua menſuramus extenſionem ſecundum prius, & poſterius, vt eſt *tempus*, quo menſuramus alias durationes ſucceſsiuas, vel permanentes illi coexiſtentes.

Ariſtotele
S. Thomas

Menſuræ vero in communi has poſuit *Ariſtoteles* conditiones. Prima eſt quod ſit homogenea, & ſimilis quodammodo cum re menſurata, non ita quod debeat eſſe neceſſario eiuſdem ſpeciei cum ea, ſed ita quod ſi menſuranda ſit res longa, longa item ſit menſura, & ſi illa ſit ponderoſa, ſimiliter ſit meſura & ſic de reliquis. Secunda, menſura debet eſſe notior re menſuranda. Tertia quod diſtinguatur realiter à re menſurata. Quarta, quod ſit finita, certa, determinata, & inuariabilis. Quinta conditio eſt, vt menſura ſit minima, ſeu quanto minor eſſe poſsit, qui ſic plura menſuret.

Ariſtoteles Me. 10. a 1.3.

His poſitis deſcendendo ad ſingulas durationes vt videam, quæ nam, & quæ non earum ſit menſura, dico primo, Aeternitas non poteſt proprie eſſe menſura aliarum durationum, quia ea, vt pote æterna, & infinita non poſſumus menſurare durationes finitas, quæ inceperunt in tempore, quinimo etiam ſi ab æterno fuiſſet Angelus, & in æternum duraturus, proprie loquendo eius duratio non poſſet menſurari æternitate, quia quod æternum eſt, vt termini præſeferunt, immenſurabile eſt, licet ambæ durationes dici poſſent æquales; & propter eamdem rationem, æuum non eſt proprie menſura durationum rerum corruptibilium, quia, ſcilicet, hoc eſt à parte poſt æternum, illæ temporales, ſed tamen quodammodo menſurare poſſumus durationem terræ, & aquæ æuo, ſiue duratione

S. Thomas 1.p. q. 10. a.2.

Angeli

Angeli, dicentes tandiuſerme duraſ-
ſe hæc elementa, quamdiu Angelum,
& tandiu forſan duratura.

790 Dico ſecundò, tempus quodlibet eſt
S. Thomas menſura cæterarum durationum tam
1.p.q.10. permanentium, quam ſucceſsiuarum,
a.6. & 1.d. nam vere dicimus Petrum, equum,
2.q.1.a.2 c & reliqua vixiſſe, duraſſeque tot an-
nos, qui componuntur ex certis cæli
gyrationibus, & item dicere ſolemus
curſum aliquem, vel aliud exercitiũ
ſucceſsiue factum duraſſe per diem
integrum, aut per horam, vel quan-
diu arenulæ deſcenderunt in horolo-
gio vitreo, vel quandiu durauit mo-
tus alicuius rotæ in gyrum impetu ro-
tatæ, *o por uno, o por dos credos*, vel rẽ
factam *en vn Santi amen*, quaſi dica-
mus tale exercitium duraſſe quandiu
durauit recitatio ſucceſsiua orationis
illius, vel prolatio illius verbi, aut ſi-
S. Thomas milis. Lege *S. Thomam in Alamaoio* hic
q.21.a.3.

Et quidem tempus quod per Anto-
nomaſiam tale dicitur, eſt duratio mo-
tus primi mobilis, quo numeramus,
& menſuramus omnia, reliqua, &
menſurare poſſumus non ſolum du-
rationes permanentes rerum corrup-
tibilium, & durationes ſuceeſsiuas,
quæ alias etiam tempora dicuntur;
ſed etiam quodammodo æternitatem
Dei, & æuum Angelorum, quatenus
dicimus Deum, & Angelos, qui ſunt
in æternũ duraturi, iam coextitiſſe
ab orbe condito tempori iuxta *P. Sa-
lianum* to.6 annis 5678. & iuxta *Baro-
nium* in martyrologio Romano 25. De-
cembris, 6825. & fore vt coexiſtant
alijs quinque, vel ſex annorum milli-
bus, ſi tot fuerint ante diem iuditij.

S. Thomas Quamuis huiuſmodi menſuratio
Ariſtoteles eſt impropria, *quia*, vt ait *S. Thomas* 1.
hic t. 120. p.q.10.a.4.c. *ſicut illud menſuratur tem-
pore, quod habet principium, & finem in
tempore, cum infinitum non ſit menſurabi-
le*, ſapienter vero addit *S. Auguſt.* 11.
S. Auguſt. Confeſſ. c.21. partem vnam temporis
Muſic. l. nos per alteram metiri, *quia poſſumus
c.8. dicere duplum eſſe hoc temporis ad illud
ſimplum*, aut tantum hoc, quantum
illud; & merito quia bene dicimus
tot annos vixit Petrus, quot Paulus,
vel duplo plures alter altero; vnde
colliges quid nomine *numeri* intel-
lexerit *Ariſtoteles* in ſua definitione
temporis, ſiquidem id habens partes
priores, & poſteriores eſt numerus
numerans ſiue menſurans reliqua
etiam tempora, & ipſum quoque nu-
meratur, & menſuratur.

Ex dictis infertur primò tempus 791
continuum quodlibet, præſertim
quod per Antonomaſiam tale dicitur,
eſſe quoddam continuum ſucceſsiuũ
conſtans partibus poſitiuis realibus
fluentibus vnitis modo ſuo, inſtanti-
bus permanentibus, quæ ſunt, & di-
cuntur *nunc temporis*, quod tamen
adeo difficile diſputatu putauit *Auguſt.*
vt dixerit lib. 11. Confeſſ. cap. 25. *Confi- Ariſtoteles
teor tibi Domine ignorare me quid ſit tem- 6.Ph. t.2.
pus* id tamen ita conflatum eſſe nos S. Thomas
docuit *S. Thomas* 4. Phy. lect. 18. & in op.44.c.4.
Alamanio q.20. & *Ariſt.* & *Suarez* in & 1.p.q.
m.d.50. ſect.9. quas imitantur *Conimb.* 10.a.1.
Plaza, Murcia, Rubius & alij recentio-
res.

Infertur ſecundo, tempus imagina-
rium, quod aliqui ponunt ab æterno
fluens, eſſe omnino fictum ab intel-
lectu, ad ſimilitudinem veri tempo-
ris realis declarati; neque enim po-
teſt eſſe aliquid poſitiuum, & reale
ab æterno creatum, quia docet fides
omnia habuiſſe principium, neque
poſſe eſſe aliquid negatiuum conuin-
cunt rationes poſitæ ſupra n.775. con-
tra ſpatium imaginarium, & autho- S. Thomas
ritas *S. Thomæ* & *Ariſtotelis* citata nu. Ariſtoteles
781.

SECTIO III.

Probat authoritate, & rationibus durationes rerum non diſtingui intrinſece, ſed ſolum per connotata, ab exiſtentijs ipſarum.

SVpra num. 245. dicebam formali-
ter loquendo rerum exiſtentias
eſſe modos, quibus res exiſtunt extra
cauſas; modo diſputo an rei vnius du-
ratio ſit formaliter idem, quod eius
exiſtentia, an forma per intellectum
diſtincta, vel in re, ab exiſtentia,
quam item dixi ſupra identificari
cum rebus, quarum eſt exiſtentia.

Sed antequam quæſtionem deci-
dam,

ſtinctas eſſe quoad intrinſecum. durationem, & exiſtentiam, cum ſufficiat nomina multiplicari ſecundum varia, connotata, præſertim quia, ſi valet quidquam paritas *vbi*, neceſſe ſit multiplicari in qualibet re durante infinitas durationes vel permanentes nō vnitas, correſpondentes infinitis partibus, & in inſtantibus temporis, quarum cauſam difficile erit aſsignare, vel vnitas componentes ens ſucceſsiuum, vt vult *Arriaga*, & ſi Deo placet, cum ſuis interpoſitis motulis, ita vt res quandoque durant negatiuè, ſiue per ſe ipſas, quod ego aio, & ipſe poſsibile iudicat, ex quo conceſſo ruunt pleraque eius fundamenta. Satis ergo eſt quod res eadem, vt facit rem exiſtere extra cauſas, dicatur, & ſit *exiſtentia*, vt vero connotat tempus, *duratio* nominetur, & ſit.

Vnde colligas nomina *exiſtentia*, & *duratio* non eſſe ſynonyma, quoniam exiſtentia ſignificat modum, quo res eſt extra cauſas, & duratio id ipſum ſignificat, ſed addendo correſpondentiam ad tempus exiſtens, vel poſſibile, vel fictum, in quo durat; ex quo fit vlterius prædicamentum *quando*, quod eſt duratio in communi, eſſe quoddam ens per accidens, ſiue concretum extrinſecum, quod alij vocant extrinſecam denominationem, ſiue relationem.

794 Tota præſtatuta doctrina eſt conſentanea S *Thomæ*, qui ſu'e in *Alamanio* q.21.a.2.& 5. defendit cum *Ariſtotele* tempus, & motum cæli idem realiter eſſe, ſed ratione diſtingui, quatenus eadē entitas vt eſt actus entis in potentia, eſt *motus*, vt vero eſt prius, & poſterius, *tempus*, vbi non prætendit S. Pater facere duas formalitates obiectiuas, ſed duas formales conſiderationes rationis, ſiue intellectus, eandem rem ſecundum connotata diuerſa *Hominalium* more, inadæquatæ concipientis, quia in præſenti alia præciſio formalitatum maior neceſſaria non videtur, tametſi prætendat oppoſitum infra c. *Complutenſe* nu. 803. vbi demonſtratur tradidiſſe commmunes Magiſtros indiſtinctam durationem.

S. *Thomas* 4.*Phyſ*.*l*.17 *Ariſtoteles* *ibi*.*t*.99.

Prima pars Sectionis ſoluit argumenta prætendentium durationem eſſe formalitatem diuerſam ab exiſtentia.

Sed oppones primò, res correſpondent ſpatio, per modum diſtinctum realiter ab entitate rei, qui dicitur *vbi*, ergo res correſpondent tēpori per modum diſtinctum ab exiſtentia, qui ſit *duratio*, ſane *Ariſtoteles*, qui plane negauit vbiſupra, modos, & *vbi*, intrinſeca, facile ſe ab hoc argumento liberaret, negando totum entymema, nos vero qui cum communi ſententia ea conceſsimus, conceſſo antecedenti, negamus conſequentiam, & diſparitas eſt, quia cum tu verbi gratia, te moues, aliquis eſt terminus tuæ motionis, qui terminus non eſſe poteſt, niſi *vbi*; at vero quando duras coexiſtendo diuerſis temporibus, nihil agis, vt eis fluentibus coexiſtas, & ſic tua exiſtentia indiuiſibilis dicitur *duratio* connotato tempore; ne cogamur dicere ex ſolo motu temporis extrinſeci, habere te tot durationes diſtinctas, quot ſunt partes temporis, & momenta, ſicut fatemur tot te acquirere *vbi*, quot loca acquiris, quare cum ſolum detur in tempore fluxus, & mutatio, dicendum eſt res durantes per indiuiſibilem exiſtentiam varijs temporibus poſſe immutatas, & ſine modulo correſpōdere, ſicut certum eſt correſpondere Deum.

Ariſtoteles *Ariſtoteles* S. *Auguſt*. S. *Thomas* *inf*.*n*.803.

Oppones ſecundò, in rebus diſtinguimus reſpectus, & formalitates penes terminos reſpectos tranſcēdentaliter; ſed exiſtentia, reſpicit eſſentiam, quam modificat, & duratio reſpicit tempus exiſtens, vel poſſibile; ergo exiſtentia, & duratio ſunt duæ formalitates eſſentialiter differentes; patet conſequentia, quia termini reſpecti nempe eſſentia, & tempus eſſentialiter diſtinguuntur.

Reſpondeo conceſſa maiori, diſtinguendo minorem, duratio reſpicit trāſcendentaliter tempus, nego minorē, prædicamentaliter, & pure vt terminum, à quo deſumit ſolum modo nomen, & ſic concedo minorem; dura- 795

Aaa tio

tio enim eſt exiſtentia tempus connotans, & ſic concretum extrinſecum, ſicut eſt actio conſeruatiua, neque adeſt ſignum, aut ratio, quę ſuadeat durationem, ſiue rem durantem connecti naturaliter cum tempore extrinſeco, neque vel vt ab eo accipiat hecceitatem, vt alibi probandũ erit.

Sed vrges, denominatio durantis ſiue duratio eſt omnino intrinſeca, rei quæ durat, ergo non completur per aliquod extrinſecum; probatur antecedens, quia licet nullum tempus eſſet, cui correſponderet res, adhuc duraret; ergo duratio intrinſeca eſt rei duranti: confirmatur, quia tempus ipſum durat, & tamen eius duratio eſt tempori ipſi intrinſeca; quia non eſt aliud tempus per cuius reſpectum duratio tẽporis cõpleatur, ergo rebus omnibus eſt ſua duratio intrinſeca.

Reſpondeo negando antecedens; nam duratio rei permanentis præter exiſtentiam intrinſecam eius, dicit, & connotat tempus, cum quo facit concretum, quod ſecundum ſe totum nequit eſſe rebus durantibus intrinſecum, vt manifeſtum eſt, ad probationem dico, ſemper durationem rerum permanentium, vt vocabulum præſefert, debere connotare tempus exiſtens, vel poſsibile, ſiue imaginarium, vt per eam res permanens dicatur durare, ſecus, ſi, videlicet, nullum permanens durare, ſed tantum exiſtere tempus connotetur, non dicetur res ſtere.

Ad confirmationem conceſſo antecedenti, negatur conſequentia, diſparitas eſt, nam in rebus ſucceſſiuis, qualiter, eſt tempus, nequit intelligi ſucceſsio, quin res duret, quæ ſucceſſiue fit, nam per partes *vbi* diuerſas perſeuerat in exiſtentia; ſed in rebus permanentibus, quando nullæ ſint partes, quarum aliæ alijs ſuccedant, neceſſarium, eſt durationem intelligi cum ordine ad partes temporis, alterius, atque adeo in ordine ad extrinſecum connotatum; quare exiſtentia ſucceſsiua temporis ſufficienter dicitur *duratio* ratione ſucceſsionis partium priorum, & poſteriorum ſine alio connotato extrinſeco.

796 Oppones vltimò, duratio eſt ſemper accidens, vt pote quæ eſt vnum, è prædicamentis nouem accidentali- 796
bus, quod dicitur *quando*, ergo diſtinguitur realiter, vel ſaltem ratione ab exiſtentijs rerum, quæ in rebus ſubſtantialibus ſubſtantiæ ſunt, in accidentalibus accidentia, nego antecedens, quia duratio eſt intrinſece omnino idem quod exiſtentia, & ſic quandoq; accidens, quandoque ſubſtantia, ſicut de paſsione, & relatione alibi dictum eſt, quare prædicamentũ *quando* per omnia rerum genera vagatur, & eſt, non ens per ſe, ſed per accidens, & concretum quoddam ex duratione intrinſeca, & extrinſeca, ideſt, ex rei quod aliquibus dicitur *denominatio extrinſeca*, & à noſtris Præceptoribus cum *Iſidoro* prædicatũ
extrinſecum in *Tripartita* n.958. quibus Ariſtoteles
opponunt ſe P. *Amicus* in logica, & cõ- S.Auguſt.
muniter *Lectores* propter iam diluta S. Thomas
fundamenta, quibus tamen damus hoc prædicamentum dici poſſe accidens logicum, non ſemper phyſicũ, iuxta dicta in *Logica* nu.753. & 901.

Altera pars Sectionis reÿcit cum ſuis fundamentis, placitum quorundam Recentiorum, qui opinantur durationem à rerum durantium ſubſtantia, & exiſtentia realiter diſtingui.

P. C. *Lugo* de Euchar. d.5. nu. 132. tenuit tituli aſſertum, quia, inquit non poteſt res durare de nouo abſque duratione noua intrinſeca, à qua proueniat illa denominatio noua; & promittit ſe rem alibi ex profeſſo acturum, ſed P. *Arriaga* eius diſcipulus, iam ab hoc onere eum liberauerit, is enim hic d.15. à principio, multis contendit reuincere durationem eſſe formulam realiter diſtinctam cum S. *Bonau.* in 2.d.2. & quibuſdam Recentioribus, inter quos annumeraui in *Tripartita* nu.963. *Rubium*, *Plazam*, & *Caſtelui*, quibus maxime fauẽt *Ricardus* in 2.d.2.a.1.q.1. *Ruiz* de Trinit. d.27. ſect.2. nu.12. *Mayron.* q.2. *Bubalus* q.55.a.3.§.2. *Burleus*, *Herueus*, & alij in *Turriano*, & ex parte *Vallius* de quando c.5. *Ioan.* de *Neapoli* quæſt.var.q.32.pun.2. & *Capreol* .d.2 q.2.a.3. excipientes ſolum a doctina gene-

Ariſtoteles
S. Thomas lect. 5.

generali aliorum, æternitaté, & æuũ, & *Ariſtoteles* videbitur reliquiſſe quæſtioné in medio indeciſam, dicés hoc lib. t. 98. & 12. m. t. 29. *tempus aut idem cum motu aut eius paſsionem eſſe*.

797 Ergo P. *Arriagæ* prima ratio eſt, quia hoc quod eſt Petrum hodie durare eſt aliquid reale, vt nemo negàt, ſed hoc eſt ſeparabile ab exiſtentia Petri, ergo eſt aliquid diſtinctum ab ea, conſequentia eſt euidens, minor probatur, quia Petrus exiſtebat heri cum tota ſua ſubſtantia, & exiſtentia, & potuit mori, quo caſu non duraſſet hodie, ergo durare hodie realiter eſt ſeparabile à ſubſtantia Petri, alioquin non poſſet eſſe ſubſtantia Petri, niſi duraret hodie, ſicut non poteſt eſſe ſubſtantia Petri, quin ſit animal rationale quia hoc nó diſtinguitur ab illa.

Verum hoc argumentum neque ratione formæ, neque materiæ concludit: atque eius authores penſare debuerunt ſe, & nos docere relationes eſſe abſoluta extrema, & alterutrũ realiter tale eſſe, ac dici à propria forma, & ab aliena ſocia, ac item aduertere nos cum *Ariſtotele*, S. *Thoma*, *Auguſt. Iſidoro*, *Boetio*, & Peripateticis allegatis ſupra, tenere durationem eſſe inſigné relationem, reducendam ad *menſuram* & *menſurabile*. His ita commemoratis, vide quid reſpondeant PP. *Arriaga*, & Socij. argumentis his, non tantũ ſimilis formæ, ſed & ſimilis materiæ.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. *Thomas*

Hoc, quod eſt Petrum hodie coexiſtere, ſimulue durare cum Paulo, eſt aliquid reale, vt nemo negat, ſed hoc eſt ſeparabile ab exiſtentijs Petri, & Pauli; ergo eſt aliquid diſtinctum ab eis; minor probatur, quia vterque exiſtebat heri cum ſua propria exiſtentia, & vterque poterat mori, vel alter, quo caſu nó coexiſterent hodie, ergo coexiſtentia hodierna eſt modus relatorius, realiter diſtinctus ab exiſtentijs abſolutis vtriuſque alioqui nó poſſet heri eſſe coexiſtentia, ſiue ea relatio, niſi & coexiſteret hodie.

Rurſus, hoc, quod eſt Petrum eſſe eundem, aut ſimilem in natura humana cum Paulo, eſt aliquid reale, vt nemo negat, ſed hoc eſt ſeparabile ab alterutro, ergo eſt aliquid diſtinctum ab vtroque minor probatur caſu, quo alter anihiletur, tunc enim iam deſinit eſſe prædicatum reale ſimilitudinis, diſtantiæ, propinquitatis, & huiuſmodi, ergo relatio eſt aliquid realiter diſtinctum ab extremis.

Tertiò, quia hoc, quod eſt Deum durare hodie eſt aliquid reale, ſed hoc eſt ſeparabile à Deo, ergo eſt aliquid realiter diſtinctum ab eo, minor probatur, quia potuit illud *hodie* non eſſe, ſed heri, quando Deus fuit cum tota ſua ſubſtantia, tempus finiri, quo caſu Deus non haberet illud prædicatum reale, neque enim diceret quis Deum durare *hodie*, ex quo tamen non licet inferre æternitatem Dei eſſe realiter diſtinctam ab ipſo, ſicut ex dictis meis ſimilibus non ſequitur relationes eſſe modulos pululantes. 798

Reſpondeo ergo ego qui teneo durationem omnem eſſe relationé prædicamentalé pro me, & Patribus allegatis, ſicut ſimili argumento, reſpondi cum *S. Thoma* in logica nu. 886. conceſſa maiori, minoré ſic diſtinguendo, ſed hodie durare Petrũ eſt ſeparabile ab exiſtentia Petri, inadæquate, & ſecundum aliquid ſui, concedo minorem, adæquate, & ſecundum totum ſui, nego minorem, & ſic omnes diſtinguere debemus minorem ſimilium ſyllogiſmorum, qui prætendebant relationem eſſe aliquid adæquate diſtinctum ab extremis, & non ſolum, vt aiebat S. *Thomas*, vt partem à toto, & totum à parte.

S. Thomas

Ergo quia durare hodie Petrũ affert duo extrema, quorũ alterum eſt exiſtentia Petri, alterum tempus, cui coexiſtit, duratio ſeparabilis eſt à Petri exiſtentia ſecundũ tẽpus, ſicut relatio ſeparabilis eſt à ſubiecto, ſecundum terminum, ac ſimiliter poteſt de nouo venire propter acceſſum ipſius, & ſubinde noua denominatio rebus durantibus & recedere recedente tempore, vel accedente.

Et hoc verũ omnino eſt apud eos, qui terminos relationis credunt cum *S. Thoma* eſſe differentias, & partes cóſtitutiuas ipſarum, nec ſolum connotata, & meros terminos, vt volunt alij, quos citaui in logica num. 952. qui item probabiliter cum *Suarez* agnoſcunt nouas denominationes, ex nouo aduentu non tantum formæ nouæ intrinſecæ, vel extrinſecæ, ſed etiã

S. Thomas op. 48. t. 5. c. 2.

termini meri connotati. Vide qua ratis modis ſoluitur iſtud argumentum & ex his item patet ad rationem tanti Cardinalis.

799 Quocirca Patres iſti gratâter debēt admittere ſolutionem ſui fundaméti, quia ex ipſorū quoq; doctrina deſūpta eſt ac fateri debēt me rectè procedere ſiquidē cū *Ariſtotele*, *Auguſtino*, *S.Thoma*, *Iſidoro*, & reliquis Peripateticis, opinor durationē eſſe concretum extrinſecū, ſiue duorū complexū, ideſt, relationē; me tamen inſimulabūt inconſequentiæ, quia ſimiliter non ſentio de *vbi*, dicendo cum illis Antiquis eſſe complexum locati, & loci.

Ariſtoteles *S. Auguſt.* *S. Thomas* *in Tripart. t. 958.*

Sed tamen iam ſupra dedi diſcrimē & nunc recepto negari non poſſe *vbi* ſucceſsiuum, qui ſit terminus rei mouentis ſe; nec *vbi* permanens propter nouas denominationes, quæ prouenire nō poſſunt à loco, & locatis inuariatis, aut nō mutatis, vt videre eſt ſupra nu. 760. at vero in ſe durante ſemper adeſſe nouū extremum, nempe tempus, ob quod nouiter res durare dicantur, & ideo non contingere nouam productionem modi, aut duratoriæ formulæ.

Quod ſi tempus deſtruatur etiam imaginariū, dicente *Ariſtot.* & *S.Thomas* quod dixerūt alibi de locato, loco extrinſecus non exiſtētes nempe, res durare *per accidens*, vel *potentia*, per reſpectū ad tempus poſsibile, aut imaginatum; ſed neque ablato omni tempore res perituræ ſunt, ſed vere durabūt duratione abſoluta totaliter intrinſeca, indiſtincta tamē; habebit enim fortaſſe tūc nomen *duratio* nouā impoſitionem ſignificationis ſuæ, vel nō erit in vſu; quia ſimilis rerum perſiſtentia nomine accommodato dicetur.

Ariſtoteles *S. Thomas*

Sed inſtabit ille, & inſtaurabit rationem ſic duratio intrinſecè poteſt eſſe res vna abſoluta, qualis eſſet ea modo à me dicta, & eſt diuina, & Beatorum, præſertim ea, quæ in eternum erit, finitis in fine temporis, cœli gyrationibus; ſed ea ſeparabilis eſt à Petri exiſtentia; ergo ab ea diſtinguitur, ſed nego minorem, nequit ſeparari à Petri exiſtentia, ipſa perſiſtente, & quin ipſa interimatur, vt manifeſtum eſt.

800 Quare concludo poſſe defendi rerum creatarum durationes eſſe inſtar diuinæ æternitatis, quæ omnino indiſtincta à Dei ſubſtantia, eſt talis eminentiæ, vt poſsit correſpondere infinitis temporibus veris, vel imaginarijs actu exiſtentibus, vel potentia, neque hoc excedere limites perfectionis creaturarum.

Rurſus dici poteſt caſu, quo tempus omne excludatur, nec id pertineat ad durationem rerum vllo modo, res adhuc durare, ideſt, exiſtere, & deſtructas non eſſe, ſed retinere omnia ſua intrinſeca, meritò diuinæ conſeruationis, quod attinet ad genus cauſæ efficientis, & ratione propriæ ſubſtantiæ, & exiſtentiæ, quod attinet ad genus cauſæ formalis, aut quaſi formalis, & hoc, excluſa noua entitate addita ad effectum durationis, quæ forſan, ſublato tempore, nec duratio amplius dicetur, ſed perfectio, quæ duratio quondam dici potuit; ni forte ita ea componatur vt definat eſſe dum primum animæ intrat in Paradiſum, vel tempus ratione cuius duratio dicitur, ceſſabit, vt paulò ſupra diuinabam de nomine *Duratio*.

Alia ratio P. *Arriaga* eſt, quia voluntas Dei de creando Petro in hoc inſtanti, potius quam in alio, habet pro obiecto aliquid aliud à Petro, & ab inſtanti, ſcilicet, ſimultaneitatem vtriuſque quæ eſt ſeparabilis ab vtroque, & conſequenter diſtincta; ergo duratio, quæ in illa ſimultaneitate conſiſtit, eſt diſtincta à Petro, & ab inſtanti.

Et confirmat primò, quia voluntas Dei de creando Adamum in Paradiſo, & vtrumque duo inuoluit, alterum eſt creatio Adami, aliud locus Paradiſi, & primum ſeparabile eſt à ſecundo, ſiquidem ille potuit creari alibi extra Paradiſum, & ideo ponitur vbicatio diſtincta, quæ neceſſario concedenda eſt in coniunctione Adami, & Paradiſi, vt determinatè ille in eo loco creatus, & exiſtens dicatur. 801

Confirmat ſecundò, quia Petrum magis, minuſuè durare, non poteſt intelligi ſine pluribus, vel paucioribus durationibus diſtinctis, ſi enim duratio rei eſt indiuiſibilis eius exiſten-

exiſtencia, cur obſecro hæc magis, quam illa durat; ac demum confirmatur ex dictis in *Tripartita* num. 964. quia ſic melius intelligitur quo pacto Deus vitam alicuius magis elengat, allectus præcibus ſancti alicuius.

Sed minor, quod Author iſte non bene conſiderauerit ſimultaneitates iſtas, & coniunctiones eſſe illuſtres relationes prædicamentales, ad quod aduertere item potuit Doctor quidam, quando impugnabat P. *Aegidium* dicentem optimè, coniunctionem loci, & locati poſſe eſſe, & intelligi ſine nouo modo; ſiquidem ea quoque relatio eſt, ſicut propinquitas, & ſimilitudo, quas bene ipſi concipiunt ſine modulis.

Quare negare debemus omnes antecedens, quia docuimus cum Philoſopho, & *Thoma*, ad relationem non dari per ſe motum; ſimultaneitas vero illa Petri, & inſtantis, relatio quædam eſt, vt manifeſtum eſt, iuxta regulam relatiuorum, nam ſi Petrus coexiſtit, alicui alteri coexiſtit; & ſimul eſt, cum altero ſimul erit.

Aristoteles S. *Thomas* 11.m.l.12

Ad primam confirmationem, in bono ſenſu declarato ſupra n. 759. reſponderi ſimiliter poteſt; additur vero *vbi* non propter eam rationem ſeperabilitatis, vel præciſam rationem determinationis, ſed propter paritatē *vbi* ſucceſsiui facti cum motu, & nouā reſultantem denominationem, loco, & locato inuariato, vel non mutato, quæ non interueniunt in duratione,
802 ſine noui temporis acceſsu.

Ad ſecundam negatur antecedens, bene intelligitur relatio maioris, & minoris durationis, quādo præcisè intelliguntur lōgiora, & longiora tēpora, tanquā extrema cōponentia eas relationes, cum exiſtentijs, vt fuſe proſequebar in *Tripart.* vbi hæc pulchre tradunt *Ariſt.* n 833. dicens *ſecundum tēpus alterum altero antiquius dicitur*, & S. *Aug.* n. 840. ibi *maior, & minor tribus modis dici poteſt, ideſt, etate forma, potētia, etate ſenior puero, &c.* lege *Bibliam*, & videbis per differētias magis diuturnas tēporis, dignoſcēdas maiores, vel minores durationes, nō per modulos relatorios, aut formulas tuas duratorias, ſucceſsiuas, & ſubinde tuis moralis interruptas.

Ariſtoteles S. *Auguſt.*

Ad illud de vita prolongata, dic vitæ prolongationē ſatis intelligi per additionē actionis cōſeruatiuæ vberioris, illā cauſantis ſolū effectiuè, nō formaliter, vt prætēdit author quidā doctiſsimus, impugnatus ab *Ouiedo* c. 16. n 16. quare ad illā rationē poſitā n. 796 præueniēdo reſpōdit *S. Thom.* dicēs *res dici durare a tēpore*, & ſubinde res poſſe dici de nouo durare, a nouo tempore, cui res ſucceſsiuè coexiſtunt, intrinſecus immutatæ, ſicuti dicūtur Deus atq; diuina non intellectis actionibus, quorum munus eſt aliud à duratione, ideſt dare eſſe modo ſuo. S. *Thomas*

Hic aduertēt *Studioſi* ad bonum hoc conſilium, quod expertus ſui eſſe illis, ne dicam magiſtris valde neceſſariū, nimirum, attente inſpiciant omnes, quæ nomina, & quæ res relatiua ſint, & regulam *Ariſtotelis* pro dignoſcendis relatiuis, quæ omnia clare, & fuſe congeſsi, & expoſui in *Tripartita* à nu. 849. nec contenti ſint, ſi iam ſciant quaſdam relationes, & ipſarum nomina nempe ſimilitudines, diſsimilitudines, æqualia, inæqualia, diſtantias, Paternitatem, & huiuſmodi obuias, & planas; ſunt enim innumeræ aliæ occultiores propter noſtram inconſiderantiam, & quia ſupra res, & verba, quibus frequentiſſimè vtimur, reflexione rare facimus. *Ariſtoteles*

Poſtremo obijcias ex P. *Ruiz* de Trinit. d. 27. ſect. 2. num. 12. & *Ariſtotele* in eadem re ſolet eſſe exiſtentia maxima, & duratio minima; & è contra, in aliqua alia re exiſtentia apparet minima, & duratio maxima; ergo eæ diſtinguuntur etiam realiter; conſequentia patet, præſertim in motu locali, quippe qui quanto fuerit velocior tanto conſtabit pluribus exiſtentiæ partibus, ſed paucioribus partibus durationis: contra vero motus quanto tardior, tanto paucioribus partibus exiſtentiæ conſtabit, & pluribus durationis, ergo duratio breuiſsima velociſsimi motus globi diſponi à bombarda, non poteſt non realiter differre à maxima multitudine partium motus, quaſi infinitè compreſſarum.

Ariſtoteles 4. *Phy.* t. 96 S. *Thomas ibi.*

Sed

Sed reſpondeo negando conſequentiam; quoniam tanta hæc, & tota diſcrepantia, quæ videtur inter exiſtentiam, & durationem, refunditur in connotata, vel ab ipſis deſcendit, vt manifeſte apparet in rebus etiam minimis & ipſarum exiſtentijs, quæ durant, ac durare poſſunt in æternum, per coexiſtentiam, ſiue quia, vt loqui-
S. *Thomas* tur *S.Thomas*, ea dicuntur tandiu du-
1. *d.* 12. *q.* rare ab extrinſeco tempore, ſicut res
vlt.ar.vlt. alicubi eſſe dicitur à loco extrinſecus ambiente id quod poſſe contingere apparet euidenter, ſi tu, qui ponis durationes diſtinctas, ſupponas, quod fieri non repugnat, deſtrui durationes motus tardi, & velociſsimi, & adhuc eos motus ſaltem negatiuè correſpondere temporibus ſuis, ſicut tempus idem per ſemetipſum ijs motibus diuerſis valet correſpondere.

Tertia pars Sectionis occaſione cuiuſdam recentioris declarat mentem præceptorum communium circa diſtinctionem Durationis à re durante, & conciliat cum veritate Doctores.

803 Poſt præmiſſa vidi *Colleg. complutenſ.* addictiſſimum Thomiſticæ doctrinæ, quam quidem plerumque retinet, & nunc d.21. q. 3. a num. 28. cum *Richardo, Henrico, Sauello, Soncinate, Conimbr.* & alij, prætendit in creaturis durationem diſtingui à re durante, & ſubinde eam eſſe accidens modale, vel abſolutum multiplicatū pro rerum durantium numero, & probare conatur intentum authorita-
Ariſtoteles te, & rationibus magiſtrorum noſtro-
S. Auguſt. rum, quæ omnia, & alia, quæ occur-
S. Thomas runt mihi contra me clarè proponam vſus verbis fermè eiſdem *S. Thomæ* prout referuntur in hoc propoſito à *P. Alamanio* q.21. ar 5. ac tandem non verebor dicere quam aliena ſit mens *Ariſtotelis*, & SS.PP. *Auguſtini*, & *Thomæ* ab intellectu Recentiorum, quorundam, qui adhæſerunt *Collegio* citato.

Pro quibus dices primò *Ariſtoteles* 4.
S. Thomas m. t.29. dixit *tempus ſecundum alios*
21.m.t 29 *motum eſſe, vt tamen vera non niſi paſſionem eius*: ergo duratio eſt accidens poſterius, & conſecutum ad motum, & *in eo* exiſtens *tanquam in ſubiecto*, & ſubinde ab eo diſtincta realiter, quomodo diſtinctæ ſunt reliquæ omnes paſſiones.

Secundò S. *Auguſtinus* 11. Confeſſ. S. *Auguſt.*
c.23. & 24. concludit, *non ergo eſt tempus corporis motus*, quia præmiſerat omnes motus corporum in tempore fieri; & conſequenter tempore, tanquam menſura ab ipſis diſtincta men- *Ariſtoteles*
ſurari: *Menſura enim*, ait S. Thomas, *diſtinguitur realiter à menſurato, vt colligitur ex Philoſopho 5. met. t.21.* ergo ſi duratio motus primi mobilis realiter diſtinguitur ab ipſius motu, ſimiliter durationes noſtræ, & reliquorum entium permanentium, ab ipſis diſtinctæ erunt.

Tertio S. *Thomas* 1. par. quæſt. 10 ar. *S. Thomas*
2. cap. *Cum* inquit non *ſolum eſt æternus ſed eſt ſua æternitas, cum tamen nulla alia res ſit ſua duratio, quia non eſt ſuum eſſe* durare. Rurſus 12. m. l. 5 ad text. 29 *Ariſtoteles*
vbi dicit Ariſtoteles, *& motus ergo ſic eſt continuus, vt tempus, aut enim idem* eſt cum tempore, *aut motus eſt aliqua paſſio eius*: ſic loquitur ſacer interpres, *quia motus, & tempus aut ſunt idem, vt quidam poſuerunt, aut tempus eſt aliqua paſſio motus, vt rei veritas habet*. Ergo omnis duratio diſtincta eſt à re durante.

Sane præfata teſtimonia conuincent parum verſatos in antiqua ſchola peripatetica, & in lectione *Ariſtotelis*, *S. Auguſt.* & *S. Thomæ*, vt credant ita
hos ſentire, ſicut ipſi, vt vero tu ca- *S. Thomas*
pias ſenſum verborum *Præceptorum* *1. p. q. 10.*
communium, aduerte eos ſemper, & *a.6.c. & 2.*
vbique tenuiſſe tempus, ſiue dura- *d.2. q.1. a.*
tionem vnicam motus primi Mobi- *2. c.*
lis, eſſe communem durationem rerum omnium, quæ tali duratione menſurantur, quemadmodum aqua, & aer, & huiuſmodi ſunt loca rerum, quæ ipſorum ambitu continentur, quantumuis id tempus, & ea loca extrinſeca ſint durantibus, & locatis: vt vides ibi. *Petrus habet centum, annos. Plato vixit annis quinquaginta, Ioannes habet vrbem pro carcere, nunc eſt in templo*, & in propoſitionibus, quæ habent prædicata de ſex vltimis prædicamentis, quæ vocant illi in *Tripartita*

tita num. 958. prædicata *extra ſubſtantiam*, ideſt, ſubiecto extrinſecam: ſic ergo putarunt eſſe *durationem*, & ideo diſtinctam pluſquam realiter à re durante, non quia ſit modus pullulans intrinſecus rei, ſed quia ſit illud tempus, communis omnium duratio, & vnica.

Quando vero ijdem Magiſtri diſputant vtrum tempus, ſiue duratio ſpecialis motus primi Mobilis differat ab ipuſis motu, dicunt eſſe paſsionem eius *Metaphiſicam*, non *Phiſicam*, ideſt, ratione, non re ipſa diſtinctam à motu, quia, vt probat S. *Thomas* ex Philoſopho, quid eſt tempus niſi partes priores, & poſteriores motus, ipſæ vero partes motus, motum componunt, & ſunt ſine dubio idem motus realiter; ſed quoniam motus eſſentialiter eſt ad terminum, & tempus magis explicat moram, & durationem ipſius, idcirco ratione diſtinguimus tempus à motu, & id facimus huius quaſi paſſionem; & conſentit in hoc cum communi P. *Suarez* diſt. 50. ſect. 9. num. 2. atque ex his dices ad 1. textum non inueniri in *Ariſtotele* loco citato, ſed tamen eo probari durationem præcisè primi mobilis paſsionem eſſe ratione diſtinctam ad 2. & 3. concede res omnes, excepto motu primi mobilis, non eſſe ſuas durationes, ideſt, ſua tempora, ſiquidem omne tempus eſt res realiter diſtincta à rebus temporalibus, quæ illo vti duratione communi potiuntur, & termino extrinſeco, quo duratio omnis, vt pote ſpecialis relatio conficitur.

S. Thomas 4. Ph. l. 17.

Ariſtoteles

DISPV-

DISPVTATIO V.

IN QVINTVM LIB. PHYSICORVM ARISTOTELIS

Commentaria. & Interpres.

504 HIc liber continet capita ſex, in 1. enumerat *Ariſtoteles* varias ſpecies motus, in 2. probat ad triplex prædicamentum dari per ſe motũ, & ſubinde tres tantum eſſe ſpecies ſubalternas motus in 3. ſtatuit quædam principia, dum declarat quaſdam voces, quo melius dignoſcatur vnitas, & diuerſitas motuum, in 4. tractat ex profeſſo de motuum vnitate, & diuerſitate; in 5. de oppoſitione eorum interſe, in 6. demum de oppoſitione motus, & quietis, de quibus omnibus pulchre diſſerit S. *Thomas* ſupra textum, & fuſe in *Alamanio* hic tota q. 21. & plura ſcite tangit S. *Auguſt.* videndus indice V. *motus*, præſertim to. 1. de Categor. c. 22. *Ariſtoteles* *S. Thomas* *S. Aug.*

QVAESTIO I.

De ſpecificatione motum, ſiue actionum, de vnitate, & diſtinctione earum ſed prius præfatur aliqua de motu, ac de obſcura doctrina Ariſtotelis de ipſo.

Ariſtoteles IN libro præſenti proſequitur *Ariſtoteles* materiam de motu, quam in libro 3. inceperat, deſcendendo hic ad motus in particulari, ſiquidem iam in 3. illo libro definiuit motum in communi, ex cuius definitione, interprete *S. Thoma*, colligimus motum *S. Thomas* eſſe quemuis effectum, quo aliquod ſubiectum moueri contingit, & tranſire de non eſſe ad eſſe poſſidendum, & item actionem, & vnionem, quibus talis effectus ſubiecto vnitur, & fit.

Verum tamen cum ipſo *Ariſtotele* tres operationes motus notabiliores eſſe diximus, quia, ſcilicet, pluribus titulis motus dicuntur, & ſunt, nam Primo ij ſunt motu generali illa ratione, quatenus, ſcilicet, mutant ſubiectũ, faciendo id trãſire de non eſſe ad eſſe, ſecundo, quia continuã ſucceſſionem habent, & partes priores, & poſteriores, & ſic tenent mobile inquietum, quanduſque id quieſcat in termino ſuo, vel poſſideat cum debita perfectione, terminum motus: quo modo ſunt *latio*, vel *vbi ſucceſſiuum*, quod eſt ipſum mobile ſucceſſiue mouens ſe, aut ab alio motum applicatum termino ſuo, ideſt loco extrinſeco; *alteratio*, ſiue calor, aut alia qualitas habens contrarium in fieri ſuo, & *augmentatio*, qua viuens creſcit, & continue augetur, quæ eſt ipſamet quantitas ſecundum aliquid ſui in ipſo ſui augeri, & hæc iuxta opinionem *S. Auguſt.* *S. Thomæ* *Ariſtotelis*, & Antiquorum. *S. Auguſt.* *Ariſtoteles*

Quæ omnia de induſtria prenotaui 805
propter Modernos, qui communiter opinantur motus, de quibus egit *Ariſtoteles* hic, & lib. 3. eſſe actiones modales, quæ producunt terminos, & quæ ſubiectantur in ipſis, mouendo ipſos immediate per ſe, quibus ille expreſſe contradicit vbique tradens motus, & actiones eſſe ipſos terminos, qui actu fiunt, dum ſunt in fieri, vel dum ipſorum fieri durat, & qui non ſubiectantur in forma producta, ſed in ſubiecto, & mobili, vti declaraui ſupra num. 642. quem imi-

Digitized by Google

imitatur S. *Thomas* legendus ſupra textum, & in *Alamanno* hic quæſt. 21. quare neuter agnouiſſe videbitur actiones iſtas motus dictus realiter diſtinctus a terminis productis.

S. Thomas infr. n. 826

Ego tamen ſimiles actiones admitto, & non grauabor appellare *motiones* ſiue rationes formales quibus motus producuntur; vel etiam appellabo *motus*, vt *quibus*, quia eæ, vt ſupra à n. 646. dixi, cauſaliter ſunt motus, ideſt, rationes formales, quibus producuntur motus *qui*; & quia ſaltem mediate ſunt actus entis in potentia tum, vt morem geram iſtis *Magiſtris*, & tractem cum ipſis de ſpecificatione actionum, quas vocant ipſi *motus*, tum vt rem intelligibilem tradam, quoniam in hac parte, vel mens Philoſophi non plenè capitur, vel ſi capitur, difficulter poteſt defendi, & explicari, præſertim cum ſcriptum ſit *nec conatis contra ictum fluuij*, & periculoſum ſit ire contra Torrentem; ſed tamen in obſequium ſtudentium prius aperiam *Ariſtotelis*, & Antiquitatis terminos, atque diſcurſus, & ipſorum cohærentiam, vt hic quoque videant quantum à noſtri temporis diſtet Philoſophia Antiqui.

Elucidantur, & cum veritate conciliantur hi textus Motus, Species tot ſunt quot entis, tres ſunt tantum Species Motus; *& varia diuiſiones motus; vbi cur ad motum non ſit motus, niſi per accidens.*

806 Ariſtoteles

QVoniam vero *Ariſtoteles* rem omnem de motu confuſe tradidit, ſibi quaſi contrarius exiſtens, & aliunde nomina hic multiplicat enumerantes multos motus, ſine multa neceſſitate, inſpiciam ego attentius ad rem, & motum pro vt in rei veritate exiſtit, & tranſit à parte rei, ac declarabo varias acceptiones nominis *motus*, vt conciliem, & cognobiles faciam ſubobſcuros textus eius, & SS. Interpretum *Auguſtini*, & *Thomæ*, nec enim vt lectores confundam ego ſcribo.

Ergo ex dictis ſupra à n. 100. habemus primo ex *Ariſtotele*, & *communi* in omni generatione, ſiue eductiua actione, tam ſubſtantiali, quam accidentali tam in ea, quæ fit in inſtanti, quam in ea, quæ peragitur ſucceſſiue, ſiue ea producat perfectam, & integram formam, ſiue partem eius concurrere in primo fieri tria principia, nempe, *carentiam* formæ, *formam*, & *materiam*, ſiue ſubiectum: atque eiuſmodi generationes perfectè motus eſſe, quia, & in quantum connotant terminum, à quo recedit forma, ideſt carentiam, quæ immediate ante formæ generationem præexiſtebat in ſubiecto.

Ariſtoteles 1. Phyſ. tex. tr. 51. S. Thomas ibi. l. 11. & 13.

Secundò ſæpe ſupra à n. 641. nos docuit Philoſophus *motus eſſe actus entis in potentia, prout in potentia*, ideſt, omnes operationes naturæ ſiue, quæ procedunt à natura, quæ definita ab ipſo eſt *principium motus, & quietis*, conſideratæ pro illo inſtanti, aut tempore, quo ſubiectum mobile, *paſſum*, aut *paſſibile*, ſiue *poſſibile*, vel *potens* recipere motus, eſt in potentia, ideſt, prout eſt, in potentia acceptum, & non ſecundum alia attributa, quæ illud concomitanter habet in primo fieri, quando motus carentia connotatur; vel etiam ſi placet magis curta explicatio c*ommbricenſium* de particula *prout in potentia*; opinantium eam habere locum in ſolo motu ſucceſſiuo; di[cunt] motum eſſe quemcumque actum, qui producitur, quandiu perfecte non intrauit in ſubiectum, & quandiu hoc ſatiatum non fuit, nec in quiete; quamuis & ipſi Patres, & ſequaces venire debent tandem ad noſtrum intellectum, & motum item vocare vltimam productioné caloris, v.g. vel albedinis, licet ibi ſucceſſio ceſſet.

Ariſtoteles 3. Phyſ. t. 4. & 5. & 2. t. 3. & ibi. S. Thomas

Tertio tanquam certum ſupponendum eſt, ſemper motum verſari, vel contingere inter duos terminos poſitiuos, nunquam enim eſt vacuum vllum ſubiectum, ſemper habet aliquam formam, vel perficiendam magis, vel expellendam, iuxta illa axiomata, *nihil eſt vacuum*, aut *fruſtra in natura*, & *generatio vnius eſt corruptio alte-* 807

Ariſtotel et S. Thomas

alterius, quod item videbis ſupra num. 155. 166. & 256.

Et ideo inutiliter videbitur numeraſſe *Philoſophus* hic cap. 1. quatuor ſpecies, ſeu modos motus differentes, nempe, primum vocans *motum de non ſubiecto in ſubiectum*. Secundum, *de ſubiecto in ſubiectum*. Tertium *de ſubiecto in non ſubiectum*, & quartum, *de non ſubiecto in non ſubiectum*, niſi dicatur quod ipſe voluerit tres illos priores modos motus, nam quartum, vt impoſsibilem & ipſe reijcit, conſiderare in eadem entitate ſemper concurrentes, quaſi diſtinctos propter diuerſa connotata, nimirum, more *Hominalium*, rem eandem inadæquate concipiendo.

Ariſtoteles S. Auguſt. categ. c. 21.

Sic enim res ſe habet, quando in paſſum frigidum igni applicatum, intrat calor, id paſſum mutat formaliter expulſa frigiditate, & ideo is calor in primò fieri, & ingreſſu, dicitur ab *Ariſtotele* mutatio, & *motus* ex ſubiecto in ſubiectum, ideſt, res alterans, & mutans ſubiectum antea frigidum, in ſubiectum calidum, faciens ex ſubiecto frigido, calidum, ſed idem, videlicet, ſubiectum manens.

Quod ſi conſideres in paſſo frigido, non frigiditatem, ſed carentiam caloris, calor calefaciens formaliter dicitur mutare ſubiectum non habens calorem, in habens ipſum, & eo titulo idem calor appellatur *mutatio* de non ſubiecto in ſubiectum, ideſt, de ſubiecto non calido in idem calidum demum ſi concipias paſſum frigidum exiſtens, & frigiditatem ab intrante calore extinctam, dicere potes cum Philoſopho, mutaſſe calorem paſſum de frigido in non frigidum, ſeu frigiditate carens, & calorem, ideo eſſe mutationem de ſubiecto frigido in idem non frigidum, quæ omnia ſicut vera ſunt, ſic ſine vtilitate dicuntur, quia confuſionem pariunt legentibus, dum putant inibi, quia verba ſunt *Ariſtotelis* ineſſe, & latere grande myſterium.

808 Ex dictis tandem euidenter infertur *motum* perfectè ſic nuncupatum, dari ad omnia prædicamenta, quæ habeant entitatem producibilem quoquo modo, ſimul, vel ſucceſsiuè, ſiue, vt rectius loquar, motus perfectos eſſe ea omnia prædicamenta, quando fiunt, & ſunt in primo fieri, iuxta mentem Philoſophi fusè declaratam ſupra à n. 642. vbi dicebant ipſe, & S. Thomas *tot eſſe ſpecies motus, quot entis*, & vbi nos addidimus actiones, & paſſiones, & ſubinde vniones dici quoque poſſe motus, ſed magis motiones, ſeu rationes formales, *quibus* fiunt, & vniuntur entitates, quæ ſimpliciter motus *qui* dicuntur, & ſunt.

Ariſtotele 3. Phy. t. 4. S. Thomas

Quando autem hic t. 10. legas *non eſſe motum ſecundum ſubſtantiam, ſed tantum ſecundum qualitatem, quantitatem, & vbi*, ad duo debes aduertere, vt capias textum, primum eſt, hic ſumi ab *Ariſtotele* vocem *motus*, vt ſignificet limitatè motus ſucceſsiuos continuos, vel contiguos, aut parum interruptos, qualiter ſine dubio ſunt tres prædicti, propter contrarij, aut alterius obuij impedimenti obſiſtentiam, iuxta dicenda n. 810.

Ariſtoteles

Secundum eſt, ſi illa verba Philoſophi inuertenda, vt dicatur ſubſtantiam motum non eſſe, ſed motus vero eſſe *qualitates quantitates*, & *vbi*, quos vocat ipſe *alterationes*, *accretiones*, & *lationes*, & *Auguſtinus* tranſitus de loco in locum, & *tranſgreſsiones*, quoniam *Ariſtoteles* non putauit motum eſſe modum diſtinctum à prædicamentis, ſed ipſamet in prædicamenta in fieri.

S. Auguſt. in Categ. c. 21.

Addidit vero ipſe *ad motum nullum dari motum*, & meritò, qui enim calor ab alio, ſiue per alium calorem formaliter erit motus; nam hic eſt ſenſus quæſtionis ſuæ, quem declarat dicens poſſe *per accidens ad motum dari motum*, ideſt, poſſe moueri ab alio, non quatenus motus ipſe eſt ſed quatenus mobile, ſiquidem, & idem met vel localiter, aut aliter aliud recipiendo, moueri poteſt in alio denique ſenſu ait *motum dari ad relationem non per ſe, ſed per accidens*, quatenus, nimirum, ipſa reſultat ex motu per ſe extremorum, quæ ſunt ipſius elementa; ipſa enim nihil omnino eſt, quæ peculiarem motum terminet, vti fuſe cum ipſo, & interpretibus demonſtraui in *Tripartita* contingit enim inquit ille hic t. 10. *altero mutationem patiente*

Ariſtoteles

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

vero

vere dici alterum correlatum nihil mutationis ſubire, ſed quia nos promiſimus ſequi *Modernos* admittentes modos dictos *actiones*, & motiones, ſeu motus, qui terminantur ad facienda reliqua prædicamenta: deinceps ipſorum terminis, & modo loquendi nos accomodamus, eos autem non ita imitabimur, vt *Ariſtotelem* omnino deſeramus.

SECTIO I.

Declarat an actio ſit, quid, quotuplex, à quo, & in quo ſit, & propter quid, & probat eius realem diſtinctionem ab agenti, & termino, & ad tria tantum prædicamenta dari per ſe motum, ideſt actionem ſucceſsiuam, talemque eſſe quandoque eſſentialiter, quandoque accidentaliter.

809 Exiſtere actiones communis opinio eſt, vt habes ſupra num. 391 *actio* vero *eſt ratio formalis, qua cauſa efficiens communicat eſſe effectui*, quæ communiter dicitur *exercitium, via cauſalitas, medium, & modus*, quo agens producit effectum ſuum, *vltima ratio agendi, influxus*, ac *dependentia formalis*, qua effectus pendet a cauſa.

Multiplex eſt actio alia eſt *creatio*, quæ definitur actio, qua res fit independenter à ſubiecto, in ipſo vel extra ipſum; alia eſt *conuerſio*, qua ex vna ſubſtantia fit alia, vt eſt illa, qua ex aqua producitur aer, aut ignis ex ligno; & ea dicitur conuerſio partialis, quia manet commune ſubiectum; illa vero dicitur totalis, quæ totam rei ſubſtantiam in aliam conuerteret, vt eſt conuerſio Euchariſtica dicta propterea *tranſſubſtantiatio*.

Alia eſt *generatio*, quæ præciſe vt generatio eſt, eſt actio, qua tranſit res de non eſſe ſui ad eſſe in ſubiecto; alia actio eſt naturalis, alia ſupernaturalis, illa producit rem naturalem, hæc ſupernaturalem; alia vitalis, qua ſcilicet facit actus vitales, aliqua potentia cognoſcitiua, vel appetitiua producens viuo modo effectum intra ſe; alia eſt mortua, vti ſunt actiones ignis, aquæ, & ſimiles, quæ non procedunt vitaliter.

Alia actio eſt immanens, qua fit effectus manens intra cauſam; alia tranſiens, qua effectus producitur foris ad extra, ideſt, extra agens; alia actio eſt emanatio, ſiue emanatiua, qua cauſa producit in ſe proprietates ſuas, & paſſiones, quæ tamen vera actio eſt, quia verè communicat eſſe effectui, ac dici quodammodo poteſt *motus* iuxta dicta ſupra a n. 114. alia eſt actio ſimpliciter dicta, vti ſunt reliquæ præter emanatiuas, alia actio eſt eductiua, qua producitur effectus dependenter à ſubiecto; alia non eductiua, quæ producit effectum independenter à ſubiecto, ipſa eſt creatio.

Alia actio eſt ſimultanea, quæ producit effectum ſimul totum in inſtanti; alia eſt ſucceſſiua, qua effectus producitur in tempore cum correſpondentia ad partes eius, talis eſt actio, qua producitur ſucceſsiue calor in ligno; & inter actiones ſucceſſiuas, aliæ ſunt ſucceſsiuæ per ſe, aliæ per accidens, illæ ſunt, quæ terminantur ad effectus, qui eſſentialiter petunt fieri ſucceſsiuè, vti ſunt *vbi* ſucceſsiua, ſiue *lationes*: hæ vero ſunt, quę terminantur ad terminos qui non petunt eſſentialiter produci ſucceſsiuè., vti eſſet actio, qua produceretur Angelus in tempore, & actio qua producitur calor in præſentia frigoris, eius fieri retardantis. 810

Porro *Ariſtoteles* hic in t. 9. *neceſſe. eſt* ait *tres eſſe motus, eum, qui quantitatis & eum, qui qualitatis, & eum qui ſecundum locum*, ex quo tanquam axioma habetur *ad tria ea prædicamenta ſolum dari per ſe motum*. ideſt, ſolum ea produci ſolere neceſſario ſucceſsiuè, nempe, per ſucceſsiuas actiones, nam primò quantitas cibi, v. g. propter extenſionem ſuam, & corporea molem trinè dimenſam, non poteſt ſecundum omnes ſuas partes, ita applicari in ſtomacho, calori naturali, vt ſimul diſponatur, & viuenti ſimul vniatur. Secundo *Ariſtoteles. S. Thomas ibi.*

Digitized by Google

do qualitas, verbi gratia calor introduci nequit ſimul in ligno, quia reſiſtit ei frigiditas. Tertiò *vbi ſucceſſiuum*, eſt euidens, quod debeat fieri ſucceſsiue, quia mobile nequit ſimul eſſe in multis locis, & ſubinde nec ſimul in principio, medio, & in fine ſpatij percurrendi. Conſentiunt *Tellez* d.34. & ibi. *Rubius*, *Conimb.* & *Fonſeca*.

811 Sed ego cum *Suarez*, in m. d.49. ſect.4. à n.9. *Rubio* l.6.c.3.n.66. *Hurtado*. d.11. ſect. 10. *Murcia* 3. Phy. d.1. q.1. ac multis Modernis dico actiones ſiue motus, quibus producuntur *vbi* ſucceſsiua, eſſe eſſentialiter ſucceſsiuas; actiones vero, & motus quibus producuntur qualitates habentes contrariũ, & quantitas acquiritur ab augente ſe, dici poſſe ſucceſsiuas *per ſe*, ideſt, naturaliter ſucceſſiue fieri debere, propter dictas rationes; ſed tamen nõ *per ſe*, ideſt, eſſentialiter, ſed ſolum accidentaliter eſſe ſucceſsiuas, quia termini earum, nempe calor, & quãtitas, non ſunt entitates eſſentialiter ſucceſſiuæ, ſed quæ ſolum naturaliter, ideſt, attenta rerum contrarietate, & limitatione in operando, producuntur ſucceſsiue, non id petendo eſſentialiter, ſiquidem attenta ſua eſſentia ſatis connaturaliter fierent, aut acquirerentur ſimul.

Quatuor hic dicenda ſuperſunt. primum eſt actiones, procedere ab agentibus, vt à ſuis cauſis efficientibus; & hoc eſt euidens; nam actio exit ab agenti cuius eſt actio, & cauſalitas Secundum eſt, actiones eſse propter effectus, tamquam propter fines ſuos; & hoc item certum eſt, quia actiones ſunt propter id, quod faciunt. Tertiũ, actiones diſtingui realiter ab agentibus, & terminis, quod vtrumque abunde probatum eſt ſupra à num.399. rationibus, & authoritate multorum, quibus adde P. *Faſolum* cum S. *Thoma*, & alij, id ipſum fuſe probantem maxime de actione Creatiua.

S. *Thomas* 1.1.G.1.13

Quartò dictum eſt à me actiones ſubiectari immediate in terminis à ſe productis, vt in cauſa materiali, quod vere aſſeritur generaliter de omnibus actionibus, tam immanentibus, quam tranſeuntibus, tam creatiuis, quam non creatiuis, quia eſt conforme *Ariſtoteli*, & *S. Thomæ* referendis, & Recentioribus communiter; & probatur, quia omnis modus, & proprietas immediate ineſt rei, cuius eſt modus, & proprietas ſed actio eſt modus, & proprietas rei, quæ per eam fit, ergo ei immediate ineſt, ergo immediate ineſt termino per eam producto.

Ariſtoteles S. *Thomas*

812 Confirmatur primò, quia actio in aliquo ſubiecto debet ſubiectari, ſed aliquando non poteſt ſubiectari in agenti, neque in paſſo, ergo in termino, minor patet, quia actio creatiua, & reliquæ omnes, quæ à Deo procedunt, non poſſunt ſubiectari in eo, quia Deus non poteſt quidquam in ſe recipere, ſicut neque moueri; actiones vero creatiuæ paſſum non habent, vbi ſubiectentur, ſiquidem producunt terminum ſuum, vel extra ſubiectum, vel independenter ab ipſo.

Confirmatur ſecundò, quia, vt ſupra à nu.387. probatur, de ratione cauſæ efficientis præciſe vt talis, eſt, quod intrinſece nec mutet vt, nec perficiatur per actiones ſuas, quod dixit *S. Thomas* 9.met.lect.9.ibi *actio perficit operatum, & non operantem vnde eſt in operato ſicut actio, & perfectio eius, non autem in agenti*; ergo agens in ſe non recipit actiones.

Ariſtoteles 3.Ph.t.18. S. *Thomas*

Præterquamquod ſi agens reciperet actiones, ſequeretur quando actio vna procederet à multis agentibus; quod haberet plura ſubiecta naturaliter, verbi gratia, Deum. ſolum, & hominem, quando hæc tria generant hominem, dixi actiones non ſubiectari in cauſa efficienti, præciſe vt cauſa efficiens eſt, quia ſi quando in ſe recipit, & ſubiectat mediare actiones, id facit non inquantum efficiens cauſa, ſed inquantum materialis eſt, vt ſupra n.388. dictum eſt,

Videbis limitationem doctrinæ huius, & Authores infra n. 836.

SECTIO II.

Reſpondet argumentis quæ fiunt contra dicta de actionis ſubiecto, ac diſtinctione à termino, & tandem explicat quo modo detur motus ad decem prædicamenta, & quo modo non, ſed tantum ad tria.

813 SEd contra quartum dictum ſtant complures relati ſupra num. 394. qui opinantur actionem non diſtingui realiter à termino producto; & obijciunt nobis primo *Ariſtotelem*, toties in lib. 3. dicentem, *motum non eſſe aliud præter res*, ad quas terminatur, *tot eſſe ſpecies motus, quod entis*, & per omnia decem prædicamenta vagari, ab ipſis indiſtinctas, in quo omnino conſentit S *Thomas*, legendus ad textus, & in *Alamanno* hic q. 21. quaſi ambo dixerint actionē non eſſe rem, neq; modū diſtinctum ab effectu, quem producit, ſed ipſum effectum vt eſt actus agentis, vt ab ipſo profectus.

Ariſtoteles

S. Thomas

Reſpondeo ita eſſe nomine *motus* ibi, & vbique *Ariſtotelem*, & S. *Thomam* non intellexiſſe actionem prædicamētalem, ſiue motum vt *quo*, quam nos cum Modernis ſuperaddimus, vt facilius procedamus, vti ſæpe faſsi ſumus.

Secundò obijciunt, ſi actio, qua producitur in quantitate, calor, v. g. differret realiter ab ipſo calore producto, & recepto in paſſo, ſequeretur primò paſſum moueri duplici motu, nēpe calore, & actione, qua fit calor: ſecundò, actionem ipſam indigere alia actione, qua fiat; & iſtam ſecundā alia, & ſic in infinitum; & ſubinde dari motum ad motum, quod reijcit *Ariſtoteles* hic. Tertiò, quod poſſet Deus actionem quamlibet conſeruare alia actione mediante, quod eſt contra illud commune *non datur actio ad actionem*.

Ariſtoteles.
S. Thomas ibi.

Reſpondeo ad primum, quantitatem, vel paſſum moueri poſſe duplici illo motu, altero immediate, altero mediate in ſe recepto, nempe altero tamquam motu *quo*, altero tamquam motu *qui*, quod non eſt inconueniens, ad ſecundum, actionem non indigere alia actione, quia ſe ipſa fit ab agenti, vt pote quæ eſt ratio formalis agendi, ſicut propter eamdem rationem vnio non indiget alia vnione vt vniatur, nec motus alio motu, vt ſupra num. 808. dicebat *Ariſtoteles*; an vero poſſit Deus de potentia abſoluta facere, aut conſeruare vnam actionem mediante alia, quæſtionem habet alibi examinandam, vbi reſpondebitur ad tertium; vide alias plures obiectiones *Antimodiſtarum*, & prætendentium actiones non eſſe aliud quam cauſas, & effectus ipſarum ſolutas ſupra à nu. 394.

Ariſtoteles

814 Contra quintum dictum ſunt grauiſsimi doctores allegati ſupra n. 532. qui putarunt actiones eductiuas trāſeuntes non eſſe in termino, ſed in paſſo, tamquam in ſubiecto inhæſionis, modo declarato ibi, & declarando inferius nu. 834. vbi Authores iterum citabuntur, eorum fundamentum primum eſt *Ariſtoteles* qui in hoc 5. lib. t. 3. & 5. & alibi, ait *motum ſubiectari non in forma* producta, *ſed in mobili*, quod per formam mouetur, id eſt, in ſubiecto patienti formam.

Ariſtoteles & S. Thomas ibi

Sed reſpondeo ibi nomine *motus* non intelligi ab *Ariſtotele* actionem modalem diſtinctam à forma producta, ſibi prorſus ignotam, ſed ipſam formam, quam bene ait non ſubiectari in ſe ipſa, ſed in mobili, quod per eam aliter ſe habet, atque mouetur; nec ſibi contrarius exiſtit dum ait 9. met. c. 9. *ſic vt ædificatio eſt in re ædificata, ita actionem eſſe in re facta*, nam ibi vt ſæpe alias, nomine, *ædificationis*, & *actionis* intelligit formas vt fiunt, ſiue *in fieri*, quæ vere exiſtunt in ſubiectis, in quibus eſſe dicuntur, ſicut figura eſt in re figurata, & calor in re calefacta; quare ſiniſtre ſe tuentur Iuniores hoc teſtimonio, vt adſtruant nobiſcum actiones modales.

Ariſtoteles S. Thomas ibi.

Secundum fundamentum eſt conflatum ex his rationibus, prima eſt, actio, & paſsio ſunt idem realiter, & ſolum differunt in eo, quod actio ſit *huius vt ab hoc*, id eſt huius, agentis, quia, & in quantum ab eo procedit; *Ariſtoteles*

& paſ-

& paſsio ſit *actus huius vt in hoc*, ideſt, huius ſubiecti, aut paſsi, quia, & inquantum in eo recipitur, ſed paſsio eſt in paſſo, ergo ibidem item eſt actio.

815 *Ariſtoteles* Reſpondeo grammaticalem actionem eſſe idem atque grammaticalem paſsionem, & inter ſe non differre magis, neque minus quam differt via, *quæ ducit Thebis ab Athenas à via, quæ ducit Athenis ad Thebas*, ideſt calorem, qui eſt actio, ſiue operatio ignis ſecundum *Ariſtotelem*, actionem eſſe, ac dici vt procedit ab agenti, & paſſionem vt recipitur, in paſſo, ſed vero eundem non eſſe ſecundum Modernos actionem, & paſſionem prædicamentales, quia vt ſupra dixi, & infra repetam, paſsio prædicamentalis eſt ratio formalis, qua paſſum patitur aliquid recipiendo, quæ ſemper debet eſſe vnio, vnio autẽ ſemper diſtinguitur realiter ab actione prædicamentali, vt manifeſtum videtur, fateor tamen actionem, & paſsionem identificari, quando coeunt in eadem entitatẽ actionis, iuxta *Communem*, & ſupra dicta num.648.

Secunda ratio eſt, actio eſt prior termino, quem producit, ergo non poteſt in eo ſubiectari, patet conſequentia, quia, vt in eo ſubiectetur deberet is præſupponi prius, quam actio. Reſpondeo actionem, & terminum eſſe ſimul tempore, & terminum eſſe poſteriorem quaſi natura actione, inquantum per ipſam fit; & rurſus eſſe priorem quaſi natura, inquantum eſt cauſa materialis, ac receptiua eius actionis, ideſt, ea duo ſunt ſibi inuicem priora, & poſteriora à *quo*, & mutua dependentia, vti declaraui ſupra num 647. & ſubinde poſſunt ſe mutuo à priori cauſare, & quodlibet ſe ipſum remote quaſi facere iuxta dicta ſupra num. 619. nec oppoſitum reuincit *Arriaga* d. 8. num. 23. nec *Ouiedo*, & mihi fauet *S.Thomas*, vt fuſe probat *Faſolus* to. 3.
S. Thomas q.45. à nu.19.

Ex quibus tandem infertur primò, cauſam *efficientem* actionis eſſe cauſam eius effectiuam; cauſam eius *materialem* eſſe terminum, quem facit, qui dici ſolet ſubiectum modificationis, quia actio eſt modus modificans ipſum; cauſam *formalem* eſſe ipſam entitatem actionis definitam ſupra; cauſam *finalem* non vltimam eſſe effectus, propter quos producendos ſunt actiones, nam finis vltimus omnium noſtrarum actionum eſt ſolus Deus O. M.

816 Infertur ſecundò, item in modo, quem ſequimur, Recentiorum, poſſe ſe proprie dari motum ad decem prædicamenta, ſi totidem habent veram entitatem producibilem per actiones veras, vel etiam emanatiuas, ſiquidẽ eæ omnes ſunt generationes, & motus, iuxta tradita ſupra à num.114. licet notabilius motus dicantur, quæ terminantur ad tria, nempe, ad *qualitatem, quantitatem*, & *vbi*, quatenus iſtæ vltra connotare carentias formarum, antecedentes immediate antea exiſtentes in earum ſubiectis, quod eſt actionibus commune, habent in ſe partes priores, & poſteriores, ſibi ſuccedentes, ad modum terminorum ſuorum, & ſubinde non ſolum correſpondent primo motui, quod eſt tempus, ſed & ipſarũ quælibet, & ſpeciale tẽpus, iuxta dicta n.787. *tempus vero eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius*, & ideo in hac acceptione, motus eſt tantum ad has tres categorias. *S. Thomas 4.Ph.t.101*

Vltimo infertur tot eſſe ſpecies ſimilium motuum, & actionum, quot entis, nam diuerſæ entitates poſtulant iure ſuo diuerſas ſui productiones, vt explicatius iam dico tractans de ſpecificatiuis ipſarum.

SECTIO III.

Declarat vnde accipienda ſit, & colligenda diſtinctio ſpecifica actionum.

817 Ex dictis ſupra, ſcitis plura concomitanter eſſe ſolere cum actionibus, primo enim ſunt *agentia*, ſiue cauſæ efficientes; ſecundo *termini*, ad quos terminantur actiones; tertio *termini, à quibus* recedunt effectus, qui dupliciter ſunt alij poſitiui proprij conuerſionum, alij negatiui proprij generationum, modo declarato ſupra à num.103. quarto demum, vt omittam *locum*, & *tempus*, & forſan alia, quæ interueniunt, ſunt *ſubiectam*

ex

ex quibus educuntur formæ; quæritur ergo in præſenti, à quibus ex his ſpeciem ſumant actiones, & vt quæſtioni reſpondeam.

Dico primò quotieſcunque cauſæ efficientes ſunt ſpecie diſtinctæ, actiones ſunt ſpecie diſtinctæ, ita tradiderunt *S. Thomas* tum alibi ſæpe, tum 1. p.q.14.ar.5.ad.3. dicens *enim operatio ſpecificatur per formam, quæ eſt principium operationis, ſicut calefactio per calorem*. & communiter recentiores.

Et probatur actiones ſpecificantur à rebus, quas reſpiciunt tranſcendentaliter; ſed cauſas ſuas reſpiciunt tranſcendentaliter, ergo ab eis ſpecificantur, ergo pro diuerſitate cauſarum, actiones ipſæ diſtinguuntur, minor probatur, quia actiones ſunt effectus, & exercitia cauſarum, quibus eæ vtuntur, vt exerceant virtutem ſuam, & communicent effectibus eſſe ſuum; & ſubinde cum illis vti cum inſtrumentis ſuis; habent connexionem naturalem.

Hæc eadem ratio æqualiter probat diſtingui actiones non tantum ratione diuerſorum agentium adæquatorum, ſed etiam ratione diuerſitatis agentium partialium; nam, vt bene noſtris, res vna eſt diſtincta in ſpecie ab altera, vel ob ſolum vnam partem ſui ſpecie differentem, vnde non ſolum diſtinguentur in ſpecie actiones, quibus ſol, & calor ſeorſim, & adæquate producant calores duos, ſed etiam illa actio, qua ſol, & calor partialiter producant calorem, diſtinguetur ſpecie ab actione, qua calor, & vinum producant eundem calorem.

818 Dico ſecundò actiones ſpecificantur à terminis, ad quos terminantur, & ipſæ pro illorum diſtinctione diſtinguuntur, hoc docuerunt *Suarez* d. 48. met. ſect. 3. *Commb.* hic ar 9. *Hemelman*, & alij communiter, & eſt conforme doctrinæ Philiſophi, & *S. Thomæ* vt videbis infra n 826. & probatur ratione ſimili præcedenti. [*S. Thomas Ariſtoteles 1. p. q. 45. a. 2. ad. 2.*]

Etenim actines ſpecificantur à rebus, quas reſpiciunt tranſcendentaliter, ſed actiones reſpiciunt tranſcendentaliter terminos, quos produsunt, ergo ab eis ſpecificantur; minor patet quia actiones ſunt fieri terminorum ſuorum, ſunt paſsiones eorum, & perfectiones in eis receptæ, agnatæ, & connexæ, naturali nexu cum ipſis; & ſubinde penes terminos ipſos neceſſariò debent inter ſe diuerſificari; vnde actio, qua producitur calor ſpecie differt ab actione, qua producitur forma equi, & ſimiliter de alijs dicendum.

Hic tamen aduerte, quod quamuis verum ſit ſemper actiones ſpecificari ab earum agentibus, & terminis, abſolutè tamen dicendum eas eſſe differentes, etiam ſi tantum termini ſint differentes, vel etiam ſi tantum diuerſa ſint agentia, propter dictas rationes, vt planum ſit conſideranti, & recolenti dicta à nobis in *Tripartita* à num. 120.

Dico tertiò præciſe ex terminis diuerſis à *quibus* poſitiuis non deſumitur diuerſitas actionum ita videntur procedere *S. Thomas* 1. p. q. 23. ar. 1. *Rubius* hic q. 1. & ibidem *Toletus*, & *Suarez* diſp. 48 ſect. 3 n. 18. & probatur, quia eadem omnino actio poteſt habere diuerſos terminos poſitiuos, ergo ab iſtis illa non diuerſificatur, ſicut neque ſpecificatur, patet antecedens, quando in materia prima producitur forma ignis, quæ eadem in numero potuit produci per eandem actionem in numero, aut ſaltem in ſpecie, ſiue præceſſerit in materia forma ſtupæ, ſiue forma ligni, ſiue alterius cuiuſlibet compoſiti naturalis; ergo termini poſitiui à *quibus* per accidens ſe habent, & ſolum concomitanter ad actionem generantem formam ignis, ſicut ſe habere ſolent tempus & locus, lege ad hæc *S. Thomam* infra n. 826. [*S. Thomas 1. p. q. 45. ar. 2. ad. 2.*]

819 Confirmatur hæc ratio, quia non eſt neceſſe, quod actio conuerſiua ſecundum intrinſecum ſui, habeat ordinem traſcendentalem ad formas, ſiue terminos poſitiuos præexiſtentes in ſubiecto, ſat eſt ſi propter eos actio generatiua appellatur *conuerſio*, ſicut de actione primo productiua, & conuerſatiua, & de duratione ſupra dictum eſt, non ergo ſpecificantur actiones à terminis à *quibus* poſitiuis: quare non ſolum eſſet eadem ſaltem in ſpecie actio, quæ connotaret in ſubiecto, in quo producit ſuam formam, [*S. Thomas infr n. 826.*]

mam, aliam formam præexiſtentem ignis, cum ea, quæ connotaret formam quamuis aliam præexiſtentem, ſed etiam cum illa, quæ in nudam materiam formam introduceret.

Dico quartò, actionum diuerſitas licet non ſumatur à terminis à *quibus* negatiuis, tamen colligitur ex eis indirecte. dictum hoc declaro exemplo, actio generatiua v.g. qua producitur in ſubiecto forma equi, connotat pro termino à *quo* priuationem eius formæ in ſubiecto; & actio, qua producitur forma Leonis ſimiliter connotat priuationem formæ Leonis.

Quare intellectis iſtis priuationibus, quæ excluduntur productis formis, & quæ iuxta dicta ſupra n.290. diſtinguuntur in ſpecie ſecundum diſtinctionem formarum, quas remouent, dicam illico actiones illas diſtingui in ſpecie, non quidem propter priuationes excluſas à ſubiecto, ſed propter excludentes formas poſitiuas, per eas actiones productas, quæ formæ directe refundunt iuxta dicta ſupra differentias in actiones.

Fateor tamen actiones nullo ordine tranſcendentali reſpicere terminos iſtos negatiuos, à *quibus*, quia neceſſarius talis ordo non eſt, ſed eos eſſe reſpectu actionum circunſtantias per accidens, & connotata quædam, à quibus actiones ſola nomina deſumunt, vt de terminis à *quibus* poſitiuis actione primo productiua, de conſeruatiua, de generatiua, de ea, quæ eſt motus, ſæpe dictum eſt.

820 Dico quintò, paſſa, & ſubiecta diſtincta non refundunt ſpecificationem, vel diuerſitatem in actiones. vnde actio, qua educeretur albedo à noſtra quantitate, non diſtingueretur ſpecie ab actione, qua produceretur albedo eadem in alia quantitate poſſibili diſtincta in ſpecie, cæteris paribus, ideſt, eodem agenti in ſpecie, & albedine perſiſtentibus.

Et probatur. quia non habet ſtrictiorem connexionem cum ſubiecto albedo, quam actio, neque actio, quam albedo, ſed albedo non diuerſificatur propter ſubiecta diuerſa, ergo neque actio: quare ſubiecta, & materiæ ab actionibus reſpiciuntur prædicamentaliter, vel ſi tranſcendentaliter, reſpiciet quælibet actio omnia ſubiecta, in quibus eſt poſsibile poni ſuum terminum.

Dico tertio, nunquam contingere poteſt quod duæ actiones ſint inter ſe diſtinctæ in ſpecie præciſè ex modo tendendi, ſibi proprio, & ita quod ipſæ habeant ſpecificatiua intrinſeca ſibi propria, abſoluta, & ſine reſpectu ad aliquid extrinſecum: quo modo loquebamur in ſimili, in *Tripartita* n. 1211. cum quibuſdam doctis *Iunioribus*.

Probatur. quia modus tendendi actionum eſt ipſarum eſſentia; eſſentiæ vero earum nunquam à ſe ipſis ſpecificantur, ſed ab alijs rebus extrinſecis, quas tranſcendentaliter reſpiciunt, & quarum inſtrumenta, & affectiones, ſiue modi ſunt, vt iam ſupra dictum eſt; & ideo quando dicas actiones diſtingui propter modos tendendi, interrogandus eris, & iſti modi tendendi propter quid ſunt diſtincti? ſiquidem ipſe actiones relationem præſeferunt, nam actio alicuius cauſæ, & cauſati eſt actio. *Ariſtoteles C. ad Aliquid.*

Propterea ergo dictum hoc volo ſemper eſſe verum & generaliter extendi ad quaſuis tendentias, v. g. ad actus intellectus, & voluntatis, & ad cæteros reliquarum potentiarum, qui nunquam diuerſificabuntur inter ſe ſpecie præciſe propter modos tendendi, ſi non aſsignetur aliquid extrinſecum, vel ex parte obiecti, aut termini, vel ex parte potentiæ, propter quod debeant diuerſificari. Mihi fauet *Conim.* de act. ſup. d.5. d.4. num. 31. & 32.

Rationem huius iam indicaui, & repeto, quia modi tendendi omnes ſpecificantur ab aliquo extrinſeco, in quo omnes conuenimus, & ipſorum tota eſſentia aliorum eſt, ideſt, non eſt abſoluta, ſed ad aliud, & propter aliud, ergo ab hoc deriuatur radicaliter non ſola ſpecificatio, ſed diuerſificatio, ſeu ratio, qua modi tendendi ſint diuerſi, quid quid velint alij allegandi infra, & refellendi in ſolutione argumentorum.

SECTIO IV.

Reſpondet ad argumentis, ubi de modo tendendi *actionum, iterum pauca, & declarat unde ſumatur unitas earum, & numeralis diſtinctio.*

821 CОntra primum dictum opponis, quæ dixi in logica num. 1206. 5. probatur idipsũ ſecundo à paritate manifeſta, etenim duæ cauſæ effic entes ſpecie, vel genere differentes, cauſare poſſunt, & ſolent eundem numero, vel ſpecie effectum; & ſic non bene infertur; agentia adæquata differunt in ſpecie, ergo ſimiliter differunt eorum effectus; ergo eadem in ſpecie actio poterit prouenire à duplici agenti ſpecie differenti, antecedens docuit cum *Ariſtotele S. Thomas* lib. 2. poſter. lect. 19. ad illa verba Philoſophi *contingit vnius plures cauſas eſſe*, quod manifeſtant Deus, ſol, ignis, calor, piper, vinum, & alia ſexcenta agentia inter ſe ſpecie, vel genere differentia, quæ producere poſſunt, & ſolent eundem numero, vel ſaltem ſpecie calorem.

Ariſtotele
S. Thomas

Reſpondeo negando ſolam conſequeniam; & diſcrimen cur vnus in ſpecie calor proueniat à multis cauſis, & non vna in ſpecie actio, facile aſsignatur, quia calor, vt pote forma abſoluta, non habet tam ſtrictam connexionem cum hoc agenti, vt ab alio non poſsit prouenire; ſecus eſt actio quæ eſt, & quia eſt modus, & exercitium agentis huius, & ideo alterius diſtincti in ſpecie, exercitiũ eſſe nõ poteſt. Reſpõdet iſta doctrina vera in calore producto à Deo, & à luce ſimul, qui calor idem poteſt conſeruari poſt à ſolo Deo, quando diſparuerit lux, ſine dubio per aliam actionem propriam Dei ſolius, & hæc diſparitatis ratio item ſuadeat prodire non poſſe diuerſas ſpecie actiones ab eodem agenti, in ordine ad eundem effectum, vti iam declaro magis.

Contra *ſecundum dictum* obijcis, ad eundem terminum poſſunt terminari actiones differentes in ſpecie, vt patet caſu, quo Deus *Gabrielem* conſeruaret duplici actione adæquata, quarum alia proueniret à ſolo Deo, alia à Deo, & à ſole eleuato: vel caſu, quo altera procederet à Deo vt Authore naturali, alia vt Authore ſupernaturali, & ſic vna eſſet naturalis, altera ſupernaturalis, ergo actionum diuerſitas non deſumitur ex terminorum diuerſitate.

Hoc item argumentum probat cõtra *dictum ſextum*, actiones ſpecificari & diuerſificari penes modos tendendi; ex eo enim actiones ſufficienter ſunt differentes, ſi vna ſit in ſua eſſentia naturalis, & altera ſupernaturalis; vna corporea, alia ſpiritualis, ſine recurſu ad agens, vel terminum. quod etiam eſt conforme *S. Thomæ* allegato in *logica*, vbi ſupra, *Durand*, 12. q. 54 *Granado*, *Conimb.* & alijs ibi citatis, & *Arriaga* d. 2. de Gen. o. 8.

S. Thomas
12. q. 54

Reſpondetur conceſſo antecedenti, 822
negando conſequentiam, quia non fuit noſtra intentio dicere non poſſe eſſe duas actiones ſpecie differentes, præſertim procedentes à duplici, aut quaſi à duplici agenti ſpecie, aut quaſi ſpecie differenti, licet ambæ habeant eundem terminum, ſed dumtaxat, ſtante diuerſitate terminorum, fore ſemper diuerſas actiones; vnde in propoſito, illæ actiones ſunt differentes in ſpecie propter diuerſitatem agentium: Deus enim ſolus, à Deo, & ſole ſine dubio ſpecie diſtinguitur; ac Deus ipſe quaſi diuerſum in ſpecie agens eſt, vt eſt agens naturale, à ſe ipſo, vt eſt agens ſupernaturale; Etenim licet, vt bene probant *Vazquez* 12 tom. 2. d. 195. c. 3. num. 22. & *Lorca* 22. ſect. 3. de Char. d. 6. num. 19. omnis realitas, & formalitas diuina ſit maxime ſupernaturalis, nihilominus linea ſupernaturalitatis eſt quaſi heterogenea, & habet multas quaſi ſpecies: quod apparet in idea roſæ comparata cum idea leonis, doctrinæ huic conſonant à fortiori PP. *Suarez* t. 5. de grat. lib. 2. cap. 14. à num. 16. *Becan.* de Char. c. 22. q. 9. num. 7 & docti Iuniores dicentes in Deo eſſe duas bonitates, alteram naturalem, alteram ſupernaturalem ſufficientes refundere in actus circa ipſas tendentes, ſpecies differentes.

Ad 13, quod additur, nempe poſſe eſſe actiones diuerſas per modos tendendi diuerſos, reſpondeo formaliter ita eſſe, poſſe nimirum eſſe, & ſolere duas actiones ſpecie differétes propter formas ſuas, & eſſentias; cæterum radicaliter, & finaliter iſta formarũ diuerſitas venanda & petenda eſt à terminis, vel ab agentibus, vel ab vtriſq; ſimul; iam ſi omnino agentia ſint eadem & termini iidem, actiones non poterunt non eſſe eædem; ſicut neque actus intellectus, & voluntatis. ad *S. Thomam* reſpondebis, ab ipſo non negari finalem recurſum ad aliquod extrinſecum.

S. Thomas

823 Neque quidquam cótra iſtam ſolutionem conuincunt Authores illi allegati afferentes hæc exempla, népe duos actus amoris ſpecie differentes verſantes circa idem obiectum, v. g. actum naturalem, quo amas Dei bonitatem; & actum ſupernaturalé, quo amas eandem bonitatem; actum bonum, quo velis laborare ad elargiendam elemoſinam; & actum malum, quo velis furari propter elargiendam eandem: apprehenſionem, & iudiciũ eiuſdem obiecti: actionem generatiuam formæ equi, & creatiuam eiuſdé formæ profectam ſicut aliam, à Deo, & materia eleuata ad creandum eam formam; & huiuſmodi. quoniam conſideranti attentiùs, ſemper elucebit aliqua diuerſitas in agenti, etiamſi idem videatur. id, quod in adductis exemplis indicabo.

Et in primis illi actus inter ſe diſtinguuntur in ſpecie, nó præciſe ex modis tendendi, ſed ex diuerſitate agentium ſaltem partialium, quia volũtas eliciens actum naturalem circa bonitatem Dei, diuerſum agens eſt à voluntate ipſa cum habitu, vel auxilio ſupernaturalibus eliciens amoré ſupernaturalem circa ipſam bonitatem Dei, deinde ſecundi actus, vel cóſentientibus aduerſarijs, habent ſpecificá diſtinctionem ab obiectis materialibus diuerſis, vel ſaltem ab ipſis habere potuerunt, iuxta dicta in *Tripartita* à num. 1204.

Tertio dic vel eam apprehéſionem, & iudicium non differre ſpecie, vel melius, eos actus fieri ab intellectu adiuto, ac determinato à valde diuerſis ſpeciebus, atq; comprincipijs, iuxta dicta in *Tripartita* n. 1175. & in lib. 3. de *anima*; quarto demum exemplo dices Deum, & materiã ſimul influentem influxu creatiuo, eſſe diuerſum valde principium à Deo ſolo generáte, & adæquate influente, nihilo materia faciente, ſed tantum recipiente; & ita, aut aliter ſubtilius, reſpondebis ad alias replicas reſpectiue.

Contra tertium, & quartum dictũ opponis. productio corporis Chriſti D. ex pane, differt ſpecie à productione ſanguinis Chriſti ipſius ex vino, quæ duæ actiones dicuntur, & ſunt *tranſubſtantiationes*; ergo actiones diuerſificãtur ex terminis *à quibus* poſitiuis. probatur antecedens, quia actio prior tranſcendentaliter reſpicit panem, & poſterior ſimiliter reſpicit vinũ, ſicut actio generatiua formæ ignis, reſpicit tranſcendentaliter priuationem formæ in ſubiecto, & ideo diſtinguitur eſſentialiter ab eductione formæ ignis, quæ foret ab æterno, quæ propterea non ſupponeret carentiam ſui in ſubiecto. 824

Reſpondeo diſtinguendo anteceďes illæ actiones diſtinguuntur ſpecie propter terminos à *quibus* poſitiuis, nego antecedens; propter terminos ad *quos* concedo antecedens; quare illis actionibus quoad intrinſeca conſideratis, per accidens videtur eſſe quod tales termini præceſſerint, ſolũ enim intrinſece diſtinguuntur, quia vna earum terminatur ad corpus Chriſti, alia ad eius ſanguinem; corpus auté, & ſanguis videntur ſpecie differre, ſi ſanguis non animatur anima rationali, & per eam conuerſionem nihil præter ipſum fiat.

S. Thomas 1. p. q. 23. a. 1.

Et idem dicendum de actione generatiua ignis producti in tempore, quæ ſolum de nomine differret ab illa actione, qua produceretur ab æterno; nam actionum intrinſecæ eſſentię ſaluantur, & ſumuntur per ordinem ad agens, & terminos productos; per alia connotata ſolum habent nomina, & appellationes differentes. vnde actio, qua producitur vna ſubſtantia ex alia, dicitur *conuerſio*, & illa qua forma generatur in ſubiecto, in quo eius formę priuatio ante inerat, dicitur *generatio*, & *motus*, & *prima productio*, & ſi priuatio, aut carentia non præceſſit, &

Ariſtoteles
S. Thomas

pro-

produxit formam dependenter à ſubiecto, dicitur *eductio*.

Quando vero dixerimus generationem connotare, priuationem formæ præexiſtentem in materia, & eo titulo dici motum, non agnoſcimus in ipſa erga illam, aliquam connexionē ſibi innatam, nec relationem tranſcendentalē, ſed ſolam rationis, ideſt, noſtram conſiderationem conferentem ei duo extrema, quæ vocamus *elementa* motus, & ſubinde relationem prædicamentalem conſtantem in extremis duobus abſolutis,

Ex dictis colliguntur tria. Primum eſt, actiones, quæ ſunt diſtinctæ in ſpecie, eſſe quidem diſtinctas ſecundum ipſarū modos tendendi, ſed iſtos modos tendēdi, prodiſſe diſtinctos nō propter ſemetipſos, ſed propter diuerſitatē terminorum, a *quibus*, quos reſpiciunt, aut propter diuerſitatem agentium, à quibus proficiſcuntur, aut propter diuerſitatem amborum. Secundum eſt, tunc actiones ſolo numero differre, quando eadem agentia in ſpecie, & ſimul eoſdem in ſpecie terminos producant; vel quando ab eiſdem numero agentibus primò procedant, & ad ſimiles terminos terminentur in diuerſis temporibus; vnde actiones, quibus primò producunt varij ignes, vel calores, alios ignes, & calores ſimiles, in hac die, & in ſequentibus, ſolo numero differunt; præterea bene colligitur diſtinctio ad minus numeralis inter actiones ex diuerſis ſubiecto, termino à *quo* poſitiuo, & negatiuo, vt manifeſtum videtur.

825 Tertium eſt, tum demum actio erit vna & eadem numero, ſi nulla ſit varietas in agenti, neque in termino, neque in alijs circunſtantijs, ob quas modo diximus multiplicari actiones, ſed agens idem omnino, quod primo produxit terminum, perſeueret cum eodem termino. contingit autem ſæpe vnam, & eamdem numero actionem creſcere, quia illi nouæ aliæ partes actionis addantur, vt actio, qua ignis incipit in manu calorem producere, quæ creſcit per nouas ſui partes, quanto magis creſcit calor productus, adhuc tamen abſolute manet vna numero actio, ſicut & calor productus vnus eſt numero, quia, ſcilicet, partes actionis, & caloris, quibus ſit augmētum, & ſi non identificentur, vniuntur tamen cum partibus præcedentibus actionis, & caloris: vnitas autem loci, vel diuerſitas, non videtur conducere ad vnitatem, vel diuerſitatem actionis, niſi res faciendæ petant determinatum locum, vt petunt vbicationes, vel niſi actiones ſimul exiſtant naturaliter in diuerſis locis.

Ad finem aduerto primò, motum violentum præciſe ex eo, quod ſit violentus, non differre ſpecie à naturali; quia actio, qua producitur calor violenter in aqua, eſt eiuſdem ſpeciei ab actione, qua calor producitur in ſubiecto connaturali. Secundò actiones ſpecie differentes non poſſe continuari. Vnde caſu, quo canis e turri S. Petri, deijceretur præceps, & moreretur in aere medio, actio illa, & motus, quo conſeruabatur forma canis, & ſimiliter producebatur motus eius formæ, perirent, & aduenirent aliæ actiones primis contiguæ, diſtinctæ in ſpecie, producentes, & mouentes formam cadauericam, ibi denuo exiſtentem; in actionibus vero, & motibus materiæ primæ, quantitatis, & reliquorum accidentium communium genito, & corrupto, nulla eſſet varietas, ſed perſiſterent, aut procederent perinde ac ſi canis viuus eſſet.

SECTIO V.

Reſpondet quæſtionibus deciſis de actione denuò factis in terminis Ariſtotelis, *&* SS. PP. Auguſtini, *&* Thomæ.

NE ieiuni abſcedant, aut confuſi noſtri lectores, ſi forte legant textum Magiſtrorum communium, vbique negantium modales noſtras actiones, vel diſtinctas à terminis productis, quos quidem, & ipſi vocare ſolent *actiones*, dum ſunt in fieri, verbi gratia, dealbationes, albefactiones, *edificationes*, calefactiones, & huiuſmodi: quæritur primo an ſecundum 826 S. Auguſt. cap. 5. 8. 13 14. 15. & 21. Ariſtoteles 11. m. c. 8. S. Thomas ibi.

 ipſos

ipſos detur actio, ſiue motus ad omnia prædicamenta, an ſolum ad tria. cui quæſtioni reſpondi ſupra n. 808. & 816.

S. Thomas Ariſtoteles 3. Phyſ. l. 1.

Quæritur ſecundo, an *actio, ſiue motus ſit in prædicamento ſui termini*, & reſpondit S. *Thomas* cum *Ariſtotele* affirmatiuè; quia motus ſit inchoatio, ſeu pars termini, via ad terminum, ſiue terminus imperfectus, & quia quæuis forma generanda in fieri, ipſa eſt ſui actio, & motus. ſicut in facto eſſe ipſa eſt terminus perfectus, & quies.

Ariſtoteles 3. Ph. t. 6. S. Thomas ibi. l. 2. & 11. m. 1.

Quæritur tertio vtrum *motus realiter diſtinguatur a termino*, & negat cum *Ariſtotele S. Thomas*, quia eſt idem cum termino, nimirum in qualitate, & quantitate, & in alijs terminis, qui vere producuntur, propter rationem tactam in quæſt. 2. ſed terminus motus mouentis ſe, eſt locus extrinſecus, non denuo productus, & ideo valde diſtinctus à motu locali, qui latio dicitur realiter diſtincta à mobili, quæ eſt actio, & ſimul terminus intrinſecus ſui, cuius terminus extrinſecus eſt locus.

Ariſtoteles 3. Ph. & ibi S. Thomas lect. 5.

Quæritur quartò *vtrum actio, ſiue motus diſtinguatur ab agenti & paſſo ſiue a motore, & mobili*; & reſpõdetur ex noſtris præceptoribus affirmatiuè, quia ſine dubio calor productus in ligno, diſtinguitur ab ipſo, & ab alio calore, ſole, aut alio quouis calefaciente.

S. Thomas 1. p. q. 23. a. 1. ad 3.

Quæritur quintò *an actio vel motus ſpecificetur a termino a quo, vel a termino ad quem, vel a mobili*, & reſpondet ex *Ariſtotele S. Thomas* motum, ſiue actione ſpecificari tantum à termino ad quem, quia ex eo ſumit ſuum eſſe, ſiue ipſum eſt ſuum eſſe; non à termino à *quo*, quia, inquit, *nihil refert dealbationi, v. g. verum ille, qui dealbatur fiat ex nigro, vel liuidus, vel rubeus*, vnde neque à mobilis conditione ſpecificatur motus.

827 Ariſtoteles 5 Ph. t. 3. S. Thomas 5. Ph. l. 7

Quæritur ſextò *vtrum ad vnitatem numericam motus requiratur vnitas termini ad quem, temporis, mobilis & motoris*, & *S. Thomas* cum Philoſopho affirmat, & probat, quia cum motus ſit quid continuum, ideſt, habens partes ſucceſſiue acquirẽdas, variato quolibet ex dictis, interrũpitur, & ſubinde fit multiplex, vt patet diſcurrendo per ſingula.

Nam primo variato termino ad quem, motus idem non remanet, qui a eſt idem numero cum eo termino; ſecundo variato ſubiecto, aut mobili variatur motus, ſiquidem vnus motus nequit eſſe in ſubiectis multis; tertio variato tempore, ideſt motu per interruptionem factam ceſſante, iam non eſt motus, ſed quies, & ſic nõ perſeuerat idem vnus, ſicut neque continuus; quartò demum variato motore neceſſe eſt variari motum, quia, inquit, *motus non eſſet vnus continuus ſed conſequenter ſe habens*, ideſt, vnus poſt alterum, ſiquidem quilibet motor facit peculiarem motum, *quando*, nimirum, *incipiat nouum motum nec vllus inceptum continuat*, ſic enim intelligo & interpretor diſcurſũ S. Doctoris, quoniam ego non video cur non poſsint multi motores continuare motum eundem, ſibi ſuccedentes, & mobile adhuc mouens ſe, denuo impellentes, præſertim in hac opinione *Ariſtotelis*, & *S. Thomæ*, excludente modales actiones. quid autem diceret *S. Thomas* rogatus de vnitate motus non continui ſucceſsiui, ſed permanentis v.g. de vnitate generationis ſimultaneæ, colligi poteſt ex dictis ſupra nu. 824. ſolummodo hic aduerto hanc eſſe diuerſam quæſtionem ab illa, qua quæritur, quare motus aliquis ſit hic, & talis numero, cui reſpõdemus alibi, & aliquid diximus in in Tripart. n. 1211. in quæſtione ſimili omnino recoleda.

Quæritur ſeptimo *vtrum duo motus ſpecie diſtincti poſſint continuari*, & reſpõdet *S. Thomas* ex Philoſopho poſſe continuari ratione quãtitatis vt ſi continuetur aurum argento, & fructus arbori; vel ratione ſubiecti, & temporis extrinſeci, quod cõtingit, vt dicit Philoſophus 5. Phyſ. t. 40. *quando poſtquam quis cucurrit, & immediate febricitare incipit*, vbi vides motũ localẽ continuari cũ febri, ſeu calore eius, ratione ſubiecti, & tẽporis, quibus ij duo motus cõtinuè, & ſine interruptione coexiſtũt. Ariſtoteles S. Thomas 5. n. l. 7.

Sed vero, inquit S. Doctor non poſſunt motus ſpecie diuerſi continuari ratione formæ, ſicut non poſſunt cõtinuari formæ auri, & argenti; formæ fructus, & arboris, & huiuſmodi; cuius ratio eſt, quia continuitas motus eſt ipſe motus, motus autem nihil eſt aliud, 828

aliud, quam forma vt eſt in continuo fieri: formæ verò ſpecie diuerſæ non poſſunt fieri vnum, & ſic nec poſſunt continuari. vnde continuari inter ſe non poſſunt curſus, & febris, nec ſiccitas, & calor, nec huiuſmodi; ita procedit S. *Thomas* legendus per otium in *Alamanio* hic q.22. vel ſupra textum Philoſophi denique quæritur *in quo ſit & ſubiectiue actio, aut motus*, cui quæſtioni reſpondetur infra n.836.

S. *Thomas* 5. *mel*. 7.

QVAESTIO II.

De terminis à quo, *& ad* quem *motuum; de horum, & illorum oppoſitione, & diuerſitate inter ſe, & cum quiete.*

Ariſtoteles S. *Thomas* S. *Auguſt.*

TRactant de his terminis *Ariſtoteles* hic a t. 46. & fuſe S. *Thomas* videndus ſupra textum. vel in *Alamanio* in q.21. & S. *Auguſt.* t. 1. de Categor. c. 21.

SECTIO I.

Declarat quid, & quotuplex ſit terminus a quo, *& ad* quem, *& eorum oppoſitionem.*

PRimò, *terminus a quo* in communi *eſt ille a quo fit receſſus, & tranſitus.* ita eſt gymnaſium, quando ab illo recedis in domum; vel carentia formæ, quam habet materia prima, à qua ſolet ipſa recedere, quaſi accedendo ad formam recipiendam.

Multiplex eſt terminus *a quo* alius eſt *poſitiuus*, vt eſt frigiditas à qua tranſit, & recedit ſubiectum, accedendo ad calorem: vel forma viuens, a qua tranſit ad cadaueroſam; & item calor remiſſus, à quo tranſit eius ſubiectum, accipiendo calorem intenſum; alius eſt terminus à *quo priuatiuus*, ſeu negatiuus, vt eſt quæuis carentia formæ, à qua quaſi recedit materia, aut ſubiectum, aliud quando incipit poſſidere formam oppoſitam ei termino.

829 Secundò *terminus, ad quem* in communi *eſt ille ad quem fit acceſſus, & tranſitus*, ita eſt domus tua, vel forum quo hinc petiſti; & forma cadaueris, ad quam tranſit ſubiectum relinquendo formam viuam, vel priuationem formæ cadaueris; & quidem terminus ad *quem* rigoroſus ſemper eſt quidpiam poſitiuum, quia ſemper eſt forma actione poſitiua producta, licet quodam modo, & ſecundum Philoſophum, & S. *Thomam* dici poſſit terminus *ad quem*, aliqua carentia, ad quam accedit conſecutiue ſubiectum, v.g. quando homo moritur, tranſit eius materia de forma viuenti, tamquam à termino *a quo*, non ſolum ad formam cadaueris poſitiuam, ſed etiam ad carentiam animæ viuentis tamquam ad terminos *ad quos*. vocat Auguſtinus tranſitum ad eam carentiam, *corruptionem*, & *interitum*, & mutationem *ex ſubiecto in non ſubiectum*, iuxta dicta ſupra n. 807.

Ariſtoteles 5. *Ph. c.* . S. *Thomas* ib.

S. *Auguſt.* de *Categ.* c. 21.

His poſitis dico primò circa oppoſitioné horũ terminorũ, inter terminũ *a quo* priuatiuo & terminum *ad quem* accedit ſubiectũ, quando ab illo recedit. eſt oppoſitio priuatiua; probatur exemplũ, nam ſine dubio datur talis oppoſitio inter priuationé animæ rationalis, à qua recedit materia embrionis, & ipſam animam rationalem ad quã ipſa materia accedit, & ita de reliquis dicendũ, & ideo dicebat *Ariſtoteles* principia aliquot generationis eſſe contraria, vel oppoſita.

Ariſtoteles 1. *Ph. t.* 50

Dico ſecũdo inter terminum *a quo* poſitiuum, & terminum *ad quem* poſitiuum, aliquando eſt oppoſitio ſolum relatiua, aliquando contraria declaro me per exempla. gymnaſium, quod eſt terminus *a quo* recedis, & domus tua ad quam accedis: calor remiſſus, à quo quaſi recedit ſubiectum, accipiendo calorem intenſum; & ſimiles termini *a quibus*, & *ad quos*, vt patet ſolũ opponũtur relationibus diſtitiæ, & diſſimilitudinis, & alijs huiuſmodi.

Sed tamen calor, à quo recedit ſubiectũ, quando incipit poſſidere frigiditaté, ſine dubio contrariè opponitur frigiditati, qui eſt terminus *ad quem*, & ita opponuntur reliqui termini *a quibus*, & *ad quos*, quando contingit ſubiectum tranſire de vna qualitate in aliam oppoſitam relinquendo vnam in totum, vel ex parte, & accipiendo aliam in totum, vel ex parte.

831 Hic aduerte duo: primum eſt, per eumdem motum fieri tranſitum

a ter-

à termino *a quo*, & acceſſum ad terminum *ad quem* v.g. tu per idem *vt*, & per eoſdem paſſus recedis à gymnaſio, & accedis ad forum; & per eamdem actionem, qua producitur in materia forma equi, recedit materia ab eius formæ priuatione. Secundum eſt in quouis receſſu ſubiecti a termino *a quo*, & acceſſu ad terminum *ad quem*, fieri receſſum, vt res modo contingunt, quando omnis generatio eſt partialis conuerſio, à duplici termino *a quo*, & acceſſum ad duplicem terminum *ad quem*, nam materia prima panis, quando in ea generatur v.g. forma canis, recedit à forma panis, & à priuatione formæ canis, & tranſit ſiue accedit ad formam canis, & induit priuationem formæ panis.

Sed tamen ad poſſidendam hanc priuationem panis, quæ eſt terminus priuatiuus *ad quem*, non accedit materia ex vi alicuius actionis diſtinctæ ab ea, qua producitur de nouo terminus poſitiuus, nempe forma canis; quia ad hanc priuationem formæ præexiſtentis conſequitur indirectè, quaſi cauſata; nec cauſationis alterius, carentiæ ſunt capaces iuxta dicta ſupra n. 292. ex *Auguſtino*. & ideo ſimiles actiones extrinſecè denominantur *corruptiones*, *imminutiones*, *deſtructiones*, *interitus*, & huiuſmodi aliter, & inde manauit prouerbium *generatio vnius eſt corruptio alterius*. *S. Aug.*

SECTIO II.

Proponit, & exponit oppoſitionem actionum, & motuum inter ſe, & cum quiete.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

QVamuis *Ariſtoteles* vbique, & ſacri Interpretes, vt ſæpe notaui, nomine *motus* intelligant effectus naturæ, quibus ſubiectum mutatur, tranſeundo de non eſſe ipſorum, ad ipſos; & nomine *quietis*, eoſdem effectus, quibus ſubiectum ornatum, & completum in quieto, & facto eſſe perſeuerat; tamen propter recentiores nomine *motus*, nunc intelligam actiones prædicamentales, & nomine *quietis* ſimiliter, nam ſicut actio, qua producitur motus, poteſt dici *motus vt quo*, & actio, qua producitur quies, bene nominatur *quies vt quo*; ſed obiter decidam quoque quæſtiones, iuxta terminos, & mentem Præceptorum communium.

Ex dictis ergo colligitur prima hæc regula generalis. eamdem oppoſitionem, qua motus *quo*, ſiue termini, ad 831
quos terminantur actiones opponantur inter ſe, eadem dicantur ex actiones oppoſitæ. quare actio, qua calor producitur, quæ dici ſolet *calefactio*, opponetur contrariæ actioni, qua producitur frigiditas, quæ dicitur *frigefactio*: & actio, qua producitur calor intenſus, opponetur relatiuè actioni, qua producitur remiſſus; quia relatiue opponuntur calores maior, & minor.

Quod verum eſt etiam ſi contingat actiones iam non dici motus, quia non ſunt primò productiones, ſed conſeruationes, & quietes, quia iam ſint earum effecta in facto eſſe; vnde actio, qua conſeruatur calor contrarie opponitur actioni, qua frigiditas ineſſe conſeruatur; & ratio eſt, quia cum actiones ſpecificentur à terminis, *ad quos*, ab illis capient diuerſitatem, & ab illis refundetur in ipſas oppoſitio: ſed vere ſimilis oppoſitio competit terminis, & actionibus large occaſione ipſorum.

Secunda regula eſt. quando termini ſunt incompatibiles, & repugnantes, dici etiam poſſunt actiones incompatibiles, & repugnantes; ſic erunt actio, qua producitur peccatum, & actio, qua producitur gratia, ſiue vnio hypoſtatica; & actiones, quibus producuntur motus ſurſum, & deorſum; motus rectus, & circularis, & alio quouis modo incompatibile; quamuis prædicti motus, & actiones aliunde eſſent eiuſdem ſpeciei, qualiter communiter cenetur eſſe motus rectus ſurſum, & motus rectus deorſum eiuſdem ſubiecti. cuius regulæ ratio eſt eadem, quæ præcedentis.

Tertiò ſtatuit cum *Ariſtotele S. Thomas* quod motui opponitur quies, quaſi priuatiuè, & verum eſt, *eſt enim*, inquit, *quies priuatio motus quodammodo*, & ideo calor in facto eſſe, & dum *Ariſtoteles S. Thomas 4. Phyſ.*

con-

conſeruatur, quaſi opponitur priuatiuè ſibi ipſi, vt eſt in fieri, præſertim ſucceſsiuè; ſiquidem quietus, & perfectus habet carentiam antiquæ inquietitudinis, & motus, qui plura volet de his legat *Ariſtotelem*, & *S. Thomam* in *illum*, hic q. 22. ar. 8. & 9. vel 4. Phyſ. l. 7. & 5. l. 8.

SECTIO III.

Oſtendit non poſſe idem corpus moueri ſimul duplici motu locali oppoſito.

832 RƐcentioribus hic magis affulſit veritas, & relictis ſuis actionibus, quas ſolas contra Philoſophum appellabant *motus*, agunt de motu locali, nempe de *vni ſucceſsiuo*, & diſquirunt an idem corpus poſsit moueri ſimul duplici motu incompoſsibili, altero tendenti, v. g. verſus Orientem, altero verſus Occidentem; an vero idem ſubiectum poſsit moueri ſimul motibus contrarijs, v. g. frigiditate, & calore dicam Deo dante libris de *generatione* à n. 838.

Ergo tituli aſſertum eſt receptiſsimum, & probatur, quia omnino implicat eandem rem recedere ſimul ab eodem puncto fixo, & ad idem accedere, vt de ſe patet, ergo nihil poteſt moueri ſimul motu duplici, quorum altero accedat ad Occidentem altero accedat ad Orientem, patet conſequentia, quia ſi ſic accederet ad eum terminum vtrumque oppoſitum, ſimul accederet ad punctum fixum, & ab eodem recederet, vt manifeſtum videtur.

Sed opponis experientias etenim primò, ſi nauis Occidentem verſus nauiget, & Nauclerus Orientem verſus; ideſt, à prora in puppim deambulet moueri videbitur duplici oppoſito motu, alio quo accedat ad Occidentem raptus à naui, alio quo accedat ad Orientem facto ab eo homine. Secundò ſi in media naui, quæ curſu rapido fertur ad Occidentem rota moueatur in gyrum verſus meridiem, eadem mouebitur motu recto verſus Occidentem, & circulari verſus meridiem.

Tertiò in orbibus cæleſtibus de facto reperitur ab *Aſtronomis* motus duplex, vnus raptus, quo illi a primo mobili mouentur ab Orienti ad Occidentem; alius proprius cuiſlibet Cælo, quo mouetur vnum quodque e contrario, ab Occidenti ad Orientem; quarto ſi quis brachium dextrum eleuet, & deprimat ſiniſtrum, anima ſimul ſurſum, ac deorſum ibit; ergo aliquid poteſt moueri ſimul duplici contrario motu.

Vt his argumentis reſpondeam, 833
ſuppono, & fingo duos fixos terminos oppoſitos, inter quos motus exerceatur alter, qui ſit terminus à quo mobile recedat, & alter qui ſit terminus, ad quem accedat; ſi ergo mobile, quod mouetur, recedat à termino à quo fixo, & ad alterum accedat, ſine dubio mouebitur vnico motu, quo accedat ad terminum ad quem ab altero termino per eundem motum recedendo, quamuis contingat motum hunc, & acceſſum ad terminum ad quem, retardari ab alijs cauſis conantibus in contrarium ferre mobile; ſi vero mobile non recedat à termino à quo, neque accedat ad terminum ad quem, hærebit in eodem loco, quaſi homo, qui nihil niſi eleuare pedem vnum, & alium figere, fixus in eodem loco poſſet.

Modo reſpondeo ad primum, quod ſi Nauclerus, qui mouetur de prora ad puppim ad Orientem in naui, quæ fertur ad Occidentem, moueatur velocius quam nauis, mouebitur vnico motu verſus Orientem, licet retardato a naui contrariam partem petente; quod ſi nauis velociori curſu tendat ad Occidentem, nauta ille mouebitur ſolo motu nauis retardato tamen ab ipſo nauta tendente in Orientem: quod ſi æquali velocitate nauis & nauta moueantur, per aliquod ſaltem breue tempus, nauta ab vno loco fixo non recedet, & ſic neque remotior fiet ab Occidente, neque proximior Oriente ſed vnum pedem leuabit, & alterum defiget in loco eodem, nempe per idem illud tempus breue, longum enim eſſe non poteſt, cum nauis ſit breuis, & curſus eius velox.

Ad ſecundum dicendum ab illa ro-

ta.

ta abſolute neque fieri motum circularem, quem intendere videtur, qui illam rotat in gyrum, neque motum rectum, quem videtur intendere Nauclerus; fieri autem motum vnicũ obliquum quaſi ſpiralem, cauſatum ab eis duabus cauſis mutuo ſe impedientibus, ad tertium dic Cælum quodlibet ex inferioribus moueri ſolo motu rapto ab Orienti in Occidentem, qui tamen motus retardatur ab Angelis, qui procurant mouere orbes inferiores motu contrario, nempe ab Occidenti in Orientem, ratione cuius retardationis Cælum lunæ non conficit ſuam integram gyrationem in ſpatio vigintiquatuor horarum.

834 Ad quartum concedo poſſe ſpiritum, & animam rationalem ſimul moueri ſurſum, & deorſum, appropinquare Cælo, & recedere ab eo per vnicum *vbi*, & motum, cuius natura ſit ſpirituum ita mouere, & collocare: corpus vero ſecundum eamdem ſui partem non poteſt moueri ſimul ſurſum, ac deorſum, quia eminentiam ſpiritus non habet, qui, nimirum, poteſt eſſe totus in varijs corporis partibus, quarum aliæ ſurſum leuati, aliæ ſimul deorſum deprimi poſſunt.

QVAESTIO VI.

Colligit breui ſuperius dicta de actione, paſsione, & motu, ſecundum mentem Ariſtotelis *aliorum Philoſophorum & noſtram; vbi quid ſit prædicamentum* paſsionis, *& actionis ſubiectum.*

Ariſtoteles
S. Thomas

PRimo *Ariſtoteles* agendo de actione, & paſsione lib. 3. tom. 22 dixit, *actionem eſſe actum huius, vt ab hoc*, ideſt, actum agentis, qui quatenus ab ipſo procedit, appellatur *actus*, ſiue actio eius, *paſsionem* vero dixit *eſſe actum huius, vt in hoc*, Ideſt, actum ſubiecti recipientis qui paſsio nominatur quia, & quatenus ab eo ſubiecto recipitur, *motus* vero id ipſũ, quod actio, & paſsio eſt, & talis dicitur, quia, & quatenus mouet ſubiectum, & id tranſire facit de non eſſe ad eſſe, ſimul, vel ſucceſsiue, vti fuſe monſtratum eſt ſuperius num. 642. vbi obſeruauimus apud *Ariſtotelem*, motum, actionem, & paſsionem, modum non eſſe, ſed calorem verbi gratia, vel formam quampiam varie conſideratam.

Ariſtoteles

Secundo Philoſophi grauiſsimi putarunt actionem modalem eductiuã eſſe in paſſo, tamquam in ſubiecto inhæſionis, & eamdem dixere paſsionẽ vt receptã in eo paſſo; qui magis cõformiter ad *Ariſt.* procedunt, quã alij Recentiores inferius afferendi: illi ſunt *Arriaga* d. 8. n. 23. *Hurtado* diſp. 11. Phy. ſect. 7. *Suarez*, diſp. 48. ſect. 4. in met. *Rubius* lib. 3. q. 6. num. 39. cum *Alexandro, Themiſtio, Simplicio Phyloponno, Toleto*, & alijs, quibus adde quos citaui ſupra num. 532. quorum fundamentis ibi ſatisfeci, & à num. 814.

835 Quare aliqui Moderni, qui iurarunt in verba eorum, interrogati à me circa mentem ipſorum, reſponderunt, *Paſsionem*, eſſe realiter, & formaliter actionem eductiuam, diſtinctam quidem realiter ab agenti. & à termino, per eam producto, ſed paſſionem ideo dici, quia ineſt ſubiecto, ex quo educit formam, & cum quo illam vnit, quia, inquiunt, entitas illa modalis inhæret ſubiecto, & modificat tangendo formam, quam ponit in ſubiecto exercendo munus duplex, actionis, ſcilicet, & vnionis, & ideo quatenus dat eſſe formæ modificans ipſam, dicitur cauſalitas, & *actio*, agentis, quatenus vero materiæ inhærens, eſt ratio, ab quam materia recipiat, & patiatur formam, dicitur *vnio*, & *paſsio*. difficilis captu eſt iſte modus dicendi, & quia tollit de medio vnionem ſubſtantialem, vel eam facit ſuperfluam, & aliunde facit compoſita ſubſtantialia entiã per accidens falſus nobis viſus eſt ſupra à nu. 532. & refutatus.

Tertio Moderni cum *Grana.do* paſſionem opinantur eſſe idem realiter cum actione eductiua cauſæ efficientis, ſed formaliter ab ea diuerſam, quia ſcilicet, poſuerunt partialem quemdam influxum in materia erga formas, ab ea eductas, quem influxum vocarunt *paſsionem*, ſed nos huiuſmodi influxum refutauimus ſupra à num. 532. & ibi dictis addimus

cum

Digitized by Google

eum influxum non eſſe *actum huius, & in hoc*, quia vt patet, is non recipitur in ipſa materia, à qua fluit, ſed in forma per eam facta, & ſic non eſſe paſſionem, quam oportet ſubiectari in paſſo, vt ex *Ariſtotele* conſtat, & S. *Thoma*, & probat allegatus *Rubius*: & quia non eſt ratio formalis vltima patiendi, ſiue qua paſſum patiatur, vt manifeſtum eſt ex dictis à n. 532. eſſe verò actionem, ſi forſan aliquid eſt, quia, ſcilicet, eſt *actus huius, vt ab hoc*, vti aduerti ſupra n. 522.

Ariſtoteles *S. Thomas*

Quartò tandem ego ſemper mihi perſuaſi, ad quod aliquo modo colliment omnes, licet ſcopum non tangant, *paſsionem prædicamentalem* eſſe illud, quod eſt ratio formalis vltima, mediante qua quoduis ſubiectum patitur, ac recipit in ſe formam productam, vel à ſe eductam, quomodo ſunt ſolæ & omnes vniones, quibus formæ vniuntur cum ſubiectis v g. vnio, qua materia equi recipit in ſe formam equi, eſt paſsio, quia eſt ratio formalis, mediante qua recepit, & patitur eiuſmodi formam, & ſimiliter ſunt reliquæ omnes vniones, & non aliæ entitates, aut influxus, vti quoque probaui ſupra n. 528.

Quare prædicamentum paſsionis eſt vel vnio abſtrahens à ſubſtantia, & accidenti, vel congeries omnium vnionum, tam ſubſtantialium, quam accidentalium, & conſequenter non eſt categoria diuerſa à reliquis, ſed per omnes reliquas vagans in omnibus reperitur. & hæc foret ſine dubio opinio *Ariſtotelis*, & Peripateticorum, ſi ipſi modalem vnionem diſtinguerent; ſiquidem paſsionem vocant formam vt vnitam, & receptam in paſſo, vti adnotaui iam ſupra n. 647. & iterum dico infra.

836 Vltimo obijciat aliquis pro claritate doctrinæ *paſsio formaliter eſt actus huius, vt in hoc*, ergo ea eſt aliqua entitas paſsi, & in ipſo ſubiectata; tunc ſic *Ariſtoteles* tradidit paſsionem eſſe realiter idem cum actione eductiua, ſed hæc non eſt vnio, ergo vnio nequit eſſe paſsio; ergo eſt actio modalis. *actio* dicta, vt prodit ab agenti, *paſsio* autem vt ſubiectatur in paſſo, iuxta modum dicendi Patrum Suarez, *Tol.* *leti*, & aliorum ſociorum ſuorum.

Ariſtoteles

Reſpondeo conceſsis primo enthymemate, maiori, & minori, negando conſequentiam: quoniam iuxta mentem *Ariſtotelis*, quam præfati Authores prætermiſerunt, paſsio ſemper concipitur vt vnio, ſiue ea ſit indiſtincta ab actione, & motu, qui vnitur paſſo vt ille vult, ſiue ſit diſtincta, vt Iuniores Philoſophi prætendimus, nempe ipſe dixit calorem, vt prodit ab agente eſſe actionem; vt recipitur, vt coniungitur, & vnitur cum paſſo dici paſsionem, vt clare oſtendi ſupra à num. 639.

Ergo quam aſſeruit *Ariſtoteles* formalitatem indiſtinctam paſsionem eſſe, quatenus vnionem, & medium quo paſſum recipiat in gremio formam in compoſitionem, nos item eodem titulo paſsionem dicimus, ſed cũ *Communi* a forma, & actione realiter diſtinguimus: atque Philoſophum deſerimus propter rationes poſitas ſupra à n. 303 & illos Authores, propter hic, & paulo ante indicatas, Philoſophi ſcopo conformes. legantur quæ dixi ſupra à n. 532. pro doctrinæ huius complemento.

Ariſtoteles

Poſtremo ad quæſtionem *vbi ſubiectatur actio*, reſpondent omnes cum *Ariſtotele*, & S. *Thoma*, ſi ea ſit immanens, ſubiectari in agenti, non quidem, ego addo iuxta dicta num. 388. vt id agens eſt, ſed vt recipiens, & patiens eſt, & reſponſio eſt vera, ſiue actio ponatur diſtincta à termino, ſiue indiſtincta; ſemper enim erit in agenti ſaltem mediate, ſed tamen ſemper in eo, vt in paſſo. Sic eſt intellectio in intellectu. Si vero actio ſit tranſiens, diſcrepant maximè Doctores, & omnes procurant ad ſe trahere noſtros Præceptores ſubobſcure locutos. Vt legis in *Alamanio* quæſt. 17. art. 5.

Ariſtoteles *S. Thomas* *3. Ph. l. 4.*

In primis ergo Suarez in met. d 47. ſect. 4. & ibi expreſsè *Ariſtoteles S. Thomas, Ferrara, Capreol. Herneus, Soncinas, Sauol, & communis, interpratum*, quibus adhærent, *Sotus, Toletus, Rubius, Maſsius*, & alij citati num 834. tenent actionem tranſeuntem inhærere paſſo. id quod euidens videtur, ſiquidem in manu reſidet calor,

Ariſtoteles 3. Ph. t. 22. 2. de an. t. 24. & 3. t. 139. & ibi S. Thomas

quem produxit ignis, calor autem productus, vel eſt actio ipſa, vt cum noſtris Magiſtris plerique volunt, vel ſubiectat actionem modalem, qua calor fit, & cuius ea eſt modus intrinſecus, quod nos prætendimus; ergo & actio tranſiens paſſo inhæret, & non eſt inappetenti; quod immerito defendunt apud *Suarez* num. 2. *Caietanus Hiſpal.* & alij, quibus ſubſcribunt *Nazar. Zumel, Ripa, Torres* 1. p. quæſt. 27. dub. 4. p. 2. quorum rationes inefficaces ſunt: authoritates vero *S. Thomæ*, & *Ariſtotelis* ſolum conuincunt actiones immanentes eſſe in agenti, vt ſe explicat S. Doctor, & notarunt *Suarez*, & *Ferrera*. Vbi nota eos Authores, & alios, quibus fauet P. *Coninc* de Sacram. quæſt. 77. num. 12. diſtinguere realiter actionem à paſſione; quod item faciunt hoc tempor plerique *Connotatores*, vt habes n. 394. *S. Thomas* 2. ſeg. c. 1.

DISP. V.

DISPVTATIO VI.

IN SEXSTVM LIB. PHYSICORVM

Commentaria. & Interpres.

837 DECEM capitibus diſtinctus eſt liber ſextus in 1. & 2. docet *Ariſtoteles* quodlibet continuum conſtare partibus in infinitum diuiſibilibus; & refutat *Zenonem* contra ſentientem illud componi finitis quibuſdam indiuiſibilibus; in 3. docet quid ſit inſtans temporibus, nihilq; in eo poſſe moueri, atq; mobile debere neceſſario eſſe diuiſibile, ſecus moueri non poſſe. In 4. diſtinguit in motu, quod eſt quoddam continuũ ſucceſſiuũ, duplicem diuiſibilitatẽ, vnam ratione partium *eius*, quibus correſpondet partibus ſubiecti, quod mouetur, & alteram qua correſpondet tempori, in quo fit talis motus, & quædam conſectaria declarat, quæ in feruntur ex ea correſpondentia.

In 5. explicat principium, & finem motus, ideſt, rerum, quæ fiunt inceptionem, & deſitionem; & quod inſtans indiuiſibile debeat eſſe id, in quo quod mutatur, & ſit primo mutetur, & fiat. In 6. probat motum neceſſario incipere, & fieri in tempore, & ſubinde non habere indiuiſibile initiatiuum, quod dicitur *mutatum eſſe*.

In 7. oſtendit non poſſe inſumi tempus infinitum impertranſeundo ſpatio finito, niſi forte tranſitus infinities repetatur. In 8. aſſerit quie tem poſſe cõcipi ad modum entis ſucceſſiui, nempe in tempore fluenti, infinitum diuiſibili coexiſtentem. In 9. refellit argumenta alia *Zenonis* negantis diuiſibilitatem omnis motus atque continui. In 10. ait indiuiſibile per ſe non poſſe moueri. de quibus omnibus pulchre ſcribunt *S. Thomas* ſuper textum, & hic in *Alamanio* q. 23. & *S. Auguſtinus* ſæpe referendus.

Ariſtoteles
S. Thomas
S. Auguſt.

QVAESTIO I.

De continuo in communi de eius partibus, & vnionibus: vbi prius an ſit, quid, & quotuplex.

Ariſtoteles
S. Auguſt.
S. Thomas
l. ſ. q. 7. ar. 3.

EX *Ariſtotele* hic lib. 3. t. 1. lib. 5. t. 27. in logica C. de Quanto, & 5. m. t. 18. *S. Thoma* ibi ſupra textus, & de ver. q. 28. a. 2. ad. 10. & *S. Auguſtino* citato ſupra n. 333. collegi *continuum* in communi *eſſe cuius partes copulantur termino communi*, ideſt, quidquid ita conſtat partibus vnitis, & diuiſibile ſit in infinitum in partes, quæ in eo inſunt, ipſum componentes; & quidquid vnũ actu, eſt, ſed potentia multa, ſi, videlicet in fruſtra ſcindatur, licet enim vt optime notant *S. Thomas* 10. met. lib. 4. *Ruiz*, vbi infra ex Philoſopho ibi t. 9. continuum habeat partes, in quas poſſit diuidi, quia tamen, & quandiu indiuiſum eſt, abſolute vnum dicitur, & non proprie plura, *quamuis humida, vt aqua, & aer, & alia his ſimilia, in quibus propter facilitatem diuiſionis multitudinem dicimus, dicitur enim multa aqua, & multus aer.*

S. Thomas

Continua ergo ſunt lignum, lapis, linea, ſuperficies, tempus fluens, & vbi ſucceſsiuum; vnde infertur continua exiſtere, & eſſe dupliciter, aliud permanens, aliud ſucceſsiuum, quæ ſingillatim declaramus infra, poſtquã de ijs, quæ ipſis communia ſunt egerimus. ſed vero hic non ſemper demõſtrationes damus, nec dare prætendimus, vix enim aliquando intelligimus, quæ dictamus, claritatem tamen, ac diſtinctione procuramus.

SECTIO I.

Probat continuum quodlibet compoſitum eſſe ex partibus actu diſtinctis realiter, ſemper diuiſibilibus, & non ex ſolis indiuiſibilibus.

838 Tituli aſſertum contuentur PP. *Ruiz* de Trin.d.77.ſect.7.*Bubalus* q.51.a.1.q.2.diff.3.§.8.*Bernal*.diſp.13.nu.38.*Suarez* in m. d.40.ſect.5. *Toletus* hic q.1. *Rubius*, & *Conimb.* ibidem *Fonſeca* 5.m.c.6.q.5. *Hurtado* d.15.*Arriaga* d.16.*Oviedo* c.17. *Turrian*.d.68. *Pererius* lib.10.c.13.& 15.*Coninc.* de Char.d.22.d.5.nu.70. & apud ipſos *Scotus* in 2.d.2.q.9. *Durand.Gregor. Soncin. Setus*, & reliqui *Nominales* & Communiter Iuniores, qui merito pro ſe allegant tres communes *Præceptores*, & *Tridentinum* ſeſſ.13.c.3.

Ariſtoteles. 5.m.c 13. & hic t.2. S. Auguſt.

S. Thomas 5.m.l.15. & op. 39. c.2.

Ratio vero eſt, quia duæ partes aquæ antequam coniungantur, & vniantur, ſunt diſtinctæ realiter, ergo item diſtinguuntur quãdo vnitæ iam ſunt. probatur conſequentia, quia vnio, licet faciat ex eis vnum continuum, non facit eas identificari, vt patet manifeſte in vnione noſtra, & manifeſtius in vnione hypoſtatica, quæ ex eo, quod vniant extrema ſua, nullatenus ea confundunt, aut faciũt identificari, ſed ea relinquũt diſtincta vt prius, licet in cõpoſitioné adducãt.

Confirmatur primò, quia eæ partes aquæ diuiſæ ſunt eædem, ac illæ quæ fuerant vnitæ, ſed ſeparatæ diſtinguũtur realiter, ergo, & coniunctæ diſtinguebantur. Cõfirmatur ſecundò quia illæ partes diſtinguuntur realiter, quarum aliq; pereant alijs permanẽtibus, ſed ſolent perire plures partes vnius continui, manentibus alijs, ergo aliæ ab alijs, diſtinguuntur realiter. Minor patet contẽplanti. Confirmatur tertiò, quia quãtitas corporis equi, eſt maior quantitate capitis ipſius, ſiquidem *totum eſt maius ſua parte*, ergo hæc diſtinguitur realiter ab illa: patet conſequentia, quia nihil poteſt eſſe ſe ipſo maius; ergo quantitas illa grandis non eſt eadem omnino, ac quantitas parua capitis.

S. Auguſt. de im. an. c.7.

Confirmatur quartò, quia actualis partium ſeparatio, vel diuiſio non facit in ipſis diſtinctionem, quia ea eſt ipſarum entitas intrinſeca, quam nequit cauſare ſectio, & quam ante ſectionem præexiſtere actu multiplicatam in toto fatetur S. *Thomas* dicens *in continuo eſſe partes actu ſecundum entitatem, potentia vero ſecundum diſtinctionem*, hoc eſt ſecundum diuiſionem; & *Ariſtoteles* dum ait *continuum habet aliam, & aliam partem, & diuiditur in ſic diuerſas, & loco ſeparatas* partes.

S. Thomas 4.d.10.q.1. a.3.q.3.ad 1.

839 Quinto confirmatur, quia vera eſt propoſitio cognoſcens, & aſsignans partes diſtinctas in continuo, ergo ipſæ ibi vere exiſtunt diſtinctæ, licet non ſeiunctæ. conſequentia eſt euidens, quia noſtra cognitio vera, in præſenti ſe conforma cum obiecto, nihil fingens denuo in ipſo, & multo minus aliquid reale addens ipſi; vnde de iſta enunciatio; hic palmus quantitatis primus diſtinguitur realiter à ſecundo, tertio, & reliquis, quia non ſolum non identificatur cum ijs, ſed etiam habet entitatem diuerſam, & fundat negationem, qua non eſt alter, quam eſt, & partialem ſaltem hæcceitatem, qua talis eſt; demonſtrat partes continui eſſe in entitate plures, ac diuerſas, ſin minus à ſe inuicem diſcretas.

Ariſtoteles hic t.2.

Sextò confirmatur ex his principijs euidentibus, primum eſt compoſitum, quo pacto ſine dubio eſt vnitum quoduis, vel continuum, dicit partes componentes, & vnionem, quorum diſtinctionem indicauit *Ariſteteles* definiens, *quantum eſſe diuiſibile in ea, quæ inſunt*, componentia ipſum quantitatis continuũ; & materiã primam; quam componere ait *cum forma cum inſit*.

Ariſteteles 5.m.c.12. S. Thomas ibi l.1.& 15.

Secundum eſt, quia omnis cauſa efficiens diſtinguitur realiter ab effectu, quem producit connaturaliter, ſed ſæpe contingit in rebus vnitis, alterã eſſe cauſam efficientem alterius, ergo ſimiles res vnitæ ſunt partes realiter diſtinctæ, maior eſt euidens, vt habes ſupra n.629. & in *Tripartita* nu. 905. minor euidentior. ſiquidem ſcimus, & videmus intellectum fieri ab anima, & actum à potentia, & illum, & hunc cum cauſis vnitos eſſe, rurſus, non raro calor, & aliæ actiuæ qualitates extendunt ſe ipſas, dum partes

priores

Digitized by Google

priores producant poſteriores ſibi vnitas, & ipſas ſæpe conſeruant; & conſequentia bene infertur.

Denique confirmatur hæc veritas à toto Mundo, & ab eius Conditore. etenim S. *Scriptura*, *Concilia* SS. PP. Theologi, & Philoſophi, docti omnes, & indocti dum occurrit tractatio de aliquo compoſito, vel continuo, aut toto, modò definiant, aut deſcribant ipſum, vel etiam eius extrema, aut partes integrantes explicent, enumerent, aliquo modo notent, de ijs loquuntur vti de membris, de principijs intrinſecis, & elemẽtis, ac partibus ſimilaribus, & homogeneis, vel diſſimilaribus, & heterogeneis, nõ quidẽ diuiſis, ſed vere, & realiter diſtinctis.

S. Auguſt. 3. de Gen. ad lit. c. 5. 11.

840 Quoniam certa ſunt hæc principia iam indicata ſupra. Extrema vnibilia, aut vnita realiter ſunt duo diſtincta. Extrema referebilia, aut relata ante intellectum realiter ſunt plura diſtincta. Extrema, quæ ſemel habuerunt diſtinctas eſſentias, confundi nunquam poſſunt in vnam, ſed neceſſario etiam vnita retinent illas vt prius. Extrema, quæ ita ſe habent, vt poſſit alterum perire, manente altero, vel vnum ſeparari ab altero, realiter ſunt plura diſtincta. Extrema, quibus conuenire poſſunt, & conueniunt prædicata contraria, vel contradictoria à parte rei, realiter ſunt plura. Extrema, quorum alterum eſt cauſa realis alterius diſtincta ſunt realiter. Extrema, quæ à vero iudicio deſignantur, & cognoſcuntur vti realiter diſtincta, realiter ante ipſum diſtincta ſunt. vnde deduces minorem, & conſequentiam euidentes.

Ariſtoteles 7. Top. c. 1. S. Auguſt. 6. de Trin.

Quare, ne diutius ego in re per ſe nota immorer, lege tu *Biblia* S. concordantias, & indices *Ariſtotelis* SS. *Auguſtini*, & *Thomæ*, & *Iuridicum*, in verbo *pars totum*, & ſimilibus, & caue ne dicas nomen *Pars* impropriè aſſumi ad ſignificandas partes coniunctas, ſiue continuas, ſiquidem adhuc contendere, & tenere Maria, Adriaticum, Mediterraneum, Oceeanum, Atlanticũ, Indicum, aliunde licet continua; tres aeris regiones, quatuor partes terræ dictas Europam, Aſiam, Africam, & Amæricam, vel eas, quæ ſunt ad Orientem, Occidentem, Meridiem, & Aquilonem, & huiuſmodi, non diſtingui inter ſe per aliquid ſui; & aduerſatur ſimplici, & proprio modo loquendi *S. Scripturæ*, & lumini naturæ. *Partes enim Mundi* concludit *Auguſtinus* ſuper Pſal. 56. *quatuor ſunt Oriens, Occidens, Aquilo, & Meridies, iſtæ quatuor partes aſſidue nominantur in Scripturis; ab omnibus iſtis quatuor quibus, &c.*

Dico ſecundò *Ariſtotelis* in hoc libro & Aſſeclarum, tam eorũ, qui componunt continuum diſtinctis actu partibus, quam qui potentia, opinio vera eſt] continuum quodlibet componi non ex ſolis indiuiſibilibus, ſed ex partibus in infinitum ſectilibus inter ſe vnitis. Approbarunt primo hanc opinionem *Concilium* Conſtanti. in ſeſſione 15. damnans errorem *Ioannis Hus* aientis *lineam compoſitam eſſe ex ſolis punctis finitis, & tempus ex ſolis inſtantibus immediatis, & aliter à Deo fieri non poſſe* ibi *prima pars eſt error in Philoſophia, & vltima errat circa diuinam potentiam.*

Ariſtoteles 6. tex. 1.

S. Auguſt.

Et S. *Auguſtinus* lib. 11. de Trin. c. 10. dicens *ratio docet minutiſſima etiam corpuſcula infinite diuidi; cum tamen ad eas tenuitates, vel minutias peruentum fuerit, quas viſas meminimus, exiliores minutioreſque phantaſia iam non poſſumus intueri, quamuis ratio non deſinat perſequi, & diuidere*, & ſequitur vbique S. *Thomas* legendus per otium in *Alamanio* hic q. 23. vel ſupra textum. 841

S. Thomas 6. Ph. l. & 3. & 1. de gen. 5.

Secundo probatur ratione, quod eſt commune Mathematicorum proloquium deſumptum ex *Ariſtotele*, & *S. Thoma*, *indiuiſibile additum indiuiſibili non facit maius*, ergo continuum non conſtat ſolis indiuiſibilibus; patet conſequentia, quia ſi ijs ſolis conſtaret neque eſſet longum, nec latum, neq; profundum, nec aliud incrementum haberet; fingamus enim ſuper hanc papyrum eſſe vnum indiuiſibile panis & iungamus illi aliud indiuiſibile terræ, ita vt ambo ſe tangant; tum peto, vel ambo ſe tangunt ſecundum omnem amborum entitatem, vel nõ? ſi ſe tangunt, omnino penetrata erunt in eodem loco; ſi non ſe tangunt, ſequitur non eſſe indiuiſibilia; ſiquidem per vnam partem ſe tangunt, & per aliam non. conſtat ergo continuum partibus.

Ariſtoteles hic t. 2.

SS

Iam vero ſi probatum eſt nullum continuum poſſe componi ex ſolis corpuſculis indiuiſibilibus, colligitur componi neceſſario debere ex partibus, in infinitum diuiſibilibus, vnitis tamen verſus quamlibet dimenſionem corpuſculis, indiuiſibilibus verſus eam partem, verſus quam valent. lege alias rationes in *Ariſtotele* hic c. 1. & 2. & in *S. Thoma* ibi ſupra textum, vel in *Alamanio* q. 23. a 3.

Ariſtoteles. S. Thomas.

SECTIO II.

Reſpondet argumentis, quæ faciunt graues Authores contra actualem diſtinctionem partium, aſſertam a nobis in continuo.

842 DVo ſupra diximus, primum eſt, continuum actu conſtare partibus realiter diſtinctis, inter ſe vnitis, licet potentia diuiſibilibus. ſecundum eſt, continuum non cōponi ex ſolis indiuiſibilibus athomis, ſed ex partibus ſemper diuiſibilibus vnitis vel ſe ipſis ſine alia vnione, vt volunt plures cum *Fonſeca* 5. m. c. 10. q. 6. ſect. 5. vel vnionibus dictis *indiuiſibilibus*, quæ nos cum *communi* admittimus, ac declaramus infra à num 844.

Ergo contra aſſertum primum ſtant *Faſolus* p. 1. q. 7. a. 1. nu. 37. *Tanner.* to. 1. d. 2. q. 4. d. 2. & quidam Moderni opinantes in continuo non eſſe partes actu diſtinctas, ſed in virtute, & potentia, quatenus queunt diuidi, & fieri plures, allegantes pro ſe *Ariſtotelem S. Thomam, & S. Auguſtinum, Alexand. Philopon. Themiſt.* & alios Philoſophi antiquos interpretes.

Ariſtoteles 7. m. t. 49. S. Thomas ibi lect. 13 S. Auguſt. Ariſtoteles 7. m. 49. S. Thomas 7. Pl. l. 5.

Credo tamen iſtos Iuniores latuiſſe *Ariſtotelem*, & Interpretes, tum quia à nullo negantur partes materiales, & entitatiuæ diſtinctæ, quo nos ſumus contenti; tum quia, vt bene aduertit P. *Ruiz* de Trinit. d. 77. ſect. 7. *Ariſt.* non negat partes diſtinctas, ſed tantū prætendit eas non eſſe plures vnitates, aut plures numero, iam *actu diuiſa* vt exprimit *S. Thomas*, ante realem ſectionem, ſed vnam entitatem continuam ſeu indiuiſam, & ideo definit *continua eſſe quorum partes, vel extrema ſunt vnum*, ideſt, coaleſcunt in vnum componendum, vbi euidenter agnoſcit duo diſtincta, quæ quidem non dicit eſſe actu plura abſolute plura enim apud ipſum ſignificat multitudinem vnitatum ſeparatarum.

Quod adeo verum eſt vt ipſe Philoſophus putaſſe videatur in aceruo lapidum, quandiu, & quia coniuncti ij ſunt, non eſſe plures lapides actu, ſed potentia, ex quo intelliges illos textus, *dicitur, & eſt multitudo quod eſt indiuiſibile poteſtate in non continua*, vt aceruus lapidum tactu vnitorum, aut glutine, ex quo potes multos lapides diſcretos extrahere, *magnitudo autem eſt quod poteſtate diuiſibile eſt in continua*, vt linea, quam potes ſecare. & facere ex vno plura noua continua.

Ariſtoteles 5. m. t. 18.

Vocatur autem ab *Ariſtotele* quoduis aggregatum, & continuum, quamuis aliunde ex multis partibus congeſtū, non multa, ſed vnum; nam vnum dicitur ab ipſo *indiuiſibile*, aut *indiuiſum*, ideſt, quandiu in vnum partes eius quoquomodo coaleſcunt, & in hoc conſentit *Sacer Interpres*, quare dum alibi ambo dixerint *in continuo non eſſe partes actu, ſed poteſtate*, non negant partium diſtinctionem, ſed rigoroſam pluralitatem, nempe numerum, & multitudinem, quam ſolum agnoſcunt in rebus non vnitis, ſed & omnino ſeparatis, ſed tamen pro illis Iunioribus.

Ariſtoteles 10. m. t. 9. S. Thomas.

843 Objicias primò, ſi continuum haberet partes actu realiter diſtinctas, ſequeretur primo continuum eſſe quendam partium numerum, dictum *quantitatem diſcretam*, non rem vnam, ſed multitudinem entium per ſe completorum, ſiquidem *ex pluribus entibus in actu non poteſt fieri vnum per ſe*. Secundò infinitum ſimpliciter in numero actu dari à parte rei, vel etiam infinitū in extenſione; quia quælibet linea, v. g. continui habet infinitas vlnas, quæ ſi explicarentur, & vna poſt alteram poneretur; ſpatium infinite longum complerent.]

Ariſtoteles 7. m. t. 49.

Vnde ſequeretur tertiò quod prætendebat *Zeno*, vt refert hic *Ariſtoteles*,

nempe,

nempe, vnicam vlnam, licet tantum bipalmarem, ſed habentem infinitas partes actu realiter diſtinctas, non poſſe motu finito localiter tranſiri; quia prius debeat pertranſiri dimidia longitudinis pars, & prius dimidia huius medietatis, & ſic reliquæ medietates ſine fine; quod videtur eſſe manifeſte falſum. Quartò, quia quodlibet continuum eſt vnum indiuiſibile indiuiduum; ergo ibi non ſunt multæ partes, quæ neceſſario haberent, ſi eſſent, diuerſas indiuiduationes, & ſubinde forent plura indiuidua, quam vnum.

Sed reſpondetur ad primum, numerum partium realiter diſtinctarum non efficere quantitatem diſcretam, quando illæ vnitæ ſunt, atqui ex pluribus entibus in actu fit vnum per ſe, ſi vniantur iuxta dicta ſupra nu. 354. quod verum eſt maxime in partibus continui, vt legis in *logica* num. 980. ad 2. dic illa infinita ſimpliciter talia non eſſe; nam infinitum partium proportionalium, eſt ſolum infinitum ſecundum quid; vt pote quod ordinatur ad componendam extenſionem abſolute finitam; linea etiam eſt entitas ſimpliciter finita, quia eſt quantitas non trine dimenſa, incompleta, & conſequenter ordinata ad entitaté finitam, etiamſi explicata, & extenſa ſimpliciter infinite longa eſſet, ſicut, & numerus partium continui, eſt dicendus ſimpliciter infinitus infra num. 855.

844 Ad tertium dicit *Ariſtoteles* in percurrenda vlna compoſita ex infinitis partibus, in ſumi tempus conſtans ſimiliter totidem partibus; ſed quia ipſe addit reſponſionem eam non ſufficere argumento, addo ex ipſo obſcure locuto, hoc eſſe admirabile in *continuo*, nempe, ipſum continere partes infinitas quaſi numero diſtinctas, & ſic numerari non poſſe tempore finito, & ex alia parte habere extenſionem finitam tempore finito pertranſibilem; ea enim eſt gratia, & modus partium proportionalium, vt infinito licet numero, componant finitam extenſionem. Vnde ſub diuerſa ratione ſunt pertranſibiles, & impertranſibiles, quod bene aduertit eſſe ad mentem *Ariſtotelis*, P. *Faſolus* q. 7. [illegible] num. 39.

Ariſtoteles 6. Ph. t. 19.

Ad quartum dico in continuo eſſe plura indiuidua partialia, & incompleta componentia vnum indiuiduũ totale, & completum ſicut eſſe ſcis, & vides in te animam, corpus, & vnionem: proprie vero illa non dici plura, licet diſtinctæ partes ſint, quia vnitæ ſunt, & ordinatæ ad vnum; quod bene aduerterunt ſupra PP. *Ruiz*, & *Suarez*.

SECTIO III.

Probat eſſe in continuo uniones poſitiuas, & terminos, quæ communiter vocant indiuiſibilia continuatiua, & terminatiua poſitiua, *eaque declarat & diſcrimina inter compoſitiones continui permanentis et ſucceſſiui.*

SVppoſui ſæpe ſupra dari in *continuo* præter partes diſtinctas, vniones earum, quod ante me docuerunt in *Alaman.* 1 p. q. 11 a. 2. S. *Thomæ* PP. *Suarez* in m. 1. 40. ſect. 5. a. num. 28. *Conimb. hic* c. 2. q. 1. a. 2. *Rubius* l. 6. de Compoſ. conti a num. 11. & apud ipſos *Ariſtotel.* S. *Thomas*, *Capreol.* *Sancinas*, *Hiſpalens*, *Sotus*, *Caietan.* *Scotus* in 2. d. 2. q. 3. *Alenſ.* *Burleus*, quibus adhærent communiter Moderni *Ouiedo*, *Hurtado*, & *Arriaga* hic d. 16. num. 27. & omnino fauet S. *Auguſtinus* inde Quant. ani. c. 12. dicens *ſiquidem hoc, quod nullam diuiſionem patitur, & punctum vocatur*, & infra *vndecumque ſecari linea poteſt, per* punctum *ipſum ſecatur, cum ipſum in ſe admittat ſectionem*, conceſſo autem púcto neceſſe eſt concedi lineã, & conceſſa linea, concedi ſuperficiem, quia *poſitis principijs, neceſſario ponuntur principiata*, iuxta regulam *logica realis*.

Ariſtoteles 5. Ph. c. 3. & l. 6. t. 86
S. Thomas op. 39. c. 2.
S. Auguſt.

Probatur ergo primò id commune aſſertum, quia conceſsis eiuſmodi indiuiſibilibus vnitiuis, continui compoſitio, alias captu difficillima, facilius intelligitur. Secundò, quia partes continui tum completi habentis tres dimenſiones, tum incompleti habentis ſaltem aliquam, eſt continuũ, & non tantum contiguum, ergo eius 845

partes

partes copulantur vnionibus. antecedens eſt certum. conſequentia eſt *Ariſtotelis*, ipſe enim definit *continuum eſſe cuius partes copulantur termino communi*, ideſt, nexu extremum vtrumque connectente. Tertio probatur rationibus ſupra n. 303. generaliter probantibus vniones diſtinctas; & quia aliquid perit cum partes prius vnitæ ſeparantur, defectu cuius, eæ iam non vnitæ dicuntur.

Ariſtoteles 6. Ph. t. 26. S. Thomas ibi l. 4.

Partes ergo continui longæ, latæ, & profundæ ſunt, & vniuntur interſe ſuperficiebus, quæ licet ſint latæ, & longæ, indiuiſibiles ſunt quo ad profunditatem. Deinde ſuperficies ipſæ, quæ ſunt continuum incompletum, ſunt latæ, cuius latitudinis partes vniuntur lineis longis, ſed indiuiſibilibus ſecundum latitudinem. Denique ipſæ lineæ habent partes longitudinis, quæ vniuntur punctis, omnino indiuiſibilibus, & ideo ab *Ariſtotele S. Thoma*, & *S. Auguſtino*, & Communi Peripateticorum, lineæ & ſuperficies vbique admittuntur, & numerantur inter ſpecies quantitatis, vt habes in *Tripartita* a n. 805. & quantum *continuum* definitur *cuius partes copulantur termino communi*, ideſt vnione intermedia.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

Præterea *Ariſtoteles* 3. Phyſ. t.40. 3. cœli. t.69. & 1. de ani t 13. *S. Thomas* ibi & 1.p.q.7.ar.3. *Conimb* hic c.2.q.1. ar.2. *Tannerus*, *Suarez*, vbi ſupra, & *Communis* demonſtrantcum *Euclide* lib. 3. prop. 16. eſſe in continuo alia indiuiſibilia, quæ vocant *terminatiua*, quia, ſcilicet, finiunt, & poſitiuè terminant vndequaque molem continui v.g. in latere, aut globo ſupra omnes partes eorum corporum, deforis eſt quædam ſuperficies, quæ veluti burſa, eis adaptata, ea ſtrictè vndequaque cooperit circuntegens; quæ indiuiſibilia emanant ab omnibus corporibus ſolidis, ac fluidis, vt eorum proprietates quoties, & quando ea denuo producuntur, proſcinduntur que.

Ariſtoteles S. Thomas

846 Et probatur, quia quando duo globi perfectè ſphærici, vel globus, & planum perfectè planum, ſe tangerent ſecundum puncta ſe tangerent ſolum; & ſi duæ columnæ perfectè rotundæ ſe contingerent, ſecundum lineam ſe tangerent; & ſi duo plana contigua eſſent, ipſorum extimæ ſuperficies eſſent ſimul; ergo de foris in corporibus ſunt puncta, & lineæ, & ſuperficies. dantur ergo indiuiſibilia terminatiua. ſupradicta magis competunt continuis permanentibus, vt lignis, & alijs rebus extenſis. de continuis ſucceſsiuis aliter dicendum.

Nam *vbi* ſucceſsiuum v.g. corporis mouentis ſe, eſt continuum compoſitum ex partibus vbi, quæ acquiruntur in ſingulis partibus temporis, & ex indiuiſibilibus vbicationibus, quæ acquiruntur in temporis inſtantibus, quæ vbicationis partes, licet partes nominentur, & ſint reſpectu totius *vbi* longi ſucceſsiui, abſolutè ſunt tam grandes, ac eſt res, quæ moueretur, vt pote illi omnino ſecundum omnem dimenſionem adaptatæ; ac ſimiliter ſunt *vbi* indiuiſibilia permanentia, quæ in temporis inſtantibus habet mobile, quod quando ſiſtit, acquirit *vbi* permanens, quod dicitur *indiuiſibile terminatiuum*, ſiue terminans continuum ſucceſsiuum; & quia ſi mobile progrediatur vlterius, hoc ipſum *vbi* terminatiuum fit vnitiuum vniens partes *vbi* præteritas, licet iam deſtructas, cum ſubſecuturis, dicitur *eſſentialiter vnitiuum, & accidentaliter terminatiuum*.

Vnde colligas duas, vel tres grandes differentias inter continua permanentia, & ſucceſsiua. prima eſt, quod extrema, & partes continui permanentis, manent ſimul ambæ vnitæ per vnionem modificantem ipſas; extrema verò continui ſucceſsiui nunquam ſunt ſimul, ſed quando venit alterum, vel non eſt vnio, nec alterum extremum, cum quo illud vniendum eſt; vel vnio, & alterum iam diſparuit; & ſolum dicitur vnio nexus partium ſucceſsiuarum, quia eſt in medio earum; ſic ergo eſt continuum tempus, cuius *nunc*, ſiue inſtantia ſunt vniones partium, quæ non ſunt, quando vnio eſt, quia vna tranſiuit iam, & altera non dum venit, & quando venit, & ſuo modo præſens eſt, *nunc*, vel inſtans iam non eſt.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

Secunda differentia eſt, quod terminatiua continui permanentis ſunt 847
eſſentialiter terminatiua, & non poſ-

unt

ſunt reddi vnitiua. quare quando homo augetur alimento, deſtruitur carnis propriæ ſuperficies, & etiam ſuperficies cibi, & producitur de nouo alia ſuperficies vnitiua, quæ petit eſſentialiter duo extrema vnire, vti ſolent cæteræ vniones, nam illa prior, quæ erat terminatiua, ſolum petebat modificare extremum vnum.

Tertia differentia eſt, quod indiuiſibile continui permanentis dicitur tale, quia ſcindi per medium non poteſt ſecundum dimenſionem, quam vnit; indiuiſibile vero continui ſucceſsiui eſſe ſolet *vbi* tam grande, atque corpus, quod mouetur, ſed ideo dicitur *indiuiſibile*, quia non habet partes communicantes, quartum quælibet ponat mobile totum in diuerſa parte ſpatij, vti habent partes laterales eius *vbi*, vti magis declaratur infra.

SECTIO IV.

Reſpondet obiectis Zenonis, & Sectatorum prætendentium continuum componi ex ſolis paucis indiuiſibilibus; & aliorum, qui negant poſitiua omnia indiuiſibilia, ex ſolis partibus ſe ipſis vnitis continuum componentes; & quorundam, qui concedunt ſola terminatiua.

Zeno, *Pythagoras. Plato*, plures alij Antiqui, & Moderni, & non pauci Societatis Lectores cum C. *de Lugo*, quos nouiſsime citat, & ſequitur *Tellez* d. 35. ſatis probabiliter putarunt continuum componi ex ſolis corpuſculis, & à tomis indiuiſibilibus, numero finitis, facientibus tamen extenſionem, & potentibus facere quantamcumque etiam infinitam: quæ indiuiſibilia propterea mirabilia ſunt, & ſic tantum dicta de ſolo titulo, ſi tamen non ſunt chimæræ, nam corporea oportet habere partes, neque confundi cum ſpiritualibus. pro illis tamen authoribus.

Obijcis primò, indiuiſibile vnum additum indiuiſibili, facit maius; ergo continuum poteſt componi ex indiuiſibilibus, diſtinguo antecedens, facit maius in numero, concedo antecedens: in mole, nego antecedens: ideſt, quatuor indiuiſibilia faciunt maiorem numerum, quam duo, ſed non maiorem extenſionem, quia omnia indiuiſibilia ſe omnino tangunt, & ſubinde penetrantur in eodem loco, vt ſæpe tradit *Ariſtoteles* & *S. Thomas*, cum eo *S. Thomas*. *S. Thomas. hic l. 2. S. Thomas, eſt. 1.*

Quod ſi adhuc *Zenoniſtæ* contendat 848
indiuiſibile additum indiuiſibili facere maius in mole, & extenſione, & quo plura ea ſint, eo facere maiorem extenſioné, euidenter conuincũtur ſua indiuiſibilia eſſe talia de ſolo nomine, & re vera diuiſibilia; & extenſa; ſiquidem impoſsibile eſt fieri extenſionem, & maiorem extenſionem per formas inextenſas, illam præſertim cauſaturas per ſui exhibitionem, quia *nemo dat quod nullo modo habet*. *Ariſtoteles* nec aliud conuincit *Tellez* ponens vnum punctum immediate poſt aliud correſpondenter ad puncta ſpatij diuerſa, quia ſi puncta ſe tangunt, & inflata non ſunt, ideſt, cum groſitie aliqua, vt aliqui fingunt, omnino penetrantur, & correſpondent eidem puncto loci, quod ſi contigua aut quaſi contigua ſunt vnum poſt alterum, non faciunt ad propoſitam extenſionem, & nos illi damus extenſionem ſimilem factam à noſtris punctis perſiſtentibus, deſtructis partibus, vel ſine partibus conſideratis.

Obijcis ſecundò. omne continuum creatum eſt finitum, ergo componitur finitis punctis. patet conſequentia, quia ſi dicatur componi ex talibus indiuiſibilibus facile apparebit eſſe finitum; quia, ſcilicet, dabitur in eo indiuiſibile primum, & vltimum: non ita ſi componatur ex partibus ſemper diuiſibilibus, in quibus proinde non eſt aſsignare primam, & vltimam.

Concedo antecedens, & nego conſequentiam. ad probationem dico continuum eſſe ſimpliciter finitum etiam ſi componatur ex partibus, quarum prima, & vltima non poſſint aſsignari; quia vndequaque definitum, & terminatum eſt indiuiſibilibus terminatiuis, ideſt, à parte principij habet vnum, & aliud à parte finis, reſponſio hæc eſt

Ariſtoteles *Tom.* 11. *S. Thomas, ad t.* 37.

Ariſtotelis & *S. Thomæ* conformis, vt habes ſupra num. 704. & quod Continuam non poſsit componi punctis finctis, num. 726.

Obijcis tertiò, quomodocunque moueatur corpus perfectè ſphæricum ſupra corpus perfectè planum, ſemper tangit planum in puncto, vel ad ſummum in linea, ergo omne continuum componitur ex indiuiſibilibus; probatur antecedens; quia globus perfectè ſphæricus tripliciter poteſt moueri ſupra planum; primò ſemper per punctum ſui, tangendo planum ſucceſsiuè, vt ſi aſſumas globum, & cum eo lineam ducas ſupra planum, immote tenendo globum. Secundò rotando illum ſupra planum. Tertiò mouendo globum circulariter ſupra idem punctum plani, in his verò motibus nunquam tangitur aliqua pars plani, ergo nulla pars eſt in plano, ſed omnia ſunt indiuiſibilia.

849 Reſpondeo negando conſequentiā; ad probationem fateor corpus ſphæricum neque poſſe tangere planum, neque tangi à plano pluſquam in puncto, vel ad ſummum in linea, quamuis in globo, & in plano ſint partes. ratio autem eſt euidens, vt monſtrant *Mathematici*, nam de eſſentia partium, & punctorum circunferentiæ corporis perfectè ſphęrici, eſt quod æqualiter omnia diſtent à centro, ſed ſi illud tangeret planum in parte non illa æque diſtarent à centro, ergo.

Maior eſt certa, probatur minor; quia illa pars corporis ſphærici tactura planum, deberet eſſe plana, & in ſe continere infinitas partes alias planas, vt ſcilicet, ſe accommodaret plano, tangendo illud ſecundum aliquas partes eius, quod ſi in globo ſunt vel duæ partes planæ, manifeſtum eſt nō poſſe æque diſtare à centro globi ambas, & ſic globus non erit perfectè ſphæricus; ergo ſi perfectè ſphæricus ponitur, non poteſt tangere planum niſi in puncto, vel in linea, niſi forſan planum non ſit perfectè planum, ſed aliquanto concauum.

Obijcis quartò pro *Tannero* tom. 1. d. 2. q. 4. dub. 2. n. 23. qui putat nullum eſſe indiuiſibile præter extimam ſuperficiem, quam itemſ ſub dubio admittit, & allegat pro ſe *Fonſecam*, *Albertinum*, & *Conimbricenſ.* id ipſum problematice tradentes hic c. 2 q. 1. a. 4. Si continuum componeretur è partibus, & indiuiſibilibus vnientibus partes, ſequeretur primò puncta ſiue indiuiſibilia fore in loco partium, & eas tangere, & immediate modificare, ſicut ſunt, & faciunt reliquæ vniones; & ſubinde indiuiſibilia fore ſimul diuiſibilia, quod vtrumque eſt impoſſibile; quia indiuiſibile non poteſt commenſurari cum re diuiſibili, exiſtens in loco eius. neque tangere partes vniendas, cum nulla ſit, quæ determinate, & immediate tangi poſsit; ſiquidem quælibet habet in ſe alias infinitas magis proximas, & magis immediatas indiuiſibili, ſiue vnioni. Secundò ſequeretur continuum etiam ſucceſsiuum componi partibus, & inſtantibus, quod eſt falſum; quia in tempore poſt inſtans, immediate ſequitur aliud inſtans, ſiquidem di tempore habemus nihil præter inſtans. *S. Auguſt.* *S. Thomas*

Tertiò ſequeretur quod ambæ partes influant in id indiuiſibile vniens ipſas: & quod vna pars ſit tamquam ſubiectum alterius, & altera tamquam forma. Quartò ait P. *Fonſeca* lib. 3. met. cap. 13. c. 6. ſect. 2 §. 4. ſequeretur quod cum ſuperficies extrema, qua columna contingit baſim non poſsit inhærere pluribus partibus proportionalibus, inhæreat vni tantum, at proinde illa erit vltima, quod eſt impoſsibile; quia in infinitis nulla eſt vltima, & idem argumentum poteſt inſtaurari in ſuperficie vnitiua, quæ vtrinque debet vnire vnam partem ſingularem, quæ erit vltima lateralium. 850

Reſpondeo ad primum, indiuiſibilia continui eſſe extra locum partium in loco indiuiſibili, ſecus dicendum de reliquis vnionibus, quas oportet poni trine dimenſas ad modum extremorum, quæ vniunt; quia, ſcilicet, non vniunt ea quo ad aliquam dimenſionem ſingularem, ſed ſunt vniones informationis, vel quaſi informationis, penetratæ omnino cum extremis.

Cum quo tamen ſtat, quod præfatæ indiuiſibilia, vel vniones partium continui, tangant partes, quas vniunt

ſecun-

ſecundum aliquid earum partium non contactu commenſurato, ſed qu, dicitur *poſt immediatam conſecutionem*, ita quod quamuis nulla ſit pars, vel minima in continuo, quæ non vniatur cum alia, mediante indiuiſibili vnitiuo, cæterum id, partium nullam tangat adæquate, & ſecundum totam eius entitatem, ſed ambas ſecundum aliquid earum, exiſtens in medio immediatum partibus vniendis quaſi ipſis aſsiſtens adhæſiue, ſed extra locum ipſarum. Ita ferme reſpondet P. *Suarez* d.4. ſect.5. num.67. & B. *Amicus* t.15. q.11. a.2.

Ariſtoteles Vnde non licet inferre in opinione *Ariſtotelis*, dici debere partes laterales eſſe ſimul in loco indiuiſibili vnionis, & ſubinde inter ſe penetrari etiam partes quantitatis, & indiuiſibiles eſſe propter dicta; quæ aliquo modo declarantur continuo ſucceſsiuo, cuius inſtantia vniunt partes diuiſibiles, quin ſint in eodem tempore ſimul, nec inter ſe, nec cum tertia vnione, quia hæc eſt gratia, & modus continui etiam permanentis.

851 Ad ſecundum concede continuum ſucceſsiuum ſimiliter componi ex partibus fluentibus, & indiuiſibilibus in momento exiſtentibus ſimul, modo declarato ſupra à n.846. Ad tertium, nego influentiam partium vnitarum in indiuiſibile vnitiuum, qui negaui ſupra influxus materiæ, & formæ erga ſe inuicem, & erga vnionem earum. Deus autem ſolus ſupplens vices agentis naturalis vel cum agenti creato cooperante, conſeruabit per influxum quodlibet continuum cum omnibus ſuis partibus, & indiuiſibilibus; nam ſi indiuiſibilia continuatiua ſunt, fient ab agenti faciente partes, & ſi terminatiua, per emanationem fient ab ipſis partibus, quoniam ſic ea omnia fieri congruentius eſt.

P. Ruiz reſpondit ad id, quod additur, dicens partes continui vnitas ſe habere inuicem vt materia, & forma, vt actus, & potentia, ita quod vna pars in vna conſideratione ſit quaſi forma alterius, & è contra, ad quartum P. *Fonſeca*, dicendum ex dictis, illam ſuperficiem terminatiuam adhærere vnicæ parti, per aliquid eius partis, non toti partis eius entitate, quę quia pars eſt, infinitas in ſe alias partes continet proximiores, & proximiores ſuperficiei terminaturæ, quæ, quia talis modus eſt, ita terminat ſuam partem, vt ipſam non tangat, licet immediata ei ſit ideſt, ſine alio intercedente.

Fateor reſponſiones has capi difficulter, ſed cædem exhibendæ neceſſario ſunt à Zenoniſtis, à Negantibus partium omnia indiuiſibilia, ac demum à Concedentibus ſola terminatiua quia Primi non dicent indiuiſibilia ſua adæquate tangi, ne ea penetrata ponant in eodem loco indiuiſibili. Secundi non admittent partes vniendas ſe ipſis penetrari, vt ſic adæquate contingant ſe inuicem. nec Tertij poſſunt ferre terminatiua ſua indiuiſibilia adæquate occupare locum diuiſibilem terminatarum partium.

Altera pars Sectionis diluit argumenta prætendentium nulla eſſe in continuo poſitiua indiuiſibilia.

QVintò obijcis pro quibuſdam allegandis infra; probare intendens nulla eſſe in continuo indiuiſibilia: Etenim vna materiæ portio, vel quantitatis, nequit naturaliter recipere in ſe duas qualitates in gradibus intenſis, neque duas formas ſimul; ergo non dantur indiuiſibilia vnitiua, neq; terminatiua. probatur conſequentia: quia ſi darentur, contingeret quod vnum indiuiſibile vnitiuum, vel terminatiuum ſubiecti vnius, haberet in ſe indiuiſibile duplex terminatiuum albedinis, & nigredinis, caloris & frigiditatis, caſu, quo vna quantitas, ex parte eſſet nigra, & ex parte alba; vel ex parte calida, & ex parte frigida; & quod ſimul idē indiuiſibile materiæ primæ reciperet indiuiſibile formæ viuentis, & formę cadaueris, caſu, quo leo haberet vnū latus mortuum. Eadē vero ratio, quæ probat vnū ſubiectū diuiſibile, & extenſum non capere duas integras qualitates, & formas ſimul, conuincere videtur ſubiectum indiuiſibile nō Ariſtoteles S. Thomas ſ.m.1.7.

poſſe capere earum qualitatum, vel formarum indiuiſibilia ſimul.

852 Reſpondet P. *Rubius* non oportere poni eamdem oppoſitionem, & incompoſsibilitatem inter indiuiſibilia formarum in inuicem, atque inter ipſas formas, & ſic has non poſſe morari in eodem ſubiecto, bene tamen illa. alij dicunt cum *Suarez* a n.63. illam qualitatem, quæ fuerit fortior, & magis actiua, producturam, habituramque ſuum indiuiſibile ſolum, quia prius potuit occupare ſubiectum, altera manente terminata non poſitiuè, ſed negatiue ſine indiuiſibili terminatiuo; & ſimiliter illam formam, quę fuerit actiuior, & fortior, producturam ſuum indiuiſibile in indiuiſibili materię primę, non aliam, quę tunc per accidens manebit ſine terminatiuo, vel dic in eo caſu manſuras quaſi violenter illas formas terminatas tantùm negatiuè.

Hic aduerte per indiuiſibilia terminatiua dici continua terminari *poſitiue*, ineſt, per poſitiuam entitatem;
Ariſtoteles. *S. Thomas* & ſine illis dici terminari *negatiue*, quaſi per negationem, quatenus vera eſt hęc propoſitio, continuum hoc etiam carens terminatiuo, non progreditur vlterius, ſed hic finitur longitudo eius. didicimus hoc item ex noſtris Pręceptoribus.

Sextò obijcias. hęc indiuiſibilia nec ſunt neceſſaria vt continuent partes continui, neque vt eas terminent, ergo ſuperfluunt, & non ſunt; antecedens patet, quia ſufficienter partes ſe ipſis vniuntur, ſicut per ſe ipſas ſunt longę, latę, & profundę, & ſic à *Mathematicis* ipſę, præciſe vt concipiuntur vt longę, *linea* dicuntur: vt longę, & latę, *ſuperficies*, ſine alijs modis diſtinctis; ac demum puncta vltima, & ſuperficies terminatiuę, multo minus neceſſaria videntur, quia omnia corpora finita, & determinatę extẽſionis ſunt propter terminum negatiuũ, ob quem vlterius non progrediuntur.

Ita procedunt docti Moderni cum *Durando, Ochamo*, & *Gregorio*, quibus fa-
Ariſtoteles *S. Thomas* uere videbuntur *Ariſtoteles* 8. Phyſ. t.65. dicens *indiuiſibilium nullam eſſe ſubſtantiam*, & addens 3. de anim. tex.25. *punctum negatione cognoſci*, & facet Interpres ibi, & fuſè in *Alamanio* q.23.a.2. docens nullum indiuiſibile terminans eſſe quidpiam poſitiuum.

Sed reſpondetur negando antece- 853
dens. ad probationem dic alibi probaſſe nos cum *Ariſtotele*, & *S. Thoma* cõtinua eſſe, quorum extrema vnita ſunt termino communi, ſine quo nulla extrema intelligi poſſunt vniri. quare vltra lineas, & ſuperficies Mathematicorum, quæ plerumque ſunt fictiones, vt apparet in lineis, quas in ſphæra ij coniungunt, admittendæ ſunt phyſicæ vniones longitudinis, & latitudinis, & profunditatis, quas quidem dimenſiones ſine dubio damus partibus continui. Terminatiua autem *Ariſtoteles*
concedimus cum *Ariſtotele*, & *S. Tho-* *S. Thomas*
ma ob rationes poſitas ſupra n.845. le- *op.39.c.2.*
ge eos in *Alamanio* 1.p.q.11.a.2. *& de V. q.*

Sed nec operoſum eſt reſpondere *28.a.2.ad.*
textibus obiectis, nam in primo ille *10.*
tantum vult puncta indiuiſibilia, quæ ſunt cęleſtes poli, non habere ſubſtantiam, in qua poſsit virtus motiua reſidere, & in 3. *de anima* ſupponit punctum eſſe aliquid poſitiuum, licet à nobis per priuationem concipi ſoleat, & declarari, dum dicimus huc peruenit res, & vltra non progreditur, quod
optime proſequitur *Suarez* ſect.6.d.40 *S. Thomas*
n.68. & conſentit ad textus *S. Thomas*. *3. ani. l. 11*
quod ſi noſtri Præceptores alicubi ob- *S. Auguſt.*
ſcure locuti, nobis contrarij videan- *de q. anime*
tur, explicandi ſunt iuxta clariores *c.11.*
alios textus ſuos.

Et ſane præclarus eſt ille, qui ſolet nobis obijci ab ijs, qui perperam opinantur nec in continuo eſſe partes actu, nec vniones diſtinctas, & ſic
eſt in 3.m t.17. *ſicut Mercurius non eſt in* *Ariſtoteles*
rudi lap. de actu, ſed potentia ita eſſe ſuperficiem in media partium corporis. vbi ſine dubio loquitur de ſuperficie terminatiua, quæ ſciſo corpore naſcitur, ac ſolet eſſe locus, qui definitur *ſuperficies corporis continentis*: ergo indiuiſibilia etiã terminãtia ſunt Ariſtotelica.

Vltimo obijcis, ſi concedimus iſta vnitiua indiuiſibilia, relabimur in opinionem *Zenonis*, & re vera continuum componimus ex puris indiuiſibilibus; patet euidẽter; in primis vniones lineæ palmaris, v.g. ſunt indiuiſibilia puncta; deinde indiuiſibiles item eſſe partes liquet caſu, quo Deus deſtruat vniones omnes, vel fingatur ibi

non.

non eſſe, ſiue non concipiantur niſi
ſolæ, & puræ partes quæ dum carebũt
S. Auguſt. vnionibus, ob quas componebant cõ
tinuum *per ipſas ſecabile*, & diuiſibile,
diuidi vltra non poterunt, ſiquidem
vnionibus excluſis, non remanet com-
poſitum, vel continuum, quod ſolum
capax eſt diuiſionis.

854 Sed negatur iſte relapſus; & ad pro-
bationem dupliciter reſpondetur in
eo caſu, primò, deſtructis vnionibus
manſuras partes cum ſuis dimenſio-
nibus antiquis, vel vnitas ſe ipſis, vel
contiguas, & ſic vel diuiſibiles, vel ſal-
tem ſeparabiles; ſecundò, caſum inuo-
luere implicantium adiecto; quia
prætendit ſublatis punctis, manere
Ariſtoteles poſſe ſpeciem *quantitatis continuæ*, quæ
c. de quãto. definitur eſſe *cuius partes copulatæ ſunt
vno nexu communi*, & ideo ſunt vnum
quod ſi adhuc perſiſtis loquendo de
partibus puris, concedam tibi partes
tuas puras eſſe indiuiſibiles, ſed non
eſſe amplius partes lineæ, ſed chimæ-
ras, quia compoſitum vocas, quod
non eſt compoſitum, dum dicis par-
Ariſtoteles tem, & partem puram, ſi prætendis
1. de Gen. 9 omnino excludere vnionem, pars
S. Thomas enim ſemper compoſitum eſt.
lect. 5. Quæmadmodum ergo quando ſe-
cas lineam palmarem, deſtruis id con-
tinuum, ita ſi tollas vnionem, vel à
puſillo continuo, id deſtrues, quia
quælibet pars eſſentialiter eſt conti-
nuum; ſed neque poteſt eſſe ea prior
natura propriè vnione ſua, nam in
præſenti perinde ſonat pars, atque
continuum, ſiue compoſitum, cuius
partes cum mutuo quaſi ſe cauſẽt, pen-
dẽt inuicẽ, & ſunt ſibi vicißim priores,
& poſteriores, vt alibi ſæpe dictum eſt.

SECTIO V.

*Probat dari in continuo infinitas
partes proportionales, & æqua-
les* communicantes *dictas, non
æquales abſolute, nec determi-
natæ extenſionis, & reſpondet
argumentis.*

855 DIxi in ſuperioribus continuum
quodlibet componi non ex ſolis
indiuiſibilibus corpuſculis, ſed inſu-
per ex partibus ſemper diuiſibilibus;
dantur ergo in continuo partes infini-
tæ minores, & minores; patet con'ſe-
quentia: quia factis diuiſionibus in
quoque numero etiam in grano papa-
ueris, adhuc manent partes, poſſunt
ergo vlterius diuidi in infinitum, vt
ſupra dicebat *Auguſtinus*, ſiquidem per *S. Auguſt.*
quantumuis multas diuiſiones non *11. de Trin.*
poſſunt partes reddi non partes, ſiue *c. 10.*
indiuiſibiles, vt manifeſtum eſt; & ideo *Ariſtoteles*
actu dari in continuo partes actu ab- *1. de Gen.*
ſolute infinitas in numero, vel ſaltem *t. 9.*
diuiſibiles, & in potentia, tenent ple- *S. Thomas*
riq; citati ſupra n. 661. & n. 838. contra *ibi. l. 5.*
quoſdã, qui vt refert *Fiſol.* q. 7. d. 2. n. 8.
concedunt eſſe in illo infinitas partes
ſyncategorematice, & has pauciores
eſſe infinitis categorematicè.

Dicũtur ergo partes illæ minores, &
minores *proportionales*, quia quãdi pro-
portione ſimili, ac item diſsimili pro-
cedẽtes ſe habent inter ſe, quãdo diui-
dis vlnam in duas medietates, & harũ
alteram, vel vtramq; in alias duas, &
ſimiliter ſubſequẽtes proportione ſua,
atq; eædem partes appellantur *indeter-
minatæ*, quia nulla habet certũ termi-
num paruitatis ſuæ, nulla poteſt eſſe
omnium minima nec vltima, vti con-
tra P. *Arriaga* cũ *communi* annotaui ſu- *Ariſtoteles.*
pra n. 686. & *communicantes*, quia quæli- *S. Auguſt.*
bet, dũ diuiditur, accipit, & retinet ali- *S. Th.*
quod de alia præcedẽti, vt ſemipalmus
de palmo, & huiuſmodi, vt repeto in-
fra. partium proportionaliũ meminiſ-
ſe videntur *Ariſtoteles* in 8. Phyſ. to. 68.
S. Thomas ibi, & alibi S. *Auguſtinus* ſupra
num. 679. & 840.

Ex his colligitur primò dari etiam
in continuo partes infinitas æquales
communicantes, v.g. in hac tabella trium
palmorum ſunt infiniti palmi cõmu-
nicantes, ſi ita illam metiaris, vt pal-
mus ſecũdus complectatur quantita-
tem, quam primus, & addat vlterius
partem aliquã proportionalem, prop-
ter quam dicatur ſecundus palmus
diſtinctus à primo, & ſic procedant
reliqui, qui propterea dicuntur *commu-
nicantes* partes, & palmi, quia, ſcili-
cet, ſecundus communicat cũ primo
de illo accipiendo grãdem partem, &
addendo illi minimam, & ſimiliter
tertius communicat cum ſecundo,
& quartus cum tertio, & ita reli-
qui ſine fine: vt vero ij appareant
omni-

Digitized by Google

omninò æquales, quod illi, cui denuo additur ex vna parte vna pars, alia ex altera detrahitur.

856 Sed ſuppoſito, quod conceſſerimus continuum componi ex partibus ſemper diuiſibilibus, & grandis difficultas, an in continuo ſint infinitæ partes æquales abſolutæ inter ſe, vel vni ſignatæ, quantumuis eæ minimæ ſint, & imperceptibiles. negat communis ſententia cum *Ariſtotele* 3. Phyſ. t. 59. S.Thomas, & *Faſolus* q.7. ar.1. d.5.

Ariſtoteles S. Thomas

Ratio conuincens eſt. quia nullum videtur continuum ſimpliciter infinitum: quodlibet autem eſſet, ſi componeretur ex partibus omnino æqualibus: infinita enim corpuſcula quantumuis exigua, ſi determinatæ, certæque extenſionis ſunt, & æqualis, coniuncta ſine dubio facerent infinitam extenſionem; non ergo habet hæc tabella infinitas partes æquales abſolutè; neque vna hora, neque motus, quo te mouens hinc in domum per horæ quadrantem, habent infinitas partes æquales, ſibi ſuccedentes, ſed æquales communicantes, vel proportionales, vel finitas, ſi eas abſolute æquales dicas.

Colligitur ſecundò in continuo non eſſe aliquam partem ſignabilem, quæ ſit minor cæteris omnibus, neque quæ ſit minor infinitis: probatur primum; quia quælibet pars quantumuis minima eſt *ſectilis in minores* alias duas; patet etiam ſecundum; quia, ſi daretur vna pars minor infinitis, iſta foret determinatæ extenſionis cognitæ Deo, cui poſſet Deus reliquas infinitas æquare, tollendo illarum exceſſum, & ſtatim apparent in continuo partes infinitæ æquales inter ſe; quas modo negabamus. quare non bene conceſſit quidam vir doctus non tantùm primam partem in continuo, ſed etiam vltimã, ac ſubinde determinatæ magnitudinis. quod refutaui ſuperius ſæpe, & bene refellit cum communi *Faſolus* vbi ſupra d.7. n.34.

Ariſtoteles 1. de Gen. t.9. S Thomas ibi. l.5. & Auguſt.

Altera pars Sectionis reſpondet argumentis, quæ probare contendunt eſſe in quolibet continuo partes abſolutè æquales. & tales eſſe Ego demonſtro contra me ipſum, & exopto ſolutionem meæ demonſtrationis.

PRimo obijcis. vlna poteſt diuidi in duas medias, & hæ in quatuor quartas, & iſtæ quatuor quartæ in octo octauas æquales inter ſe, & ſic in infinitum; ergo in continuo quolibet dantur infinitæ partes æquales abſolute, ſiue vni ſignatæ. probatur conſequentia. quia, vt ſupra dictum eſt partes, in quas fiant diuiſiones dicta proportione, actu ſunt realiter ante diuiſionem diſtinctæ; ſed poſſunt fieri diuiſiones in infinitum in partes æquales; ergo actu ſunt partes æquales infinitæ. confirmatur primò, quia partes æquales non ſunt finitæ, nam ſi finitæ eſſent, Deus ſciret quot ſunt, & tot eſſe, & non plures, atque à Deo factis eis diuiſionibus, quæ diuiſiſſent omnes partes, vlterius diuiſibiles non eſſent; ſunt ergo partes æquales infinitæ. 857

Ariſtoteles 1. cæli t.2. S.Thomas. ibi.

Confirmatur ſecundo. quia quo magis creſcit dicta proportione numerus diuiſionum, eo maior eſſe colligitur numerus partium, quæ fuerant; ſed numerus diuiſionum creſcere poteſt in infinitum; ergo multitudo partium æqualium fuit infinita: eſt ergo in vlnari virgula multitudo infinita partium æqualium realiter diſtinctarũ ante diuiſionem.

Confirmatur tertiò. quia etiam ſi Deus in vna hora procedat faciendo illas diuiſiones, faciendo ſingulas in ſingulis inſtantibus infinitis, & fecerit in ea hora infinitas diuiſiones, adhuc manerent partes vlterius diuiſibiles, & caſu quo eas actu faciat, & diuiſæ partes maneant, apparebit ſine dubio multitudo æqualium infinita; ſunt ergo in quouis continuo pluſquã infinitæ partes æquales inter ſe, & vni ſignatæ, aut aliquotæ.

Reſpondeo conceſſo antecedenti, & negando conſequentiam. ad probationem

tionem diſtinguo minorem poſſunt fieri diuiſiones in infinitum categorematicè, nego minorem; ſyncategorematicè, ideſt, plures, & plures concedo minorem, quoniam manifeſte implicat fieri realiter, vel etiam per intellectualem aſsignationem in infinitas diuiſiones, procedendo tali ordine, quod ſecundæ diuiſiones collectio in numero ſuperet collectionem primæ, & ſecundam tertia; quia in his, quæ hoc modo procedunt, non poſſumus peruenire ad collectionem, quæ non habeat ſibi immediatam collectionem partium finitarum, quam ad ſummum collectio vltima, vel ſequens ſuperabit in duplo maiori numero partium.

Suppone, vt hæc plane intelligas,
858 fieri a Deo in hora diuiſiones iſtas, quas putas poſſe eſſe infinitas, & quod in vltimo inſtanti horæ faciat aliam diuiſionem, & videbis in tempore ante inſtans nequaquam factas fuiſſe infinitas diuiſiones, neque partes æquales ex illis reſultantes fuiſſe infinitas, tum quia diuiſio illa facta in inſtanti vltimo habet ſibi immediatam diuiſionem, & penultimam à Deo cognoſcibilem, qui videt partes duplo maiores, quam ſunt illæ, quæ ſunt factæ in vltimo inſtanti; multitudo autem diuiſionum, quæ habet vltimam, & penultimam, non poteſt eſſe infinita, & ſic nec fieri dicta proportione in inſtantibus, neque in partibus horæ.

Tum etiam, quia impoſsibile eſt quod perueniatur ad infinitas actu diuiſiones, ſi ita procedatur, vt fiat modo vna in duas partes ęquales, & deinde ſecunda in quatuor partes ęquales, & ſic reliquę, vt neceſſario procedi debet, ſi partes ſecandæ ſunt dicta proportione; quoniam nequit vnquam fieri tranſitus de his finitis, & numeratis diuiſionibus ad infinitas, & innumerabiles; quo circa ſi Deus vult partes infinitas ęquales vni determinatę diuidere in continuo, procedat, ſi poſſibile eſt, alio modo diuidendo eas, & non illo, quo contendit argumentum, qui omnino implicatorius eſt propter ſummam proportionem, & ordinem, quem ſeruat, vt ad infinitas diuiſiones perueniatur.

Ad primam confirmationem dico partes ęquales finitas ſemper eſſe, atque cognoſci à Deo eo modo, quo ſunt, nempe ęquales inter ſe finitas, & in certo numero poſt quamlibet diuiſionem, ſed tamen in infinitum vlterius diuiſibiles in duplo ſemper maiorem numerum ęqualium; non autem ſcit Deus tot eſſe ęquales, & non poſſe eſſe plures, quia id non ita eſt, & *quod non eſt, non ſcitur*, partes Ariſtoteles.
enim iſtę non poſſunt aliquando iam actu eſſe diuiſę in tot ęquales, quin poſsint diuidi in plures, quod ſi nos ſcimus à Deo non ignoratur.

Ad ſecundam confirmationem dicito numerum diuiſionum creſcere ſyncategorematice poſſe in infinitum non autem actu, & categorematice dari poſſe infinitas diuiſiones iam factas, quia licet quo ad primam apparentiam id factibile videatur, tamen aliunde apparet vltima, & penultima diuiſio, quod tollit, ac deſtruit infinitum in multitudine; & ideo.

Reſpondetur ad tertiam confirmationem implicare quod Deus procedat ita diuidendo, faciendo, ſcilicet in ſingulis inſtantibus horæ, vnam diuiſionem, quia inſtantia infinita ſunt, & non habent vltimum neque penultimum; in diuiſionibus autem illa proportione factis, ſtatim apparet vltima, & penultima; quod ſignum euidens eſt fieri non poſſe ſecundum ſucceſsionem inſtantium; idcirco facta quantumuis multa diuiſione, ſemper erit finita, & terminabitur ad partes æquales finitas, vlterius in plures diuiſibiles. vnde caſus ille videtur impoſſibilis ex multis capitibus. lege ad hæc ſupra à n. 709.

Secundo obijcis. ad hoc vt vna haſta poſſit diuidi in quantitates infinitas palmi vnius, requiritur quod haſta præhabeat infinitos palmos longitudinis; ergo ad hoc vt continuum diuidi poſsit in infinitum in partes æquales requiritur, quod præhabeat infinitas partes æquales vni certæ; antecedens eſt certum; nam ſi haſta haberet finitos palmos, non poſſet diuidi ſine termino in palmos. probatur conſequentia; quia continuum eſt diuiſibile ſine termino in partes æquales. & confirmatur à paritate, quia ex inde colligimus in continuo eſſe partes

propor-

proportionales infinitas, quia poſſunt ſine termino fieri in illo diuiſiones partium minorum, & minorum; ſed ſimiliter poſſunt fieri infinitæ diuiſiones partium æqualium; ergo iſtæ erunt infinitæ.

859 Reſpõdeo conceſſo antecedenti, diſtinguendo conſequens; vt continuum poſſit diuidi actu in infinitas partes vni omnes æquales, prærequiritur ipſas in continuo eſſe concedo conſequentiam, vt poſſit diuidi in infinitũ, & ſincategorematice in collectiones partium æqualiũ minorum, & minorũ non vni certæ omnes æquales, ſed ſolũ inter ſe omnes cuiuſlibet collectionis; nego conſequẽtiam. ad probationem dices continuũ eſſe diuiſibile ſine termino in partes æquales minores, & minores, non in partes æquales omnes vni ſignatæ, & veluti foret diuiſibile illud continuum infinitorum palmorum, nempe, in palmos infinitos æquales vni determinato. ad confirmationẽ conceſſa maiori diſtingue minorẽ; poſſunt fieri diuiſiones in infinitũ partiũ æqualiũ vni ſignatæ; nego minorẽ; partium minorum interſe æqualium, & rurſus duplo minorum item interſe æqualium; concedo minorem.

Itaque vt fiant diuiſiones ſincategorematicè infinitæ, quæ terminentur ſemper ad collectiones partium æqualium finitarum, non prærequiritur eſſe in continuo partes æquales vni ſignatæ infinitas, ſat eſt eſſe partes ſcindibiles per medium in infinitum; quia ex prędicta ſyncategorematica diuiſione, nempe, vnius vlnæ in duas medias, & duarũ in quartas, & harum in octauas, & reliquarum ea proportione in infinitum duratura, nunquam poteſt fieri gradus ad infinitas diuiſiones, neq; ad collectionem partium diuiſarum, quæ conſtet infinitis partibus æqualibus, propter ea, quæ in ſolutione primæ obiectionis dicta ſunt.

S. Auguſt. Epiſt. ad Nebri.

Tertio obijcis. in continuo dantur partes minores, & minores ſine fine; ergo è cõtra, etiam dantur partes maiores, & maiores vna ſignata ſine termino; ergo dãtur infinitæ partes æquales. patet conſequentia. quia poteſt Deus omnes illas maiores æquare cũ illa ſignata. Reſpondeo conceſſo antecedenti, negãdo conſequentiam; & diſparitas eſt clara; quia partes vlnæ v.g. eo quod partes ſint ſcindi poſſunt ſemper in minores, & minores, quia redigi non poſſunt ad indiuiſibilia; ſed vero aſcendere non poſſumus diuidendo, ab aliqua minima determinata ad infinitas partes maiores, & maiores ſine termino; ſiquidem cum peruenerimus ad partem, quæ contineat vlnã totam, ibi ſiſtemus, neque poterimus eam diuidere in duas vlnas neque in quatuor, nec ſic in infinitum.

Ariſtotel. 1. de Gen. t. 9. S. Thomas ibi. l. 5.

§ Demonſtrantur in continuo quolibet infinitæ partes trinè dimenſæ æquales vni aliquotæ.


Peripatetici cum Duce ſuo, confitentur vnanimes, vel in grano ſynapis, eſſe partes infinitas lineæ, & ſuperficiei, omnino æquales, & item infinita non inæqualia puncta; ſed negant omnino, an conſequenter, indicabo infra, partes infinitas trinè dimẽſas æquales vni aliquotę, ſecus, inquiunt, illud granellum non caperent Mundi pluſquã mille. mihi vero ſuorũ diſcipulorũ minimo multa occurrũt, quæ videntur demõſtrare oppoſitum; quæ minor nuſpiam inueniſſe, maxime cum ſint tam peruia cunctis, & facillima inuentu, forſan alicubi iam erunt, ſi nihil eſt ſub ſole nouum. 860

Quarto ergo mihi objicitur. inprimis fac circino circulum, vel factum conſidera, & duc vel conſideratione, lineas infinitas verſus centrum à circumferentia, & continuo videbis infinitas partes æquales inter ſe, & cuilibet ſignatæ, interceptas inter lineas.

Deinde conſidera ſub vna circulari linea nigra, vel inter duplicem inter ſe propinquè dilineatam, & vide infinitas partes carthæ vnitas in gyrum, quæ, nemine diſſentiente, ſunt inter ſe æquales, ſiquidem omnes æqualiter diſtant à centro, æquę diſtantibus inter ſe lineis vnitę atq; diſſectę.

Tertio ad ipſum oſtendit quęuis alia figura. quadratum fac, & duc lineas infinitas de coſta ad coſtam, & tunc videbis infinitas partes ęquales trinę dimenſionis, inter lineas, diui-

albicantes, quæ ſine dubio diſſectæ
diuinitus, & poſitæ aliæ poſt alias
contiguè ſaltem, facerent infinitam lõ-
gitudinẽ, admodũ, quo facerent lineæ
pari modo diſpoſitæ in opinione om-
niũ, quæ vera eſſe monſtrat hæc figura



1 Quarto demùm, vt alia omittam, in
via Peripatetica, in quolibet continuo
sũt infinita pũcta quaſi æqualia vnien-
tia infinitas partes lineæ æquales; quæ
deinde vniũt infinitas partes ſuperfi-
ciei itẽ æquales; quæ tãdẽ vnire neceſ-
ſario debent, nolint velint Ariſtotelici,
infinitas partes æquales trinè dimẽſas;
nec enim vlla vnio poteſt vnire eſtre-
ma inæqualia, alterum paruum, alterũ
maius, vt eſſe manifeſtum putant ali-
bi illi, & ideo dicunt communiter,
terminari aliquo indiuiſibili extre-
mum, qua parte excedit ſocium, &
quã non pertingit vnio. iudicent ergo
tãti Doctores an ipſi vadãt cõſequẽter.

His ego deſidero reſponſa dari à ſa-
pientioribus, ipſi videant ſi demon-
ſtrationes dictæ, tales ſunt, quo pacto
non reſultet moles immenſa ex parti-
bus æqualibus exiſtentibus vel in gra-
no papaueris, vel etiam ex infinitis
punctis inflatis æqualibus, ſi conti-
nuum ijs ſolis componitur.

Vir plane ductus à me conſultus,
dum me audiuit, parùm hæſit, &
poſtmodum rèſpondit, mi Pater in
materia de continuo, in via item
Ariſtotelis inueniuntur paſſim contra-
dictoria & inſolubilia, præ hominum
ignorantia. & loco ſolutionis, confir-
mans demonſtrationes meas, mihi
oſtendit aliam, qua ſubtilis *Scotus* pro-
bare contendit Angelum eſſe poſſe
in ſpatio infinitè longo. & quia, nimi-
rum, poteſt nunc eſſe in quadrato pal-
mari, & deinde in æquiualenti bipal-
mari, ſed primo per dimidium angu-
ſtiori, & ſic in infinitum. vel facilius
ſecundum illam demonſtrationem
quadrati; ſi enim poteſt Angelus eſſe
in ſpatio vlnari quadrato, poterit item
eſſe in anguſta quaſi ſemita infinite
longa, quæ de quadrato educeretur,
& protenderetur.

Alij forte dicat, non facere eas par- 861
tes infinitas, licet æquales, molem in-
finitam, niſi cum hac cõditione, quod
nimirũ, diuiſæ ſint omnes, id, quod eſt
impoſsibile. ſed reijcitur, quia tantum
occupat pars vnita, atque eadẽ diuiſa.
Sed, & ego video quaſi diuiſas partes
infinitas temporis, quas æquales eſſe in
duratione reuincunt inſtantia æqualia
vnientia. & non ſentio calorem infini-
tum in manu calefacta ſucceſsiue per
quadrantem. quem cõſtat habere par-
tes infinitas forſam æquales. addo his
continuum caloris in qualibet inten-
ſione, v. g. calorem penetratum cum
tota mea manu, componi partibus in-
finitis intenſis trinè dimenſis, vt ple-
rique tradunt, & nos declaramus lib.
1. de *Generat.* à n. 73.

SECTIO VI.

*Oſtendit non poſſe continuum di-
uidi in infinitas partes, & mi-
nus in omnes ſuas, ita quod eæ
maneant diuiſæ; & reſpon-
det oppoſitis.*

IN primis certum eſt poſſe diuidi *Ariſtoteles 1. cal. tex. 8*
continuũ in partes *plures, & plures*
minores, & minores ſucceſsiue, & *ſine
termino*; & itẽ poſſe, & ſolere in ſuas om-
nes partes diuidi, dum modo illa ſuc-
ceſsione, qua diuiduntur, deſtructis
prioribus vnionibus iterum vniantur
alijs vnionibus, vt contingit in viuen-
tibus, quando partes omnes alimenti
ſucceſsiuè iunguntur alito.

Veruntamen dico primò cum *com-* *Ariſtoteles*
muni, impoſsibile eſſe diuidi continuũ *1. de Gen.*
in omnes ſuas partes, ita quod omnes *t. 9.*
maneant diuiſæ: quia ſequitur in- *S. Thomas*
de iſta contradictio, quod, ſcilicet, *ibi. l. 5.*
partes diuiſæ ſint partes, & non ſint *S. Auguſt.*
partes ſi ſint partes, vt ſupponitur, & *11. Trinit.*
Fff non *Cap. 10.*

non ſint, quia indiuiſibiles iam ſint, quod eſt contra eſſentiam partium.

Dico ſecundò, implicat continuum diuidi in infinitas partes, ita quod maneant diuiſe dixerunt hoc *Hurtado* hic diſp. 5. ſect. 4. § 42. *Toletus* cap. 1. q. 4. *Faſolus* q. 7. a. 1. n. 29. cum *Mayrono*, & *Baſſulo*, & alij; & probatur deſcendendo ad modos, quibus diuiſio hæc poteſt excogitari; nam primò certum videtur ex dictis, non poſſe neque ſimul diuidi vlnam v.g. hac proportione, vt diuidatur in duas dimidias, & duæ dimidiæ in quatuor quartas, & quatuor quartę in octauas, & ſic reliquæ in infinitum; quia inde ſequeretur dari in continuo infinitas partes æquales vni ſignatæ, quod ſupra reijcit Communis.

Deinde neque ita poſſe diuidi continuum in partes infinitas, vt vlna diuideretur in duas partes; & vna ex his indiuiſa relicta, altera diuideretur in alias duas partes minores; & rurſus altera tantum harum diuideretur in duas alias minores, & ſic reliquæ ſemper in duas in infinitum, quoniam ſequeretur dari in ea vlna vnam partem minorem infinitis; & conſequenter ibi eſſe infinitas partes æquales.

862 Patet ſequela, quia poſt diuiſiones infinitas, eſſet aliqua pars diuiſa determinatè cognita à Deo, inter quam, & vlnæ dimidietatem relictam, eſſent infinitæ partes maiores, & maiores; immo & nos illam partem minimam cognoſceremus, quia ſignata eſſet, vt pote quæ eſſet reſiduum diuiſionum præcedentium, cui poſſet Deus æquare reliquas tollendo exceſſum; vnde apparerent infinitæ partes æquales, quod eſt impoſſibile; ergo impoſſibile eſt continuum diuidi in partes infinitas, ita quod maneant diuiſæ. legat qui plura volet *Faſolum* à num. 30. ſuo.

Sed opponis primò pro *Gregorio*, *Gabriele*, *Aamo*, & alij, qui tenent oppoſitum in *Faſol.* ſupra. omnes partes continui diſtinguuntur realiter; ergo omnes poſſunt diuidi, ac diuiſæ permanere; probatur conſequentia, quia non eſt de eſſentia partium vnio, ergo poſſunt eſſe ſine illa. Reſpondeo conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; ſequitur enim ex eo, quod omnes partes diuiſæ maneant, eas eſſe partes, & non eſſe, vt ſupra dictum eſt, ad probationem conſequentiæ, dicito non eſſe de eſſentia partium in recto vnionem, ſed tamen eſſe de eſſentia earum in obliquo, vel eſſe aliquid tam requiſitum, tam neceſſarium illis, vt ſine illo partes eſſe non poſſint in rerum natura; ſicut eſt neceſſaria creaturæ, eius conſeruatio, ac dipendentia à Deo, licet ea formaliter non ſit de eſſentia creaturæ, vel ſicut neceſſaria eſt vnio compoſito.

Secundo opponis. in continuo ſunt partes infinitæ actu coniunctæ; ergo poſſunt diuidi, & manere diuiſæ. probatur conſequentia, quia vt ait *Ariſtoteles*, continuum *eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt* ipſi; ſed inſunt ipſi infinitæ partes; ergo in infinitas poteſt diuidi. reſpondeo conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; ad probationem dico diuidi poſſe continuum in ea, quæ inſunt ipſi, ſucceſſiuæ in infinitum ſincategorematicè, vel etiam categorematicè, quando cum alio continuo ſucceſſiue vniuntur; non vero in categorematicè infinitas, quæ diuiſæ perſeuerent. Continuum itaque non poteſt diuiſionibus exhauriri, neque in tot partes diuidi, quin poſsit *in plures*, vnde nunquam in omnes, neque in infinitas, diuiſas permanſuras, propter incommoda indicata ſuperius.

[*Margin:* *Ariſtoteles* — *Ariſtoteles 1. de Gen. t. 9.*]

SECTIO VLTIMA.

Fert iudicium de opinionibus circa in intelligibilem compoſitionem continui.

QVoniam nobis perſuaſimus tres 863
noſtros *Magiſtros*, & communiter *Iuniores* docuiſſe continuum componi partibus diſtinctis longis latis, vel profundis vnitis ſuperficiebus, quas quoque illi dixere vniri lineis, ſicut & lineas punctis, & tam partes illas trinè dimenſas, quam ſuperficies, & lineas ſolere eſſe ſpecies phyſicas, & veras quantitatis continuæ, & corpora, & ſubinde terminari quamque terminatiuo ſibi reſpectiuè con-

[*Margin:* *Ariſtoteles* — *S. Auguſt.* — *S. Thomas*]

congruenti, id circo illorum ſententiam prætulimus opinionibus *Zenoniſtarum*, & aliorum, forte probabilioribus, & ipſorum argumentis vtcumque ſatisfecimus. in hac tamen materia abunde ſatis lectori fecerimus, ſi tandem liberè, & præclare dixerimus, quæ de ipſa ſentimus.

Ergo omnibus penſatis negare non poſſum, me dum ſequor *Ariſtotelem*, & SS. *Interpretes*, euidenter ferme conuinci argumentis aduerſariorum, præſertim illis, quæ demonſtratiuè colligunt ex conceſsis à nobis indiuiſibilibus vnitiuis, continua conſtare ex puris indiuiſibilibus, quãtũuis aliæ dicãtur partes vnitæ, alia earũ vniones.

Etenim, inquient, ſi vnio quælibet vnit, vti debet ſola extrema duo, & ea tangit vel ſecundum *aliquid ſui*, neceſſe eſt, & vnionem vtrimque tangi ab ijs extremis compartibus, ſecundum *aliquid ſui*, & ſubinde ſecundum id aliquid eſſe vtramque in loco indiuiſibili vnionis, penetratã cum tertio ſuo nexu, & ſecum: quod & cõtingere neceſſe eſt, & cõtingere nõ poteſt, quin vtrumq; illud *aliquid ſui* ſit indiuiſibile, vt manifeſtũ eſt; quod enim diuiſibile eſt à loco indiuiſibili nõ capitur, neq; ſecundũ aliquid ſui; ſi tamen hoc diuiſibile eſt, & omnino ab indiuiſibili diſtinctũ, vti ſine dubio omnis pars eſt.

Rurſus, id ipſum demonſtratur, nam ſi vnio nectit tangendo duas partes ſecundum aliquid earum, rogo pro aduerſarijs, an quælibet pars habeat vltra id aliquid, aliud aliquod fruſtulum contiguum identificatum, vel aliter ſibi vnitum, ſed ſine vnione diſtincta cũ illo aliquo ſui, tacto ab vnione, vel non? ſane ſi tu pro me, & *Ariſtotele* affirmares, & probares ſupereſſe tale fruſtulũ ſine vnionibus, bene declaraſſes diſtinctioné, quam prætendimus, intereſſe inter vniones, & partes, ſiquidé diceres partes eſſe trine dimẽſas independenter ab vnionibus, ſecus vniones: quod quodãmodo & rudi minerua declarare poſſes cõtinuo, aut cõtiguo facto ex duabus tabulis groſſis
864 medio ſubtili glutine copulatis.

Sed quia dices nobiſcum illud *aliquid ſui* eſſe partem partis illi vnitam alia vnione, cogeris dicere omnem partem, non quia pure pars eſt con-diſtincta ab vnione, eſſe diuiſibilem, ſed quia compoſita eſt, & diuiſibilis per vnionem, & beneficio eius; & conſequenter partem purè conceptam ex ſe, & per ſe excluſis vnionibus realiter à ſe diſtinctis, vel ſi malus, illud, quod præter vniones reperitur in continuo, extenſionem faciens, ex ſe, & per ſe diuidi non poſſe; & quod mirabile eſt valde diſtinctum eſſe ab vnionibus apparet euidenter quotidie in nutritione, vbi vniones pereũt, & illud omne, quod præter eas eſt materia, & quantitas, incorruptum perſeuerat.

Fateamur ergo partes re ipſa indiuiſibiles eſſe, dici vero diuiſibiles, quia in materia de *continuo* vox *pars* ſignificat aliquod vel puſillum continuũ, & quia pars eius pure concepta, vt condiſtincta ab vnionibus, petat vniones, vt diuiſibilis dicatur, & ſic eæ partes extrinſeco nomine dicẽtur diuiſibiles, re autẽ vera erũt indiuiſibiles.

Quod ſi dicas cum *Suarez*, *Amico*, & alij, indiuiſibile vniens, partes non contingere, ſed immediate ſine alio intercedente illis ineſſe, & aſsiſtere; quaſi demonſtrari poteſt continuum permanens eſſe quaſi diſſolutum, & vt eſt tempus, vel vt aceruus arenularum; & rurſus idem poteſt facile defendi componi punctis quaſi continue diſpoſitis, præſertim ſi ea ſingantur, vel ſint tantillum inflata, & quaſi eminenter extenſa, ad modum, quo eſt vbi ſpirituale Angelicum. Quamuis difficulter capitur corpus extenſũ impartibile ad hoc, vel ea corpuſcula indiuiſibilia vniũtur ſine alij punctis, & hoc eſt impoſsibile in noſtris opinionibus: vel cũ alijs pũctis, de quibus redit eadẽ quęſtio, ac de pũctis *Ariſtotelis*, an nimirum, extrema tangãt extẽſa, ſine extenſione propria exiſtentia?

Tertia demõſtratio, quæ me cõuincit eſt. ſinge manus vtriuſque palmas perfecte planas: vel ſume ſimilis magnitudinis tabellas duas planas, & puta carere vtrãque ſuperficie terminatiua, vel quia à Deo deſtructa ſit, vel quia verè non inſint: iunge preſsè ambas. peto aut ſe tangunt, & contiguæ ſunt, vel non; & ſi tangunt ſe, dic per quod ſe tangunt? dices ſine dubio ſe tangere, & ſubinde contiguas eſſe, & ipſarum extremas facies, aut

frontes eſſe ſimul in eodem loco. Vnde euidenter infero, ergo continuum conſtat ex indiuiſibilibus, ſiquidem eæ partes per aliquid ſui ſunt ſimul,& penetratæ,quo modo eſſe non poſſent, ſi eſſent diuiſibiles, aut non ſe tangerent per aliquod ſui indiuiſibile.

Concludo ergo *Zenoniſtas* falli, quia putant vnum diuiſibile in extenſum additum alijs ſimilibus,facere extenſionem, & item *Peripateticos* videri manifeſte relabi in ſententiam *Zenonis* nempe, quotquot componunt continuum partibus vel vnitis alijs indiuiſibilibus, vt nos cum communi fecimus, vel vnitis ſe ipſis, vt componunt alij multi præſertim *Nominales*, & *Ariminenſis*, ergo ad pelagus hoc euadendum nec Cymba ſufficit nec pōs.

Ariſtoteles retinenda tamen videtur opinio *Ariſtotelis*, & *SS. Auguſtini*, & *Thomæ*, & ar-

S. Auguſt. gumenta elidenda meliori modo,quo

S. Thomas poſsis à Sapientiori inſtructus, donec veritas magis eluceſcat conſidera tamen an retentis partibus Peripateticæ ſcholæ,ſumi poſſent à Zenoniſtica, vniones indiuiſibiles, inflata tamen, ſeu eminenter extenſæ,& tantæ,quantæ partes vniendæ, penetratæ cum ipſis ad modum vnionum informationis.

QVAESTIO II.

Tractat remiſsiue de multiplici continuo permanenti, præſertim quanto, ſiue de quantitatis eſſentia,& proprietatibus;& explicat quo pacto ſubſtantia flueret ad punctum ſublata quantitate.

865 EX definitione corporis tradita ſupra à n.62. conſtat continua permanentia eſſe complura, nempe omnia corporea prædicamenta, ſiquidem omnia, vtpote corpora, habent partes integrales, & extenſas & ſubinde eis quadrat hæc definitio,

Ariſtoteles 5. Ph. t. 18. *continuum eſt, cuius extrema copulantur termino, nexuue communi.*

S. Thomas ibi. Continuum ergo permanens aliud eſt ſubſtantiale, vt materia prima, & forma equi, & quæcunque alia forma ſubſtantialis, vt notaui cum multis ſupra nu.86. & probabo fuſius in *lib. de Anima.* aliud eſt accidentale, vt quantitas,de qua fuſe egi in *Tripartita* à n.803.& vt albedo, calor, & accidentia reliqua; atqui rationes,quæ perſuadebunt formas ſubſtantiales corporeas habere partes, & extenſiones, conuincent id ipsū de accidentalibus.

Ex quo infertur primò materiam primam, & aliam quampiam formā ſubſtantialem, & accidentalem habere in ſe,ac de ſe propriam extenſionem localem entitatiuam, & formalem, neque eam emendicare à quantitate, nam iuxta dicta ſupra nu.754.quælibet entitas vendicat ſibi proprium *vbi* diſtinctum quod formaliter eſt localis extenſio iuxta ibi dicta,& aliunde habet partes, proprias trine dimenſas,vnas extra alias vti debent habere corpora, quæ dicitur extēſio entitatiua,ſiue eſſentialis entitati.

Infertur ſecundò explicatio axiomatis Peripatetici,quo circumfertur *ſubſtantia fluxura ad punctum ſublata quantitate.* quod ſanxerunt *Ariſtoteles*, *Ariſtoteles*

& *S. Thomas* propter duo, vt reor, principia ſua, alterum communiter, alte- *S. Thomas*

rum non ita receptum: primum eſt, quia dicitur res quælibet exiſtens in compoſito extenſa beneficio quantitatis,nempe, mediate ſaltem, & magis ſenſibiliter; & præſertim, quia ratione eius redditur impenetrabilis cum rebus alterius compoſiti, iuxta dicta ſupra ſæpe à nu.72. & in *Tripartita* nu.803.

Alterum eſt negatio exiſtentiæ *vbi* 866

modalis, quod ipſi non admiſerunt,& ſubinde negarunt ſubſtantijs formalem extenſionem, & fortaſſe etiam entitatiuam, eas indiuiſibiles arbitrantes, de quo alibi, & ſic concluſerunt ſubſtantiam, ſeparata quantitate, fluxuram ad pūctum, & quidem ſuppoſito miraculo ſeparatæ quantitatis poſſe à Deo abſque nouo miraculo, illam conſtitui in puncto, quia iam non eſſet repugnantia naturalis,ideſt, impenetrabilitas inter partes eius,putauit *Suarez* ſupra n.76.

Ego verò qui cum *Suarez* admitto *vbi* proprium ſubſtantiæ, non credo illam poſſe naturaliter reduci ad punctum, quia videtur impoſsibile factu,

per

Digitized by Google

per vires naturæ *vbi* tam admirabile, quod ſit diuiſibile quo ad ſubiectum, & ponat ipſum in puncto loci, quaſi admodum *vbi* Euchariſtici; & ideo nego ſubſtantiam ſeparatam à quantitate, fluxuram ad punctum, licet poſſet quodammodo comprimi magis, & reduci ad minus ſpatium, etiam per aliquarum partium penetrationem, nimirum, inquantum penetratio ſtare poſsit cum vbicationibus naturalibus, & factibilibus ab ipſa ſubſtantia per emanationem, vel ab extrinſeco alio agenti naturali.

Neque enim videtur fore ſupernaturale *vbi* quaſi plicatam, quo vbicata tota forma equi, v.g. fieret præſens pes capiti, & ſic membra ſibi reliqua forent præſentia, quaſi in eodem loco per diuerſas partes *vbi* contiguas, vti alibi declarabo contra Quoſdam, qui ſuppoſito miraculo primo putant fieri poſſe naturaliter *vbi*, quo ſubſtantia exiſtit tota in toto antiquo ſpatio, & tota in qualibet parte, & conſequenter in puncto ad modum, quo exiſtit quilibet Angelus, & Chriſtus in Euchariſtia, quod aduerſari videbitur
S. Auguſt. *Auguſtino* ſupra nu. 741.

QVAESTIO III.

Breui expendit difficultates de Continuo ſucceſsiuo

867 Exiſtere varia continua ſucceſsiua colligitur ex dictis lib. 4. vbi oſtenſum eſt dari tempora multa, ſed præſertim à num. 751. vbi demoſtrant Scriptores dari motum vulgo dictum *lationem*, & *vbi ſucceſsiuum*, ea autē omnia continua *ſucceſsiua* ab omnibus dicũtur, & ſuo modo talia quidem ſunt.

Continuum vero ſucceſsiuum eſt
S. Thomas 1. p. 7. q. 4 a. 1. c. Ariſtoteles 1. Ph. t. 46. cuius partes fluentes, & nunquam ſimul exiſtentes, ſed aliæ poſt alias, copulantur quodammodo termino, ſiue nexu communi, vt eſt tempus, & quilibet motus localis corporeus, vel etiam ſpiritualis. verum, quia quoduis continuum eſſentialiter ſucceſsiuum, de quo ſolo nunc tractamus, nam de accidentaliter ſucceſsiuo ſupra n. 810. pauca, & alibi plura dicemus, eſſe videtur de prædicamēto *vbi*, vt melius illud capiatur, explicare oportet quo modo ſit *vbi*, quo mobile mouetur, quæ eius partes, & vniones, quas, & quot habeat correſpondentias, & cum quibus rebus. de
quibus agit cum *Ariſtotele S. Thomas*. Ariſtoteles 6. Ph. . 8.

Ergo quando Petrus, v. g. deambulat in foro per horam, acquirit, & S. Thomas 6. lect. 1.
producit in ſe ipſo *vbi* intrinſecum ſucceſsiuum, quod habet duplex genus partium, aliæ ſunt in ordine ad
ſubiectum, quod mouetur, aliæ in Ariſtoteles.
ordine ad temporis partes, in quibus a t. 33.
mouetur. habet quidem *vbi* partes in ordine ad ſubiectum, quia eſt tam grande, ac eſt Petrus, cũ Petro commenſuratum, & omnino penetratum habens tres partium dimenſiones vnitas ſuperficiebus, quæ vniuntur lineis, quæ vniuntur punctis, cum tali correſpondentia, quod partes longæ, latæ, & profundæ *vbi*, inhæreant, & modificent ſubiecti partes longas, latas, & profundas, ac ſimiliter ſuperficies lineæ, & puncta inſunt ſuperficiebus lineis, & punctis ſubiecti ſe mouentis.

Et ſane iſtæ *vbi* partes potius componunt *vbi*, continuumq; permanēs, quā ſucceſsiuum, conſideratæ in ordine ad ſubiectum, quia ſimul habentur, & acquiruntur à mobili, ſiquidē in eodē tēmpore, atq; inſtanti, quo acquiritur à capite Petri ſuū partiale *vbi*, acquiritur ſimul à reliquis mēbris eius.

Habet præterea *vbi ſucceſsiuum* cor-
reſpondentiam ad tempus, vnde in S. Auguſt.
parte temporis vna acquirit Petrus v- 8. de G. ad
num *vbi*, quod illum totum vbicat, & l. c. 17.
quod eſt vna pars *vbi* ſucceſsiui; & quia pars qualibet temporis, eo quod pars eſt, habet in ſe alias infinitas, ideo *vbi* pars in ea acquiſita habet in ſe alias partes infinitas, quarum qualibet non videtur pars, quia eſt tam grande *vbi*, ac eſt totus Petrus, & in inſtanti tēporis deſtructo iam *vbi*, vel parte præcedenti, acquirit Petrus *vbi* permanēs, quod dicitur *indiuiſibile continuatiuum*, quia vnit modo ſuo partem præcedentem iam deſtructam, cum *vbi*, & parte ſubſequēti producenda in parte ſequenti temporis, poſitum in medio vtriuſque.

Ad maiorem intelligētiam *vbi* hu- 868
ius aliqua notanda ſunt. Primum eſt diſcrimen inter partes illius quoad

ſubie-

ſubiectum, & quo ad tempus; etenim illæ ſunt ſimul, & ſine ſucceſſione, quia ſimul vbicant caput, manus, pedes, & reliquas corporis partes; hæ vero ſunt cum fluxu, & ſucceſſione, aliæ poſt alias, & nunquam ſunt *duæ ſimul*, ſicut neque *duæ partes* temporis poſſunt eſſe ſimul; quæ vera ſunt etiã ſi eædem partes *vbi* ſint illæ, quæ ſunt quoad ſubiectum, & illæ, quæ ſunt quo ad tempus, ſola diuerſitate habita per connotata.

Ariſtoteles S. Thomas, 4 Phyſ. l. 18.

Secundum eſt, quod partes *vbi* quo ad ſubiectum, menſurantur cum ſubiecto, & ita maius eſt *vbi* corporis, quam vbi digiti; partes verò in ordine ad tempus, per illud ſubiectum non menſurantur, quia ſine dubio diuturnius, ſiue maius eſt *vbi* ſucceſſiuum formicæ, quam *vbi* equi euntium *Hiſpalim*, ſiquidem formicæ motus multo longius tempus durabit, quam motus equi.

Tertium eſt continuum, ſiue *vbi* ſucceſſiuum habere ſua indiuiſibilia continuatiua, quæ ſunt *vbi* permanenter acquiſita à mobili in inſtantibus temporis, quæ competenter ſunt vniones extremorum ſuorum, licet ea non tangant, neque modificent, & licet exiſtant quando non exiſtunt extrema vnienda, quia, vt componant continuum ſucceſſiuum, ſat eſt quod ſint in medio partium præteritarum, & futurarum.

Habet item continuum ſucceſſiuũ terminatiuum verſus ſinem, illud nẽpe *vbi* permanens, quod acquiritur, quando quieſcit mobile, quod *vbi* eſt eſſentialiter continuatiuum partium ſubſequentium, quia ipſum inuariatum terminat motum præcedentem, & poteſt continuare partes ſequentes, ſi mobile proſequatur curſum ſuum, etiam poſtquam quieuerit aliquantulum, & ideo idem vbi appellatu ſimul *accidentaliter terminatiuum*, quoniam per accidens, & quia ſic voluit mobile, terminauit eius motũ. Docuit vero *Ariſtot.* hic t. 48. & 55. eiuſmodi continua non habere ex parte initij indiuiſibile, ſeu terminatiuum *initiatiuum* dictum, & merito, licet contradicant *S. Thomas* in *Alamanno* q. 22. a. 4. *Themiſtius* hic, & *Valleſ* cont. 6. quoniam, vt infra probandum eſt, entia ſucceſſiua incipiunt in tempore, quãdo nullum *vbi* permanens indiuiſibile, id eſt, non habens partes priores, & poſteriores, poteſt produci à mobili ſe mouenti cum correſpondentia ad tempus.

Ariſtoteles

S. Thomas.

869 Secus multo eſt continuum permanens, quod vndequaque terminatiuis concluditur, dato enim quod continuũ permanẽs, incipiat in tempore, à parte eius prima producta in tempore, reſultant per emanationem ſuperficies terminatiua initiatiua, & lateralis ſimul, non quidem commenſuratiue ad tempus, licet in tempore.

Quartum eſt indiuiſibilia dici *vbi*; quæ ſunt partium vniones, nempe, quæ in inſtantibus acquiruntur, non quia non ſint tam grandia, quam eſt ſubiectum. & cum tot, tantiſque dimenſionibus, ſed quia vnumquodq; eſt indiuiſibile quoad ſucceſſionem, & in ordine ad tempus; nam & ſi habeat partes, quarum quælibet vbicet partem quamlibet ſubiecti, ſibi correſpondentem, non tamen habet in ſe alias partes infinitas, quarum quælibet totum mobile vbicet, & queat collocare in diuerſas parte ſpatij quẽadmodum habent partes *vbi* laterales, quæ quia partes ſunt quo ad ſucceſſionem, earum quælibet conſtituit corpus totum in diuerſa parte ſpatij.

Quintum eſt *vbi* ſucceſſiuum Angelicum habere quidem partes in ordine ad ſucceſſionem, non vero in ordine ad ſubiectum. quia cum omne *vbi* adaptatur ſubiecto ſuo, & Angelus ſit indiuiſibilis, ipſum *vbi* ſimiliter eſt. Sextum notabile eſt, continuum hoc ſucceſſiuum produci à ſua cauſa efficienti per actionem ſucceſſiuam eſſentialiter, quæ in temporis partibus producit *vbi* eius partes, per actionis ipſius partes; & in inſtantibus, per indiuiſibilia actionis, quę communiter dicuntur *mutato eſſe*, quia quando ſunt ipſa, eſt verum dicere ſubiecta iam mutata eſſe in tempore præcedenti, ſimiliter producit indiuiſibilia *vbi* iſtius, id eſt, vniones.

870 Demum iſtud *vbi* ſucceſſiuum ſolet dici *motus localis, & latio, tranſitus, tranſgreſſio*, quibus nominibus appellari poteſt etiam actio, qua id *vbi* produci-

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

Digitized by Google

ducitur, ſiquidem ad minus ea eſt motus, & latio vt *quo*, atque cauſaliter. habent præterea *vbi* corporea correſpondentiam ad ſpatium declaratam ſupra à num. 751. quid vero ſit *vbi*, & contiuuum ſucceſsiuum iuxta *Ariſtotelem*, & Peripateticos, legis ſupra à num. 758. nam, quæ dicta ſunt, traduntur à Philoſophis huius temporis, à quibus facile recedi non debuit.

QVAESTIO IV.

De modo incipiendi, & deſinendi rerum ac determinis paruitatis, & magnitudinis earum.

DOcti iam eſtis quid ſint compoſita naturalia, quæ, & quot eius partes, proprietates, & accidentia, & adiacentia, & potiſsimũ quæ cauſæ, quæ ſane otioſæ non ſunt, ſed in perpetuo motu, operando ſemper ita quod materia prima, & cætera ſubiecta omnia videantur perpetuis generationibus, & corruptionibus ſubiacere, & verum omnino ſit quod per *Eccleſiaſ.* dixit Spiritus Dei *generatio præterit, generatio aduenit.*

Vſurpatis præterea vel ipſis, oculis ex cõpoſitis naturalibus cõplura eſſe mole grandia, alia minima, mediocria plura, idcirco in præſenti quæſtione docendi eſtis duo, primum eſt, quæ effecta fiant à cauſis ſuis in temporis partibus, quæ in inſtãtibus eius, quæ ſucceſsiue, quæ ſimul; & conſequenter quæ incipiant eſſe in tempore, quæ in inſtanti, & quæ item corrumpantur in tempore, quæ in inſtanti; nam quando eſt generatio vnius, eſt corruptio alterius. Secundum eſt, an à natura præſcripti ſint aliqui termini magnitudinis, & paruitatis cõpoſitis naturalibus corporeis, quos iſta præterire non poſsint. de quibus quoque legantur *S. Thomas* in *Alamanio* hic q. 23. a. 5. & ibi *Ariſtoteles*, & 1. Phy. t. 36 2. de Anim. t. 41. 7. Polit. c. 4.

S. Thomas
Ariſtoteles

SECTIO I.

Explicatis quibuſdam terminis, determinat quo modo incipiãt, ac deſinant eſſe res permanentes, & ſucceſsiue.

871 EX *Ariſtotele S. Thoma*, & *Communi* colliguntur duo modi incipiendi rerum, ac duo deſinẽdi, primus modus incipiendi dicitur *primum eſſe*, ſecundus *vltimum non eſſe*; tunc ergo vna res incipit per primum ſui eſſe, quando incipit eſſe in aliquo determinato inſtanti, cum immediate antea non fuerit, & hic dicitur *modus intrinſecus incipiendi*, quia re vera in ipſo inſtanti res eſt.

Ariſtoteles hic c. 6. & l. 8. c. 8.
S. Thomas ibidem.

Tunc vero res incipit *per vltimum ſui eſſe*, quando incipit in tempore, ſed nos aſsignamus inſtans, in quo res vere non eſt, ſed immediate poſt erit in tempore immediate ſequenti, quia non poſſumus aſsignare partem determinatam temporis, in qua inceperit, intrinſece eſſe, cum dentur infinitæ partes minores, & minores; quare ſignata qualibet iam illa ante inceperat, & ſic in infinitum, atque iſte modus dicitur *modus incipiendi extrinſecus*, quia in eo inſtanti res non eſt, & ideo illud non tangit duratione res, ſed immediate poſt eſt in tempore ſequenti.

Deinde primus modus deſinendi dicitur *primum non eſſe*, ideſt inſtans, in quo res perit, ante quod immediate antea fuerat, & dicitur iſte *modus deſinendi extrinſecus*, quia tunc in aſsignato eo inſtanti res non eſt, ſecundus modus deſinendi dicitur *vltimum eſſe*, ideſt, inſtans, quod aſsignamus, in quo res vere eſt, quæ immediate poſt in tempore ſequenti non erit, & iſte appellatur *modus deſinendi intrinſecus*, quia in inſtanti aſsignato vere res adhuc eſt, ac perſeuerat.

Præter dictos duos modos incipiendi, ac deſinendi alius non eſt, cum nihil poſsit incipere, aut deſinere niſi in tẽpore, vel in inſtanti; recurrimus verò nos ad inſtantia, vt facilius, & magis determinate noſcámus exiſtentias

tias

tias primas, & durationes rerum, eas quaſi redeundo, vti monet *Ariſtoteles*, ad terminos indiuiſibiles, quare vt dicta breui repetamus *incipere*, ac *deſinere extrinſece* dicimus id, quod in eo inſtanti, in quo affirmamus incipere, aut deſinere, non eſt, vnde tale inſtans inceptionis & deſitionis dicitur *negatum*; contra vero dicimus *incipere*, ac *deſinere intrinſece* id, quod in eo inſtanti, in quo incipere, ac deſinere affirmamus, eſt, & ideo tale inſtans inceptionis, & deſitionis dicitur *affirmatum*.

Ariſtoteles

872 Quod ſi illæ voculæ *primum eſſe*, *vltimum non eſſe*, & reliquæ, te confundunt, quia earum ſignificata è memoria excidunt, nil moreris, vtere illis *in tempore*, *in inſtanti*, quæ clariores ſunt, & æquipollentes, & addi *intrinſece*, & *extrinſece*, prout res exiſtat, vel non exiſtat, in aſsignato tempore, nam illæ voces non habent aliud myſterium. De his tamen, ac dicendis videri poſſunt *Conimb.* 8. Phyſ. c.8.q 4. *Suarez* t.3.in.3.p.d.8.ſect.2. *Rubius* hic c.6. *Toletus* c.7.q.4. *Hurtado* d. 5.ſect.8. *Arriaga* d.16.ſect.12.& *Ouiedo P.rer* l.14 c.9. *Tellez* d.35.ſect.5. quibus poſitis.

Dico primo res ſucceſsiuæ, vti ſunt motus locales, incipiunt *per vltimum ſui non eſſe*, ideſt, extrinſece, & in tempore, probatur, quia motus locales habent partes priores, & poſteriores alias poſt alias fluentes, ſed in inſtanti non poſſunt eſſe eiuſmodi partes, ergo illi motus non poſſunt incipere per primum eſſe, vel in inſtanti, & confirmatur, quia, vt tradunt *Ariſtoteles* hic c.6.& Interpretes *S. Thomas Auerr. Philoſ. Simplicius, Themiſt. Rubius* hic a num. 81. cum *Toleto*, *Pererio*, & *Conimbric.* motus non habent primum mutatum eſſe, ideſt, indiuiſibile initio terminans partes motus, & meritò, quia vt clarum eſt, id nequit fieri, nec exiſtere in inſtāti, quando partes, quæ ſunt ſuum ſubiectū, non ſunt, nec fuerunt, nec fortaſſe erunt.

Ariſtoteles
S.Thomas

Deſinunt verò, ac deſtruuntur præfatæ res ſucceſsiuæ *per primum ſui non eſſe*, ideſt, extrinſece, & in inſtanti, in quo non ſunt, cum in tempore immediato antecedenti fuerint; probatur eadem ratione, quia ſi res ſucceſſiuæ deſinerent per vltimum eſſe, ideſt intrinſece, & in tempore, in illo inſtanti, quod eſſet vltimum durationis, vere dici poſſet tunc eſſe motum, qui immediate poſt futurus non eſt; ſed hoc eſt impoſsibile; ergo deſinere debet per primum ſui eſſe. patet minor, quia ſecus iam eſſent in inſtanti partes motus priores, & poſteriores ſibi ſuccedentes, quod eſt implicatoriū.

Dico ſecundò, indiuiſibilia rei ſucceſsiuæ incipiunt *per primum eſſe*, ideſt, in iſtanti, ac deſinunt *per vltimum eſſe*, ideſt, in tempore, probatur, quia ea indiuiſibilia ſolum durant in inſtanti, & ſic in eo incipiunt eſſe, & ſunt, & deſinunt eſſe poſt inſtans in tempore immediato ſequenti; quod intellige de indiuiſibilibus continuatiuis rerum ſucceſsiuarum non determinatiuis, quæ poſſunt diu durare, ſi, videlicet, ſiſtat res, quæ mouetur; & perire in tempore, ſi res vlterius pergat, vel etiam in inſtanti, ſi res in inſtanti emoriatur.

Ex his colligo res, quæ ſunt permanentes ex natura ſua, vti ſunt calor, frigus, & huiuſmodi, quando producuntur ſucceſsiue, vti fere ſemper contingit, incipere ſimiliter, atque res eſſentialiter ſucceſsiuas, nempe in tẽpore, ſiue *per vltimū ſui non eſſe* propter eamdem rationẽ. Atq; qualitates quaſcunq; ſiue formas, ſeu qualitatū, & formarū partes, quæ deſtruūtur expulſę à ſubiecto per ſucceſsiuā introductionẽ nouarum qualitatum formarum, vel partiū earum, ſucceſsiuæ intrantium in idem ſubiectum, deſinere in tempore, ſiue *per vltimum eſſe*. 873

Probatur, quia qualitates iſtæ, vel formæ deſinunt, quando aliæ victrices intrant, & incipiunt eſſe in ſubiecto; ſed aliæ intrant, ſiue incipiunt eſſe in tempore, ſiue *per vltimum non eſſe*; ergo illę deſinunt ſimiliter in eodẽ tẽpore, ſiue *per vltimū eſſe*: maior eſt certa, quia ſubiectū nõ poteſt eſſe naturaliter vel per inſtans vacuum, & ſine forma.

Dicit tertio *Communis* cum *S. Thoma* res permanentes, & quæ producuntur permanenter, incipiunt communiter *per primum ſui eſſe*, & deſinunt *per primum ſui non eſſe*, ideſt, incipiunt in inſtanti, & intrinſece, ac deſinunt extrinſece in inſtanti, probatur, quia eæ res aut ſunt indiuiſibiles, S. Thomas

&

& ſine partibus, vti ſunt animæ rationales, aut producuntur integræ ſecundum omnes ſuas partes, vt animæ viuentes, & reliquæ ſubſtantiales formæ, quando primo producuntur; ergo congruentius producuntur ſimul, & ſine ſucceſsione, ergo incipiunt *per primum ſui eſſe*.

Ex quo fit conſequenter deſtrui, ac deſinere eſſe formas corruptibiles præexiſtentes in ſubiecto, per primum ſui non eſſe, ideſt, in eodem inſtanti, in quo formæ nouæ intrant in ſubie-
Ariſtoteles. ctum; nam quando fit; & incipit *ge-*
S. Thomas *neratio vnius*, ſimul adeſt *corruptio alte-*
1.G.!. *rius*, vel abſentia, ſi ea fuit forma incorruptibilis, aut immortalis.

Hæc opinio temperatur à nobis t. de *Gen.* à num. 10. vbi dicimus generationes rerum, quæ petunt minimā, ac determinatam extenſionem, fieri in tempore per actiones ſimultaneas, quia ipſarum diſpoſitiones vltimæ perficiuntur ante inſtans. rerum vero, quæ minimum non petunt, primo fieri ſucceſsiue, & in tempore eo paſſu, quo fiunt diſpoſitiones, ſed an Deus in principio produxerit omnia, quæ tunc fecit, per inſtantaneas actiones, vel ſimultaneas, hoc eſt, in inſtantibus, vel in tempore imaginarijs, quis ſciat; id certum videtur, quod, ſcilicet, cuncta integra, & perfecta fecerit, & ſubinde per actiones ſimultaneas.

Dico quartò. bene poteſt contingere quod Deus producat Angelum, vel animam rationalem, vel aliud quidpiam indiuiſibile in tempore, ſed non commenſuratiue ad tempus, neque ita quod partes effectus neceſſario correſpondeant partibus temporis, & ſic Angelus incipiet eſſe per vltimum non eſſe, ſiue in tempore. ita dicit *communis ſententia*, & probatur ſufficienter ſola rei declaratione.

874 Etenim dupliciter poteſt produci aliquid in tempore, vno modo per quamdam correſpondentiam ad tempus, ita quod partes diuerſæ effectus producantur in diuerſis partibus temporis; & hoc modales impartibilis, vt eſt quidam Angelus, non poteſt produci in tempore: Secundo ita vt res producatur in tempore, & eius productio exiſtat ſimul, & impartibiliter tota in toto eo tempore, & in qualibet particula eius, quemadmodum dupliciter etiam contingit rem eſſe in loco; primo cum correſpondentia partium ſui ad partes loci, qualiter eſt in loco Petrus; ſecundo eminenter, qualiter correſpondet Angelus loco, vel anima rationalis.

Secundò probatur à triplici paritate, quoniam indiuiſibile continuans partes entis ſucceſsiui, quod eſt in inſtanti, deſinit in tempore, ſiue per vltimum eſſe; & terminatiuum entis, ſiue continui permanentis producti ſucceſsiue, emanat in tempore; & conſeruatio Angeli incipit in tempore, ſiue per primum eſſe; ergo ſimiliter Angelus, vel res alia indiuiſibilis poterit incipere, & primo eſſe per vltimum non eſſe, ſiue in tempore, licet non cum correſpondentia ad tempus.

Sed notandum caſu, quo Angelus produceretur in tempore immediate poſt inſtans, ita rem ſe habere, vt Angelus ſit totus ſimul cum eo toto tempore, & totus cum ſingulis eius partibus, ita tamen quod ſi eam temporis portionem in duas partes diuidas, Angelus totus ſit in prima, & totus in medietate eius primæ, & in dimidio eius dimidiæ, & ſic in particulis prioribus diſectis conſi.ieiatione in infinitum.

Et ideo Angelus erit prior tempore, ſin minus omnibus temporis partibus collectim ſumptis, in quibus primo eſſe contingit, nec illa parte adæquate ſumpta, inter quam, & inſtans nihil temporis mediat, quia cum ea exiſtit ſimul; reliquis tamen omnibus partibus poſt inſtans extrinſecum creationis ſuæ atque poſt illud aliquod tempus, quod ſubſequitur ad illud aliquod tempus, cum quo ſimul coexiſtere incepit Angelus. quamuis & horum, quæ dicimus. plenum intellectum, nos hic Angelis reſeruamus.

SECTIO II.

Diluit rationes probabiles opinantium res quoque ſucceſſiuas incipere in inſtanti: & ſubinde habere indiuiſibilia initiatiua.

875 IN primis P. *Arriaga* preſſus adhuc difficultate partium continui, hic etiam dum tractat d. 16. à nu. 243. de rerum *inceptione*, & *deſitione*, re, & verbis acriter opponit ſe toti doctrinæ communi præcedenti, ex quo ſummatim ſic nobis obijcies, res ſucceſſiuæ per vos incipiunt in tempore, & extrinſece, ideſt, per vltimum ſui non eſſe, quatenus verum eſt dicere nunc non eſt motus, immediate tamen poſt nunc erit; ergo immediate poſt vere poterit dici, iam motus de præſenti nunc eſt, & immediate antea non fuit, quod eſt incipere per primum ſui eſſe, & ſimile argumentum poteſt inſtaurari contra reliqua præfata noſtra dicta.

Ariſtoteles

Reſpondeo tamen ego, qui cum *Ariſtotele* contra *Zenonem*, concedo tẽpus congeſtum, & continuum ex partibus, & inſtantibus, non ex ſolis inſtantibus contiguis. conceſſo antecedenti, diſtinguendo conſequens: vere poterit dici immediate poſt inſtans *iam motus de præſenti nunc eſt, & immediate antea non fuit*, ſi his terminis *de præſenti nunc eſt* ſignificatur, vt large poteſt, pars temporis quaſi moraliter ſimul exiſtens, & ſic concedo conſequentiam, ſi ſignificetur inſtans dictum rigoroſe *nunc temporis*, & ſic nego conſequentiam: quia, vt ſupra dictum eſt, motus nequit eſſe, nec incipere in inſtanti. hinc reſpondebis ad reliqua argumenta, quæ ex parte fundantur in nominibus, & modo loquendi, tu tamen communes modos loquendi facile non deſeras.

S. Thomas 3. de Pc. c. 17. & ad 25. & 6. Ph. l. 8.

Deinde *Themiſtius* hic ſupra tex. 48. *Valleſ.* contr. 6. ad Tyrones, ſed &, vt prætendit *Alamanius* q. 24. a. 4. *Thomas* exiſtimarunt in motu eſſe primum indiuiſibile, & ſimiliter in tempore primum *nunc*; & ſubinde res ſucceſſiuas incipere per primum eſſe, ideſt, in inſtanti, & intrinſece rationes *S. Thomæ* & aliorum in ſumma ſunt hæ.

876 Prima eſt. continua permanentia vtrimque terminantur indiuiſibilibus; ergo ſimiliter terminantur fluentia; quia eiuſdem rationis eſt inceptio, & terminatio in omnibus continuis, vt patet ex 6. Phy. cum ergo detur in linea primum punctum incipiens, & aliud terminans lineam, ſimiliter in motu dabitur primum, & vltimum momentum.

Secunda ratio eſt. quia omne continuum ſucceſſiuum eſt finitum; ergo vtrimq; finitur termino duplici concluſum, alio, nimirum, in initio, alio in fine; ſecus ex parte initij eſſet ſine termino, & ſubinde infinitum, & confirmat *S. Thomas*, quia quodlibet continuum eſt quantitas finita, at omnis quantitas, ex omni parte terminos habet; ſed neque contradicit, ſubiungit S. Doctor *Ariſtoteles*, qui non negat primum indiuiſibile initiatiuum motus, ſed ſolum negat primum mutatum eſſe, quod eſt valde ab illo diuerſum; hoc enim ſupponit partem motus præcedentem, illud vero non, ſed eſt initium omnium partium motus.

S. Thomas 2. l. 3 l. 1. 5.
Ariſtoteles hic t. 53.

Sed reſpondeo ad primam conceſſo antecedenti, negando conſequentiã: diſparitas eſt in hoc, licet in alijs proportio ſua ſit inter ea continua, quod indiuiſibile initiatiuum cõtinui permanentis habeat ſubiectum, vbi ſit; indiuiſibile autem continui ſucceſſiui non, vt ſupra probatum eſt: omnis vero modus requirit ſubiectum, vbi ſuo modo ſit.

Ad ſecundam dic omne continuũ ſufficienter dici finitum, tametſi terminos poſitiuos non habeat, ſi tamen habeat negatiuos ideſt, ſi certo loco concludatur, & vlterius non progrediatur. ad confirmationem *S. Thomæ* dices quantitates habere actu terminatiua poſitiua, quarum illæ ſunt capaces, & ſubiecta eſſe poſſunt; cum vero motus non ſint in inſtanti, vt pote, qui incipiunt eſſe in tempore ideo capaces non eſſe indiuiſibilium initiantium, & ſubinde hæc non dari.

S. Thomas hic l. 8.

877 Iam vero dixi ſupra ſolere indiuiſibile terminatiuum motus, continuare motum ſubſequentem, quando.

Digitized by Google

do contingit mobile quietum vlterius pregredi, quo caſu nõ nego poſſe ſimile indiuiſibile dici terminatiuũ, continuatiuũ & item initiatiuũ noui motus, cũ debita applicatione, & diſcretione. denique rationes *Ariſtotelis* bene perſpectæ, non tantum excludunt ab initio motuum indiuiſibilia dicta *mutata eſſe*, ſed etiam pure initiatiua, & ex parte initij terminantia, ſtare ergo pro nobis *Ariſtotelem*, & Sacrum Interpretem, putamus cum *Rubio*, & alijs licet non exiſtimemus ſententiam noſtram certam eſſe, quinimo in oppoſitam inclinemus infra n. 911.

Ariſtoteles *S. Thomas*

Hactenus de terminis exiſtentiæ, & durationis rerum naturalium de alijs verò terminis magnitudinis & paruitatis ipſarum, dicemus alibi commodius, vbi cũ *Philoſopho*, *S. Thom.* & *Communi* viuentibus certos terminos, qui præteriri non poſsint, præfigemus; non viuentibus non item, cuius potior ratio eſt experientia, quis enim vnquam viderit hominem propè infinitæ molis, aut inſtar culicis, *ignis* autem *nunquam dicit ſufficit*, & ex alia parte in ſcintilla vel minima reperitur, ideo dixit Philoſophus *ignis augmentum in infinitum eſt*. licet contradicat S. Doctor in *Alaman.* q. 44.

Ariſtoteles 2. Ph. t. 36. *S. Thomas lect. 9.*

Ariſtoteles 2. de an. t. 41. *S. Thomas 1. p. q. 7. a. 3.*

QVAESTIO VI.

Alio remittit tractationem de motu poſsibili, vel non poſsibili, Puncti ſeparati.

878 Quoniam *Democritus* putauit cõtinua, ſiue corpora fieri ex atomis indiuiſibilibus, olim quidem ſeparatis, ſed qui paulatim per motum coniungebantur; *Ariſtoteles* hic c. 3. contra ipſum inuectus, multis probat eam opinationem falſam eſſe etiam ex eo capitulo, quod ſit impoſsibile moueri pũcta indiuiſibilia, & ſubinde impoſſibilem eſſe coniunctionem ipſorum ad corpus congerendum. Philoſophi vero rationes ipſas legenti in ipſo, vel in *Rubio*, aut alijs interpretibus, inſufficientes videbuntur.

Ariſtoteles

Noſtrum ſenſum dicemus nos alibi commodius, & negare non poterimus illas rationes militare contra puncta coniuncta cum partibus, quæ tamen conſtat moueri motu alterationis, & locali. & aliunde facile capitur quo pacto indiuiſibile ſeparatum poſſit ſaltem diuinitus moueri per lineam, ita quod ſucceſsiue lineam faciat, vti declaraui ſupra num. 846. agens de globo ſpærico moto per punctum ſupra planum.

Sed de 6. lib. hæc ſufficiant. legatur interim S. *Thomas* ſupra textum, vel in *Alamanio* hic q. 24. a. 2. *P. Tellez* in d. 35. ſect. 4. cum alijs citatis tenuit contra *Ariſtotelem*, & *S. Thomam*, *Rubium*, & alios indiuiſibile diuinitus ſemel ſeparatum poſſe naturaliter ab aliquo agente extrinſeco moueri, quod valde difficile videtur, cum linea eius motus ſit modus partium, quas ibi non habet. ideo vix diuinitus poterit moueri, ni fingatur poſsibilis ſpiritualis motus, nam corporeus eſſe non poteſt, quia nec trine dimenſa, nec ad trinam dimenſionem deſtinari quibit iſthæc linea motus.

S. Thomas hic l. 5. & 12.

Digitized by Google

DISPVTAT. VII.

IN SEPTIMVM LIB. ARISTOTELIS DE PHYSICA AVSCVLTATIONE.

Commentaria. & Interpres.

879 ISte liber continet capita quinque. in primo ſtatuit *Ariſtoteles* illud illuſtre Theorema, *omne quod mouetur ab alio mouetur*, ex quo reuincit tandem, ne concedatur proceſſus infinitus, deueniendum eſſe ad aliquem primum motorem, nempe Deum, qui ab alio non moueatur, ſed immotus ipſe reliqua omnia moueat. nec mirandum ſi hic egerit de Deo, de quo Metaphyſica etiam agit, nam Phyſica de Deo agit eum conſiderando vt *mobile actiuum*, ſiue ſub prædicato mouentis, vt apparet ibi, *Deus omnia operatur. eſt primum principium cæleſtium motuum, & aliarum operationum*. Metaphyſica vero Dei ipſius naturam, & attributa conſiderat, vt vides ibi, *Deus eſt ens primum, optimus, maximus, infinitus, immenſus, & ipſe eſt qui eſt*, vti aduerti ſæpe ſupra à num.6. & conſentiunt in prologo huius libri *Conimbricenſes*.

Ariſtoteles

S. Auguſt. 8. de Ge. ad l. c. 20. & Ciuit. c. 9.

In capite 2. probat Philoſophus mouens quodlibet debere eſſe iuxta mobile, quod mouet, vel tractu, vel pulſu, vectione, vel volutatione, ſiue vertigine, vel quouis alio motu locali, vel non locali, licet, vt bene *Rubius* aduertit hic, *Ariſtoteles* ſolum egerit de motu locali, vti notiori ad demonſtrandum exiſtere primum motorem, non quia non poſſit idem demonſtrari ex alijs motibus, & operationibus, vt bene notat *S. Thomas* hic lect. 2. *S. Thomas*

In tertio directè prætendit probare non ſola agentia localiter mouentia, ſed etiam alia, quæ ſubiecta alterant, vel producunt alium quemuis motum, debere eſſe iuxta mobile, dum oſtendit ad ſolas qualitates terminari per ſe alterationes, quæ ſunt actiones producentes qualitates ſubiectum facientes, non aliud, ideſt, diſtinctum ſubſtantialiter, ſed alterum, ideſt; diſtinctum in accidentibus: quamuis *tot ſint ſpecies motus, quot entis*; & ſubinde multi ſint, ſubſtantiales, iuxta dicta ſupra num.670. in 4. & in 5. comparat motus locales inter ſe quo ad velocitatem, & tarditatem, & ponit regulas pro cognoſcendis tarditate, & velocitate. Legatur *S. Thomas* in commentario ſuo, vel in *Alamanno* q.24. & 25.

Ariſtoteles 3. Ph. initio

S. Thomas

QVAESTIO VNICA.

Comparat mouens, & mobile cum motu, & varios motus inter ſe; vbi de multiplici genere Mouentium, & motuum.

880 QVoniam, vt aiebat *Ariſtoteles* 5. lib. t. 3. in quauis generatione, *eſt mouens, & quod mouetur, atque id, in quod mouetur*, ideſt, vt explanat *Pallauicinus*, quoniam certum eſt hæc tria ab inuicem diuerſa in motu, ſiue generatione quacunque reperiri, nempe, id quod mouet, ſeu *mouens*, & id quod mouetur, ſiue *mobile*, & id, quo mouetur mobile, quod eſt *motus*, ſiue forma, ad quam poſſidendam tranſit de nouo mobile: oportet hæc omnia collata inter ſe, conſiderare, vt intimius à

Ariſtoteles

nobis

nobis penetrentur; ſcimus autem ex dictis motum à mouente, & a *mobili* diſtingui; nunc videndum ſupereſt S. *Thomas* an mouens ſemper a *mobili* diſtinguatur realiter, etiam quando mouens eſt proprie natura, ideſt, principium motus eius, in quo eſt. quod vt euidentius exequamur, diſcurremus breui per omnia genera mouentium, ſiue cauſarum.

SECTIO I.

Defendit verum eſſe effatum illud Ariſtotelis omne quod mouetur ab alio *diſtincto* mouetur, *& dari vnum primum Motorem immotum.*

Ariſtoteles POſtquam *Ariſtoteles* lib. 2. 3. & 5. determinauit *naturã eſſe quidquid eſt principium motus*, & definiuit mouentia quatuor, nempe quatuor genera cauſarum, & ſæpe indicauit motus, ſiue operationes earum cauſarum, & mouentium ab ipſis diſtingui, procedit probando in hoc libro ſequenti, ſemper eſſe diſtincta inter ſe principium mouens actiuum, & mobile paſſiuum, ſtatuendo illud principium *quidquid mouetur ab alio mouetur*, ideſt, quidquid mouetur recipiendo motum productum, ab alio à ſe diſtincto mouetur, licet ſæpe contingat mouens coniunctum eſſe cum eo, quod mouetur, & intra idem compoſitum; quia, ſcilicet, ſæpe eſt mouens principium motus eius, in quo eſt, vt legis ſupra a n. 358.

Quamuis vero *Ariſtoteles* egerit ſolum de mobili corporeo, atque de S. *Thomas* 3. *de an. l.* 12. mouente localiter, propter id, quod ſupra notabamus ex *Rubio*, nos intendimus probare axioma verum eſſe, ac tenere in omni genere mouentium mobilia per quemuis motum, ſiue mutationem, & probamus ſic breui diſcurrendo per ſingula principia mouentia definita ſupra a n. 58.

881 Dicimus ergo primò omne principium mouens effectiuè, ſiue omnis cauſa efficiens ſemper diſtinguitur realiter a mobili adæquate ſumpto probatur hoc primo ex rei declaratione deſcendendo ad caſus, & cauſas particulares. nam quidquid mouetur, aut mouetur per iocalem motum, vel per motum non localem, ſeu per receptionem motus alicuius, & formæ permanentis; ſed per quemlibet horum motuum mouetur ab alio diſtincto realiter; ergo quidquid quomodocumque mouetur ab alio diſtincto mouetur.

Patet minor. nam ſi motus eſt violentus, ſi tab agente extrinſeco, paſſo non conferente vim, ideſt, contra eius inclinationem naturalem: ſi naturalis, aut is ſit per emanationem, aut per actionem ſimpliciter dictam, ſi ſit primo modo, vti ſit motus lapidis ad centrum, tribuitur generanti lapidem cum illa naturali inclinatione; generans autem ſine dubio diſtinguitur realiter à iapide genito. *Ariſtoteles h. c. a. t. 1.* S. *Thomas le. l. 1. &* 8. *Phy. l. 2.*

Vel dic eum motum fieri à qualitate, quæ dicitur *grauitas*, & recipi in toto lapide, quia totus iapis mouetur; atqui totus diſtinctus eſt à ſua grauitate ratione entium à grauitate differentium in lapide exiſtentium. Tertiò dicere potes principium adæquatum mouens eſſe principium adæquate efficiens, in quod intrant Deus, vt cauſa vniuerſalis, ratione cuius eſt euidens, quod ſemper principium mouens pluſquam realiter diſtinguitur a mobili, vel moto: & idem dices inquantum potueris in aliis motibus quibuſcunque iocalibus, vel non iocalibus, factis, vel non factis per emanationem quando non inuenias diſtinctionem realem inter creaturas mouentem, & motam.

Si autem motus locaiis naturalis fiat per veram actionem v. g. ab aliquo bruto, vel homine; adhuc mouens diſtinguitur a motu; quia, ſcilicet, animal ratione potentiæ ſuæ motiuæ producit motum in ſe toto, vnde principium mouens eſt potentia motiua, & reliquæ partes animalis mouentur; neque facit contra *Ariſtotelem* quod etiam ipſa potẽtia motiua moueatur, quod & ipſe hic concedere videtur; tum quia eius potentiæ motus eſt per accidens, ideſt, a mouente ſe non intentus; tum quia mobile, ſiue quod *Ariſt. 1 lbr 7. Phyſ. l. 1.*

moue-

mouetur adæquate ſumptum, etiam imrante potentia motiua differt à principio proximo mouente ſicut differt pes animalis à reliquo corpore, quod moueri ſolet *per motum pedis.* nimirum, ſicut differt pars à toto, ſiue ſicut differt vna pars comparata cum tribus, in quibus ipſa pars eſt, ideſt, diſtinctione dicta includentis, & incluſi, quæ quidem ad verificandum axioma ſat eſt, & infra alijs exemplis magis explicatur.

S. Thomas 7. Phy. l. 1.

882 Ruſus certum videtur diſtingui realiter inter ſe quod vis agens tranſeunter, & ſubiectum, ſeu mobile motum per motum non localem; nam ignis ſine dubio differt à paſſo in quo producit ignem, & calor à ligno, quod mouet producendo in eo calorem; & ita ſe habent reliqua agentia ſubſtantialia, & accidentalia comparata cum prædictis ſuis ſubiectis mobilibus.

Sed & agens vitale immanens ſimiliter differt à paſſo, ſiue mobili, quãtumuis enim motus vitaliter productus immaneat in gremio principij ſui, ita quod videatur eſſe idem principium mouens, & motum; ſemper tamen inuenietur aliqua differentia, ratione alicuius concauſæ partialis exiſtentis in principio mouente, quæ non ſit in mobili, vel è conuerſo.

Exempla rem illuſtrant. anima & potentia viſiua ſunt cauſæ actus videndi, & eius principium actiuum, eius autem mobile, ſiue ſubiectum receptiuum actus, eſt ſola potentia viſiua, non anima; deinde, anima, & intellectus, & ſpecies intelligibilis ſunt principia partialia mouentia, & efficientia actus intellectus, quem ſolum recipit anima, & intellectus, vel ſolus intellectus; tertiò, etiamſi ſola voluntas producat phyſice actum amoris, eumque ſola recipiat, verum eſt axioma propter tria, primò, quia mouens eſt voluntas ſimul cum Deo, & motum ſiue mobile ſola voluntas.

S. Thomas. 12. q. 9. a. 1. a. 3. *S. Auguſt.*

Secundò, quia vt tradit *S. Thomas*, & nos diximus ſupra n. 66. principium actuum amoris eſt voluntas, & intellectio, & finis, ſiue obiectum mouens, iuxta illud *Auguſtini*, nihil *volitum, quin præcognitum*. Tertio! quia iuxta illud *actiones ſunt ſuppoſitorum ſiue ſingularium* integre ſumptorum, & ideo Homo totus dicitur amare, iraſci, & miſereri, nec congrue dicas, ait *Ariſtoteles*, anima miſeretur aut iraſcitur, licet ipſa immediate ſimiles actus eliceret.

Ariſtoteles 1. de ani. t. 64.

Dicimus ſecundò, ſemper materiale mouens, ideſt materiale principiũ motus, vti ſunt materia prima, & reliqua ſubiecta, diſtinguuntur realiter à rebus motis per ipſa; & ſimiliter formale mouens, vti ſunt formæ omnes, diſtinguitur à rebus per ipſas motis, ſiquidem eſt euidens diſtingui realiter cauſas materiales & cauſas formales ſeorſim ſumptas, & ab ſe inuicem, & a ſuis compoſitis, quæ mouentur, & quorum motuum ſunt principium, vti dicebam ſupra a n. 363. quando dicebam naturam eſſe tum formam, tum etiam materiam. 883

Dicimus tertiò, licet fere ſemper cauſæ omnes morales, & motiua cuiuſuis generis, ideſt. finales, exemplares, conſilia, imperia, & huiuſmodi, ſoleant realiter diſtingui a mobilibus, ſiue ab agentibus propter eas cauſas intentionaliter motis, tamen contingere poteſt aliquando cauſam finalem mouentem, ſiue finem *cui*, nõ diſtingui ab homine moto per ipſum v.g. quando homo ſe, & ſua omnia intrinſeca amaret vt finem, tunc enim homo ipſe eſſet mouens, & motus, ſiue mobile, quatenus propter ſemetipſum vnice dilectum tamquam propter finem moueretur ad eligenda media ad ſe conſeruandum incolumem: licet etia in eo caſu, vt notaui ex *S. Thoma*, homo per vnum actum, ceu per comprincipiũ mouet ſe ad alios actus, quibus mouetur ipſe, & non is actus.

S. Thomas

Præterea eſt item congrua explicatio Axiomatis prædicti, & *Ariſtoteli* conformis, quam ſupra n. 472. mutuabamus ex SS. PP. *Thoma*, & *Auguſtino*. nempe quidquid mouetur, & operatur, ab alio præmotum eſſe prius, atque moueri, nempe à Deo, qui mouiſſe, ac mouere dicitur creaturas omnes operatiuas, ac mouentes, non quia eis imprimat phyſicas præmotiones ad actu operandum, ſed quia, & in quantum dedit illis initio conditionis ſuæ, eſſe poſſe operari, & vtrumque conſeruat ineſſe, & cum ipſis cooperatur. Poſtremo *S. Thomas* hic ſupra tex.

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

Digitized by Google

textum, & in *Alamanis* q.25.a.2. & alij interpretes colligunt cum *Ariſtotele*, ex præfato axiomate primum *motorem*, quem appellat ille omnino *Immobilem*, *Perpetuum, vnum, virtutis infinitæ*, & ratio ſic eſt, quidquid mouetur ab alio motore mouetur; ſed in motoribus præſertim localiter, nequit procedi in infinitum, ita quod hoc mobile ab illo moueatur, & illud ab alio, & ſic ſine fine, vt manifeſtum eſt, ſecus in hac hora forent præſentes motores infiniti, quinimo & totidem mobilia & motus facti in quouis breui tempore, quod eſt aperte falſum.

Ariſtoteles. S. Thomas 1.p.q.2.ar.3. & 7.Ph. lib.2.

834 Accedit & alia ratio pro omnibus motoribus, & motibus, quia ſi non ponitur vnus primus motor, qui ſit origo, & cauſa cæterorum, etiam infinitorum, qui potuerunt, vti dicam infra, fuiſſe ab æterno, & ſucceſsiue produxiſſe, & reliquiſſe poſteritatem, ſequitur contradictio hæc, nimirum; eiuſmodi collectionem mouentium, creaturam eſſe, & non eſſe, dependentem, & independentem, ſiquidem à ſe ipſa, & non ab alio extra ſe, fieret, ac dependeret; & ex alia parte ipſa collectio Deus non eſſet. vide rationes *S.Thomæ*, & *Ariſtotelis* locis citatis, & fortaſſe, ſi eas capere poſsis, non placebunt, eas tamen elucidarunt PP. *Granado* legendus 1.p.c.1. tract.1.d.2. & *Granada* in ſymbolo parte primera capitulo 3. quas item indicat *S.Auguſt.* 10.Confeſſ. a c.6. & alibi frequenter.

S. Thomas. Ariſtoteles 7.Ph.at.3. S. Auguſt.

SECTIO II.

Reſpondet argumentis prætendentibus complura ſæpe à ſe ipſis, & non ab alijs moueri; & digreditur ad quæſtiones curioſas de grauitate, & leuitate, de impetu, & cauſa motus, quo proiecta mouentur.

S.Thomas 3.c.g.c.13 Ariſtoteles

SEd contra obijcit ſibi *S.Thomas* primò. videtur quod non omne, quod mouetur, ab alio moueatur, dicit enim Philoſophus 1.cæli t 87. quod grauia, & leuia mouentur a ſe ipſis, & 7.Ph.t.28. & 8.Ph. t 51. idem dicit de animal. ergo falſũ eſt theorema *Ariſt.*

Reſpondet S. Doctor quod etiam in ijs quæ mouentur a ſe ipſis adhuc, id, quod mouetur ab alio mouetur; animalia enim mouentur ab anima; & grauia, & leuia à generante, vti infra declarabitur, atque ad idem generans, vel creans recurres, quando videas res quaſi moueri a ſe ipſis producentibus in ſe ipſis proprias paſsiones, per emanationem.

Secundò obijcit. voluntas mouet ſe ipſam ad actum volendi, ſicut enim mouet cæteras potentias, ita & mouet ſe ipſam; ergo non omne, quod mouetur, ab alio mouetur; ſed reſpondet quod volũtas per vnum actum mouet ſe ad alium actum, & ideo ex parte mouentis elucet differentia mobili, aut modo.

S. Thomas 12.q.7. 3.& ad.3.

835 Tertiò obijcit. proiecta vbi deſinũt tangi a proijciente, mouentur, & tamen non eſt, à quo moueantur, ergo non omne, quod mouetur, ab alio mouetur; & reſpondet S.Pater conformiter ad opinionem *peripateticam*, quæ docuit per motum non alterari mobile, nec denuo recipere in ſe aliquam formam dictam *impetum*, aut aliter; proiecta vlterius propelli in abſentia proijcientis, à medio, nempe, ab aere, vel aqua violenter commotis à motore illo proijciente, & hoc fieri quouſq; durat impreſsio motus illius motoris; ſed quia hæc reſponſio *S.Thomæ* fundatur in doctrina obſcura, elucidanda à nobis erit per digreſsiones varias in ſequentibus.

S. Thomas 3.cel.l 70. bic.l.3.

Quarto obijcies. aqua calida, ab igne ſeparata, ſe ipſam mouet reducendo ſe ad priſtinam frigiditatem; ergo non omne, quod mouetur ab alio mouetur, ſed, omiſsis aliorum reſponſis, quæ referunt hic *conimbricenſ.* dices formam aquæ, quæ eminenter, & in virtute eſt frigida, producere per emanationem illam ſuam connaturalem paſsionem, qua aquæ totum compoſitum mouetur. vnde elucet diſcrimen inter mouens, & motum, nam illud differt ab hoc tamquam pars à toto, quod ſufficit ſecundum Philoſophum, & *S.Thomam*.

Ariſtoteles S. Thom.

Prima

Prima pars Sectionis decernit moueri grauia, & leuia motibus ſurſum, & deorſum a grauitate, & leuitate innatis qualitatibus, eos motus producentibus per emanationem, & reſpondet oppoſitis.

Condecet rerum Conditorem dare, ac dediſſe rebus conditis competentes potentias ad obeundas operationes, ad quas ſunt deſtinatæ,& ad obtinendum propria loca, & ſedes, conſeruationem propriam concernẽtes, & ideo credo, & video alijs dediſſe grauitatem, qua tendunt in centrum, vel inferiora loca; alijs leuitatem, qua in ſublime feruntur; quas ego potentias opinor cum multis Modernis, & colligo ex meis Præceptoribus eſſe qualitates emanantes à corporibus grauibus, & leuibus, ſubiectatas in quantitate ipſorum, quod indicat clare quantitas Euchariſtiæ, quæ abſenti ſubſtantia panis, & vini adhuc grauitat; & probatur, quia nulla cauſa congruentior poteſt aſsignari motuum deorſum grauium, quam ſimilis qualitas dicta *grauitas*, neque motuum ſurſum leuium, quam qualitas dicta *leuitas*; eæ ergo concedendæ ſunt.

826 Sed quoniam dicunt *Ariſtoteles* 8. Phy.t.29.& ſæpe alibi, & S.*Thomas* ſupra textus,& 1.p.q.18.a.1. motus grauium, & leuium prouenire ab eorũ generanti, & ipſi attribui, oportet nos tenere præfatos motus fieri à grauitate, & leuitate, non per actionem ſimpliciter dictam,ſed per emanationem, quæ eſt actio,qua res quæuis creata, augen ta in ſuo primo ortu, producit ſua complementa, & ornamenta; quæ ſubinde merito attribuuntur ſuo authori,quia producendo rem talem, in ea velut in radice, & ſemine producere viſus eſt conſequentia. vnde emanarunt illa duo prouerbia, quæ habes ſupra nu.511.*paſsiones attribuuntur generanti*,& *qui dat formam, dat conſequentia ad formam*. Vſurpata à noſtris Præceptoribus.

Ariſtoteles · *Thomas* · *Ariſtoteles* · *Auguſt.*

Sed opponis. non ſolent deſeruire cauſæ inſtrumentales ſuis cauſis principalibus, operando earum effectus per emanationem, ergo grauitas, & leuitas non producunt motus ſuos per emanationem. confirmatur. quia ſolæ ſubſtantiæ poſſunt producere effectus per emanationem,ergo non accidentia, qualiter ſunt grauitas,& leuitas.

Reſpondeo vt in plurimum ita eſſe, & cauſas inſtrumentales frequentius ſeruire cauſis principalibus producendo per veram efficientiam ab emanatione diſtinctam, ſed non videtur impoſsibile præſtari obſequium his, ab illis operantibus per emanationem, ad confirmationem,nego antecedens; multa enim fiunt per emanationem ab accidentibus, nam à quantitate emanat eius *vbi*, & terminatiua ſuperficies; & ſimiliter à reliquis accidentibus emanant ſuæ proprietates; atq; vt dicemus, Deo dante, lib. *de gener.* à primis qualitatibus in certa combinatione diſpoſitis, dimanãnt varij colores, quos illæ producunt in ſeruitium cauſarum principalium ſuarum

Secundò opponens, quod ſe mouet, viuit, ſed grauia, & leuia ſe mouent, ergo viuentia ſunt;ſed hoc eſt falſum; ergo & illud, ex quo ſequitur. diſtinguo maiorem, quidquid ſe mouet per veram efficientiam, & actionem ab emanatione diſtinctam, concedo,maiorem,per emortuam emanationem, nego maiorem, aduerte mouere ſe conuenire rebus tripliciter, primo propriſsime rebus liberis, quæ quia dominæ, ſunt ſuarum actionum, propriſsime dicuntur ſe mouere vltimo, ac determinare ad opus. ſecundò proprie viuentibus, quæ producendo intra ſe actus vitales, ſe agunt, ac mouent. tertiò minus proprie dicuntur mouere ſe, quæ producunt in ſe motus, & alias proprietates per emanationem. vnde non quidquid quomodilibet ſe mouet, viuit, *niſi per aliquam ſimilitudinem*. 887

S. Thomas 12.q.7.a.3 ad3. · *S.Thomas 1.p.q.18. a.1.* · *Ariſtoteles*

Tertiò oppones. Axioma, quod poſuit Ariſtoteles hic t.3. *nullum mouens mouetur motu*,ideſt,nihil poteſt mouere aliud, niſi ſimul moueatur, aut prius; ergo generanti plumbum, non poteſt attribui motus, quo fertur plumbum deorſum,& conſequenter motus grauium non fiunt per emanationem. patet conſequentia, quia contingere

poteſt

poteſt quietum eſſe generans plumbi,
plumbo ſe mouente.
Explico axioma,& vt generaliter ſit
verum, aduerto quod omne agens dũ
agit, & mouet aliud producendo mo-
tum, mouetur & ipſum ſaltem extrin-
ſece, nempe operando, & educendo
de ſe actionem, qua illud aliud mo-
uet, vel etiam à Deo mouetur per ſi-
multaneum, concurſum, & quatenus
ab ipſo retinetur in eſſe; nam ſecun-
Ariſtoteles dum *S.Thomam* & *Ariſtotelem* allegatos,
S. Auguſt. ſupra n.472. illud mouens mouetur
S. Thomas quod à Deo creatum eſt, & conſerua-
3. de Po. tum, & adiuuatur in motu, ſiue in
a. 7.] opere ſuo; quemadmodum ſerra, &
penicillus mouentur ab artifice ex
eo, quod hic concurrat ſimul cum
illis ad ipſorum inſtrumentorum
opera.
Oportêt ſic intelligere axioma
& non aliter, nam certum videtur
magnetem, & ſuccinum mouere mo-
tu tractionis ferrum, & paleas, quin
propterea illa trahentia moueantur
de loco ſuo; & probabile iudico An-
gelos poſſe mouere cælos, & alia cor-
pora, vel ſpiritus localiter, quin & ipſi
localiter moueantur, quamuis non
ſine interiori motu, qui ſit actus intel-
lectus, & voluntatis, quibus ſciat &
velit motus, & impetus, quos vult in
alijs cauſare; ac Deus omnia mouet
Ariſtoteles *immotus* ipſe, & intrinſece omnino in-
uariatus perſiſtens, qui tamen extrin-
ſece quaſi mouetur per actiones ad
extra, quibus cætera mouet creat, at-
que conſeruat.

Secunda pars Sectionis declarat quæ cauſæ, ſiue mouentia cauſent violentos motus proiectorum; & tractat de impetu quæſtiones ſolemnes.

888 Q Væſtioni huic reſpõdent *S.Tho-*
S. Thomas *mas* de pot. q 3. *comml*. hic
cap.2. q.1. a. 8. & alij, motus
proiectorum produci mediate à proij-
ciente ipſo, immediate vero à quali-
tate quadam impreſſa, & ab illo pro-
ducta in rebus proiectis, quæ dicitur
impetus. non nihil ad motus iſtos coa-
diuuante âere, vel corpore interme-
dio, per quod tranſit mobile proie-
ctum, quatenus id corpus retro va-
cuo ſuccurrens, aliquanto pilam, vel
ſagittam, vel aliud quidpiam proie-
ctum propellit à tergo, inſtat, & ur-
get. vnde venit axioma, *medium pro* *Ariſtoteles*
mouet ipſum motum.
Reſponſio hæc ſuadetur, quia nihil
poteſt cõgruentius aſſignari pro cauſa
horũ motuũ, quã impetus; ergo impe-
tus eſt antecedens probatur, quia proij-
ciẽs nequit eſſe cauſa immediata illo-
rũ, ſiquidẽ proiecta ſolent moueri etiã
velociſsimi, proijciente iam nihil a-
gente vel mortuo, vt vides quando
quieſcit, qui lapidem adhuc ſe mouẽ-
tem proiecit, vel moritur ſtatim ac
lapidem emiſit; & quando bombarda
diſploſa, & ſulfureo puluere combu-
ſto, motus pilæ velociſsimus perſeue-
rat; neque aer ſolus ſufficere videtur
ad cauſandos tam celeres motus in pi-
la, & lapide, quamuis, nonnihil iuuet.
Sed petes, quæ ſit cauſa motus, quo
mouetur Chriſtus D. in Euchariſtia, à
Sacerdote, vel à laico, hinc inde tra-
ctus. ſecundò, quod agens moueat a-
nimam noſtrã, quando homo ſe mouet
incedendo pedibus ſuis, vel ab alio
quouis animanti tractus, vel pulſus,
aut vectus equo. tertiò quid cauſet
motũ in cuſpide haſtæ, quando haſtã
quis ſumit per partem conti, & quis
lebetẽ in puteum aqua plenũ ſurſum
mouet, quando funis extractorius mo- *Ariſtoteles.*
uetur. quartò generaliter petis quid ſi- *S. Auguſt.*
bi velit illud commune theorema to- *2. de ordi-*
ties vſurpatum à noſtris Magiſtris, *motis* *nem c.6.*
nobis mouentur ea, quæ ſunt a nobis. *S.Thomas*
Reſpondeo ad primum Deum eſſe 889
cauſam particularẽ illius *vbi* superna-
turalis ſucceſsiui, quo mouetur Chri-
ſtus ad motũ ſpecierũ motarũ à quo-
libet. ad ſecundũ, quando homo mo-
uet ſuas partes corporales mediante
potentia motiua corporea, ab eius ani-
ma dimanat *vbi* ſpirituale tam velox,
quã eſt *vbi*, & motus corporis; & ſimi-
liter cõtingit quãdo quis mouetur per
motũ, aut impetũ cauſatum ab aliquo
externo vehente ipſum, aut ripellere;
nam quando quis vehltur equo, equi
potẽtia motiua producit in ſe & in re-
bus, quas geſtat motum, & *vbi* inquã-
tũ poteſt; quod ſi geſtat res ſpirituales
naturales, vel ſupernaturales, ipſæ ſi-
bi producent ſua *vbi* per emanationẽ.

vel Deus producet ea, vt cauſa particularis.

Ad tertium, ille, qui mouet primã, & ſibi proximam partem haſtæ, mouet poſtremam, quia pars vtraque eſt intra ſphæram actiuitatis motoris illius; & ſimiliter cauſat motum actionis in lebete, aut alio corpore legato fune, qui trahit funem mediante ſua potentia motiua, quæ aliquando producit impetum in corporibus pulſis, tractis, & deuolutis in gyrum, quando, ſcilicet, ea perſeuerant mouendo ſe quieta iam potentia motiua, aliquando ſolum producit motum, præſertim in rebus vectis.

Ad quartum ſenſus axiomatis eſt, moueri omnia, & habere nouum *vbi* ſucceſsiuum. quæ ſunt in nobis, mouentibus nos, quædam virtute potentiæ noſtræ motiuæ, nempe corporea omnia, quæ geſtamus, quibus potentia corporea dare poteſt vbicationes corporeas, quædam virtute aliarum cauſarum, iuxta quod dictum eſt ad ſecundum; atque ſecundum noſtros Præceptores aliqua moueri *per ſe*, alia *per accidens*, ideſt, quædam per motum à mouentibus ſe, per ſe intentum, quædam per motum ab eis non intentum per ſe, vt alibi declaratũ eſt.

Ariſtoteles
S. Thomas

Poſtremo quæritur an ſit, quid ſit, quotuplex, à quo ſit, & in quo impetus, & propter quid; & reſpondetur communiter exiſtere impetum, & probatur, quia motus lapidis ſurſum proiecti, & velociſsime aſcendentis, ſine dubio ſit ab impetu lapidi impreſſo, vti ſupra monſtratum eſt; impetus vero eſt qualitas ſuſcipiens magis, & minus, ac ex natura ſua paulatim deficiens, patet, quia aliquando intenſionem, aliquando remiſsiorem motum producit, tandemque cum motu langueſcit, ac deſtruitur. Alius eſt impetus corporeus, alius ſpiritualis, ille eſt, qui producit corporales motus, iſte, qui ſpirituales. vnde omnis impetus eſt propter ſuos motus producendos, tanquam propter finem.

S. Thomas. 1.p.q.105 a.5.

890 Cauſa efficiens impetus generaliter loquendo eſt cauſa proijciens, vel impellens corpus. & ſic in propellentibus animatis, cauſa impetus erit eorũ potẽtia motiua, quæ de *angelis*, & ſimul producere ſolet in corpore proiecto, & impetũ & motũ, & hũc deinceps impetus ille cõſeruat per aliquod tẽpus; impetus vero ipſe cõſeruatur à ſolo Deo conformiter ad ſuã deficientẽ naturã, & ſic à Deo finitur paulatim remitti, ac deſtrui per diminutionem concurſus. ſicut finitur calor aquæ, quando ea ſe reducit ad priſtinum frigus.

In propellentibus inanimatis ſolent cauſare impetum ſimul, & motum grauitas eorum, vel leuitas, vt apparet quando corpus graue deſcendit magno impetu; atque vnus impetus ſolet cauſare alium, vt contingit quãdo globulo ligneo in primis impetum, & iſte globulus percutit alterũ, aut corpus graue deſcendens obuiat alteri, idque retundit, & in his caſibus, & ſimilibus dici poſſet à grauitate, motu, & impetu partialiter concurrentibus, ſeque contemperantibus produci alium impetum.

Raritas item, ac denſitas videntur cauſare impetum, verbi gratia, raritas pulueris ſulfurei incenſi, quæ eſt vbi extẽſum propellit pilam bombardæ, in eam motum, & impetum producendo; & ſuo modo denſitas forſan producit impetum in aere, aut corpore ambiante, vt citiſsime ſuccurrat vacuo, quando contingit corpus rarum addenſari repente; vel ſi hoc diſplicet, diuina tu melius; & obſeruando varios alios impetus, cauſas coniijce, & doctiores conſulta; ſaltem ex dictis colligas à pluribus cauſis fieri impetum, eiuſque ſubiectum, eſſe quantitatem rei, quæ impetu contingit moueri, ſi res corporea ſit conſtans quantitate.

SECTIO III.

Declarat quid ſint tarditas, & velocitas in motibus, & vnum motum eſſe alio velociorem.

891 Certum eſt exiſtere motus alijs velociores, ſicut certum eſt pertranſiri ſolere idem ſpatium ab vno mobili, breui tempore, ab alio, longiori: eſt ergo velocitas motus, modus eius, ratione cuius breui tempore pertranſitur ſpatium, quod pertranſitur à motu tardo ratione tarditatis, in longiori tempore; tarditas itaque motus in eo conſiſtit, quod lõgo tempore

pore paucum ſpatij, velocitas verò in eo, quod breui tempore multum ſpatij decurratur à mobili: quid quid ſit an vnus motus habeat quoad ſpatium plures partes alio, vel pauciores: quare quando rota mouetur, quamuis motus partiũ rotæ, quæ ſunt remotiores à centro, plures habeant partes, quia longiorem viam circumcurruut, non tamen propterea is eſt velocior, ſed quia in tempore æquali pertranſit maius ſpatium, quam motus partiũ, quæ gyrantur iuxta centrũ: ſicut libra ceræ non ideo eſt rarior, quia habeat in ſe plures partes altera, ſed quia correſpondet maiori ſpatio, & loco. eſt hæc ſẽtẽtia *Baſilij Magni*, vt videbis inferius

Quocirca merito dici ſolet motus velocitatem conſiſtere in *indiuiſibili*, & idem dicendum de tarditate: quod verum eſt non ſolum, quia talis eſt rei cuiuſpiam, eſſentia, vt nec additionẽ, neque detractionem ſine iactura patiatur; ſed præſertim, quia velocitas, aut maior volocitas non coaleſcit, nec creſcit ex additione tanta, vel maiori partium, ſicut coaleſcit, & creſcit calor; & ideo dum velocitas explicabitur, non erit recurrendum ad partium ſuarum intenſionem, & multiplicationem, ſed ad ipſarum quaſi compreſſionem, & complicationem, ſeu ad magis citatum tranſitum, vel aliarum poſt alias, magis celerem aduentum.

Ariſtoteles à tex. 21. Et quidem regulas hic ponit *Ariſtoteles*, ad cognoſcendum qui motus ſint æquæ, vel non æquæ veloces. illa ad hoc videtur generalis. quando duo motus in eodem tempore percurrunt æquale ſpatium, tunc ſunt æque veloces. aut æquæ tardi. quando vero eodem tempore vnus motus percurrit maius ſpatium, quam alius, ille erit hoc alio velocior; & ſimiliter motus ille, qui in breuiſsimo tẽpore percurrit ſpatiũ, eſt longe velocior illo motu; qui in longiſsimo tempore pertranſit idẽ ſpatiũ; idcirco motus aquilæ hiuc volantis rapido volatu verſus Hiſpalim, eſt velocior motu, quo idem ſpatium ambulat homo, & ita facile poſſunt comparari motus cæteri iuxta eam regulam generalem.

892 Illud tamen hic faceſsit omnibus grandem difficultatem, quomodo poſſit contingere quod duo motus æquales omnino quoad ſpatium, quorum ambo pertranſeant hinc Hiſpalim, eſſe poſsint inæquales quo ad tempus, & durationem, ita quod partes poſteriores vnius motus, diſtent per breue tempus à prioribus partibus eiuſdem motus. & partes poſtremæ alterius motus diſtent per longum tempus à primis. cum tamen partes poſtremæ motuum amborum, æqualiter diſtent locali diſtantia, à primis partibus eorum; quoniam vterque motus velociſsimus nempe, & tardiſsimus ſunt æquales omnino quo ad ſpatium, vel locum illum; qui fieri poteſt, vt partes eædẽ motus, quæ fiunt ſucceſsiue, per ſpatium cum omnimoda correſpondentia partium ſuarum ad partes tẽporis, & ſpatij, cum tali ordine, quod in parte temporis acquiratur à quolibet motu vna ſola pars ſpatij, & in inſtanti temporis indiuiſibile ſolum ſpatij, & adhuc motus velox citius pertranſeat ſpatium.

Huic difficultati putat ſe ſatisfeciſſe Doctor quidã, quem, vt modo video, imitantur *Arriaga* hic d. 16. a nu. 233. & *Ouiedo* dicentes tarditatem motus tardi cõſiſtere in motulis interpolatis, neq; enim credit motũ teſtudinis eſſe continuũ, ſed moralis multis interruptũ: & ſimili modo opinantur de velocitate, docentes motũ tanto eſſe velociorẽ, quo paucioribus motulis interrũpitur; & vt intentũ perſuadeant poſſunt ij authores vti pari exẽplo raritatis, ac dẽſitatis, quas dicant cauſari à pluribus, vel paucioribus corpuſculis interceptis inter partes corporis rari, ac dẽſi, & allegare pro ſe *Gallenũ, Valleſ.* & alios paucos Iuniores. quibus aduerſari videtur *S. Thomas* in *Alaman.* q. 44.

Sed hæc reſpõſio falſa videtur, quia ſine dubio teſtudo, & alia, quæ tardiſſime mouentur, continue mouentur, quod etiã apparet euidenter in rota, quæ ſine vlla interruptione mouetur, ſecundum omnes ſuas partes, & tamẽ partes proximiores centro tardius multo mouentur quam exteriores.

Secus paradoxe dicendũ fuerit nec 893
eſſe, nec fuiſſe, ſed nec de potentia abſoluta poſſe eſſe continuum ſucceſſiuũ perfectum, & ſine motulis, ſiquidem, vt manifeſtum eſt, nunquam fuit, nec poteſt eſſe motus tam velox, vt

velocior alius eſſe non poſsit; & ſub-
inde motus Solis continuus non eſt,
nec alius quantumuis velociſsimus;
quinimo fortaſſe, & aliud abſurdius
ſequitur, nempe nullum dari, nec
dari poſſe continuum permanens ob
eamdem rationem, nempe, quia
qualibet materia quantumuis denſa
poteſt ſine fine fieri alia magis denſa;
& ſubinde pleræque portiones mate-
riæ, & quantitatis diſcõtinuatæ ex ma-
gna parte erunt per intruſionem cor-
puſculorum prope infinitorum, & ſic
entia quædam per accidens, vt eſt
Ariſtoteles aceruus lapidum. quod vtrumque
S. Auguſt. aduerſatur communi Philoſophorum,
S. Thomas & maxime noſtris Præceptoribus.

§. *Motus tardus, & velox pares poſſunt eſſe quo ad ſpatium. ſed eorum tarditas, & velocitas ſunt ipſorum phyſicæ eſſentiæ, non modi, aut differentiæ.*

QVare dicendũ, habere quidẽ poſſe
vtrumq; motũ velociſsimũ, uepe,
atque tardiſsimũ æquales par-
tes, ac totidem quo ad ſpatium, & quo
ad correſpõdentiã cum ipſo, & quo ad
entitatẽ; velocẽ vero ratione velocita-
tis, quæ eſt ipſamet eſſentia, modus, &
natura motus, poſſe correſpõdere breui
tẽpori; tardũq; ratione tarditatis tẽpori
S. Thomas 3.p. q.77. a.2. longiori; quemadmodũ vna libra ceræ
rare facta habes totidẽ partes, ac habet
alia libra dẽſata, ratione raritatis poteſt
Ariſtoteles 4.Ph.t.24. correſpõdere ſine additione nouarum
partiũ, aut corpuſculorũ intrãtiũ poros
ceræ rare factæ, pluribus partibus ſpa-
tij, quã libra dẽſata, cũ tamen ambæ li-
bræ ita correſpondeant ſpatio, vt vna
ceræ pars vni parti ſpatij, & nunquam
duplici parti correſpondeat.

Contingere etiam poteſt inæquales
motus quoad ſpatium, & entitatem
correſpondere eidem tempori ratione
velocitatis vnius, & tarditatis alterius,
vt cõtingit motibus rotæ, quorum ille
quo mouentur partes circumferentiæ,
grandior eſt, quia longiorem locum,
ſpatiumque peragit, quam ille, quo
vertuntur in gyrum partes rotæ, quæ
Ariſtoteles 6.Ph.t.86. ſunt circa centrum; ſicut ceræ duæ
portiones inæquales, quoad entitatiuas
partes, poſſunt ratione raritatis, ac den-
ſitatis eidem, vel æquali ſpatio corre-
ſpondere; quia, nempe, vna vncia ra-
refacta poteſt occupare tantum ſpatiũ,
& locum, quantum duplex addenſata;
quorum omnium ratio eſt varia conſi-
deratio, & correſpondentia; vnde mo-
tus tardi, & veloces ſub varia corre-
ſpondentia ſunt inter ſe æquales, &
inæquales, vti dicebam ſupra n. 775.
de punctis, quæ ſunt in circulis con-
centricis.

Præterea opinor motus præciſe ex 894
eo, quod ſit vnus velox, & alter tar-
dus non diſtingui inter ſe intrinſecè,
& ſic neque ſpecialiter, neque mate-
rialiter, quinimo eumdem motum
numero potuiſſe eſſe velocem, quem
contingit eſſe tardum ratione alicuius
impedientis; atque motum velocem
ita dictum comparatione motus tardi
eſſe, ac dici poſſe tardum comparatio-
ne velociores alterius; & ſubinde
idem omnino futurum eſſe tempus
ſecundum intrinſecas omnes partes
ſuas, ſi Deus imperaret Angelo mo-
tori, vt ab hac hora in poſterum tar-
dius multo moueret ſpheram, & cur-
ſum Solis retardaret: licet tunc dice-
rent homines mutatum eſſe tempus
antiquum. vnde tarditas, & velocitas
non videntur eſſe modi aliqui intrin-
ſeci motibus, realiter, vel ratione di-
ſtincti, vt volunt communiter Recen-
tiores, ſed eædem partes cum corre-
ſpondentia, & duratione varia.

Tria hic dixi, primũ eſt velocitatẽ,
& idem eſt dicendum de tarditate, no
eſſe modũ realiter diſtinctum a motu
veloci, & probatur, quia ſupra primam
partem motus iam productã, non pro-
ducitur aliqua entitas, aut modos di-
ſtinctus realiter ab ipſa, ob quam pars
futura veniat citius; neque in parte fu-
tura, vel ſupra eã, quandiu non eſt, po-
teſt poni, aut produci aliquis modus,
quo citius veniat atque trahatur; ergo
velocitas nõ eſt modus realiter diſtin-
ctis à partibus motus, ſed ipſæ partes
motus cito fluentes ac cito ſibi ſucce-
dentes, ratione conatus motoris cum
poſsent lentius, tardiuſque moueri, ſi
agens non adhiberet tantũ conatũ; an-
tecedens videtur certum ex terminis.

Secundum eſt, velocitatem non eſſe
differentiam materialem motus, neq; 895
modũ eius ratione diſtinctum à motu;
proba-

probatur, maior velocitas in motu veloci nõ eſt modus intrinſecus eius, ergo neque velocitas, probo antecedens, quando lapis ſurſum iacitur, & fertur per aera, eo fertur velocius, quo purior eſt aer, quia ſic minus retardat, & impedit, quod ſi aer denſus eſſet, lapis ferretur minori velocitate; ergo velocitas illa maior non eſt modus intrinſecus motui velociori, neque inſeparabilis ab ipſo. patet conſequentia. quia ſi intrinſecus eſſet in quocũque caſu, & medio moueretur lapis æquali velocitate, eſt ergo indifferens idem numero motus, vt modo ſit velox, ſi mediũ nõ illum retardet, & vt ſit tardus, ſi mediũ retardet; ſicut calor idẽ numero indifferẽs eſt vt producatur ſimul, & velociter, quando non retardat contrariũ præexiſtens in ſubiecto; & vt producatur tarde, & ſucceſſiue, quando adeſt, & retardat contrarium.

Quare ſufficienter intelligitur motus velox, ſi pertranſeat breui magnũ ſpatium, & productę eius partes cito, cito ſibi ſuccedant propter conatum, & viuacitatem agentis, & ob defectũ medij impedientis; & tardus ſimiliter intelligitur, ſi ſpatium breue pertranſeat longo tempore, & quia eius partes lente deambulent, & ſibi tardè ſuccedant ob laſsitudinem agentis, vel medij obſiſtentiam retardantis, quin intelligantur aliqui modi intrinſeci motibus adhæreſcentes, neque per modum differentiarum, quas in *Beti. ea* Noſtri *materiales* vocant.

Tertium, nempe motum eumdem, qui eſt tardus ratione obuij impedimenti, potuiſſe eſſe velocem remoto impedimento, colligitur ex dictis, & apparet ad oculum in moto lapidis, qui deſcenderet velociter per aera, donec intraret in flumen, per cuius aquas non iam velociter, ſed tardi pergit ad centrum, ratione mediorum differentium, nempe aeris, & aquarum. Conformis videtur iſta doctrina, ſi non recentioribus plerique, qui putarunt ſine multa neceſsitate, velocitatem, & tarditatem eſſe modos intrinſecos motuum, & differentias materiales eorum, alij Modernis, ſed & *S. Baſilio* aduerſus *Eunom.* lib. 1. circa finem ſcribenti. *tempus eſt, quod quandu coextenditur ſpatium, quo motus omnis ſiue ſtellarum, ſiue animalium, cæterarumque rerum mobilium, menſuratur, & quo velocius, atque tardius aliud alio dicimus; velocius quidem, quod plus ſpatij minore in tempore pertranſit; et tardius, quod maiore tempore per minus ſpatij mouetur.* ac demum *Ariſtoteli*, & ſacro interpreti *Thomæ*.

Ariſtotel. 4. phyſ. text. 71 S. Thomas lect. 11.

Sed opponas raritas, & denſitas ſunt modi reales, ideſt, vbicationes, quæ res comprimunt, vel extendunt, ergo ſimili modo modi ſunt tarditas, & velocitas. omitto antecedens, & nego conſequentiam; & diſcrimen eſt quia res vt ſint in loco, indigent vbicationibus diſtinctis, non ſic vt ſint in tempore indigent modulis ad durandum, vel ad pertranſeundũ aliquod ſpatium tẽpore breui, aut longo, vti ſupra probabiliter probatum eſt a n. 768. 895

Quare ſicut eædem partes cerę ſine ceræ additione, vel moduli eſſentialis, correſpondent modo ſpatio minori, modo maiori, etiam non intellectis vbicationibus, præſertim apud *Peripateticos*, qui eas non agnouerunt, propter partium earundem deſationem, & raritatem, ita motus ijdem, vel ęquales ratione partiũ ſuarum variam habitudinem, nempe propter compreſſionem ipſarum, citatum tranſitum & complicationem maiorem, & minorẽ, dictas *tarditatem*, & *velocitatem*.

SECTIO IV.

Oſtendit dari non poſſe motum infinite velocem, neque qui ſtat in inſtanti; & quo pacto naturalis ſit velocior in fine, & violentus in principio.

Dico primò, implicat dari motum infinitè velocem. probatur. ſi poſſet dari motus infinite velox, non poſſet dari motus alter velocior; hoc eſt falſum, ergo & illud maior videtur certa, etenim velocitas motus ſtat in indiuiſibili, & non conſiſtit in maiori, aut minori multitudine partium, vt ſupra probatum eſt: atqui res, quæ cõſiſtunt in indiuiſibili, nõ poſsũt eſſe infinitæ ſi ſupra ſe poſsint in illo ordine habe-

habere alias perfectiores, vt monſtratum eſt ſupra n.776. minor ſuadetur. quia dato quouis motu etiam velociſſimo, adhuc de potentia abſoluta dari poteſt alius velocior, ſiquidem, vt euidens eſt, nullum eſt tempus infinite breue. hæc eadem ratio probat implicare motum infinite tardũ, vel qui ſit tardior omnibus poſsibilibus.

897 *Ariſtoteles* Dico ſecundo implicat dari motum ſucceſſiuum in inſtanti; probatur. motus ſucceſſiuus petit neceſſario habere partes poſt partes, ita quod aliæ ſuccedãt alijs, & nunquam ſint ſimul, ſed ſimiles partes non poſſunt eſſe in inſtanti, ergo implicat motus ſucceſſiuus dari in inſtanti. maior eſt definitio entis ſucceſsiui: minor eſt euidens: quia inſtans non habet partes. ſed eſt indiuiſibile, & ſic quod in eo eſt correſpondenter ad ipſum, indiuiſibile oportet eſſe, totumque ſimul, & conſequenter ſine ſucceſsione partium.

S. Thomas 1. 2. q. 35. a. 5. Dico tertio, quaſi axioma habet quod *motus naturalis in fine eſt velocior, quã in principio*, & quod motus *violẽtus*, e cõtra *eſt velocior in principio, quam in fine*; probat hoc experientia, experimur enim lapidem deorſum cadentem velociùs moueri, quo magis centro appropinquat, & ſurſum aſcendentem tardiùs moueri circa finem, quem pertingit. ratio diſcriminis patet ex dictis, etenim motus naturalis deorſum cauſaturà duplici capite, nempe præcipue ab innata grauitate corporis deſcendentis, vel ab impetu impreſſo, & à multis partibus aeris, quæ retro vacuo ſuccurſuræ, lapidem à tergo inſequentes vrgent, eiuſque motum promouent, tanto magis, quanto ſunt plures, & quanto magis corpus eſt grauius, vbi verificatur axioma *medium promouet motum*.

S. Thomas 7. Ph. l. 3. *Ariſtoteles*

Motus vero violentus, licet non nihil etiam promoueatur à partibus aeris, tamen præcipue cauſatur ab impetu impreſſo corpori, a potentia iaculantis illud; qui impetus cum ſit qualitas ex natura ſua remiſsibilis, paulatim remittitur, motumque remiſum producit; vnde colligas quod ſi corpus graue deſcenderet per medium vacuum ſua ſponte, videlicet, ſine impulſu, æquabili motu deſcenſurum, æquali nempe tarditate, vel velocitate, neque fore eius motum velociorem in fine, quam in principio, defectu partium medij motum promoturi; dici ſolet ab aliquibus motum violentum corporis proiecti velociorem eſſe paulo poſt principium, quam in principio, quod verum eſſe poteſt, quia ab aeris aliquibus partibus is motus promotus erit. & eſt conforme doctrinæ S. Thomæ 2. de cœlo lib. 8. *S. Thomas*

SECTIO V.

Declarat quæ coniunctio, & approximatio debeat eſſe inter mouens, & mobile, & commune axioma dicens nihil agere poſſe in remoto, quin etiam in proximo, *& reſpondet obiectis.*

QVæſtio hæc proponitur ſub alijs terminis, quando quæritur, vtrum *cauſa neceſſario debeat eſſe præſens, ſiue cum mobili, in quo operatura eſt*. & quæſtio procedit de cauſa ſola efficienti, nam certum eſt cauſas omnes morales non indigere locali præſentia cum mobili, ſed ſat eſſe intentionalem: atque non minus certum eſt requirere cauſas materiales, & formales ad operandum iuxta genus ſuum, non ſolum propinquitatem ſecundum locum, ſed intimam præſentiam mutuam, & penetrationem, ſed vero dupliciter eſt, præſentia iſta localis, alia dicitur *contactus mathematicus*, quo modo ſunt ſimul corpora ſe contingentia ſecundum quantitatem ſuam; alia eſt phyſica, ſiue *contactus phyſicus*, quam præſentiam habet agens cum eis, quæ ſunt intra eius territorium, & ſphæram, per quam diffundere poteſt actionem ſuam. 898 *Ariſtoteles 7. Ph. t. 9.* *S. Thomas ibi.*

His poſitis dicendum eſt quamlibet cauſam efficientem debere eſſe præſentem localiter mobili præſentia non omnino mathematica, ſed phyſica, & *nullo modo poſſe operari naturaliter in remoto paſſo*, ac loco a ſe diſtanti, *quin* actione continua, & circumfuſa per medium,

medium, *operètur aliquid in proximo*; licet contingat ab eodem agenti diuerſos effectus fieri in remoto, qui non fiunt, neque apparent in proximo, ratione diuerſæ capacitatis ſubiectorum.

Ariſtoteles *S. Thomas* *1. Gen. c. 18*

Ita docuit *Ariſtoteles* hic ait 10. de *Gener. t. 78.* & ibi *S. Thomas*, & fuſe in *Alamanio* 12. q. 25. a 1. & 22. q. 39. vbi ſtatuit illud quaſi axioma *mouens, & motum debent eſſe ſimul, ſaltem in principio motus*, & ſequuntur Interpret. *Toletus, Sotus, Rubius, Conimb. Hurtado* d. 9. §. 70. *Arriaga* d. 7. a n. 48. *Suarez* in m. d. 18. ſect. 8 & alij communiter, atque id ipſum repetit S. *Thomas* q. 8. ar. 1. & tradunt ibi *Caietanus, Bognez, Molina, Valentia, Vaſquez, Granado, Tanner, Faſolus, Prapoſitus, Horice, Alarcon*, & alij Theologi docentes contra *Scotum* Deum ipſum indigere præſentia in loco, vbi operaturus ſit, nedum agentia creata, & bonam eſſe hanc conſequentiam, *Deus operatur hic, ergo hic eſt*.

899 Ratio *Ariſtotelis* deſumitur ab experientia, qua videmus nullum agens quidquam producere in remoto, quin in medio ſimul aliquid operetur. vnde videtur eſſe ſupra limitationem agentis naturalis, poſſe operari in paſſo remoto, quin in proximo; id circo ſol in medio, & iuxta ſe producit lumen; & ignis in aere, & lignis iuxta ſe poſitis; & homo prius mouet ea, quæ ſunt circa ſe, quam in paſſum diſtantius traijciat actiones ſuas; & è contrario aliquando ſol, & alia luminoſa non illuminant nos, neque calefaciunt, ſi, nimirum, contingat inter nos & ipſa interponi corpus opacum, quod illa nequeunt illuminare, nec calefacere, & ita peruiæ ſunt multæ aliæ experientiæ obſeruantibus.

S. Thomas 7. Phy. l. 3. & 3. cæl. l. 7.

Sed contra opponis pro *Scoto*, & *Nominalibus* in *Tellez* d. 36. multas experientias, quæ ſuadent oppoſitum; nam primo *magnes attrahit ferrum* diſtans producendo *vbi* ſucceſsiuum, ſiue tractationem in eo, & nihil facit in aere proximo, quem non attrahit. Secundo oculi faſcinantium nocent præſertim pueris tenellis, & alijs animantibus diſtantibus, nec non pratis viridantibus, & nihil operantur in medio, ſimiliter operantur in remoto, quin in proximo Baſiliſcus, qui ſybilo nocet; & lupus qui prius videns homines, illos raucos facit. & piſciculus *Torpedo*, qui ſtupefieri facit manum piſcantis, hamum, aut rete ore pertingens; & alter ille remora, qui nauigium magnum onuſtum, & plenis velis nauigans remorari fertur.

S. Thom. 7. Phy. c. 4.

Tertio in lebete aqua pleno applicato ad ignem, ingnis producit intenſum calorem in ſuperiori aqua, & valde remiſſum in ea, quæ eſt in lebetis fundo, & ideo circumfertur, quod ego expertus non ſum, nec credo donec experiar fundum lebetis frigidum eſſe aqua ſuperiori feruenti, quod etiam videtur eſſe contra illud aliud axioma, *omne agens fortius agit in proximo, quam in remoto*. Quarto imaginatiua, vel æſtimatiua, quæ eſt in capite mouet appetitum, qui eſt in corde, nihil producendo in medio; ergo mouens, & mobile non debent eſſe in neceſſario ſimul. Quinto *Sol calefacit aerem*, & nos, & non cœlos ſibi vicinos. Sexto *ſagitta mouetur adhuc*, & qui illam proiecit diſtat, & nihil agit conducens ad motum.

S. Thom. 1. p. q. 66. a. 3. a l 2. 7. Phyſ. l. 1.

Reſpondeo ad primum à Magnete produci circumquaque in modum ſphæræ quamdam qualitatem, quæ non attrahendo aerem, neque reliqua corpora proximiora, attrahit ferrum, quod ſolum eſt capax vt trahatur per eam qualitatem. ad ſecundum a faſcinantium oculis, à baſiliſco, à lupo, & illis piſciculis prodire quaſdam qualitates diffuſas per medium vſque ad corpora illa, quibus nocent. 900

Ad tertium, ſi verum, eſt dices fundum lebetis ob denſitatem ſuam magis reſiſtere igni, quam raram aquam, & ideo minus calefieri non omnes, ſed aliquot eius partes; & rurſus ipſius denſitatem, ac reſiſtentiam adiuuari a partibus aquæ frigidæ, quæ ad ima deſcendunt, poſtquam partes calidiores ad ſummum labetis leues aſcenderunt, ex quo non colligitur neque agens operari in remoto, quin in proximo neque fortius in illo quam in hoc; quia ſine dubio fundum, qua parte flamma ferit, magis calefiat neceſſe eſt.

Quartum eſt contra quoſdam Modernos, qui ponunt actus imagina-

tiuæ

Digitized by Google

tiuæ effectiue cauſare actus appetitus; ego vero ſequor *Suarez* qui in met. d.18.ſ.8.n.4. non videtur admittere iſtã phyſicam efficientiam, quatenus ait imaginatiuæ actus non mouere appetitum per qualitatem illi impreſſam, neque per influxum ſimultaneũ cauſare actus appetitus cum ipſo, ſed per ſympatiam, & connexionem, quam ſimiles potentiæ habent cum anima, vna in capite, & alia in corde: vnde prouenit, vt ex eo, quod noſtra anima cognoſcat aliquid per imaginatiuam, naturaliter moueatur vt id appetat, vel abominetur per appetitum. legite ſuper hæc ibi *Suarez*, & quæ dixi ſupra à n.541. de cauſalitate finis.

901 Ad quintum dicit *S.Thomas*, quod

S. Thomas

paſſiua recipiunt actionem actiuorũ, ſecundum proprium modum, ſeu capacitatem, & ideo cælos ſoli vicinos non calefieri, quia caloris ſunt incapaces, bene tamen illuminari, nos autẽ calefieri, & illuminari, quia vtriuſque effectus capaces ſumus, ad ſextum reſpondet, iam mouens, & mobilem ſagittam fuiſſe ſimul in principio motus; & idem reſpondebit ad motus grauium, & leuium, quorum motus tribuit ea olim generanti.

S. Thomas 7. Ph. l. 3. & q. 3. de Pot. c. 12. ad 5.

Vnde axioma illud *nihil operari poteſt in remoto, quin in proximo*, vt verum ſit ita primò temperandum eſt, vt non ſit neceſſarium produci idem in proximo, quod in remoto, ſed quod aliquid producatur; ſecundò, quod tale aliquid producatur in proximo, quandoiam non eſt productum aliquid ei ſimile, ab alio agente. quare calor vt octo applicatus vt producat in paſſo lõgo calorẽ vt ſex, ſi in parte proxima fuerint iã producti ſex gradus ab alio agenti, nihil producet in ea parte, ſed in reliquis, quibus defuerit calor vt ſex.

Duo ſuperaddit *Suarez*, primum in met. diſp. 18. ſect. 8. nu. 41. quod eſt, nec ſola corpora, ſed neque ſpiritus, vel Angelos operari poſſe in remoto, quin prius in proximo, quia, ſcilicet, hoc pertinet ad limitationem creaturæ ſicut propter eamdem limitationẽ, non poteſt Angelus trãſire de extremo ad extremum, quin trãſeat per mediũ.

Secundum eſt 3. p. diſp. 31. ſect. 5. cui ſubſcribunt *Conimb, Granad., Bellarmin, Arriaga*, & alij nempe poſſe diuinitus creari Agens potens operari in remoto, quin in proximo; & probatur primò, quia quidquid non implicat, &c. Secundò, quoniam de facto videtur eleuari ignis inferni vt torqueat malos Angelos hic apud nos degentes vulgo *Duendes, ò Folletti*, qui ſunt Angeli, qui non ita grauiter peccarũt, & ideo hic inter nos luunt ſui delicti penas; & item illos peiores diabolos, quos in pernitiem noſtram nobis deputauit lucifer: aſſignauit quippe dæmonum Rex vnicuique noſtrum ſuum diabolum tentatorem, *cui*, ait Iacobus cap.4. *reſiſtite, & fugiet vobis*, ſicuti Deus aſsignauit nobis Angelos defenſores.

Eleuari etiam creditur à multis humanitas Chriſti Domini à Deo ad producendã gratiam in animabus noſtris, & ad alia miracula patranda in locis diſtantiſsimis ab ipſa humanitate: atque eæ cauſæ quando operantur, vel operentur in remoto quin in proximo, ſufficienter eleuantur per ſimultaneum concurſum Dei iuxta dicta ſupra à n.177. per quem ſit præſens in loco operationis, actio illarũ, & per cuius præſentiam, approximatio ipſarum ſuppletur diuinitus.

S. Thomas 3. p. q. 56. a. 1. ad 3.

Reſiſtunt tamẽ *Molina, Tillius, Rubius*, quos citat, & ſequitur *Tellez* diſp. 36.
nu.12. pro quibus obijcias ſic. Agẽs, 902
quod non eſt præſens in hoc tempore, non poteſt etiam diuinitus operari, vt habetis ad finem libri ſecundò, ergo agens quod non eſt præſens in hoc loco, & iuxta hoc paſſum, nequit eleuari vt in eo operetur. nego conſequentiam, diſparitas eſt, quia quod nõ exiſtit in hoc tempore nihil eſt, & ſic eleuari non poteſt ad operandum, quod vero exiſtit, licet in loco diſtanti ſit, abſolute eſt, & ſic diuinitus poteſt eleuari vt cum Deo concurrente per ſimultaneum concurſum tranſijciat actionem, à loco illo in hunc, quin aliquid producat in medio.

Vltimo obijcit ſibi *S.Thomas*, nobilius eſt agens, quod poteſt producere effectum in abſentia ſua, quam, quod non poteſt hoc facere niſi præſens, ergo cum inter agentia ſint aliqua nobiliſsima, ſaltem ſubſtantiæ ſeparatæ, vel Deus poterit agere indiſtãs, & ſic nõ õne mouẽs debet eſſe ſimul cõ mobili.

Reſpon-

Reſpódet S. Pater antecedé; verũ videri in moralibus, & in aliquibus cauſis phyſicis remotis, vt apparet in Rege, qui regni totius negotia gerit abſens per miniſtros præſentes; & in ſole, qui mediante lumine multa abſens facit in his inferioribus, id vero ex parte arguit nobilitaté, & perfectioné in cauſis, & ex parte imperfectioné, ſed nõ cótingit cótra axioma quod loquitur de cauſis proximis, & immediate influétibus; cũ vero Deus immediate ſẽper in omnibus operetur etiá ex hoc cap. oportet quod in omnibus ſit & vt moueat præſẽs ſit omnibus mobilibus.

Altera pars Sectionis deducit conſectaria, & probat **nunquam agens agere poſse fortius in remoto, quam in proximo.**

Ariſtoteles 1. Gen. c. 14. S. Thomas l. 18. & 22

EX dictis colligitur primò propinquitatis agétis ad paſsũ nõ eſſe intimá vtriuſq; penetrationé ſed ſufficere contiguitatem. id quod oſtédit experientia, & aliter fieri non poteſt ob impenetrabilitaté corporũ quantorũ.

Secũdo, bene poſſe, imo ſolere Agés operari in paſſo diſtáti, ſi ſimul operatur in proximo, quando tamen non ſit in medio vicino iam producta ab alio qualitas, quam ipſe prætédit, & poteſt extendere. & hæc limitatio fundatur in eo, quod *fruſtraneum eſt actum agere.* Ignis v.g. circumfundere ſolet caloré continuè ad vlnarem diſtantiam, & ſi alius multo maior ignis ſuperueniat primò vicinus, cótinuo extédit caloré ſuum per multo maiorem ſphæram, id quod, & nos ſentimus; ergo Agens naturale operari poteſt in remoto, ſi ſimul operatur in proximo, ſi tamen ibi ſimilis effectus non fuerit.

903 Tertio colligitur prodire effectũ nõ tantum à ſola ſuperficie Agentis cótigua cum paſſo, ſed à toto Agéti, ſed vt ſapienter aduertit C. *Lugo* de Euch. d. 9. à n. 7. a proximioribus partibus per influxus, vberiores at vero talis effectus indiuiſibiliter oriatur totalitate effectus, ab omnibus partibus Agentis, eſt quæſtio valde implexa, ego experientijs afferendis alibi conuinctus nego.

Ariſtoteles de Sẽ. c. 16 S. Thomas l. 16.

Conſectarium hoc tertium non ita clarè probatur experimentis ignis, & candelarum, licet incredibile videatur produci poſſe tantum, & tam intensũ calorem, & lumen à ſolis ſuperficiebus calidi, & luminoſi; experiétia tamen globi plũbei põderoſiſſimi, qui frágit trabem ſupra quam erat, cóuincit eius impetum cauſatũ iri non à ſolo pũcto globi, ſed ab omnibus ipſius partibus, quia omnes etiá ſi diſtét multum à paſſo, cẽſentur eſſe vnũ Agens, vt ſentit S. *Thomas* ſupra cũ Philoſopho ſed nec opus eſt partes diſtátiores producát in proximioribus paſſo, quidquá ſicut nec partes remotiores ignis producũt caloré in partibus vicinioribus, eſt partes omnes vnitas eſſe vel contiguas, vt tranſmittant actionem omnes. & hæc fuerit ſecunda limitatio, vel ampliatio doctrinæ.

Quarto colligendũ, numquá contingere quod Agés producat inteſionem qualitaté in remoto, quá in proximo, licet hoc poſſemus dare contenti ſi aliquid producat in medio ſimile vel diſſimile diſtantiori; nam docti viri cum *S. Thoma*, non putant eſſe contra dicta, quod *Sol* producat metalla in viſceribus terræ, & *cum homine* in terra *generet hominem*, licet ſimile quid non fecerit in aere medio. & rurſus ratione reflexionis, & refractionis chriſtalli, admittunt fieri à luminoſo lucé, vt octo, cuius gradus nihil produxerit in medio.

S. Thomas 1. d. 37. q. 1. a. 1. Ariſtoteles 2. Phyſ. c. 6.

Nos vero quaſi certo putamus, quod lib. 1. de *Gener.* probamus, nimirum illam maximè intenſam lucem, & intenſiſſimum calorem, qui ſentitur à tergo chriſtalli in foculo, eſſe radiorũ ſimilium agglomerationem, ita tamé vt eorum nullus ſit intéſior ibi, quam lucis luminoſo vicinioribus, licet per accidens medium, ibi conueniant omnes, & ardere faciant paſſum, quod ſuſceptis gradibus vt ſeptem, vel vt octo etiam ſimilibus, vel homo geneis, conuertitur in ignem. quare falluntur, qui ponentes gradus heterogeneos, hic dicere coguntur cum P. *Coninck*. de charit. d. 22. n. 50. ſolere Agentis virtutem, ratione alicuius medij, ita excitari, vt valeat producere plus in remoto, quam in proximo. ad illud de Solis generationibus, ſeu genitis, dico illi attribui, quia produxit qualitates huc, & ad ſubterranea pertingentes ad ea diſponétes, ſed immediate ab eius actiuitate nõ tági, ſed à diuina ſuppléte vti, dixi ſupra n. 491.

S. Thomas 2. d. 1. q. 1. a. 1. ad. 6.

DISP. OCTAVA.

IN OCTAVVM LIB. ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV.

Commentaria. & Interpres.

904 POſtquam *Ariſtoteles* egit de mobilibus, & motoribus creatis, tractare incipit de primo motore; népe de Deo de cuius ſapientia ſcriptum eſt Sap. 7. *omnium mobilium mobilior eſt ſapientia*, ideſt, magis mouens, & effectrix magis, & in 2. c. libri aſſerit homo infidelis, cœlorum motum, mundiq; machinam fuiſſe ab æterno, & in æternum fore duraturam; ſed tamen *Plato* ſecutus antiquiores Philoſophos, tenuit mundum habuiſſe principiũ in 3. dicit omnia neque ſéper quieſcere, neq; moueri, ſed aliquãdo quieſcere, aliquando moueri, vt monſtrat experientia. in 4. repetit Theorema *quidquid mouetur, ab alio mouetur.* & in 5. ait deueniendum eſſe ad primum motorem in 6 eum motorem eſſe vnum, & immutabiles intrinſece, videlicet, quo credit *Auguſt.* ſed fatetur eſſe difficile intellectu alia mouere ſine proprio motu. in 7. probat exiſtere motum localem. in 8. nullum motum præter circularem potuiſſe eſſe ab æterno. in 9. iterum agit de motu locali. in 10. concludit Motorem primum debere eſſe ſpiritualem, indiuiſibilem, & incorporeum.

Ariſtoteles 12. m. t. 25. S. Thomas ibi. & hic.

S. Auguſt. 12. de ciu. c. 4.

Sed quoniam Philoſophus alioqui ſapiens, quod aduertit ante me *Suárez* de opere sex dier. c. 1. n. 2. nunquam explicauit, vnde mundus, quem tenuit fuiſſe æternum, & per ſolam generationem, & corruptionem ſucceſsionem conſeruari, habuerit eſſe in æternitate, ideo multi putant quod *Vaſquez* 1. p. d. 26. n. 9. *Ariſtotelem* exiſtimaſſe hanc rerum vniuerſitatem non voluntate Dei, ſed neceſſario ita quaſi ex ſe ab æterno conſtitiſſe; vti notaui ſupra n. 637. alij vero credunt eum non ignoraſſe dependentiam æternam vniuerſi ab authore Deo, tanquam a principio, à quo veluti per naturalem emanationem profluxerit.

Ariſtoteles

Quamuis *Leſſius* lib. de gratia, opinetur illum ignoraſſe concurſum, quo cauſa prima conſeruet, vel comproducat effectus cum ſecundis, contentum ſi docuerit intelligentias mouere cœlos; & alias rationales creaturas ſe, & alias mouere, & operari ob amorem, & reſpectum debitum tanto numini, & tam benefico authori, hæc placuit dicere de Philoſophi doctrina, quæ corrigenda eſt in ſequentibus, in quantum fidei, & naturali lumini aduerſari videatur, videantur de his *Conimb.* hic c. 21. q. 4.

QVAESTIO VNICA.

De Deo primo Motore, Principio primo, & Fine rerum omnium, ac de ipſis rebus conditis.

Ariſtoteles 12. m. t. 25.

MIſſa facientes ea, de quibus iamſupra tractauimus, quamuis ea iterum hic ab *Ariſtotele* reperantur ex parte, de his ſolum agemus breui, quæ ad abſolutionem perfectam librorum horum neceſſaria videbuntur; cum vero Philoſophus hic cap. 5 6. & 10. præcipue egerit de exiſtentia, & proprietatibus primi *Motoris* tandem cogniti per ſuas creaturas, quas proprietates vocant Theologi *attributa* Dei, nimirum de vnitate, perpetuitate, infinitate, eſſe incorporeo, ſiue ſpiritualitate, ideo nos, qui

Digitized by Google

qui ſupra ſæpe de creaturarum potentia abunde egimus, de Dei motrice, ſiue effectrice potentia, nunc potiſsimum tractabimus.

905 Præmittimus tamen firmiter credentes Deum non tantum eſſe primum motorem, vnum, infinitum perpetuum, & incorporeum Principium effectiuum, verum etiam eſſe finem vniuerſorum, quia ipſe dixit *ego ſum Alpha, & Omega Principium, & Finis*, & *vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt*, ideſt, in laudem & gloriam ſuam, vt ipſe ſolus laudetur, & glorificetur, præſertim ab homine, & Creaturis rationalibus, à quibus tandem voluit videri vt eſt in ſe, amari, & ſic in æternum poſsideri. lege de his *Salianum* in Apparatu cap. 3. & S. *Thomam* 12. quæſt. 1. art. 8. & S. *Auguſtinum* 19. de Ciuitat. cap. 1. 26. & 27. & alibi frequenter.

S. Thomas
S. Auguſt.

SECTIO I.

Oſtendit Mundum conditum non fuiſſe ab æterno, ſed initio temporum, & quo ordine, & tempore; & colligit ex Sacra Scriptura methodum tradendi phyſicas diſciplinas Ariſtotelica fortaſse commodiorem.

DEus Optimus Maximus, nempe Sancta Trinitas ſola ab æterno exiſtens, liberrime (non ex neceſſitate naturæ, vt male putauit *Ariſtoteles*) initio temporum hunc totum mundum, vt ait *Auguſtinus* ex nulla extante materia compoſuit, teſtante *Moſe* Geneſis 10. *in principio creauit Deus Cœlum, & terram*. vnde definiuit *Lateranenſe Concilium* c. firmiter de ſumma Trinitate, & Fide Catholica *Deum ab initio temporis ſimul vtramque de nihilo condidiſſe creaturam ſpiritualem, & corpoream Angelicam, videlicet, & mundanam*; quare ſilentium imponendum eſt *Ariſtotelis* opinati mundum fuiſſe ab æterno, & eius aſſeclis *Proclo, Simplicio, Auerroi*. & *Auicennæ*. licet alij è Philoſophis magis antiquis oppoſitum tradant, vt refert *Paſolus* q. 45. a 1.

S. Auguſt. de Gen. ad l. c. 1.
S. Thomas 1. p. q. 45. a. 1.
Ariſtoteles 8. Ph. a. 1. 1
Ariſtoteles. 1. c. 4. t. 32

In primis ergo Deus creauit Cælum, & terram, ideſt, Empyreum, & in eo tres Angelorum Hyerarchias diſtributas in nouem Choros & terram aqua coopertam immenſa pertingente partem concauam Empyrei; & in prima eadem, quam dicimus *Dominicam diem*, creauit corpus cæleſte luminoſum productiuum lucis ſimilis huic, quæ nunc eſt accidentalis, quod poſſet illuminare mundum conditum, & facere dies gyratum in orbem, donec ſol poſtea conderetur; atque iſta lux illuminauit hemiſphærium, in quo poſita primo eſt, per duodecim horas, ex quibus coniunctis cum alijs duodecim anteactis, in quibus mundus conditus in tenebris extitit, factus eſt dies primus conſtans viginti quatuor horis; & totidem conſtiterunt, & conſtabunt ſequentes.

In ſecunda die creauit Deus firmamentum, quod vocauit Deus *cœlum*, ideſt, ex aqua immenſa, quæ intercepta erat inter globum terræ, & Empyreum, produxit quidquid modo eſt, id quod congrue dicitur cælum, vel *firmamentum*, hoc eſt aerem, ignem, & cœlorum reliquos decem orbes, educendo horum omnium forma ex materia aquæ, relinquendo maximas partes aquarum adhuc ſuper terram, cooperientes eam, & infra Empyreum, inter ipſum, & Cœlum decimum immediatum, & ſic *diuiſit Deus aquas ab aquis; & aquæ, quæ ſuper cælos ſunt laudant nomen Domini*,

In tertia die diſcooperuit Deus fa- 906
ciem terræ, & fecit in ea, quæ vſque tunc rotunda omnino erat, montes, & valles, & congregatis aquis in locũ vnum, ideſt, diuerſum, fecit varia maria; & ſtatim iuſſit terram producere, ac germinare herbas, & arbores plenas fructibus matureſcentibus, & ſeminibus vnamquanque iuxta genus ſuum: ſiue, vt magis philoſophice loquar, Deus ſolus vt cauſa particularis, & principalis eduxit de terra ſubminiſtrante materiam, formas herbarum, arborum, & plantarum, vt ait S. *Thomas* 1. p. q. 7. art. 1 terra enim

S. Thomas

concurrere effectiue non potuit ad et viuentia, vt pote illis longe imperfectior, ſatis autem eſt vt terra dicatur germinare eas plantas in rigore, quod ſubminiſtrauerit materiam, vt bene probat cum *S. Thoma*, *Abulenſi*, & *Suares P. Granado* de opere ſex dierum t.2.diſp.5.n.2.

Atque in eadem tertia die plantauit Deus Paradiſum voluptatis, verno, ſcilicet, tempore, menſe Martio, reſpectu noſtri hemiſphærij, præcipue verſus locum Paradiſi, qui fuiſſe fertur ad plagam orientalem, reſpectu vero aliarum mundi partium hiemali, authumnali, vel æſtiuali tempore, ſecundum maiorem, vel minorem altitudinē ſolis, ſiue lucis. Paradiſum hunc iam non extare in illa priſtina fælici, feracique amænitate, bene probat *Salianus*, licet *P. Tirinus* probabile dicat etiā nunc extare, ſed latere in pęnam peccati. atqui quatuor illos fluuios *Piſon*, ideſt Gangen, *Gehon*, ideſt, Nilum, *Tigrim*, & *Eufraten*, quos ait *Moſes*
S. Auguſt. è Paradiſo ſcaturire, putant *Auguſtinus* & alij PP. ex eodem fonte mox adhuc profilire, ſed occultis, & ſubterraneis cuniculis, & longiſsimis meandis abſcondi. *Enoc* autem, & *Elias* creduntur eſſe in Paradiſo, ideſt, in loco quodam amæno, quem etiam ſignificat vox *Paradiſus*, & non ſolum locū illum antiquum, vbi primo fuerunt noſtri primi Parentes.

907 In quarta die fecit Deus luminaria magna duo, nēpe ſolē, & lunā, & item ſtellas, producendo eorū omniū aſtrorum formas, ac educendo vnamquāq; ex materia calorū ſuorū, in quibus vnamquamq. eſſe contingit, ſi non ſunt aſtra omnia partes diſſectæ corporis illius luminoſi creati in die prima, & quidē ſol tantæ molis, & magnitudinis eſſe perhibetur, vt ſit maior terræ centies, & ſexagies, diſtatq. ab illa quatuor milliaribus leucarum, & amplius; vnde cum mouetur, vna hora percurrit vnū millionē, & centum, & quadraginta millia leucarū. luna magna dicitur, & apparet, quia proxima eſt terræ, non quia ſit maxima in ſe, eſt enim ſicut trigeſsima pars terræ; nulla vero ſtella eſt, quæ ſaltem decies octies, non ſit maior toto globo terræ.
S. Thomas Licet S. *Thomas* ſæpe dixerit, quod *non poteſt ratio naturalis aſsignari diſtantiæ, quantitatis, & figuræ partium mundi*; in Tab. v. Mūdus n.3.
& meritò, quia omnis noſtra ſcientia etiam mathematica, incipit, & fundatur in ſenſibus, qui obnoxij ſunt multis fallentijs: propterea multa quæ putamus ſcire; neſcimus, vel opinamur, præſertim ex his, quæ à ſenſibus remotiora ſunt: id quod in dies experiuntur Doctores.

In quinta die formauit, & eduxit piſces, & aues ex aquarum materia, ſiue ex aqua, non tamquam ex cauſa efficienti, ſed ſubminiſtrante materiam, vt ſupra de productione plantarum ex terra dictum eſt.

In ſexta die ex terra produxit Deus iumenta, ideſt, manſuetiora animantia; & reptilia, ideſt, quæ vel nullos, vel exiguos pedes habent; & beſtias, hoc eſt, ferocia animalia, & vt addunt 70. *Interpretes*, quadrupedia, vt comprehendantur animantia, quæ neque ſunt domeſtica, neque ferocia, vt cerui, lepores, & ſimilia *Adamum* quoque creauit, ipſumque cæterorum dominum conſtituit, & poſtmodum *Euam*, de illius dormientis, vel rapti in extaſim, coſta formauit, & matrimonium inſtituens, Adamo dedit in vxorem.

In die demum ſeptima, quæ eſt ſabbatum, nam primus dies creationis fuit Dominica, vigeſima quinta martij, vt docet *S. Leo* in epiſtola ad *Dioſcorum*, & indicat *Eccleſia* in hymno ſuo, qui incipit.

Primo dierum omnium,
Quo mundus extat conditus,
Vel quo reſurgens conditor
Nos morte victa liberat.

Requieuit Deus, ideſt nihil de nouo primò produxit, licet omnia facta conſeruarit; quibus tamen benedixit vt multiplicarentur in poſterum, ipſo tamen cooperante, vt proſequitur *S. Auguſtinus*. S. Auguſt.

Hæc ſunt *cuncta bona*, quæ *fecit Deus in tempore ſuo*, in mundo, *quem tradidit*, ait Eccleſiaſtes c.3. *diſputationi* hominum, ita tamen, vt nunquam ijre- 908
rum ſuarum notitiam omnino perfectam habeant. inſinuauit autem ſciendi modum, ac methodum per *Moſen* initio Geneſis proponendo nobis in primis Deum Conditorē: deinde condita

dita in prima die, & poſtmodum in ſecunda, tertia, & ſequentibus; & ideo qui Phyſiologiam ſuam ita diſponeret, vt in libris totidem, quot dies creationis fuerunt, creatas res reſpectiue tractaret, præmiſſis tamen principijs rerum generalibus, quod & fecit *Scriptura*, fructuoſe procederet.

Sed tamen excuſandus fuit *Ariſtot.* *Ariſtoteles* qui inuerſo modo hic in fine egerit de Deo primo motore; etenim homo infidelis ſapienter incipit à Creaturis, vt tandem perueniat in notitiam Creatoris, idcirco dixit *Apoſtolus* ad *S. Auguſt. de ſp. & lit. c. 11.* Rom. 1. *inuiſibilia ipſius à Creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.* ſublataquippe fide, limitata hominum mens offuſcatur ab obiecti luce immenſa, & refugit altiora in ſe immediate intueri, vti contingit lippientis oculis ſuſpicientibus lucem ſupremi luminoſi, atque ex improportione potentiæ cum obiecto, ſæpe naſcitur operoſi laboris fuga in gloria: propterea quoq; immenſum eſt quod debemus Deo, quia luce fidei roborauerit exiguum, & imbecillum lumen intellectus noſtri.

Duo circa dicta notáda erunt, primũ eſt de fide eſſe mundum non fuiſſe ab æterno, neque vllam aliam creaturam; & à Deo prodiſſe in tempore creaturas omnes, quas enumerat *Geneſis*. Secundum eſt, cætera omnia, quæ expectane ad dies, & ordinem creationis, & productionis modum, & intelligentiam terminorum *cælum, terra, firmamentum* dicta à nobis eſſe probabiliter ſecundum interpretum S. Scripturæ, meliores opiniones. Conſulantur Theologi poſitiui, nempe *S. Auguſt.* de Geneſi ad lit. & ibi- *S. Auguſt.* dem *Pererius, Salianus, Cornelius, Tirinus, & Scolaſtici*, nimirum, *S. Thomas* 1. p. à q. 65. & ibi *S. Thomas* *Valentia, Molina, Granado, Prepoſitus, Tannerus*, & *Suarez*, & alij tractantes de *opere ſex dierum*.

Altera pars Sectionis decernit narrata de mundi exordio, creationis ordine demonſtrari non poſſe; & quo pacto mundus poſt diem iudicij æternandus ſit, & meliorandus; & an tempus habuerit aliquod principium indiuiſibile.

SEd interrogabis primò an demóſtrari poſſit ratione naturali, fide ſecluſa, mundum nó fuiſſe ab æterno. 931 Secundò an mundus duraturus ſit in æternum integer, vel quid mutandũ in ipſo, quæue renouatio futura poſt diem iudicij. Tertiò an poſſet durare in æternum relictus curſui ſuo naturali, nihil in contrarium extrinſece diſponente diuina Prouidentia. Quartò quæ fuerunt rationes, quæ perſuaſerunt *Ariſtoteli* Mundum fuiſſe ab æterno, qui vt referunt *Conimb.* hic c. 2. *Ariſtoteles.* q. 2. a. 1. apud *Hyerophantem* Sacerdotem fuit accuſatus ſuper duos articulos, nimirum, quod vnum Deum eſſe docuerit contra errorem *Patrum* ſuorum, qui multitudinem deorum inuexerunt; & quod mundum dixerit fuiſſe ab æterno contra communem *Græcorum*.

Ad primum reſpondet *S. Thomas* 1. p. q. 46. a. 2. rationes naturales, quibus *S. Thomas* probare poſſumus mundum non fuiſſe ab æterno, non eſſe euidentes, ſed quaſdam rationabiles congruentias, quæ videantur apud *Conimb.* hic cap. 2. q. 3. a. 3. vel in *Vaſolo* 1. p. q. 46. a. 1.

Ad ſecundum reſpondeo valde probabile eſſe cælos, Empyreo excepto, ſolem, lunam, & ſtellas, elementa, & quæ in eis ſunt, eſſe poſt diem iuditij corrumpenda, & de nouo alia meliora creanda, & ſic faciendam eſſe ſubſtantialem renouationem vniuerſorum, quam ex parte indicat *Eſaias* dicens cap. 65. *ecce ego creó cælos nouos, & terram nouam*; vt intellexerunt multi SS. PP. & *Salmeron* in cap. vltimum Epiſt. 2. Petri, & *Serarius* optime ibidé. *Molina* diſp. 3 de opere ſex dierum *Delrio* in cap. 1. Geneſis. *Hurtado* d. 3. de Cælo ſect. 7. & alij complures.

Verumtamen cum SS. PP. *Auguſtino*, & *Thoma*, & interpretibus *Cornelio*, *S. Auguſt.*

Tirin.

S. Thomas ... 6. ... 4. ... 45. q. 2.

Tirinus, Salianus ad illud c. 2. Petri. *Pineda* Iobi 14 v 11. & alijs communiter. *Suarez* to. 2. in 3 p. diſp. 58. ſect. 2. *Conimbric.* 1. de Cælo cap. 3. q. 1. & *commentari* iudico in primis cælum empyreũ poſt diem iuditij manſurum omnino inuariatum, cælos vero reliquos aſtra, & planetas elementaq. fore renouanda, ideſt, purificanda, vel illuſtranda magis, iuxta qood inſinuat *Iſaias* cap. 30. ibi num. 26. *erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſeptempliciter.* quaſi dicat cæli renouati quo ad accidentia, à die iudicij lucidiores erunt.

Quia nimirum lux lunæ erit ſicut
910 eſt modo lux ſolis, & lux ſolis ſeptuplo maior, & illuſtrior, quam modo eſt, ita quod ſol in noſtro hemiſpherio immotus perſeuerans illuminet partem hanc mundi; & luna in oppoſito, etiam immota perſiſtens illuminet aliam mundi partem lucidiſſime: immotis autem his Planetis, ac cælis, *tempus non erit amplius* vt iurabat

S. Thomas q. 5. de Po. a. 8. & 9.

Angelus *Apocalipſis* 10. Et ceſſabunt omnino generationes omnes, & mixta omnino corrumpentur, quod bene probat *S. Thomas.*

Loca vero S. *Scripturæ*, quæ videntur probare apud *Seuerum, & Salianum*, diſſoluẽda fore, & annihilanda omnia poſt diem iuditij, ac de nouo alia illuſtriora creanda, intelligenda erunt de iſta renouatione, & mutatione accidentali: illud autem certum eſt mundũ renouatum, quouis modo, nempe ſubſtantialiter, vel accidentaliter, quo ad cæleſtia, & elementa, duraturum eſſe in æternum à parte poſt, atque Angelos, & Beatos in Cælo, Deo in perpetuum fruituros, & damnatos in loco inferno ſubterraneo, æternas pœnas luituros.

Ad tertium affirmo quod quamuis certum ſit, & fide catholica credendum, poſt diem iuditij futuros amplius non eſſe cælorum motus, neque rerum generationes, vt bene docuerunt *Acoſta* lib. 1. de tempor. nouiſſ. cap. 3. & 4. & alij, quoniam ea omnia erant propter homines hic degentes, & *ceſſante fine ceſſat id, quod ordinatur ad finem*; verum tamen ſi mundus cum iſtis ſuis gyrationibus, & generationibus relinqueretur ſemper ſuo curſui naturali, Deo concurrenti quomodo de ordinario concurrit cum cauſis ſecundis, ſine dubio duraret in æternũ, perpetuoque ſibi ſuccederent generationes.

S. Thomas q. 5. de Po. a. 9.

Ariſtoteles ſ. ep. ... 193

Probatur, quia vſque modo conſeruatus eſt mundus, & durauerunt generationes per multos annos cum concurſu ordinario Dei, ergo ſimiliter durarent in æternum; neque obſtat quod virtus generantium quotidie langueſcit, nam licet id verum ſit in aliquibus, in alijs etiam creſcit, & recuperatur, atque ex debilibus parentibus, & cauſis videmus quotidie 911
fœtus, filioſque naſci robuſtiores.

Ad quartum dico rationes, quibus *Ariſtoteles*, & alij infideles putauerunt, & putare potuerunt mundum fuiſſe ab æterno, fuſe proponi, ac diſſolui à *S. Thoma* in *Alamanno* de Cælo q. 26. a. 1. à *Conimbric.* hic cap. 2. q. 4. ab art. 1. & ab alijs paſſim, ſed in primis videndus S. *Auguſtinus* pulchre tractans quo pacto Deus alia mouere ſine mutatione ſui, & immotus condere mundum in tempore potuerit.

S. Thomas
S. Auguſt. 8. de G. ad l. c. 15.

Ego ſolum hic ſuperaddam, quod obuerſatur menti meæ, dum conſidero textum *in principio creauit Deus cælum, & terram*, & ſingularem cogitationem *Auguſtini* opinantis vniuerſitatem creaturarum conditam ſimul, ideſt tempus, & reliqua concreata in inſtanti ſine prædicta dierum interpolatione, vti aduertit S. *Thomas* breui, & fuſe *Suarez* lib. 1. *de opere ſex dier.* nempe probabile ſatis eſſe, & conſonum veritati habuiſſe tempus indiuiſibile initiatiuum, nempe illud primum *vbi*, in quo primo fuit creatum luminoſum illud in die quarta, vel cælum primum mobile gyraturum deinceps: quid ni enim vbi permanens reduci poſſit ad motum ſequentem. ac dici initium eius, & complementum, præſertim cum ſic videatur ſentire ſupra nu. 875 *S. Thomas* cum *Ariſtotele*, licet nos tunc in oppoſitum inclinauerimus.

S. Auguſt.
S. Thomas
Ariſtoteles

SE-

Digitized by Google

SECTIO II.

Probat authoritate, & rationibus potuiſſe Deum creare mundum ab æterno, ſecundum eius creaturas permanentes.

DVo ſunt genera rerũ in mundo, aliæ ſunt permanẽtes, vt homines, lapides, Angeli, aliæ ſucceſſiuæ, qualiter ſunt motus locales, & actiones quibus fiunt; & inter ros ſucceſſiuas aliæ ſunt propriæ, & continuæ, vt eſt tempus, aut alius quilibet motus localis aliæ ſunt contiguæ, & diſcretæ, quæ abſolute ſunt res permanentes, ſed factæ cum quadam interpolata ſucceſſione, quæ poſſunt dici ex *Ariſtotele* res quaſi continuæ ſucceſſiuæ. in præſenti tractamus de omnibus entibus permanentibus bonis, in ſequenti ſectione de ſucceſſiuis, & quaſi ſucceſſiuis ſermo erit.

Ariſtoteles 5. Ph. t. 21.

912 Et aſſeueramus potuiſſe ennia permanentia produci à Deo ab æterno. ita docuerint *S. Thomas* 1. p. q. 46. a. 2. *Faſolus* ibi rem optime tractans to. 3. & in ipſo *Ioan. de Neap. Soncin. Heruæus, Capreol. Hiſpal. Catet. Ferrar. Sotus, & Thomiſtæ, Aegidius, Rubion, Ocham, Baſſol. Carthuſ. Gabriel, Palat. Pererius Molina, Vazquez, Maſsius, & alij*: quibus adhæſerunt *Prapoſitus* q. 46. *Bernal.* d. 3. n. 6. *Rubius* hic q. 2. *Hurtado* d. 17. *Arriaga* d. 17. *Suarez* in met. d. 20. ſect. 6. *Conimbric.* hic c. 2. q. 6. *Piccolom. Zanardus*, q. 5. *Veracrux*, ſpecul. 2. *Iſolanus*, ſ. 2. de ætern. *Bannes* ad art. 2. q. 46. *Nazarius* ibidem *Colleg. Compl. Onieat*, conc. 19. *Amicus* de mundo q. 3. t. 2. *Raconis, Venetus, Tellez* diſp. 32. & multi Moderni, & inclinat *Auguſtini*, vt ait S. *Thomas*, & notant *Baſſol.* & *Faſolus*, ſed *Scotus* in 2. d. 1. q. 3. & *Scotiſtæ* procedunt problematice.

S. Thomas 2. 1. 3. a. 5.

S. Auguſt. 1. de Ciu. c. 31.

S. Thomas o. 27.

Probatur id ipſum primò ratione ſolemni. quia quod non implicat extra Deum, poteſt fieri à Deo, ſed non implicat creaturas permanentes tam incorruptibiles, quam corruptibiles fieri ab æterno, ergo eæ poſſunt fieri. minor patebit ex ſolutione argumentorum. probatur ſecundò, quia neceſſe non eſt quod cauſa, quæ ſemper debet eſſe natura, & origine prior effectu, tempore præcedat ipſum, ſed in ipſo tempore, vel æternitate, quando eſt poteſt eſſe, & ſimul operari, ergo Deus ab æterno potuit condere creaturas permanentes; antecedens probatur his exemplis.

S. Thomas 1. p. q. 63. a. 5.

Deus Pater ab æterno exiſtens genuit filium ſuum, & vterque produxit Spiritum ſanctum. Chriſtus Dominus in primo inſtanti ſuæ conceptionis ſe libere Patri obtulit in redemptionem noſtram. Angelus ſtatim ac fuit produxit intellectum, & voluntatem, intellexit, & amauit, & ſol in primo inſtanti creationis ſuæ produxit lucem, & ideo S. *Auguſtinus* 6. de Trinit. cap. 1. ſcite dixit, *coæternus eſt Patri filius, ſicut ſplendor, qui gignitur ab igne, atque diffunditur, coæuus eſt illi, & eſſet coæternus, ſi eſſet ignis æternus*, potuit ergo Deus ab æterno creare mundum ſecundum eius creaturas permanentes.

S. Auguſt.

S. Thomas o. 17.

Confirmatur. Deus potuit in tempore creare mundum, ergo ab æterno potuit; probatur conſequentia: 913 quia tempus non dedit ei potentiam, & libertatem ad creandum mundum, ſicut neque æternitas abſtulit, ſiquidem ſemper Deus habet eandem potentiam, & libertatem, & ab æterno de facto habuit actus liberos, quibus libere decreuit multa fieri in tempore. ad hæc facit, quod videtur lumine naturæ notum, nempe potuiſſe Deum creaſſe mundum paulo antea, quam creauit, & antea annos mille, & ante alios annos mille, & ſic retrocedendo per tempora imaginaria ſine fine, ergo ipſum potuit condere ab æterno. conſequentia eſt euidens, quia nullum tempus potuit eſſe impedimento, quominus in anteriori, & anteriori ſine ſine, & ſic in æternitate Deus mundum conderet.

Alte-

Altera pars Sectionis refert, ac refellit cum fundamentis ſuis graues Authores, qui negarunt poſſe produci creaturas etiam permanentes ab æterno.

SEd tamen contra ſtant *Albertus magnus S.Bonau. Richardus, Marſilius, Henricus, & alij*, quos allegat vbi ſupra *Rubius* & ſecuti ſunt PP *Valentia* 1.p.diſp.3. q.3. p.2. *Toletus* 8. Phyſ. q.2. & 3. *Leſſius* de diuin. perfection. lib.4 cap 2. *Granado* 1. p. contr. 6. t. vnico, initio. *Tannerus* rem fuſe tractans t. 1. diſp.6. q.1. cum *Marcio*, & alijs multis. *Arriaga, Valleſius, Pugubin.* l.7. *Auerſa* q.31. *Vls, Plaza, Areſius, Burlens* & docti Recentiores tradentes firmiter non ſolum implicare ab æterno eſſe res ſucceſsiuas quocunque modo, ſed etiam permanentes, & conſonant multi, ex illis, qui ſupra n.689.negarunt poſsibilitatem infiniti.

S. *Augu.* Primum fundamentum eſt authoritas SS. PP. *Baſilij, Ambroſij, Auguſtini, Athanaſij, Damaſceni* aientium ſolum Deum eſſe, ac potuiſſe eſſe ab æterno, & nulli creaturæ poſſe competere æternitatem à parte ante vnde concludebant contra *Arrium*, verbum Dei non eſſe creaturam, ſiquidem ab æterno genitum eſt à Patre æterno.

Reſpondeo primò S. P. *Thomas* ad SS.PP.in opuſ.72. de *æternitate mundi*, (S. *Thomas* 1. p. q.46. art. 2.) hos tantum velle quod nulla creatura potuerit eſſe ab æterno æternitate diuina, quæ eſt propria Dei, tota ſimul, & interminabilis vitæ æterna poſſeſſio. Reſponſioni huic addi poteſt Patres putauiſſe implicare creaturam, quæ ita connaturaliter petat aut eſſentialiter eſſe ab æterno, vt ſecus hoc eſt, in tempore, connaturaliter eſſe non poſsit, nec deſtrui à Deo, nec non fuiſſe potuerit. quæ ſcite proſequitur *Faſolus* q.46. ar. 1. à n 19.

914 Reſpōdent ſecūdo cōmuniter Doctores noſtræ factionis, SS. *Patres* argumētari contra *Arrium*, & eius ſequaces, argumento ad hominē; iſti enim ex vna parte cum *Patribus* fatebātur in principio creaſſe Deū omnes creaturas; & ex alia parte blaſphemæ, & inconſequenter dicebāt Filium Dei eſſe creaturā, & ita non eſſe ab æterno; cōtra tamen ſic ex cōceſsis vigebāt ij *Patres*, per vos & per nos quidquid creatum eſt, & creatura eſt, initio temporis vel in tēpore factum eſt, ergo verbum Dei non eſt creatura, patet conſequentia; quia verbum Dei per nos, & per vos ab æterno eſt & ſalua veritate *S. ſcripturæ* dicentis *in principio creauit Deus cœlum, & terram*. nulla creatura poteſt eſſe Deo coæterna.

Secundum fundamentum eſt. rem eſſe ab æterno v. g. quendam Angelum, repugnat tam ex parte Dei creantis, quam ex parte creationis, & Angeli ipſius, ergo nihil poteſt eſſe, productiuè ab æterno; probatur antecedens per ſingulas partes: quia in primis repugnat. quod Deus ab æterno producat Angelum liberè, vti Deum decet, ſiquidem nullum datur inſtans, aut tempus, in quo iam non fuerit Angelus, & oporteret eſſe aliquod tempus, in quo non eſſet, vt Deus ad Angelum creandum in differentiam haberet. ergo.

Deinde repugnat quod actio ea creatiua ſit, ad quam neceſſe eſt præcedere carentiā rei creandæ, quia *creatio eſt productio rei ex nihilo*, iam verò, ſi ad Angelum præcedit nihilum, vel carentia ſui, Angelus non poterit eſſe ab æterno, ſed poſt nihilum in tempore; quoniam in æternitate, Angelus, & eius negatio ſimul eſſe nequiuere. Tertio repugnat ratione Angeli ipſius, qui ſi conderetur ab æterno, peteret connaturaliter eſſe ab æterno ſaltem ſecundum eius numeralem differentiam, quæ ab æternitate indiuiduaretur, quod excedit limitationem creaturæ; ergo nulla creatura mundi potuit eſſe ab æterno.

Reſpondeo negando totum Enthymema, ad antecedentis primā partem probationis dico libertatem exerceri ab eo, qui ita indifferenter procedit in operando, etiam ab æterno, vt potuerit, ſi voluiſſet non operari, atque ideo communis ſentētia tenet Deum libere habuiſſe ab æterno decretū de creando mūdo, quia ab æterno potuit illud non habuiſſe, licet nullum inſtans neque tempus fuerit ante decretum liberum, quare nego antecedens. (S. *Thomas* 1. p. q. 16. ar. 2. ad. 3. & q. 47.)

915 Ad ſecundā probationis partē reſpōdet S. *Thomas* 1.p.q.46.a.2.ad diccdum quod

Digitized by Google

quod illi, qui ponerent mundũ æternum dicerent factum à Deo ex nihilo, non quod ſit factũ poſt nihilũ, ſecundum quod nos intelligimus per nomen creationis, ſed quia non eſt factus de aliquo, & ſic etiam non recuſant aliqui eorum, creationis nomen, vt patet ex Auicenna in ſua Metaphyſi lib.9 cap.4.

S. Thomas 1.p.q.45.a.1. ad 3. S. Auguſt. 12. de ciuit. c.25.

Itaque nomen *creatio* eſt æquiuocum, & aliquando ſignificat actionem rei, cuius carentia, ſeu nihil præceſsit tempore, & quæ, vt ait ipſe *Thomas* 1.p.q.45.a.3.ad 3. *importat habitudinem creaturæ ad creatorem cum quadam nouitate, ſeu inceptione*, & hoc modo repugnat eſſe rem creatam ab æterno; aliquando vero nomen *creatio* etiam apud *Auguſtinum* ſignificat actionem, quæ rem facit ex nullo præſuppoſito, aut præiacente ſubiecto; & huiuſmodi creationem credimus poſſe facere terminum ab æterno.

Ad tertiam probationis partem reſpondetur neque actionem ipſam, neque terminum eius quantumuis exiſtentes ab æterno, petere eſſentialiter, aut connaturaliter eſſe ab æterno, ita quod fieret cõtra eorum eſſentiam, vel naturam, ſi fierent in tempore, ſed res omnes permanentes indifferentes eſſe, vt producãtur, & ſint quando Deus voluerit, & ad omnes æternitatis, vel temporis differentias dicere, vel non dicere reſpectum, & æque bene cum illis ſe habere, aut ſine illis, vti de actione primò productiua, & conſeruatiua olim dicebamus; ſolum enim (reſponderi etiam poteſt) poſtulat actio cauſam ſui, & terminum, quem producit & terminus cauſam ſui, de tempore, aut æternitate non currant, quia ea ſunt circunſtantiæ concomitantes, quas ad ſummum prædicamentaliter, & pure vt terminos reſpiciant, quod & notaui ſupra nu.824.

Diuina vero eſſentia, generatio filij Dei, & proceſsio Spiritus ſancti, determinate, & poſitiue petunt eſſe æternas & alio modo non ita bene ſe habent, & ideo ſunt etiam infinite perfectæ: creaturæ vero etiam productæ ab æterno, non petunt poſitiue eſſe ab æterno, & ideo limitatæ ſemper ſunt, & eſſent.

916 Tertium fundamentum eſt, ſi Deus crearet Angelum ab æterno non poſſet illum ab æterno, & quando vellet anihilare, ſed neceſſario debebat illum conſeruare ſine libertate, & dominio ſuæ actionis; hoc videtur inconueniens; ergo & quod Angelus creetur ab æterno. Maior eſt certa, nam anihilatio eſſet æterna, & non eſſet, eſſet, vt ſuppponitur, non eſſet, quia præcederet ad eam Angelus. vnde vlterius fieret creaturam ſic ab æterno conditam non habere dependentiam à Deo, ſiquidem ab eo deſtrui non poſſet per totam æternitatẽ.

Reſpondeo conceſſa maiori, neque enim vellet Deus Angelum conditũ ab ęterno annihilare ab ęterno, Deus enim abſurda, & impoſsibilia fieri non vult, negando minorem, quia non inconuenit conſeruari à Deo neceſſario neceſsitate ex ſuppoſitione, creaturam, quam Deus ipſe decreuit conſeruari, liberi ſe ad id obligando: neque inde ſequitur creaturam conditam ab æterno à Deo non pendere, ab ipſo enim pendet quatenus eam potuit non creare, & modo poteſt anihilare; ſicut *S. Michael* à Deo pendebat heri, & nunc pendet, quamuis illum Deus non poſsit nunc deſtruere; ſuppoſito quod voluerit ipſum cõſeruare vſque ad menſem ſequentem, ſiue in æternum à parte poſt.

Et ob eamdem rationem dicendũ eſt caſu, quo ab æterno creaſſet Deus ignem, & ſtupam iuxta ignem, illum hanc ab æterno non comburſturum fuiſſe, ne ſequatur contradictio in Deo, nempe quod Deus voluerit ſtupam fuiſſe, ab æterno, & ſimul non fuiſſe ab æterno; & quod ſtupa combuſta ab ęterno fuerit, & non fuerit; quinimo neceſſe erit vt Deus aſsignet tempus, in quo vellet concurrere cum igne, vt poſt æternitatem, & in tempore ſtupam abſumeret...

Sed inſtans, ſtupa hæc igni coæterna potuit comburi in hoc inſtanti, & potuit comburi in antecedentibus ſignatis ſine fine in ęternitate à parte antea, id quod negari non poteſt, quia ſine dubio potuit Deus determinare ignis actionem ante & ante in infinitum, ergo ſtupę eſſe, & non eſſe ab ęterno eſſet. hęc inſtantia, & probat rem quampiam

Digitized by Google

poſſe produci ab æterno, & ſimul probat oppoſitum, & ideo reſpondendum probare nihil. & propter apertam cõtradictionem ſupra dictam, nimirum, futuritionis ſtupæ, & non futuritionis ab æterno, negandum eſt antecedens; non enim ſemper eſt licita illa retrogada productionum calculatio, vt videbis inferius num. 931.

Quarto fundamento occurres vocando actionem, qua Deus rem produceret ab æterno, non *primo productiuam*, aut *conſeruatiuam*, quatenus illa indicet rem primo productam antea non fuiſſe, & hæc, conſeruari in eſſe primò accepto; ſed abſolute rei *productiuam ab æterno*, & eiuſdem per æternitatem *conſeruatiuam*. quia eſt actio Dei, rem producentis ab æterno, & eam perenniter conſeruantis, ſed nec generationem appelles, qua Deus faceret Mundum ab æterno, quia eam voluit Ariſtoteles præcedere carentiam formæ. & ideo hic ille conſtare ſibi non videtur. voca illam productionem vel eductionem.

SECTIO III.

Declarat quomodo implicet, & quomodo non, produci ab æterno generationes ſibi ſuccedentes, ideſt, entia quaſi ſucceſſiua.

917 Dico primò omnino implicant generationes ab æterno eo modo, quo poſitæ ſunt ab *Ariſtotel*, nempe, ita quod nullum indiuiduum eſſet immediate productum à Deo, ſed vnum ab alio, & illud ab alio, & ſic in infinitum à parte antea.

Probatur. quia ſi nullum indiuiduum fieret à Deo, neque ab eo dependeret, non eſſet vera hæc propoſitio catholica, ratio naturalis aſcendens à creaturis demonſtrat eſſe aliquod rerum principium, nempe Deum, quam adeo veram putauit *S. Thomas*, vt aſſerat *primo contra Gent.* cap. 12. errare in fide illum, qui dixerit non poſſe demõſtrari lumine naturali exiſtentiam Dei, per creaturas, videlicet, deueniendo in Dei cognitionem; conſentiunt communiter Theologi cũ *Valentia* 1. p. q. 2. p. 1. aſſert. 3. & merito, ſcribit enim *Apoſtolus* ad Rom. 1. *inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.*

S. Thomas

Dictum ergo hoc dicit eſſe de fide *Suarez* de opere ſex dier. lib. 1. cap. 2. & demonſtrat *Faſol.* q. 46. initio; neceſſe ergo eſt quod aſsignetur ſaltem aliqua generatio duorum genitorũ, qui immediate procedant à ſolo Deo, ſicut de facto proceſſerunt primi noſtri Parentes, & cauſæ reliquæ in principio mundi; non ergo ſunt poſſibiles generationes æternæ à Deo independentes ad quod faciunt quæ dixi ſupra nu. 635. cum *S. Thoma*.

S. Thomas 1. p. q 46. a. 11 & 2.

Dico ſecundò implicat quod ab æterno fuerint generationes procedentes eo modo, quo proceſſerunt, & procedunt, nempe, ita vt Deus immediate crearet vnum marem, & vnam fæminam, & illi exercerent generationes aliquas finitas, & ſimiliter eorum ſucceſſores, & probatur, quia præfatæ generationes exercitæ à primis illis progenitoribus, eſſent ab æterno, vt ſupponitur, & non eſſent, quia finitæ fuiſſent, & conſequenter finito tempore fieri potuiſſent, vnde vlterius fit illas omnes generationes illo modo, & ſucceſsione factas, eſſe omnino finitas, ſiquidem à finitis generationibus ad infinitas non poteſt eſſe tranſitus; & ſubinde finitæ durationi, non æternæ correſponſuras. dictum hoc à fortiori tenent *Vazquez* 1. p. d. 177. c. 1. *Arriag.* hic d. 17. à n. 2. & Communis.

Dico tertiò. non implicant fieri ab æterno infinitæ generationes vno ex tribus modis primo, ita quod Deus ſe ſolo ab æterno infinitas hominum generationes huc vſque durantes, fecerit; ſed hoc eſt dixiſſe non implicare facto fuiſſe à Deo infinitos homines, ſiue creaturas permanentes ab æterno, quod vere dictum eſt apud nos, qui ſupra num. 687. conceſsimus poſsibilem infinitam multitudinem rerum; & hic creaturas permanentes potuiſſe fieri ab æterno, nempe cum durationibus non ſucceſsiuis, ſed ab illis indiſtinctis. 918

Secundo poſſunt eſſe generationes ab

ab æterno ſucceſsiue factæ, ita quod immediate ſe ſolo Deus ſingulis annis æternitatis produxiſſet ſingulos homines, aquilas, aut leones, qui durarent finito, vel infinito tempore.

Tertio modo poſſent fuiſſe, ſi Deus creauiſſet virum, & fœminam ab æterno, qui gignerent infinitos filios per infinitas generationes factas ſingulas ſingulis annis æternitatis.

Probatur. quia in his ſecundo, & tertio modis nulla apparet implicatio, vt patebit ex ſolutione argumentorum, etiam illorum quæ fient infra à num. 924. contra ens proprie ſucceſsiuum; notandum autem, vt occurratur rationi P. *Vazquez*, & aliorũ, in ijs caſibus nullam generationem fore primam, ſed ante quamlibet ſignatam aliam præfuiſſe, & ante hanc aliam ſine fine ad partem antea, vti apparet in infinitis retro annis veris, & imaginarijs, in quibus nullus primus aſsignari poteſt: & item in generationibus, aut annis æternis à parte poteſt, in quibus neque vltima, nec vltimus eſt.

Secundo id ipſum probatur ratione indicata ſupra nu. 913. quæ peremptoria videtur, ſi penetretur, vt iterum indicabo infra n. 931. nam omnes cõcedimus potuiſſe à Deo produci *Adamum*, & *Euam* in principio temporum, & ipſos potuiſſe generare filios, & filias, & negare non poſſumus quin potuerit eoſdem, vel ſimiles homines creare ante mille annos, & eos conditos poſſe quoq; generare, & iterum Deũ potuiſſe tẽpus creationis præuenire ſine fine à parte ante, & illos quoque generare ſine principio, vti euidenter poſſunt Deus, & homines producere creationes, & generationes ſuas in æternũ à parte poſt; quin ſit prima creatio vel generatio facta primò à Deo, neq; à primo pari genitorũ, quia hæc eſt gratia æternitatis, & infiniti.

919 Tertiò ſuadetur à pari, ſi enim, vt admittunt cũ *Vazquez* aliqui ex parte contraria, dari potuit ab æterno motus, v. g. Cælorum in gyrum quin propterea inibi reperienda ſit gyratio prima neq; prima generatio lucis à ſole, cũ cælis concreato, quia ante diem quamlibet præceſsit alia ſine fine, quidni id ipſum dicemus de ſubſtantialibus generationibus profectis ab æterno vel à Deo ſolo, vel ab illo primo pari progenitorum, qui licet ſint primi ordine productorum, non ordine numerandorum cum ſequentibus generationibus, vt in ſimili ſupra nu. 691. dictum eſt. nobiſcum conueniunt ex Doctoribus citatis ſupra nu. 912. S. *Thomas*, *Caietan*. *Venetus*, *Capreol*. *Gabriel*, *Gregor*. *Heruæus*, *Ocham*. *Ferrara*, *Ioan. de Neapoli*, *Soncinas*, *Hiſpalenſ*. *Argentin*. *Baſſolus*, *Palatius*, *Carthuſ*. *Maior*, *&* *alij*, quos citat & ſequitur *Faſolus* 1. p. q. 46 a. 2. nu. 87. & 54. *Scotus* 1. d. 2. q. 2. ſ. ex his oſtẽditur. *Ouiedo*. c. 19 S. Thomas,

Altera pars Sectionis reſpondet argumentis multorum, qui opinati ſunt non poſſe fieri ab æterno res quaſi ſucceſsiuas, ideſt, generationes infinitas ſibi quoquo modo ſuccedentes.

SEd vero PP. *Rubius* hic tr. de Aetern. q. 1. n. 39. *Hurtado*, d. 18. ſect. 2. cum multis alijs ibi. *Arriaga* d. 17. 2 num. 2. & *Suarez* lib. 1. de opere ſex dier. cap. 2. *Amicus* cum *Durando*, & alijs Modernis, tametſi ſupra conceſſerint res permanentes potuiſſe eſſe ab æterno, negant res ſucceſsiuas, & quaſi ſucceſsiuas, quibus adduntur Doctores allegati nu. 913. qui à fortiori negant generationes, & entia quocumq. modo ſucceſsiua potuiſſe eſſe ab æterno, cum negarint permanentia, & *Vazquez* admittens motum poſsibilem ab æterno, non item generationes, 1. p. d. 177. c. 5. & *Conimbricen*. hic cap. 2. q. 7. problematice procedentes.

920 Pro quibus obijcias primò. impoſſibile eſt exerceri infinitas generationes ab æterno ab vno mari, & vna fœmina procedentes, ergo falſa eſt concluſio; probas antecedens, quia vel inter ortum, ſeu partum, & conceptionem filij interciuſum eſt aliquod tempus, vel non? hoc ſecundum dici non poteſt, quia impoſsibile eſt quod in vno, & eodem inſtanti fæmina naturaliter concipiat, & pariat filium. ſi dicitur tempus intercipi finitum, videlicet, quia vt manifeſtũ eſt, infinitũ eſſe nõ ſolet, manifeſte ſequitur natiuitatem non fuiſſe ab æterno, quia

eſt poſterior finito tempore, conceptione, quæ ponitur ab æterno; implicat autem aliquid eſſe ab æterno, & non eſſe ſimul cum eo, quod eſt ab æterno, natiuitas ergo non potuit eſſe niſi in tempore.

Reſpõdetur negando Enthymema. ad Antecedentis probationem dicendum inter quamlibet natiuitatem, & ortum ſeorſim, ac diuiſim ſumptos, intercludi finitum tempus, non vero inter omnes collectim ſumptos; vnde ſic ſumptæ conceptiones, & natiuitates poſſunt eſſe ab æterno, ſicut & durare poſſunt in æternum.

Sed vrges. impoſſibile eſt generationum, ſiue hominum collectionem fuiſſe ab æterno, ſi non fuerit aliqua diuiſim generatio, & aliquis homo ſingularis ab æterno; ſed non poteſt per nos fuiſſe aliqua generatio diuiſim ab æterno; ergo neque omnes collectim. confirmas, quia omnes homines collectim ſumpti prius petunt concipi, quam naſci, ergo omnes conceptiones diuiſim, atque collectim ſunt priores natiuitatibus.

Reſpondeo, & nego maiorem, & meritò negatam eſſe conſpicies in iſtis exemplis. nam primò vides in extenſione infinita laterum, lateres omnes collectim ſumptos facere infinitam extenſionem, & diſtare à primo latere infinitè, cum tamen non ſit later determinatus diuiſim acceptus, qui non diſtet finitè. Secundo vides ſimiliter in infinito dierum à parte poſt, incipientium ab hac die; quamlibet diem ſeorſim ſumptam, diſtare finitè ab hac die, ſed omnes dies collectim diſtare ſine termino. ita in propoſito, quælibet generatio earum, quæ fuiſſent ab æterno ſeorſim ſumpta diſtaret ab hoc noſtro tempore diſtantia temporis finita, & conſequenter quælibet fuiſſet in tempore; cæterum omnes generationes collectim, diſtarent per tempus infinitum ab hac die, quia diſtarent ſine termino, aut ſine principio.

921 Ad confirmationem nego antecedens; quia conceptiones omnes, & natiuitates collectim ſumptæ petunt eſſe ab æterno, ſicut conceptiones, & natiuitates, quæ forent in æternum peterent à parte poſt eſſe æternas; in quibus, vt euidens eſt, non ſunt priores conceptiones infinitæ collectim ſumptæ quam partus collectim accepti, ſed hi, & illæ quaſi pari greſſu æternarentur; neque conceptiones collectim ſumptæ præcederent natiuitatibus collectim ſumptis, licet quælibet diuiſim conceptio poſtulet præcedere ad natiuitatem quamlibet diuiſim acceptam.

Si adhuc ſolutiò diſplicet Modernis, Authoribus argumenti, ſoluant ſibi ipſi melius, ſi ſapiunt in alia materia, quam ego ipſis cum *Vaſquez* concedentibus motum ſolis, vt nunc procedit ab æterno, objicio ſic, etenim, vt manifeſtum eſt, ille concreari potuit in Zodiaco cum cancro, à quo tranſire paulatim debuit ad leonem, & ſigna reliqua; quid ergo tunc reſpondebimus ad dilemma, nam vel à Sole inſumptum eſt infinitum tempus in tranſitu de cancro ad leonem, vel finitum: infinitum non potuit, vt clarum eſt, quia diſtantia finita citò tranſitur, ſed nec finitum; quia acceſſus ad leonem, ſeu motus ad leonem æternus non fuiſſet.

Oportet autem conſiderare, vt paritas capiatur ita ſe habere ordine prioris, & poſterioris tranſitum Solis de vno ſigno ad ingreſſum ſequentis alterius, ſicut ſe habent diſpoſitiones præambulæ ad generationes, & conceptiones ad partus, quod declaramus amplius infra, quando videbimus an Sol æternus prius fecerit aliquam diem, quam noctem, noctis quippe præambula quaſi diſpoſitio eſt dies.

Obijcies ſecundo probando ſequi plura abſurda ex noſtra ſententia; nam primò inquis, ſi poſſent dari generationes ab æterno daretur in infinito generationum prima, & vltima; prima eſſet illa, quę procederet à ſolo Deo generante illos duos homines primos, marem ſcilicet, & fœminam; vltima eſſet generatio, quæ hoc anno fieret.

Et quidem dandam primam, reuincere videtur hęc ratio; quia collectio 922 generationum ab æterno eſſet, & ab ęterno eſſe vera diceretur, ſed hoc prędicatum non poſſet habere ratione omnium generationum, neque ratione duarum, aut plurium; ergo ratione

Digitized by Google

tione vnius primę. conſequentia patet: quia in caſu noſtro, quo generationes ſucceſsiuè vna poſt alteram fierent, ſicut fieret à cœlo gyrationes, nunquam exiſterét duę ſimul, ſed vna eſset poſterior altera; poſterior autem nequiret eſse ab ęterno, vt clarum eſt, ergo ſola vna prior ab ęterno poſset eſse, ex quo ſequitur aliud impoſsibile, nẽpe in infinito multitudinis dari primã, & ipſam fore initiũ ęternitatis; reſpõdere autem aut nullã generationẽ fore tũc, ab ęterno, aut eam fore vagã, & indeterminatam, eſt alia chimęra; ſiquidem prędicaretur vere de collectione tota quod eſset ab ęterno, ac determinate eſset ab ęterno.

Secũdo ſequeretur naturaliter fieri poſse infinitum ſimpliciter, nimirum, infinitam multitudinem generationum à primis illis progenitoribus, qui poſsent connaturaliter conſeruari à Deo ſemper in viridi ętate ab ęterno vſque in hoc tempus, & iam genuiſsét infinitos filios ſingulos ſingulis annis infinitis tranſactis, vel tertio quoque anno, aut quarto; deinde iſti homines duo poſsent producere infinitos actus bonos, aut malos, ex quibus permanerent in eorum intellectibus, & volũtatibus generati naturaliter habitus boni, aut mali infiniti.

Reſpondetur ad primum, inconueniens non eſse aſsignari poſse in multitudine infinita generationum vnam & alteram dictas primam, & vltimam negatiuè, & extra ſortem numeri, inter quas duas infinita multitudo contineatur; nam ad hoc vt ea ſit infinita, ſat eſt, ſi numerando nequeamus ad aliquam deuenire, vltra quam aliam numerare non poſsimus.

Ita reſpondent communiter, qui docent poſse creare Deum incipiendo ab hoc determinato inſtanti horæ ſequẽtis, quemdam Angelum, & alios infinitos in reliquis infinitis inſtantibus eiuſdem horæ, ac denique alium Angelum indeterminato inſtanti vltimo horę, qui duo Angeli erunt quidem primus, & vltimus productionis diuinę, non multitudinis infinitę iuxta dicta ſupra n. 691.

923 Ad rationem, quę contendit probare fore primam generationem, quę foret prima infinitę multitudinis, & initium ęternitatis, dic collectionem dicendam eſſe ab ęterno non ratione vnius, vel alterius generationis, ſed ratione infinitarum ſucceſsiue fluentium, nimirum, antecedentium, & ſubſequentium priorum, & poſteriorum, nec putandum futuram vnam ita primam, vt ante ipſam infinitę non præceſserint; quemadmodum euidenter cernitur in infinitis generationibus in ęternum futuris à parte poſt, quarum collectio ęterna dicitur, & eſt non ratione vnius, quę ſit vltima, quę pertingat, aut compleat ęternitatem, ſed ratione infinitarum fluentium ſine fine.

Reſpondere autem ſolent minus cautè Iuniores, qui à nobis ſunt, dari in infinitis, & ęternis ſucceſsiuis vnam primam *aliquam* dictam & *indeterminatam*, ſeu *vagam*, quomodo loquendi improprio, tantùm volunt re vera nullam eſſe primam, quę ſignari, ac determinari vel à Deo poſsit, quia qualibet ſignata, ac determinata eſt poſterior infinitis antecedentibus: neque aliud velle poſsunt, ipſi enim fatentur indiuidua vaga non eſse niſi intellectu confuſe cognoſcente, ac dicente *hoc vel illud, aut aliquid mouetur,* & huiuſmodi: cum quo ſtat omnes generationes, & omnes vnitates infiniti cuiuſlibet, Deum clare, & ſingillatim comprehendere, ſed quia eas debet ſcire, vt ſunt in ſe, non poſse ſcire primam, nec vltimam, *quia quod non eſt non ſcitur.* *Ariſtotelis.*

Adſecundum ſimiliter reſpondetur, ſuppoſito primo miraculo, quod, ſcilicet, creati fuiſsét illi duo prógenitores ab ęterno, & in ęternum conſeruandi in ętate florenti, nullum eſse abſurdum cõcedere ab illis poſse procedere infinitas generationes, & potuiſse elici infinitos actus, & ab eis actibus relinqui infinitos habitus in intellectu, & voluntate, ſi tamen eę potentię ſint capaces eorum in tanto numero; nam ſi non ſint, ad Deum pertinebit determinare qui actus, & quot producere debeant habitus, quouſque potentiarum capacitas impleatur, quia ſuppoſito primo miraculo, reliqui effectus connaturaliter ſequuntur.

SECTIO IV.

Statuit authoritate, & ratione potuiſſe Deum condere creaturas proprie ſucceſſiuas ab æterno, & reſpondet argumentis quorundam.

924 S. Thomas 1. p. q. 46. a. 2. Ariſtoteles

ASſertionem tituli defendũt *S.Thomas*, & illi Doctores, qui tenuerunt ſupra n.919.creaturas permanentes, & quaſi ſeccesſiuas potuiſſe eſſe ab æterno, & à fortiori *Ariſtoteles*, qui credidit de facto extitiſſe, exceptis *Rubio* hic q.4.27. *Durando, Soto, Conimb. Amico, Ona. Hurtado, Plaza, Raconis, Suarez* infra cum doctis *Modernis*, qui conceſſa poſsibilitate permanentium, inueniunt peculiarem repugnãtiam, in poſsibilitate ſucceſsiuarum. contra quos ſic ſcribit *Ioann.Scrimonius* l. 2.d. de creat. q. 3. exceptionem autem, quam alij faciunt de entibus ſucceſſiuis, æque impertinentem reor, cum non maiorem partiatur Deus difficultatem in ſucceſsiuis procreandis, quam in permanentibus.

Ratio aſſertionis præter illam, quam habes ſupra n 91?.eſt; quia non oſtenditur implicare motum potuiſſe eſſe ab æterno, qui contineat infinitas partes æquales priores, & poſteriores intermixtis, & interpolatis infinitis earum deſtructionibus, quarum partium quælibet aſsignata, atque diuiſim accepta extiterit, ac durauerit tempore finito ſed omnes collectiuæ ſumptæ ab æterno fuerint, & ſine principio, & vere dicantur ab æterno fuiſſe, ſicuti cum veritate dicimus Petri motum duraſſe per integrum diem, ideſt, eius motus partes collectim ſumptas impleuiſſe totum diem, licet nulla pars motus durauerit per integrum diem.

Aſſerimus ergò non implicare de potentia abſoluta creaturas ſucceſsiuas, v.g. cœli, aut ſolis infinitas gyrationes, quas cælum, & ſol feciſſent iam, ſi conditus fuiſſet mundus ab æterno; vt apparebit ex ſolutione implicationum partis aduerſæ: quæ adeo efficaces viſæ ſunt P. *Suarez*, vt dixerit 1. de oper. ſex. dier. c.2.n.9.eſſe demonſtrationes, quas tamen breui nos pro modulo noſtro diluemus.

Prima ergo implicatio ſic proponitur. ſi foret ab æterno ens ſucceſsiuum ſequeretur quod ſimul produceretur ab æterno, & deſtrueretur; & ſubinde, quod ſimul ab ęterno eſſet, & nõ eſſet; hoc implicat; ergo. Maior videtur euidens; nã ſi ab æterno v.g daretur gyrationes cœli ſucceſsiuè, ſine dubio earũ corruptiones ab æterno venirent ſucceſsiue, ſiquidẽ nulla gyratio daretur, quam non ſequeretur corruptio.

Quod vero implicet hoc, monſtrant hæ propoſitiones contradictoriæ, quæ in eo caſu verificarentur, *gyrationes exiſtunt ab æterno; gyrationes non exiſtunt ab æterno; producuntur, & ſunt; partes motus ab æterno deſtruuntur; & non ſunt;* nam affirmatiuæ veræ forent, vt ſupponimus, & item negatiuæ; quoniam infinitæ corruptiones gyrationum, & partium motus infinitarum ab æterno fuiſſent, ideſt totidem, quot fuere gyrationes, & partes poſitiuæ motus; vnde non finito tempore, ſed æterno exerceri, & ſibi ſuccedere potuiſſent. 925

Ex quo vlterius ſecunda implicatio infertur, nempe quod corruptiones fuerint ab æterno, & non fuerint: fuerint ex ſuppoſitione, & non fuerint, quia omnes, & ſingulæ corruptiones præſupponunt ante ſe rem poſitiuam, quam deſtruant, propter quod ſupra dicebamus non potuiſſe Angeli cuiuſdam anihilationem, neque ſtupæ combuſtionem eſſe ab æterno: quia, ſcilicet, vt euidens eſt, nihil indiuiſibile induratione poteſt ab æterno tranſire de eſſe ſui, ad non eſſe ſui, neque de nihilo ſui adeſſe ſui ſicut nec ſimul eſſe, & non eſſe.

Sed reſpondetur conceſſa maiori, ſi loquar de omnibus partibus motus collectim acceptis, atque de eius corruptionibus acceptis ſimiliter; nam admittenda eſt collectio gyrationum motus ab æterno, & collectio deſtructionum in motu circulari, qui fuiſſet ab æterno; neque eſt repugnantia in eo, quod ens ſucceſsiuum, vt pote quod habet partes infinitas priores, & priores ſine fine, aut ſine principio, ſecundum eas producatur, & ſit ab æterno, & ſecundum eaſdem deſtruatur, & non ſit ab æterno, non quidem

S. Thomas 3. de Po. a. 11. & 4. Ph. l. 8.

in

in eadem quaſi particula æternitatis, ſed in infinitis quaſi partibus æternitatis, quaſi ſucceſsiue fluentibus, eo modo, quo fluxiſſe intelligeremus cum correſpondentia ad æternitatem infinitos dies, & infinitas noctes exiſtentes ab æterno, & gyrationes, & earum corruptiones.

Neque enim diceremus collectionem omnium dierum, qui facti fuiſſent in noſtro hemiſphærio, coextitiſſe in eiſdem differentijs, & quaſi partibus æternitatis, in quibus extitiſſet collectio noctium noſtri hæmiſphærij, & ſimiliter de collectionibus gyrationum, & deſtructionem philoſopharemus; non autem poteſt admitti vnica aliqua determinata gyratio, res pars motus, quæ ſit ab æterno, & quæ deſtruatur ab æterno, quoniam cum vna res determinata non habeat partes durationis priores, & priores, in vnica quaſi parte æternitatis ſimul eſſet, & non eſſet, quod eſt impoſsibile. *Ariſtoteles*

926 Ad minorem dices non implicare eſſe ab æterno omnes partes motus collectim acceptas, & ab æterno deſtrui, aut non eſſe v.g. infinitas gyrationes, & infinitas earum corruptiones: quod oſtendo exemplo, & ratione iam indicata. exemplum ſumo ex gyrationibus, & corruptibus ęternis à parte poſt, caſu enim, quo cęlum gyraretur in ęternum, durarent in ęternum gyrationes, & earum corruptiones, & motus cęli in ęternum duraret, & in ęternum deſtrueretur, & conſequenter iſtę ambæ propoſitiones verę eſſent, *motus cæli erit in æternum*, cuius ſenſus eſt, non dabitur gyratio, aut motus finitus, quem non ſequatur alius ſine fine, *motus cæli deſtruetur in æternum*, hoc eſt, nulla erit deſtructio partis motus, quam non ſequatur alia ſine termino.

Quocirca ſi hæ ſunt veræ propoſitiones, vti ſine dubio ſunt, poſitis gyrationibus ab æterno, vel in æternū, *quamlibet gyrationem ſequitur eius corruptio, deſitio, & non eſſe. quamlibet corruptionem, deſitionem* [...] *ſequitur gyratio poſitiua*, quid mirum ſi iſtæ ſint neceſſario veræ, *ab æterno ſunt gyrationes. ab æterno ſunt earum deſtructiones; in æternum erunt gyrationes; in æternum erunt deſtructiones; in æternum erit motus, & non motus.*

Ratio vero eſt, licet enim prædicta prædicata ſecundum ſe ſint contradictoria, non tamen faciunt propoſitiones contradictorias applicata ſubiecto, quia licet ſint eiuſdem ſubiecti, non retinent idem tempus, ſiue durationem: quoniam motus, & gyrationes omnes correſpondent quaſi diuerſæ parti æternitatis, & in ea exercentur, cui eidem non correſpōdent earum deſtructiones, ac deſitiones: quemadmodum dicunt Theologi præſentes eſſe æternitati Dei Antichriſtum, & eius negationem, hanc nempe diuerſæ eminentiali parti vni æternitatis, illum alij quaſi parti æternitatis eiuſdem, correſpondentes; & ideo hæ orationes ſunt ſimul veræ, *Antichriſtus exſtit in æternitate, & idem in æternitate non exiſtit*; & propter ſimilem rationem non ſunt iſtæ contradictoriæ, *Petrus currit mane i. Petrus non currit veſpere.* *S. Thom. in 1. q. 14.*

Ad probationem minoris dicendū illas propoſitiones non eſſe contradictorias, ſed ſimul veras, quia, ſcilicet, eiuſdem temporis non ſunt, quamuis illæ, *motus fuit ab æterno; motus non fuit ab æterno*, cum cautela admittendæ ſunt, quia in ſecunda videtur negari omnino, quod in prima affirmatur, vt termini præſeferunt, quod ſi ita eſt, contradictorię cenſeantur, & ſecunda erit falſa; paulo ſecus de illis dicendum *motus producitur ab æterno, motus deſtruitur ab æterno*, & ſimilibus, vbi verbum *deſtruitur* quaſi connotat ex modo enunciandi præceſsiſſe rem deſtruendam in differentia pręcedenti ęternitatis, vel in quaſi parte differenti eius. 927

Quod vero illa ſecunda implicatio, talis non ſit, oſtendo, licet enim neceſſe ſit quod quęlibet corruptio ſeorſim ſumpta ſupponat rem, quam deſtruat, tamen collectio omnium corruptionum in motu ab ęterno, nō poteſt pręſupponere, neque debet collectionem rerum, quarum ſint corruptiones, vt apparet euidenter in corruptionibus collectim ſumptis à parte poſt, quas ſine dubio non pręcedent infinitę res, gyrationeſque corrumpendę, ſed gyrationes, & corru-

ptiones

ptiones, ſicut dies, & noctes pari greſſu æternarentur. quod, licet difficile capiatur, cogit nos dicere naturam infiniti, ſiue res diuiſibilis in infinitum.

Quocirca licet vna ſingularis res, creatura vna, vel gyratio non poſsit deſtrui ab ęterno, quia videtur impoſsibile, quod ab ęterno tranſeat res indiuiſibilis, & exiſtens in duratione indiuiſibili, de eſſe ſui ad non eſſe ſui, ſecus, ſimul eſſet, & non eſſet; longe aliter de infinitis rebus, aut gyrationibus diuiſibilibus in partes priores, & priores ſine principio, habentes varias durationes, dicendũ eſt; quia ſimilium rerum nulla tranſit ab ęterno de eſſe ſui ad non eſſe ſui, ſed in tempore; verum omnes collectim ſumptę, quomodo ſolo ab ęterno ſunt, non tranſeunt de eſſe ſui ad non eſſe ſui, ſicut non eſt prius earum eſſe, quam earum non eſſe ſiue deſtructio; ſed pariter æternantur à parte ante, ſicut & à parte poſt, gyrationes, & earum corruptiones, quia ſint priores gyrationes, omnes infinitæ, quam earum deſitiones, quemadmodum etiam in generationibus ab æterno, vel in æternum, nõ eſſent priores diſpoſitiones omnes ad formas omnes collectim ſumptas, quam ipſæ formæ omnes generandæ.

928 Sed vrges, gyrationes exiſtentes ab æterno, vel omnes ſunt ab æterno ſecundum ſe totas, vel ſecundum aliquam tantum; neutrum eſt verum; ergo implicant gyrationes fuiſſe ab æterno; minor probatur, quia nequeunt omnes ſimul gyrationes exiſtere ſimul ab æterno, vt manifeſtum eſt, neque enim hodierna gyratio, neque heſterna fuere cum alijs ab æterno, rurſus neq; vlla determinata gyratio fuit ab æterno, quia ea eſſet prima, quod implicat infinito à parte antea, ſicut implicat vltima in infinito à parte poſt, ergo.

Reſpondeo gyrationes non fuiſſe ab æterno ſecundum ſe totas, ita quod omnes ſimul extiterint ab æterno neq; ſecundum aliquam gyrationem ſignatam, ſed tamen collectionem omnium gyrationem fuiſſe cum fluxu ab æterno, vnam ante aliam, & aliam ante aliam ſine principio verſus ęternitatem à parte ante, quemadmodum forent infinitę gyrationes, ſi ęternarentur à parte poſt, nempe ſecundum omnem earum collectionem fluentium ſine fine; vnde fieret quod ſi cęlum conditum gyraſſet ab æterno, & nunc prętenderet deglomerare gyrationes ſuas, nunquam fore vt finem faceret, *nunca acabàra de deshacer ſus vueltas*, ac Deum, qui optime noſcit omnes, & ſingulas creaturas ſuas, primam non ſcire, neque vltimam in huiuſmodi ęternis, & infinitis entibus, quia tales non ſunt, & *quod non eſt, non ſcitur*, nec ſcibile eſt. *Ariſtoteles 1. Poſt. t. 2*

Tertia implicatio ſic proponitur. ſi poſsibilis eſſet motus rectus ab ęterno. is eſſet infinitus, & non eſſet in longitudine; eſſet ex ſuppoſitione, quod fuiſſet ęternus, & non eſſet caſu, quo ab ęterno conditi fuiſſent duo equi percurrentes planitiem infinite extenſam, quorum equorum alius duplo maiori velocitate currreret, quam alter; in eo enim caſu diſtarent equi inter ſe infinito ſpatio clauſo terminis, nempe ambobus ipſis. licet, *Arriaga* hoc non duceret implicatorium. *S. Thomas de P. q. 3. a. 17. ad 17.*

Reſpondeo impoſsibilem eſſe motum rectum eo modo, quo proponitur in argumento, propter eam manifeſtam implicationem; ceterum poſſe eſſe motus rectus per idem ſpatiũ infinities deambulatum, ita quod nulla deambulatio reflexa, ſeu repetitura idem ſpatium, eſſet tam prior, qua non foret alia prior; & ſicut non prius faceret ſol infinitas horas, quam infinitos dies, vel annos. ſed ſimul hos, & illas mixtim, & interpolatim, vt ſupra num. 709. dictum eſt; ita etiam caſu quo duo Angeli inæqualis virtutis gyraſſent duos orbes, alter ſuum duplo maiori velocitate, nullus Angelus prius altero feciſſet infinitas gyrationes, ſed vterq; ſimul infinitas, alter tamen, nempe perfectior, infinitam quidem multitudinem gyrationum duplo maiorem effecturus fuiſſet. *Ariſtoteles hic t. 76.* 929

Quarta implicatio eſt. implicat motus circularis ſolis ab æterno eo modo, quo modo fit: ergo nullum ens ſucceſsiuum potuit eſſe ab æter-

vel

no. probatur antecedens: quia vel ſol produxit lucem ab æterno in vtroque hemiſphærio ſimul, vel in altero, vel in nullo ſi dicis primum, coegeris dicere quid falſum, nempe fuiſſe ſimul Solem in vtroque hemiſphærio, ſiquidem exiſtens tantum in vno, non potuit illuminare vtrumque ſi dicis ſecundum, debes dicere in conſequenter manſiſſe Solem immotum in eo hemiſphærio per annos infinitos, quod eſt contra hypotheſim, ſupponimus enim creatum eſſe Solem gyrantem cœlum. ſi dicis tertium, neſcio quid dicã tibi manifeſte cõtradicenti *Auguſt.* ſupra dicenti, quod ſi Sol ab ęterno fuiſſet, ab æterno lucem produxiſſet.

S. Auguſt.

Reſpõdeo poſito, ſiue condito motu Solis ab æterno, eo modo, quo modò eſt, Solẽ producturum in vtroq; hemiſphęrio lucem facturam dies, mane, meridiem, veſpere ſucceſsiue, ſicut & exciturum in vtroq; pręſentem ſucceſſiuè: quemadmodũ enim nulla pars cęli eſſet, in qua Sol eſſet tã prius, vt non prius in alia exitiſſet, ita nullã terrarũ partẽ prius illuminaſſet, quin prius aliã ſine termino, aut principio; quemadmodũ ſi Sol in æternũ à parte poſt gyrando illuminaturus eſſet vtrumque hemiſphęrium, in vtroque ſucceſsiuè cauſaret dies, & noctes mixtim, & cum interpolatione, quin propterea ſimul foret in vtroq; hemiſphęrio aut in diuerſis locis, ſed in vtroque hemiſphęrio, & multis locis ſucceſſiuè.

Nota primò ad ſoluendas inſtantias, ab æterno fore in hoc noſtro hemiſphęrio, caſu, quo Sol gyraſſet ab ęterno, ortum Solis meridiem, occaſum, & noctẽ non ſimul, ſed ſucceſsiue, hoc eſt, nullum meridiem fuiſſe, antequem non fuiſſet ortus, & quem non ſequerentur occaſus, & nox, & nullum fuiſſe ortum, quem non præceſsiſſent nox, occaſus, & meridies, nota ſecundò Solem in eo caſu, creandum fuiſſe, vt ait P. *Vaſquez* 1. p. diſp. 174. cap. 3. continua quadam productione in quouis ſitu, & loco, id eſt in hoc, & illo hemiſphærio ſucceſsiuè, quemadmodum ſi gyraret in æternum, conſeruaretur à Deo in æternum, in quouis loco, hemiſphærio, non ſimul, ſed ſucceſsiuè, quia in nullo determinato loco poſitus gyraſſet iam infinitas gyrationes; fuiſſet autem Sol productus, & poſitus in noſtro hemiſphærio, ſed non ita prius, vt iam non fuiſſet in altero productus, & poſitus, & rurſus prius in noſtro, & rurſus in altero, & ſic in infinitum ſine principio.

930 Quinta implicatio eſt. ſi cęlum deuolutũ fuiſſet ab æterno, reuolutiones iam fuiſſent infinitæ, & non fuiſſent; hoc implicat, ergo; probatur maior; nam in primis gyrationes ſine dubio infinitæ iam fuiſſent, quia in æterno, & infinito tempore non potuerunt fieri, neque durare æqualiter cum ipſo pauciores, quam infinitæ. quod vero ex alia parte nõ fuiſſent infinitæ, probatur quia ex præteritis gyrationibus, vel eſt aliqua diſtans infinite ab hac hodierna, vel non; primum dici non poteſt, quia iam hæc prima gyratio eſſet principium infiniti temporis, & illa vltima. ſi dicitur ſecundum, modò non præceſsiſſent iam infinitæ gyrationes.

Reſpondetur negando maiorem; quamuis enim fuiſſent iam infinitæ gyrationes in eo caſu, at nulla ſeorſim ſumpta diſtaret infinitum ab hac, ſed tamen ita ſingulæ diſtarent, vt aliæ magis, ac magis diſtarent ſine termino. vnde non ſequitur non præceſsiſſe iam gyrationes infinitas, vt patet in gyrationibus à parte poſt, ſi enim in æternum forent, nulla eſſet gyratio futura, quæ à prima, quæ fuit orbe primùm condito, diſtaret infinite, & tamen certum eſt gyrationes fore infinitas, & ſine fine duraturas.

Vbi obiter aduerte non eſſe inconueniens, quod infinitum gyrationum à parte ante, habeat finem, & vltimã; & infinitum gyrationum à parte poſt, habeat principium, ſeu primam gyrationẽ ſicut l. 3. dixi de infinitis extenſis, oſtendens ea, ſi vndiq; infinita non ſint, poſſe habere principium vel finẽ, ſi tamen verſus partem, qua gyrationes durent in æternum, careant fine. & conſonat *S. Thomas* 2. cont. Gen. c. 38.

S. Thomas

Sexta implicatio, nam quodlibet ſucceſsiuum conſtat partibus prioribus & poſterioribus, ergo nequit eſſe ab æterno, ſecus cõſtaret, & non cõſtaret eis partibus. probatur conſequentia; quia partes poſteriores ſupponũt neceſſario ante ſe priores; ergo ſaltē poſteriores ſunt in tẽpore, ſiquidem ſimul eſſe nõ

poſſunt cum prioribus: ex quo vlterius colligitur neque partes priores potuiſſe eſſe ab æterno, quia præcederent finita diſtantia poſteriores.

931 Hoc argumentum nihil conuincit, quia probat ens ſucceſsiuum non poſſe durare in æternum à parte poſt ſecundum eius partes priores, & poſteriores; quare reſpondeo conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; & ad probationem huius diſtinguo antecedés, partes poſteriores ſeorſim ſumptæ ſupponūt priores ſeorſim ſumptas, & ſic concedo antecedens; partes poſteriores collectiuè ſumptæ, & ſic nego antecedés; quia tam partes priores, quā poſteriores motus æterni, ſimul fluunt ab æterno in ſuis quaſi partialibus differentijs æternitatis, ſucceſſiuè exiſtentes; quod etiam contingit in partibus prioribus, & poſterioribus motus æterni a parte poſt, in quo non præcedunt infinitæ partes priores, quas aliæ infinitæ ſequantur, ſed mixtim fluunt omnes in æternum ſine fine; motus ſiquidem quilibet etiam æternus conſtatur ex partibus prioribus, & poſterioribus, propterea dictus ab *Ariſtotele* numerus *partium ſecundum prius & poſterius*, dum tractat de tempore.

Ariſtoteles 4 Phy. t. 101

Septima implicatio complicatur ex multis, nam primò ſequeretur quod iam infinitum eſſet per tranſitum, & non eſſet; eſſet, quia iam tranſiſſent infinitæ gyrationes, infiniti dies, ac noctes; non eſſet, quia infinitum eſt, quod nequit pertranſiri. Secundò ſequeretur prius eſſe infinitum horarum, & dierum, quam menſium, & annorum, & conſequenter, quod tale innitum fuiſſet infinitum, & non fuiſſet, ſiquidem terminis clauderetur; nam infinitum menſium v. g. eſſet inter infinita dierum, & annorum. Reſpondetur ad primum non inconuenire infinitum pertranſiri tempore infinito, & æterno; ad ſecundum iam reſpondi ſupra n. 709.

S. Thomas 1. p. q. 7. a. 4. argu.

Sed adhuc obijcias. ſi ratio illa, probamus ſupra n. 918. Deum poſſe condere mundum ab æterno, etiam ſecundum res ſucceſsiuas, quæ ſic erat; Deus potuit creare mundum ante mille annos, & rurſus ante alios mille, & milliones annorum ſine principio; ergo ipſum potuit creare ab æterno; conuinceret, ſimiles rationes, conuincerent, nimirum, hæ: Deus poteſt diuidere continuum ſimul, vel ſucceſſiue in partes plures ergo in infinitas, vel in omnes, quod eſt impoſsibile. rurſus, Angelum conditum ab æterno potuit Deus deſtruere ante hūc annum, & ante alium, & ſic ante alios antecedentes; ergo ipſum potuit deſtruere ab æterno quod item fieri non poteſt; ergo ſimiliter eſt impoſſibile fieri mundum ab æterno, licet multos ante annos fieri potuerat. 932

Reſpondetur illam rationem conuincentem eſſe in ſua materia, vbi nō interuenit contradictio licet aliæ ſimilis formæ non probant intentum in alijs materijs, vbi apparent implicationes, quales eſſe oſtendimus ſupra n. 961. in diuiſione continui in omnes ſuas partes, vel in infinitas, licet addi poſſet continuum poſſe diuidi etiam in omnes ſuas partes, ſi nimirum, ſucceſſiue diuiſæ deſtruantur, vel reuniantur, vti apparet in nutritione, idque conuinci ratione præcedenti.

S. Thomas vbi ſupra ad 2.

Suppoſitionem vero deſtructionis prioris, & prioris Angeli in infinitum ſyncategorematicè aſcendere bene potuiſſe, ſed non fuiſſe actu ab æterno quia implicat rem indiuiſibilem ſimul fuiſſe, & non fuiſſe in æternitatis eodem inſtanti; quare licet procedi poſſet ſincategorematicè verſus quaſi initium æternitatis, in deſtructionibus prioribus, & prioribus ſine fine, quemadmodum dicebam ſupra n. 710 fieri poſſe ſphæras ſecludentes maiores, & maiores ſine fine; veruntamen actu rem ab æterno fieri, ac deſtrui eſſe, & non eſſe, perinde eſt impoſsibile, atque iſtas ſimul componi, vel gyrationes factas ab æterno, vel in æternum factibiles: tametſi hæ in numeroſitate ſua pares ſint cuius numero infinito categorematico, vti contra *Valentiſſianos*, & alios ſæpe ſupra diximus, & infra n. 934. repetemus. iam quoque alibi ſupra a n. 681. notabamus rationes quandoque concludere, & bonas eſſe ratione materiæ, licet inualidæ ſint ratione formæ. reſpondit alijs argumentis S. *Thomas* in *Monamo* q. 26. ar. 2.

S. Thomas 1. p. q. 46. art. 2.

§ II.

SECTIO VLTIMA.

Deducit conſectaria ex doctrina præcedenti, vt producibilitas rerum ab æterno roboretur magis, & alijs argumentis aditus præcludatur.

Ariſtoteles
S. Thomas 1. p. q. 46. ar. 2.
S. Auguſt.

EX dictis ergo infertur primò conformiter ad Præceptores noſtros, non implicare, ſed poſse cauſam dum primo eſt, ſiue dum eſt, operari non tantum per emanationem, ſed etiam per actionem veram, etiam liberam; vt apparet in ſole, & reliquis luminoſis, & in Angelis, qui ſine dubio, in primo phyſico inſtanti ſui eſſe, Deum agnouerunt, & amauerunt etiam liberè; atque à Deo, multi Theologi cum *Auguſtino* opinantur quaſi factos, & conſeruatos eſſe per æternitatem multos effectus, quos vocant *negatiuos* vti ſunt negationes omnium, quæ non ſunt, nec erunt.

933 Quid n' ergo Deus potuerit producere liberè creaturas ab æterno, quando ipſe eſt, an ne ipſe temere dicatur deterioris conditionis, præſertim cum non indigeat conſultatione ob ſapientiam infinitam? & aliunde neceſſe non ſit cauſam antecedere effectum, vel eo priorem eſſe duratione, ſed ſola prioritate *naturæ* dicta, & *independentiæ*, qua ſemper gaudet efficiens cauſa, licet quandoque non quatenus efficiens, ſed quatenus immanens, & materialis, ab effectu vicìſsim ſoleat dependere, iuxta dicta n. 612.

S. Thomas 2. c. g. c. 38.

Infertur ſecundo non tantū potuiſſe Deum producere ab æterno creaturas incorruptibiles, vti ſunt Angeli, cæli, & huiuſmodi; ſed etiam corruptibiles, & homines, & leones, quos, vt manifeſtum eſt, potuiſſe, & conſeruaſſe per æternitatem à parte ante, ſicut poteſt conſeruare per æternitatem à parte poſt, nimirum, per actiones tantæ, ac tam diuturnæ durationi congruentes.

Infertur tertiò potuiſſe Deum ſucceſsiue producere, non tantum generationes rerum corruptibilium, vel paulo poſt corrumpendarum, vti ſunt generationes animalium, quæ ſucceſsiuè generantur, & emoriuntur, in quo conueniunt omnes noſtre factionis; verum etiam generationes, ſeu productiones rerum perenniter durantium, ſiue hominum, quorum animæ duraſſent, & iam infinitæ numero exiſterent, quod negare voluerunt plerique *Thomiſtæ*, nè negantes ſupra poſsibilitatem omnis infiniti, hic ſibi contradicerent, concedentes generationes hominum ab æterno, quas iam oportuiſſet fuiſſe infinitas, & ſubinde eſſe ſuperſtites animas infinitas.

S. Thomas op. 27. & 1. p. q. 46. a. 2. ad 6.

934 Sed immerito hoc illi negant, quod dixero pace hominum tantorum, tum quia ſimilia infinita rerum ſpiritualium conceſsit ſupra n. 687. cum *Ariſtotele*, *S. Thoma*, tum etiam, quia Card. *Toletus* hic q. 2. rat. 5. dixit *negare infinitum poſſe à Deo fieri, & cum hoc mundum poſſe æternum fuiſſe, vix capi poteſt*; & merito, quæ enim repugnantia inueniri poteſt in numero animarum infinito exiſtente actu, quæ non ſit in numero animarum infinito ſucceſsiuè preterito, vel etiam tantum poſsibili præſertim dicente *S. Thoma* ſupra num. 688. expoſitione infiniti actu, non ſequuntur inconuenientia vlla, ſi nimirum, in poſitione infiniti poſsibilis inconuenientia nulla erunt.

Ariſtoteles
S. Thomas

Infertur quartò non tantum potuiſſe Deum producere generationes omnis generis in anterioribus, & anterioribus temporibus ſyncategorematicè infinitis, quo ſolo contenti ſunt quidam Recentiores, quos fuſe illuſtrat, & imitatur P. B. *Amicus* lib. de *Mundo*, in principio, verum etiam, vti dictum eſt, actu, & catego ematicè ab æterno, imo verò ſecundum noſtros diſcurſus indicatos ſupra num. 688. vbi notabamus in conſequentiæ hos Iuniores, perinde nobis videtur concedere potuiſſe Deum condere Adamum ante mille annos, & rurſus ante alios mille, & ſic in æternum à parte antea ſyncategorematicè, atque concedere producibilem eſſe actu ab æterno; quod item deduco ex profundo diſcurſu P. D. *Ruiz*, quem ſupra n. 657. allegat, & ſequitur doctus P. *Alarcon*.

Infertur quintò opus nō eſſe, nec decorum dare *Vniuerſitatis* poſsibilem eſſe certam quandam multitudinem annorum tantam, & non maiorem, in quibus à parte antea potuiſſet antiquius, & antiquius res condi, vel condita deſtrui, ſed nec cum *Durando*, *Gabriele* & *Albertino*, conuenire, qui vt teſtatur *P. Soluis* q.7. a.1. dub.2. exiſtimarunt proceſſum præfatum ſyncategorematice infinitum dici non quia eiuſmodi infinitum etiam adequate ſumptum par ſit cum categorematico, ſed quia conſtans finitis vnitatibus, non conſtet tot certis, quin pluribus numeralibus ſine fine propter ea quæ diximus ſupra à n.657. & 659.

935 Infertur ſexto durationem æternam etiam petentem natura ſua eſſe ab æterno, & in æternum durare, non fore perfectionem ſimpliciter ſimplicem, etenim ea perfectio, vt me docuit olim P. *Eſpinoſa* in materia de *Trinit.* debet eſſe ſecundum S. *Anſelmum* in Monolog. c.14. *melior ipſa, quam non ipſa*, ideſt, talis, & tanta, vt *non ipſa*, hoc eſt, cætera omnia præter ipſum, ſiue quæ habent negationem ipſius, vel ipſa non ſunt, ſeorſim, & ſimul collecta, ipſam in perfectione non ſuperent; illa enim vox *non ipſa*, infinitanter ibi ſumitur, & ſignificat omnia reliqua preter illud, quod dicitur perfectio ſimpliciter ſimplex, & ideo nihil extra Deum poteſt eſſe perfectio talis; ſiquidem, vt manifeſtum eſt quęuis perfectio creata longo exceſſu ſuperatur à *non ipſa*, nempe ſaltem ab aliqua diuina perfectione, quæ quoque intra ſignificata vocula illius infinitatæ, aſſertur. atque in propoſito æternitas diuina multo melior eſt illa Aeternitate creata, quatenus diuina eſt à ſe, & independens, nullo modo debita cuiuis imperfecto, ſicut eſt illa.

Poſſet vero duratio ſimilis creata dici, non tantum infinita ſecundum quid quatenus correſponderet tempori vero, vel imaginario abſolute infinito, ſed etiam abſolute, & ſimpliciter infinita in durando, & ſecundum durationem, quod nullo modo arguit infinitudinem perfectionis rei durantis; quia huius maior, vel minor perfectio non ſolet attendi per maiorem, vel minorem durationem, vt cernimus in rebus corruptibilibus, & incorruptibilibus, & in quantitate immenſa, quę non ideo eſt infinita in perfectione, quia debeatur ei locus ſimpliciter infinitus, & immenſus.

Sed opponis, neque noſtri Magiſtri, nec alij Interpretes agnouerunt pluſquam quatuor infinitorum genera, nempe perfectionis, extenſionis, intenſionis, & numeri, ergo infinitum in duratione non eſt impoſsibile. Reſpondetur hoc genus infiniti ſecundum *Ariſtotelem Auguſtinum*, & *Thomam*, & Interpretes, reducendum ad genus extenſionis quantitatiuæ, ſicut tempus abſolute reducitur ad quantitatem, vt habes in *Tripartita* num.806. 936

Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

Oppones ſecundò nequit communicari creaturæ ſapientioritas, ſiue ſapientia ſupra omnia reliqua, ergo neque Antiquioritas, ſiue antiquitas ſupra omnia. Reſpondetur conceſſo antecedenti, negando conſequentiā quia talis ſapientioritas eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, vt liquet ex applicata definitione, & ideo propria ſoli Deo; ſecus foret Antiquioritas, quæ, vt indicatum eſt, non eſſet perfectio maxima, neque ex genere ſuo ſimpliciter ſimplex. Cum autem ſapere pluſquam omnes ſit quid diuinum, & ſubinde incommunicabile creaturis, videtur patere lumini naturali, ſiquidem talis ſapientia ſine dubio foret non tantum ſimpliciter infinita, ſed nec ab alia æquari poſſet, & multo minus ſuperari. id quod commodius Theologi proſequentur, non ſic eſt Antiquioritas, quia durationis maioritas, & inæqualitas non ſolet de neceſsitate augere ſubiecti ſui perfectionem, vt ſupra dictum eſt, & idcirco communicabilis, & multiplicabilis per plures videtur æternitas.

Concludo ergo, & iterum dico non implicare de potentia abſoluta entia vlla fieri ab æterno, neque ratione conditoris Dei, nec ratione ſui; quod mihi tria, aut quatuor perſuadent, primum eſt probabilis ſolutio implicationum, quæ ſufficit in quæſtioni-

Digitized by Google

ſtionibus de abſoluta omnipotentia Dei. Secundum eſt quia non video cur gyrationem, verbi gratia, heſternam cæli non poſsit alia præcedere, & hanc alia, & ſic ſine fine aliæ categorematice, ac ſine principio, ſiquidem nulla impedit aliam, & nulla petit eſſentialiter ita eſſe priorem, vt ante ſe nullum patiatur, ſolum namque poſtulat vnaqueq; eſſe quod eſt, & quando eſt, & cauſam, & ſubiectum ſui; ſed nec ex eo quod quælibet ſeorſim habeat priorem ſe, ſequitur collectim omnes habituras vnam primam, in præſenti enim non valet argumentum à diſtributiuo ad collectiuum, vt in ſimili annotaui in *Tripartita* nu. 302.

Tertium eſt, quoniam argumenta vrgentiora, & quæ inſolubilia videntur facta contra entia, quæ forent ab æterno à parte antea, inſtaurari poſſunt contra eadem entia, quæ ſine dubio ęternari poſſunt à parte poſt, ſi, nimirum, decreuiſſet Deus cælorum motum durare in ęternum; vel etiam contra infinitas cogitationes Beatorum, quę in ęternum de facto erunt. Quartum deniq; & potiſsimum ſit irrefragabilis authoritas *Ariſtotelis*, & SS.PP. *Auguſtini*, & *Thomæ*, nam *teſtimoniorum vſus*, quod habetur l. eadem ff. de teſtibus, *ab his maxime exigendus, quorum fides non vacillat*, quæ omnia cum reliquis dicta eſſe volumus, & optamus ad maiorem Dei gloriam.

COM-

COMPENDIVM PHYSICAE DISCIPLINAE

Erunt diſputationes generales, quas ingenioſi, & ornatiſsimi adoleſcentes Aſtigitani D.D. Ioannes Bermudo Valderrama, & Chriſtoforus Solorzano Miranda. Deiparæ immaculatæ dedicarunt, & ſtrenuè publice propugnarunt Anno Domini 1626.

Doctrina Præfationis.

1 OMnes homines natura ſcire deſiderant etiam ſingularia omnium Prædicamentorum, ac ſingulariſsimum Deum, Bonum, & Malũ; nec enim, vt monſtrat quotidiana experientia, curioſitas humana ſiſtit, aut contenta eſt notitia rerum in genere, ſiue vniuerſalium. ſed quia naturaliter impoſsibile videtur in vita noſtra breui, peruenire ad eum finem ſciendi ſingularia, qua prope infinita ſunt, & pleraque valde remota à noſtris ſenſibus, arte vſus ſagax intellectus hominum, inuenit abſtractiones, nempe ductu Logicæ à ſe quoque inuentæ, abſtraxit à rebus vniuerſis Prædicabilia quinque quo ſic ſumpta, & cognita diſtincte quadam formalitate, & ratione communi ſingularibus omnibus cuiuſuis generis, ac de aliquibus item prædicata, hæc diſtinctius, & reliqua omnia quodammodo, ideſt, in ſuo vnumquodque vniuerſali, imcomplete, vel confuſe ſcirentur: ſicut homo, aut Petrus ſcitur, quando animal, quod eſt eorum pars actualis, & totum potentiale cognoſcitur.

2 Quoniam vero eiuſmodi prædicationes ſunt tam numeroſæ, & tam variæ, intellectus ipſe vſus diuiſione, quæ claritati, & facilitati ſcientiarum diſtributioni iuuat, partitus eſt immenſum cumulum prædicationum, ſiue cognitionum harum de quinq; Prædicabilibus, & aliarum, quæ ad ipſa reducuntur, in claſſe differentes, eaſque proprijs nominibus diſtinxit, & vnam appellauit Metaphyſicam, aliam Logicam, & ſic reliquas, cuilibet præterea aſsignando proprium obiecti diſtinctiui genus; ne foret vna ſola ſcientia mole ſua indigeſta, magna nimis, & incomprehenſa, vulgo dicta *Philoſophia*, hoc eſt *notitia humanarum rerum, ac diuinarum*. mixtim, ſiue gregatim continens innumerus habitus, & actus maxime diuerſos. 3

Ergo iſta magna Philoſophia diuiſa eſt in ſex partes, tanquam in ſex integras ſcientias, quarum quælibet eſt collectio numeroſa habitum, & actuum, ſiue ſcientificarum prædicationum. Prima eſt *Metaphyſica*, quæ conſiderat *ens vt ens*, vt vides in ijs actibus ſuis. *Ens eſt bonum, Petrus eſt animal*. & in reliquis, quæ prædicant de ſubiectis prædicabilia primum, ſecundum, tertium, definitionem & rationes tranſcendentes, ſiue immediata prædicatione, ſiue diſcurſiua, ideſt, iudicio, vel diſcurſu. Secunda eſt *Philoſophia naturalis*, cui datum eſt conſiderare *ens vt mobile*, aut *motum*, ideſt res omnes vſque ad motũ,

ſiue

ſiue ſecundum motum. vt apparet ibi, *Animal ſentit, Paulus diſcurrit*. & in prædicationibus certis, & euidentibus Prædicabilis, quinti, & plerumque etiam quarti. Tertia *Ethica*, quæ ordinat actiones humanas, vt cernitur ibi, *ſuſtine, & abſtine*. Quarta *Mathematica*, quæ cognoſcit in quantitate menſuras, vt hæc, *Virga hæc eſt bipedanis*. Quinta eſt *Logica*, quæ ex officio directo diſponit voces, dirigit conceptus, & res omnes adaptate aſſumere docet, & prædicare.

Sexta demum eſt *Theologia*, quæ ſi diuina ſcientia eſt, eſt vna ſola, reliquas omnes continens quaſi formaliter, & eminenter. ſi humana, & omnino naturalis, reducitur ad prædictas per diuerſitate obiectorum quæ tangat. ſi vero eſt Fides noſtra, quæ *virtus Theologica* dicitur, eſt quædam ſcientia certa, non euidens, qua firmiter credimus reuelata à Deo, quia ipſe ita eſſe nobis dixerit. cuius actus reducibiles iterum erunt ad enumeratas ſcientias, & ideo hi erunt Metaphyſicæ, *Deus eſt trinus, & vnus. Chriſtus eſt homo*. illi ad Phyſicam ſpectant, *Deus homo factus eſt, & habitauit in nobis. Chriſtus eſuriuit, fatigatus ſedit, aperuit os ſuum*, & huiuſmodi. Præcepta quippe diuina ſine dubio ad Ethicam pertinent. & ſic reduces reliquas ſcripturæ S. ſententias, re, eſtiue ad ſcientias ſuas, & concluſiones ex actibus Fidei deductas, quibus conſtat, atque componitur *Theologia ſacra*, ſiue ea celebris ſcientia, à qua Scholaſtici *Theologi* nominantur.

Notandum autem eſt plerumque à Peripateticis, & alijs Philoſophis, aſsignari ſcientijs obiecta in communi, & abſtracta, verbi gratia, Metaphyſicæ dant ens in communi, Phyſicæ mobile item vt ſic, & ſimili modo reliquis; non quia, vt par eſt credere de tantis viris, negarint cognitiones Dei, Angelorum, & hominum, verſantes circa minus communia, & ſingularia, pertinere ad ſcientias, ſed quia ipſi in ſcriptis ſuis deſcendere noluerint ad ſingularia, contenti cum ipſorum doctrina generali: id quod prudenter factum ab ijſdem, tum ob inſuperabilem difficultatem cognoſcendi rerum indiuiduas rationes, aliunde prope infinitas; tum quia cum ita à natura homines conſtituti ſimus, vt in ſentiendo, & intelligendo res, tranſire debeamus de actibus imperfectis ad perfectos abunde ſatis à Magiſtris prouiſum nobis fuerit, ſi ij viam oſtenderint nobis oſtendendo vniuerſalia, quorum notitia vel confuſa, nos illuſtrati ad minus vniuerſalia, ac pedetentim tandem ad Prædicamentorum baſim, hoc eſt ad ſingularia ſcienda deſcendamus. quod iam ex parte fecerunt ante nos cum *Ariſtotele* plurimi tractantes problemata, hiſtorias animalium, de cælis, Phænomenis, anima rationali, & huiuſmodi minus communibus, quæ conſiderantur à Philoſophia noſtra naturali.

Nomine Philoſophiæ naturalis intelligenda venit *Phyſiologia*, ſeu *Phyſica* contenta his octo libris Phyſicorum, & ſequentibus vſque ad libros de anima incluſiue. cuius adæquatum obiectum materiale eſt mobile in communi abſtractum more *Realium*, vel quod in præſenti perinde eſt, more *Nominalium*, quidquid mobile eſt, actiue, videlicet, & paſsiue: formale vero, motus, & quies, hoc eſt, operatio, quæ de mobili quolibet prodit & de ipſo contingit prædicari. quocirca obiectum aggregationis Philoſophiæ huius vniuerſæ, ſunt Deus, & omnia decem Prædicamenta; formale autem eorum operationes naturales, neceſſariæ, vel etiam contingentes, tranſeuntes, & immanentes vnde fit obiectum materiale, ſiue ſubiectum & formale ſimul ſumpta, plerumque eſſe ens quodam per accidens: quod inconueniens nõ eſt, & ab omnibus concedendum eſt, vt vides ibi. *Petrus aut homo calfit. Ioannes intelligit. Paulus ædificat. Sol producit lucem. Deus omnia conſeruat*, & huiuſmodi propoſitiones certæ, & euidentes materiæ naturalis, & contingentis.

Nihilominus Philoſophia hęc eſt vere ſcientia partim practiua actiua, & factiua, partim ſpeculatiua. atque ſi eius actus caute fiant & ſecundum regulas Logicę plerique euadent certi, &

ti, & euidentes, etiam ſi ij ſint immediata iudicia; quo modo plerumque ſunt actus huius ſcientiæ, vt pote qui proximè fundãtur in actibus ſenſuum externorum: omnes enim ſcientiæ humanæ incipiunt ab iſtis ſenſibus, & per ipſos intrant ad intellectum, & ſubinde finaliter ad ſenſationes reducuntur, aliæ proximius, remotius aliæ. quod bene agnoſcentes amatores ſapientiæ *ſenſus maxime diligunt* tamquam medium neceſſarium ad ſciendum, *oculos præſertim, qui plus es rerum differentias oſtendunt*. quare forſan non erraret, qui diceret ſcientiarum actus eo eſſe certiores quo ſunt ſenſibus proximiores. qualiter ſunt actus Phyſiologiæ, vt pote prędicantes de ſubiectis plerumque ſenſibilibus, plerumque ſenſibiles operationes, & ſubinde ſcientias omnes naturales quodãmodo ſubijci, & ſubalternari huic, ac tandem corporeis ſenſationibus. hæc enim eſt conditio imperfectæ naturæ noſtræ, ac ſcientiæ.

7 Prima verò pars huius Philoſophiæ dicta quaſi ſuo nomine proprio *Phyſica, & libri Phyſicorum*, ſiue ſcientia, quę in eis traditur, & continetur, non eſt formaliter loquendo volumen aliquod ſcriptum, nec res in eo contentæ, ſed nec collectio actuum definientium, ac diuidentium naturam res naturales, earum principia, & quæuis prędicamenta, vel de eis prędicantium aliquid eſſentiale; nam ſimiles actus ad Metaphyſicam pertinent: nec enim Phyſica, ſicut nec Logica, aut alia ſcientia auulſa, ac ſeparata ab illa, tradi vnquam potuit; ſed eſt numeroſa congeries (loquor de Phyſica actuali) partim practica, partim ſpeculatiua actuum intellectus ſcientificorum, & opinatiuorum, (vt, ſcilicet à nobis habetur) qui prædicant de ſubiectis quibuſlibet aliquem motum, vel operationem, ſubiectum quoduis ſub eo prędicato, ſiue ratione formali cognoſcentium, id quod eſt, quod circumfertur, nempe verſari Philoſophiam naturalem circa *corpus*, aut *ens mobile, vt mobile*, & non poteſt eſſe aliud, ita ſunt, & verſantur actus hi. *Deus creauit omnia, cœli influunt, Angeli mouent cœlos, terra germinat, Petrus intelligit, amat, ſentit, torpuit, vegetat, mouetur*.

& quotquod propoſitiones pertinent ad Prędicabile quintum. & plerę què ex his quæ ſpectant ad quartum, ideſt, ad Proprium, & accidens.

Phyſicorum ergo obiecta materialia, ſiue ſubiecta ſunt Deus, ac decem rerum Prædicamenta, ſeu quidquid actiuè, & paſſiuè, ac formaliter mouens & mobile eſt; formalia vero ſiue prędicata ſunt motus, vel operationes, quorum ſunt cauſæ actuales illa ſubiecta; quod pari modo dicebam ſupra de obiectis Phiſiologię vniuerſę. Hæc enim traditur à nobis regula generalis pro quauis ſcientia naturali, ac iudicio. *quidquid in propoſitione mentali directa cognoſcitur ex parte ſubiecti, eſt materiale obiectum: quidquid autem ex parte prædicati formale obiectum eſt.* id enim eſt ratio formalis, ſub qua res ſubiecta cognoſcitur. 8

Sed in eo diſcerni putamus partem hanc Phyſiologię à reliquis de cœlo, de Generatione, de Anima, & cęteris, quod hę determinent ſibi particularia mobilia, & particulares motus, deſcendendo ad magis ſpecialem ipſorum conſiderationem, vt puta corruptibilia, incorruptibilia, corporea, ſpiritualia, viuentia, & ſic aliter minus vniuerſaliter; Phyſica vero non ſic, nec tantùm determinat, nec deſcendit, ſed ſolum prętendit tangere mobile, & motum vt ſic, ſiue mobilia omnia etiam ſingularia, vt loquitur Ariſtoteles, *vſque ad motum*: ideſt, vt mouentur, mouent ſe, & motu fuerunt, non curando de alijs perfectionibus, aut conditionibus obiectorũ ſuorum, quas relinquit conſiderandas ab illis alijs partibus naturalis Philoſophię; quamuis & ipſa Phyſica rationes corruptibilis, incorruptibilis, increati, vitalis, & reliquas materialiter, vt aiũt, & implicitè attingat, vt apparet ibi. *Petrus intelligit*. qui Phyſicè actus eſt quatenus pręciſe cognoſcit Petrũ mouẽtem ſe per actum qui eſt motus: animaſticus vero, quatenus cognoſcit Petrum vitale principium mouens ſe per actum, qui eſt motus vitalis, per quem ille ſpiritaliter mouetur, & viuit.

Quamuis autẽ conſideret hęc pars Philoſophię, mobilia omnia, & mouentia ſiue operatoria, inter quę ſunt multa ſpiritualia, & ſupernaturalia, 9

nos

nos tamen quia maiori ex parte corporei, & omnino naturales ſumus, fuſius hic tractamus de mobilibus, de cauſis, de Prædicamentis naturalibus corporeis; & *Corpus* opinamur cum Metaphyſicis eſſe *quidquid habet trinam dimenſionem, & quidquid ad ipſam componendam ordinatur*. & ſpiritum oppoſito modo eſſe. aliud corpus eſt ſimplex, vti forſam eſt Empyreum, aliud compoſitum materia, & forma vnitis, & aliter multifariam.

10 Compoſitum id corporeum hic nos (vt morem geramus multis Philoſophis aliud diſcentibus eſſe ſuæ Phyſicę obiectum, & aliud eidem tractatione dantibus, & forta'ſe ſibi contradicentibus) pro nunc excluſis partibus huius Phyſicæ, quæ directè conſiderant Deum primum motorem, & alias cauſas extrinſecas, & intrinſecas naturales, vel ſupernaturales, & ſpirituales, & ea item principia, quæ componunt accidentalia, & artificialia compoſita cum motibus, & effectis, quæ ex ipſis, & ab ipſis proficiſcuntur, licet ea omnia gregatim conſtituant obiectum adæquatum dictum aggregationis Phyſicorum, volumus ijs libris aſsignare pro obiecto quaſi adæquato attributionis *naturale compoſitum ſubſtantiale corporeum* ſiquidem ipſum, vt ait *S. Auguſtinus* ſuſtinet, & habet quaſi pro ornamento, & complemento naturali reliquaş omnes categorias, quæ propterea à nobis Phyſicis tractantur, & explicantur in ordine ad ipſum, & quatenus ſunt motus, & effectus ipſius; ipſum enim & eſt cauſa naturalis illarum, & in ipſo reſidet *natura*, quæ definitur *principium motus & quietis*, motus autem, & quietes ſunt categoriæ quotquot veram entitatem, & producibilem habent. Sed vero aſsignatio hæc noſtra, & reductio, licet fundamentum in rebus habeat, eſt libera, & voluntaria, & ideo prudentius iudicabit aliquis procedere, & arbitrari eum, qui dicat Deum rerum omnium Authorem, & motorem primum, dignius multo obiectum attributionis eſſe ad quod omnes tractatus noſtri tanquam ad Principium, & Finem eorum omnium referantur.

Poſtremò methodum in tradenda hac Phyſica commendat nobis in ſua Præfatione Philoſophus dicens ita nos eſſe à natura conſtitutos, vt prius confuſe cognoſcamus magis confuſa, ideſt, magis communia; poſterius autem diſcernamus clarius, & diſtinctius principia, & elementa, deueniendo quaſi per gradus ad completa ſingularia cognoſcenda. natura quippe ſemper procedit de imperfecto ad perfectum, ideo prius generat animal, quam hominem, hoc eſt, prius hoc animal ſenſitiuum, quam hoc animal rationale. oculus reſpiciens à longe prius videt magis confuſum, & commune, ideſt, hoc corpus, deinde magis appropinquans apprehendit id eſſe hoc animal priuſquam hunc hominē, & poſt *Socratem* eſſe, & *Platonem*. & idem proceſſus cognitionum contingit in intellectu tranſeunte de neceſſitate per eos gradus manuductus à ſenſibus, per cognitiones imperfectiores, & incompletiores in principio, quam in fine, quando tandem *Socrates* in ſe ipſo cognoſcitur, qui prius cōfuſe partialiter, ſiue ſecundum ſui partem, & elementum alterum, & ſic incomplete cognoſcebatur, cognitis ſuo genere, vel ſpecie. hic eſt diſcurſus. *S. Thomæ* 1 p. q. 85. à & *Caietani* ibi, & loco, vbi ſe citat, ſtrenue defendens doctrinam S. Doctoris ab argumentis *Antonij de Trombeta*. 11

Ex quibus colligo duo. primum eſt primum noſtrum cognitum, tam ſecundum ſenſum, quam ſecundum intellectum, eſſe quidem ſingulare, ſed id prius cognoſci ſecundum prædicatum magis commune, intelligendo tale commune ſingularizatum ſaltem reſpectu ſenſus, qui proprie abſtrahere non poteſt; quod ſimiliter poteſt intelligi reſpectu intellectus, ſed non neceſſario, ipſe enim præciſiuus eſt. vocat vero S. *Thomas* anteriores iſtas cognitiones verſantes circa gradus ſuperiores, imperfectas, incompletas, confuſas, tum propter obiecta, quæ per eas imperfecte, incomplete, & non totaliter, & confuſe tanguntur: tum comparatiue ad cognitionem completam, qua tandem ſingulare totaliter comprehen- 12

ditur. quemadmodum via generationis, generatio formæ embryonis imperfecta, licet integra ipſa ſit, & ſuo modo perfecta, cẽſetur reſpectiue ad generationem huius leonis, vel cuiuſdam hominis ad quas illa prior præmiſſa, & ordinata eſt à natura.

Secundum eſt, ſapienter ab *Ariſtot.* tractatum in ſequentibus libris de compoſito in communi, ſiue coniuncto ſubſtantiali, accidentali, etiam artificiali, & poſtea deſcenſuro ad cõpoſita minus communia incorruptibilia, corruptibilia, mixta, viuentia, & ad inferiora magis particularia, hic præmitti tractatum de Principijs in communi; id enim applicanti animum ad cognoſcendum hunc hominem, hocue compoſitum, quaſi prædicatum communiſſimum prius occurrit, vt patet reflectenti.

Atqui ex tota doctrina Præfationis
13 huius euidenter apparet, quam facile lector poſſit ſcientias cognoſcere, ac diſtinguere: & quo pacto poſſit quæ audierit, quæ legerit, quæ loquetur ipſe, reducere ad claſſes ſcientiarum; ſiquidem omnes intellectuales propoſitiones directe pertinent ad quinque Prædicabilia, vel reductiue, & obiter magno bono ſuo notabit harmoniam Prædicabilium, & Prædicamentorum, & ipſorum vtilem inuentionem ad comparandas ſcientias traditam à noſtris Maioribus pro quorũ facili intellectu nos pauca addimus, ac Deo bene iuuante alia ſuperaddemus.

Sed non oportebit quemquam conturbari, quod nos ſcientiam nominemus iudicia immediata etiam verſantia circa contingentia, ſingularia, & entia peraccidens tum quia certiora ſunt ita, quam demonſtrationum concluſiones iuxta illud, *propter quod vnũquodque tale & illud magis*, & ſufficit ſcientiæ ſi ſit certa & euidens, qualiter eſt cognitio immediata Dei, & Angelorum & primorum noſtrorum principiorum. tum etiam, quia ſi de medio tollas cum *Ariſtotele*, neſcio quid obſcuritate ſua prætendente, cognitiones certas, ſeu ſcientiam de Petro e. c. colorato, currente, vel aliter ſe habente, aut operanti ad præſentiam ſenſuum noſtrorum, tollis omnino humanam omnem ſcientiam, quæ finaliter reducitur ad ſentationes corporeas, & tota, aut ex maiori parte finaliter eſt à poſteriori, ideſt, originem ducens ab effectis ſenſibilibus ſingularibus, & contingentibus, & ſubinde accidentalibus cognitis per ſenſus exteriores, quos eludi, & falli in præſentia obiectorum, ſuorum, non ſinit facile diuina Prouidentia.

Doctrina libri primi.

COmpoſiti naturalis geniti elementa, ſiue principia exiſtunt, 14
& in illius primo fieri ſunt tria, nempe materia, forma, & carentia eius formæ tempore præexiſtens neceſſario in materia: quæ tria ad omnem generationem, qua motus ipſa eſt, concurrerunt: ſicut & ad generationes ordinarias, quas omnes partiales conuerſiones eſſe contingit, concurrunt principia quatuor, quæ ſignanter magis apparent in generatione cadaueris, vbi præter dicta elementa tria, præit de neceſſitate deſtituta eſſe forma viua. Sed principia geniti in facto eſſe ſunt tantum duo, ea ſunt forma, & materia vnitæ. *Principia* vero *ſunt quæ neque ex ſe ipſis, neque ex alijs, ſed ex ipſis omnia fiunt.*

Materia prima eſt primum ſubiectum immediate in ſe recipiens formas ſubſtantiales: diciturque, & eſt pura potentia incompleta entitas, & incompletæ ſpeciei. ingenerabilis eſt, & natura ſua incorruptibilis; quæ licet à parte rei ſit vna relatio realis, non ſolum totaliter ſumpta, ſed etiam ſecundum quamlibet portionem, & partem ſufficientis magnitudinis, erga omnes formas; tamen probabile videtur ſecari poſſe per intellectum in eadem ſingulari portione materiæ, tot partiales reſpectus, quot ſunt formæ phyſicæ reſpectæ, quos ita ſemel quaſi diſectos, ac diſtinctos, non ſe inuicem claudere, ſed eſſe formalita- 15

tes

tes modo quaſi numero, modo quaſi ſpecie, ac genere inter ſe differentes nempe ſecundum formarum ad quas formaliter referuntur, diſtinctionem. pluſquam probabile videtur.

16 Adornatur materia ad recipiendas in gremio ſuo formas, quantitate ſibi coæua plena accidentibus ad illas diſponentibus, ſed nulla portio materiæ recipit, aut poteſt recipere pluſquam vnam formam ſubſtantialem in potentia naturali; capit autem plures huius ſui, vel alterius ordinis, ac retinere valet ſimul in potentia obedientiali, ea quippe dicitur potentia obedientialis paſsiua, quæ communis eſt ſubiectis receptiuis; eſt & alia in creaturis omnibus dicta *potentia obedientialis actiua*, mediante qua poteſt Deus facere quidquid ad extra ſolus ipſe poteſt. atque illa eleuatur à Deo per productionem vnionis formæ cum ſubiecto, hæc vero per ſimultaneum concurſum vberiorem. ergo *potentia* materiæ *obedientialis paſſiua eſt, quæ explebilis eſt per vires agentis ſuperioris Dei*; & naturalis, *quæ expleri poteſt per vires agentis naturalis*, vtraque in re eadem materia prima, connotatis, ac nominibus diuerſis ſolum diſcreta: quod ſi ratione diſcernatur, duplex formalitas, vtraque naturalis eſt. atque potentia, quam habet quæuis pars materiæ ad recipiendas formas deſtructas naturalis quoque videtur.

17 Etſi omnes materiæ portiones conditæ à principio, ſint eiuſdem infimæ ſpeciei, poſsibiles ſint aliæ ab hac, & ab ſe inuicem ſpecie diſtinctæ, non ſolum ſpirituales, ſed etiam corporales, quæ tamen reſpicere, ac recipere poſſent vel formas alterius ordinis, vel ex his, quas reſpicit noſtra materia, aliquas, aut omnes. quælibet materia non tantum habet proprium eſſe, & quaſi actum incompletum, entitatem ſuam; & ſubinde actum metaphyſicum differentiale ſuum; ſed etiam propriam exiſtētiam diſtinctam ab exiſtentijs formarum; & ideo ſine dubio poteſt ſola ſine formis exiſtere diuinitus; ſed non ſine vberiori creatione. nunquam tamen videtur aliqua pars materiæ extitiſſe naturaliter vacua, neque in mundi principio materia vniuerſa condita fuiſſe ſine formis.

Forma, quæ eſt alterum principium compoſiti naturalis *eſt actus phyſicus materiæ, vnum totum per ſe cum ipſa conſtituens*, compoſiti potior pars, actus diſtinguens, non tota eſſentia, nec toto perfectior. vnica de facto eſt in quaquis parte materiæ, ſi in vna ponerentur diuinitus formæ plures, vel vna forma replicata in materijs multis, multa compoſita reſultarent. an vero id monſtrum externis oculis appareret, curioſam quæſtionem habet. Formæ omnes corporeæ ſemper eductæ fuerant, & educuntur de potentia materiæ, vbi præextitit ſemper prius priuatio, vel carentia illarum. priuatio ergo. hæc eſt tertium principium geniti, dictum *ens negatiuum*, varium, & multiplex pro varietate formarum, quas remouet à ſubiecto. namque multæ differentes priuationes ſunt in quolibet ſubiecto. in ſunt præterea compoſito tres partiales ſubſiſtentiæ correſpondentes materiæ, formæ, & vnioni ſubſtantialibus, eaſque complentes in ratione ſubſtantiæ. Vniones vero Bucocephali, & Petri corporeæ omnino ſunt, & vna tantum eſt in quolibet compoſito, eſt entitas modalis pluſquam realiter ab extremis diſtincta, & in vtroque recepta, vnionum præterea poſsibilium, imo, & iam exiſtentium varietas eſt admirabilis. 18

Compoſitum ergo naturale eſt *quidquid conſtat materia, forma, & vnioni ſimul ſubſiſtentibus*. ſolet autem, aut poteſt eſſe tripliciter: vnum omnino corporeum. vt quidam Leo. aliud partim ſpirituale, vt Petrus. tertium omni ex parte ſpirituale conſtitutum ex materia, forma, & vnione ſpiritualibus, quod foret quaſi Angelus Dei, aliud eſt compoſitum per ſe, & ens per ſe, cuius partes debent eſſe eiuſdem prædicamenti, ambæ incompletę, vel ſaltem altera, ſecus facient compoſitum per accidens, vt eſt album, quod eſt aliud genus compoſiti, aliud denique dicitur compoſitum, ſiue compactum artificiale, vt ſcabellum; adquod genus ſpectant congeſta per accidens, vt Populus, aceruus lapidū, 19

& huiuſmodi, etiam ſi penetrata in eodem loco ſint, ſi tamen nullo alio nexu vnita fuerint. partes autem cuiuſcumque compoſiti, vel aggregati collectiuè ſumptæ, nec re, nec ratione ab eo differunt, ſecus ſi diuiſiuè ſumantur.

Doctrina libri ſecundi.

20 NAtura, quæ definitur *principium motus, & quietis eius, in quo eſt primò, & per ſe, & non ſecundum accidens*, ſunt ſolæ materiæ, & formæ ſubſtantiales intra compoſitum, in iſta acceptione *Ariſtotelis*, & quæcumque aliæ ſubſtantiæ, quæ aliquo modo cõponant etiam rem abſolute ſimplicé, quaſi ad inſtar materiæ, & formæ. vti ſunt Angeli ſubſtantia, & ipſius ſubſiſtentia. reliqua vel ſunt motus, & quietes, ſiue operationes naturæ, vel entia naturalia, aut à natura; quæ quoque ſignificat, aut eſt cauſarum naturalium congeries. Ars item eſt ſuo modo directiuo principium motus, & quietis eius, in quo eſt, vel alterius in quo non eſt, ideſt, cuiuſuis artificioſæ operationis, exiſtens in agenti rationali producenti in ſe, vel extra ſe opus ſecundum artem. multis differt ars à natura, & in multis eſt æmula ipſius: atque admirabiles effectus tum accidentales, tum etiam ſubſtantiales directiuè ſolum concurrendo edit in lucem cum effectiuè natura.

21 Cauſa in communi *eſt principium per ſe conducens, vt alteri communicetur eſſe*, vel *vt aliquid de nouo fiat*. & in primis alia eſt in actu primo, quæ eſt virtus intrinſecã cauſæ. alia in actu ſecundo, quæ eſt complexum ex virtute cauſæ, & effectione ipſius. deinde alia eſt phyſica; alia moralis: præcipua eſt *cauſa efficiens*, quæ dicitur *principium per ſe influens in aliud ſine mutatione ſui, vt præciſe efficiens eſt*. quæ ſi creata eſt, & ſecunda influentia modali phyſica vti propria actione, & cauſalitate producit effectus ſuos, non ſola ſed ſimul cum Deo cauſa prima, & vniuerſali coagere parata cum cauſis neceſſarijs per decretum abſolutũ, cum liberis autem per conditionatũ, & indifferens. vnde neque ſola cauſa prima in præſentia cauſæ ſecundæ; neque ſola cauſa ſecunda, ſed vtraque ſimul proximè influendo cooperatur, non tãtum opera naturalia, ſed etiam maximè ſupernaturalia, & media ſalutis æternæ, quando contingit cauſam ſecũdam præditam eſſe libero arbitrio, ad finem ſupernaturalem euecto. Licet enim Deus otioſos vocauerit in vineam ſuam, eos inibi operarios vult eſſe, & cooperatores, vt ex mirabili hiſtoria colligit, & ponderat hiſtoricus illuſtris *Ferdinandus* del Caſtillo lib. 3. c. 9. omnino legendus.

Sed vero quamuis Deus cauſis liberis antecedenter, ideſt, ſine earum libertate, ſuperaddat, præter concurſum ſimultaneum, quo concurrit cum omnibus cauſis ſecũdis, bonas cogitationes intellectui, & pios affectus voluntati iniectos, quibus eas cauſas liberas etiã in ordine naturali, intẽtionaliter quaſi applicat, & mouet ad agendum, eis ſic præſentãdo, & applicãdo, oſtendẽdouè materiam circa quam ſuadet, inuitatq; vt operentur, nullam cogit, nullius indifferentem libertatem inuertit, quippe qui vult cum ijs coagere, ſi, & quãdo velint ipſæ cooperari, decernens quidem, & præfiniens earũ bona opera efficaciter in cauſis eorum, non in ipſis, tametſi ipſa eſſe, & à nobis fieri maxime deſideret. determinat tamen Deus omnium effectuum numerales differentias, quin propterea ſit malorum author, aut lædat arbitrij libertatem, quod ſemper ſeſe vltimo ad exercitium ſui actus determinat, & diuinos omnes concurſus habet quaſi in poteſtate ſua, ſin minus quantum ad eorum habitationem, quantum ad ipſorum vſum, & non vſum. 22

23 Cauſa efficiens phyſica alia eſt *principalis*: quæ definitur eſſe *quidquid in operando non ſeruit alteri creatæ, ſed cui ab alijs ſeruitur*. alia eſt *inſtrumentalis*, & *eſt quidquid opere ſuo ſeruit alteri*, etiamſi perfectione ſuperet opus ſuum, quare non requiritur ad definitionem inſtrumenti vt ſic, quod id ſemper præuium aliquid prius producat, & ponat in paſſo, poſt quod ſequatur in eodem paſſo, operatio principalis agentis. neque quod per præmotionem inſtrumen-

tali

tali cauſæ impreſſam, acuatur ad opus, præmoueaturuè à ſua cauſa principali.

24 Ergo cauſa efficiens alia eſt prima, alia ſecunda, alia vniuerſalis, alia particularis; alia libera, alia neceſſaria; alia primo producens, alia conſeruans; alia ſubſtantialis, alia accidentalis; alia totalis, & adæquata, idest, continens perfectionem effectus, alia partialis; alia principalis, alia inſtrumentalis. & aliter multis modis. quamuis autem ex dictis certum ſit cauſas naturales eſſe operatorias aliarum ſubſtantiarum, & actiones merito attribui ſuppoſito, ſiue compoſito, verumtamen liquido non conſtat inter Doctores, quæ pars, aut virtus compoſiti proximè, & immediatè influendo cauſet ſubſtantiales effectus; ego probabilius opinari reor eos, qui docent ſubſtantias immediate per ſe ipſas producere alias ſubſtantias, & accidentales potentias ab ipſis emanantes, tributas eis fuiſſe, vt eas adornent, tueantur, iuuentque ad operandum ſolummodò diſponendo ſubiecta per productionem dumtaxat accidentium diſponentium ad formas, vel effectus ſubſtantiales non has immediate attingendo, ad quos ſupereſt virtus ſubſtantialium agentium.

25 Deus ſæpe ſolus conſeruat effectus cauſarum ſecundarum; aliquando etiã illæ cum Deo adiutorio conſeruant effectus, quos primo produxere, & per ſe loquendo tanta virtus requiritur ad conſeruandum, quam ad primo producendum. actiones itẽm primo productiuæ, & conſeruatiuæ eorundem effectuum, ſolis nominis ſolent diſcrepare. Et quidẽ cauſę declaratæ, & ſimiles dicũtur cauſę per ſe effectuu ſuorum; sũt, & alię dictæ cauſę per accidẽs, quę dicũtur *caſus*, & *fortuna*. *Fatum* vero eſt quod ineuitabiliter futurũ ex vi cauſarum naturalium, etiam liberarum à Deo ante fatum, & præloquutum eſt.

26 Sunt & aliæ duę cauſę phyſicæ cõpoſiti naturalis, forma, & materia, illud cauſantes iuxta modũ, & genus ſuũ, mediante vnione veluti cauſalitate cõmuni, qua itẽ eædẽ cauſæ ſeipſas cauſant inuicẽ, excluſa quauis alia cauſalitate per modum influxus, tam à forma erga materiam, quam huius erga formam, quem quidam *eductionem* vocant. ex quo fit vnionem eandem & eſſe primariam cauſalitatem primarij effectus, hoc eſt, compoſiti, & ſecundariam earum cauſarum inuicem: ac Deum ſupplere poſſe munus vnionis, ſecundum quod eſt ſecundaria, non autem ſecundum quod eſt primaria cauſalitas.

Finis eſt illud, *cuius gratia aliquid fit.* 27
eſt cauſa moralis, ſed realis, licet non phyſica, finalizat ſine dubio ſecũdum eſſe reale, ideſt obiectiuũ. Eius proprij effectus ſunt ſolæ electiones mediorũ. intentio finis, ſiue eius deſiderium nõ eſt proprie effectus finis, vt finis. atque eius cauſalitas moralis, & metaphorica, mediante qua mouet, attrahit, & ſollicitat voluntatem, eſt tum cognitio ſui, tum illud deſiderium. Sola agẽtia rationalia operantur propter finem. Bruta non item. ſed quoniam ipſa, & inanimata etiã aguntur, ac diriguntur à diuina Prouidentia ad conſequendos fines per proportionata media, quos tandem certiſsimè aſſecuntur, ideo ipſorum opera, opera Numinis, & Intelligentiæ eſſe dicuntur. & quia vniuerſæ cauſæ, & creaturæ habent certos præfixos ſibi fines, qui reſpectu irrationalium, non proprie fines, ſed magis *termini* vocantur ideo *Finis* vulgo *cauſa cauſarum nominatur*.

Exemplar quoque eſt cauſa mora- 28
lis, ſiue intentionalis, ſed realis, & vera: dicitur eſſe *forma, quam imitatur effectus ſuus, ex intentione agentis vel artificis determinantis ſibi finem*. quod dupliciter eſt, aliud obiectiuum, aliud formale: illud ſolum eſſe cauſam exemplarem volunt plerique, atque ex his nonnulli addunt formale reflexe cognitum. Alij acriter contendunt fore tantum formale, excludentes ab eiuſmodi cauſa obiectiuum. Ego nequeo ſatis mirari inutilem altercationem doctiſsimorum hominũ, etiam Theologorum, in re euidentiſsima; quia video rem totam pendere à libero artificis arbitrio, qui poteſt aſſumere exemplar imitandum, quod volet, & quod libeat magis, ſiuè obiectiuum, ſiue formale ſiue vtrumque ſimul, vel etiam modo initio operis vnum, poſtmodum in medio, alterum, etiam vt perficiat idem

num e-

Infertur quinto opus nō eſſe, nec decorum dare *Vniueſſibus* poſsibilem eſſe certam quandam multitudinem annorum tantam, & non maiorem, in quibus à parte antea potuiſſet antiquius, & antiquius res condi, vel condita deſtrui, ſed nec cum *Durando*, *Gabriele* & *Albertino*, conuenire, qui veteſtatur *F. ſolus* q.7. a.1. dub.2. exiſtimarunt proceſſum præfatum ſyncategorematice infinitum dici non quia eiuſmodi infinitum etiam adequate ſumptum par ſit cum categorematico, ſed quia conſtans finitis vnitatibus, non conſtet tot certis, quin pluribus numeralibus ſine fine propter ea quæ diximus ſupra à n. 657. & 659.

935 Infertur ſexto durationem æternam etiam petentem natura ſua eſſe ab æterno, & in æternum durare, non fore perfectionem ſimpliciter ſimplicem, etenim ea perfectio, vt me docuit olim P. *Eſpinola* in materia de *Trinit.* debet eſſe ſecundum S. *Anſelmum* in Monolog. c. 14. *melior ipſa, quam non ipſa*, ideſt, talis, & tanta, vt *non ipſa*, hoc eſt, cætera omnia præter ipſam, ſiue quæ habent negationem ipſius, vel ipſa non ſunt, ſeorſim, & ſimul collecta, ipſam in perfectione non ſuperent; illa enim vox *non ipſa*, infinitanter ibi ſumitur, & ſignificat omnia reliqua preter illud, quod dicitur perfectio ſimpliciter ſimplex, & ideo nihil extra Deum poteſt eſſe perfectio talis; ſiquidem, vt manifeſtum eſt quçuis perfectio creata longo exceſſu ſuperatur à *non ipſa*, nempe ſaltem ab aliqua diuina perfectione, quæ quoque intra ſignificata voculæ illius infinitatæ, aſſertur. atque in propoſito æternitas diuina multo melior eſt illa Aeternitate creata, quatenus diuina eſt à ſe, independens, nullo modo debita enti imperfecto, ſicut eſt illa.

Poſſet vero duratio ſimilis creata dici, non tantum infinita ſecundum quid quatenus correſponderet tempori vero, vel imaginario abſolute infinito, ſed etiam abſolute, & ſimpliciter infinita in durando, & ſecundum durationem, quod nullo modo arguit infinitudinem perfectionis rei durantis; quia huius maior, vel minor perfectio non ſolet attendi per maiorem, vel minorem durationem, vt cernimus in rebus corruptibilibus, & incorruptibilibus, & in quantitate immenſa, quę non ideo eſt infinita in perfectione, quia debeatur ei locus impliciter infinitus, & immenſus.

Sed opponis, neque noſtri Magiſtri, nec alij Interpretes agnouerunt pluſquam quatuor infinitorum genera, nempe perfectionis, extenſionis, intenſionis, & numeri, ergo infinitum in duratione non eſt impoſsibile. Reſpondetur hoc genus infiniti ſecundum *Ariſtotelem Auguſtinum, & Thomam*, & Interpretes, reducendum ad genus extenſionis quantitatiuæ, ſicut tempus abſolute reducitur ad quantitatem, vt habes in *Tripartita* num. 806. 936 Ariſtoteles S. Auguſt. S. Thomas

Oppones ſecundò nequit communicari creaturæ ſapientioritas, ſiue ſapientia ſupra omnia reliqua, ergo neque Antiquioritas, ſiue antiquitas ſupra omnia. Reſpondetur concesſo antecedenti, negando conſequentiā, quia talis ſapientioritas eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, vt liquet ex applicata definitione, & ideo propria ſoli Deo; ſecus foret Antiquioritas, quæ, vt indicatum eſt, non eſſet perfectio maxima, neque ex genere ſuo ſimpliciter ſimplex. Cur autem ſapere pluſquam omnes ſit quid diuinum, & ſubinde incommunicabile creaturis, videtur patere lumini naturali, ſiquidem talis ſapientia ſine dubio foret non tantum ſimpliciter, infinita, ſed nec ab alia æquari poſſet, & multo minus ſuperari. id quod commodius Theologi proſequentur. non ſic eſt Antiquioritas, quia durationis maioritas, & inæqualitas non ſolet de neceſsitate augere ſubiecti ſui perfectionem, vt ſupra dictum eſt, & idcirco communicabilis, & multiplicabilis per plures videtur æternitas.

Concludo ergo, & iterum dico non implicare de potentia abſoluta entia vlla fieri ab æterno, neque ratione conditoris Dei, nec ratione ſui quod mihi tria, aut quatuor perſuadent, primum eſt probabilis ſolutio implicationum, quæ ſufficit in quæſtioni-

Digitized by Google

ſtionibus de abſoluta omnipotentia Dei. Secundum eſt quia non video cur gyrationem, verbi gratia, heſternam cæli non poſsit alia præcedere, & hanc alia, & ſic ſine fine aliæ categorematice, ac ſine principio, ſiquidem nulla impedit aliam, & nulla petit eſſentialiter ita eſſe priorem, vt ante ſe nullum patiatur, ſolum namque poſtulat vnaqueq; eſſe quod eſt, & quando eſt, & cauſam, & ſubiectum ſui; ſed nec ex eo quod quælibet ſeorſim habeat priorem ſe, ſequitur collectiuè omnes habituras vnam primam, in præſenti enim non valet argumentum à diſtributiuo ad collectiuum, vt in ſimili annotaui in *Tripartita* nu. 302.

Tertium eſt, quoniam argumenta vrgentiora, & quæ inſolubilia videntur facta contra entia, quæ forent ab æterno à parte antea, inſtaurari poſſunt contra eadem entia, quæ ſine dubio æternari poſſunt à parte poſt, ſi, nimirum, decreuiſſet Deus cælorum motum durare in æternum; vel etiam contra infinitas cogitationes Beatorum, quæ in æternum de facto erunt. Quartum deniq; & potiſsimum fuit irrefragabilis authoritas *Ariſtotelis*, & SS. PP. *Auguſtini*, & *Thomæ*, nam *teſtimoniorum vſus*, quod habetur l. eadem ff. de teſtibus, *ab his maxime exigendus, quorum fides non vacillat*, quæ omnia cum reliquis dicta eſſe volumus, & optamus ad maiorem Dei gloriam.

COM-

COMPENDIVM
PHYSICAE DISCIPLINAE

Er unt diſputationes generales, quas ingenioſi, & ornatiſsimi adoleſcentes Aſtigitani D.D. Ioannes Bermudo Valderrama, & Chriſtoforus Solorzano Miranda. Deiparæ immaculatæ dedicarunt, & ſtrenuè publice propugnarunt Anno Domini 1626.

Doctrina Præfationis.

1 OMnes homines natura ſcire deſiderant etiam ſingularia omnium Prædicamentorum, ac ſingulariſsimum Deum, Bonum, & Malũ; nec enim, vt monſtrat quotidiana experientia, curioſitas humana ſiſtit, aut contenta eſt notitia rerum in genere, ſiue vniuerſalium. ſed quia naturaliter impoſsibile videtur in vita noſtra breui, peruenire ad eum finem ſciendi ſingularia, qua prope infinita ſunt, & pleraque valde remota à noſtris ſenſibus, arte vſus ſagax intellectus hominum, inuenit abſtractiones, nempe ductu Logicæ à ſe quoque inuentæ, abſtraxit à rebus vniuerſis Prædicabilia quinque quo ſic ſumpta, & cognita diſtincte quadam formalitate, & ratione communi ſingularibus omnibus cuiuſuis generis, ac de aliquibus item prædicata, hæc diſtinctius, & reliqua omnia quodammodo, ideſt, in ſuo vnumquodque vniuerſali, imcomplete, vel confuſe ſcirentur: ſicut homo, aut Petrus ſcitur, quando animal, quod eſt eorum pars actualis, & totum potentiale cognoſcitur.

2 Quoniam vero eiuſmodi prædicationes ſunt iam numeroſæ, & iam variæ, intellectus ipſe vſus diuiſione, quæ claritati, & facilitati ſciendi [illegible] iuuat, partitus eſt immenſum cumulum prædicationum, ſiue cognitionum harum de quinq; Prædicabilibus, & aliarum, quæ ad ipſa reducuntur, in claſſe differentes, eaſque proprijs nominibus diſtinxit, & vnam appellauit Metaphyſicam, aliam Logicam, & ſic reliquas, cuilibet prætere aſsignando proprium obiecti diſtinctiui genus; ne foret vna ſola ſcientia mole ſua indigeſta, magna nimis, & incomprehenſa, vulgo dicta *Philoſophia*, hoc eſt *notitia humanarum rerum, ac diuinarum*. mixtim, ſiue gregatim continens innumerus habitus, & actus maxime diuerſos. 3

Ergo iſta magna Philoſophia diuiſa eſt in ſex partes, tanquam in ſex integras ſcientias, quarum quælibet eſt collectio numeroſa habitum, & actuum, ſiue ſcientificarum prædicationum. Prima eſt *Metaphyſica*, quæ conſiderat *ens vt ens*, vt vides in ijs actibus ſuis. *Ens eſt bonum, Petrus eſt animal*. & in reliquis, quæ prædicant de ſubiectis prædicabilia primum, ſecundum, tertium, definitionem & rationes tranſcendentes, ſiue immediata prædicatione, ſiue diſcurſiua, ideſt, iudicio, vel diſcurſu. Secunda eſt *Philoſophia naturalis*, cuidatum eſt conſiderate *ens vt mobile*, aut *motum*, ideſt res omnes vſque ad motũ,

ſiue

ſiue ſecundum motum. vt apparet ibi, *Animal ſentit. Paulus diſcurrit.* & in prædicationibus certis, & euidentibus Prædicabilis, quinti, & plerumque etiam quarti. Tertia *Ethica*, quæ ordinat actiones humanas, vt ceniitur ibi, *ſuſtine, & abſtine*. Quarta *Mathematica*, quæ cognoſcit in quantitate menſuras, vt hæc, *Virga hæc eſt bipedalis*. Quinta eſt *Logica*, quæ ex officio directo diſponit voces, dirigit conceptus, & res omnes adaptare aſſumere docet, & prædicare.

Sexta demum eſt *Theologia*, quæ ſi diuina ſcientia eſt, eſt vna ſola, reliquas omnes continens quaſi formaliter, & eminenter. ſi humana, & omnino naturalis, reducitur ad prædictas per diuerſitate obiectorum quæ tangat. ſi vero eſt Fides noſtra, quæ *virtus Theologica* dicitur, eſt quædam ſcientia certa, non euidens, qua firmiter credimus reuelata à Deo, quia ipſe ita eſſe nobis dixerit. cuius actus reducibiles iterum erunt ad enumeratas ſcientias, & ideo hi erunt Metaphyſicæ, *Deus eſt trinus, & vnus. Chriſtus eſt homo.* illi ad Phyſicam ſpectant, *Deus homo factus eſt, & habitauit in nobis. Chriſtus eſuriuit, fatigatus ſedit, aperuit os ſuum.* & huiuſmodi. Præcepta quippe diuina ſine dubio ad Ethicam pertinent. & ſic reduces reliquas ſcripturæ S. ſententias, re ſpectiue ad ſcientias ſuas, & concluſiones ex actibus Fidei deductas, quibus conſtat, atque componitur *Theologia ſacra*, ſiue ea celebris ſcientia, à qua Scholaſtici *Theologi* nominantur.

4 Notandum autem eſt plerumque à Peripateticis, & alijs Philoſophis, aſsignari ſcientijs obiecta in communi, & abſtracta, verbi gratia, Metaphyſicæ dant ens in communi, Phyſicæ mobile item vt ſic, & ſimili modo reliquis; non quia, vt par eſt credere de tantis viris, negarint cognitiones Dei, Angelorum, & hominum, verſantes circa minus communia, & ſingularia, pertinere ad ſcientias, ſed quia ipſi in ſcriptis ſuis deſcendere noluerint ad ſingularia, contenti cum ipſorum doctrina generali; id quod prudenter factum ab ijſdem, tum ob inſuperabilem difficultatem cognoſcendi rerum indiuiduas rationes, aliunde prope infinitas; tum quia cum ita à natura homines conſtituti ſimus, vt in ſentiendo, & intelligendo res, tranſire debeamus de actibus imperfectis ad perfectos abunde ſatis à Magiſtris prouiſum nobis fuerit, ſi ij viam oſtenderint nobis oſtendendo vniuerſalia, quorum notitia vel confuſa, nos illuſtrati ad minus vniuerſalia, ac pedetentim tandem ad Prædicamentorum baſim, hoc eſt ad ſingularia ſcienda deſcendamus. quod iam ex parte fecerunt ante nos cum *Ariſtotele* plurimi tractantes problemata, hiſtorias animalium, de cælis, Phęnomenis, anima rationali, & huiuſmodi minus communibus, quæ conſiderantur à Philoſophia noſtra naturali.

Nomine Philoſophiæ naturalis intelligenda venit *Phyſiologia*, ſeu *Phyſica* contenta his octo libris Phyſicorum, & ſequentibus vſque ad libros de anima incluſiue. cuius adæquatum obiectum materiale eſt, mobile in communi abſtractum more *Realium*, vel quod in præſenti perinde eſt, more *Nominalium*, quidquid mobile eſt, actiue, videlicet, & paſsiue: formale vero, motus, & quies, hoc eſt, operatio, quæ de mobili quolibet prodit & de ipſo contingit prædicari. quocirca obiectum aggregationis Philoſophiæ huius vniuerſæ, ſunt Deus, & omnia decem Prædicamenta; formale autem eorum operationes naturales, neceſſariæ, vel etiam contingentes, tranſeuntes, & immanentes vnde fit obiectum materiale, ſiue ſubiectum & formale ſimul ſumpta, plerumque eſſe ens quodam per accidens; quod inconueniens nō eſt, & ab omnibus concedendum eſt, vt vides ibi. *Petrus aut homo calfit. Ioannes intelligit. Paulus ædificat. Sol producit lucem. Deus omnia conſeruat*, & huiuſmodi propoſitiones certæ, & euidentes materiæ naturalis, & contingentis.

Nihilominus Philoſophia hæc eſt vere ſcientia partim practiua actiua, & factiua, partim ſpeculatiua. atque ſi eius actus caute fiant & ſecundum regulas Logicę plerique euidenter

ti, &

ti, & euidentes, etiam ſi ij ſint immediata iudicia; quo modo plerumque ſunt actus huius ſcientiæ, vt pote qui proximè fundãtur in actibus ſenſuum externorum: omnes enim ſcientiæ humanæ incipiunt ab iſtis ſenſibus, & per ipſos intrant ad intellectum, & ſubinde finaliter ad ſenſationes reducuntur, aliæ proximius, remotius aliæ. quod bene agnoſcentes amatores ſapientiæ *ſenſus maxime diligunt* tamquam medium neceſſarium ad ſciendum, *oculos præſertim, qui plus et rerum differentias oſtendunt*. quare forſan non erraret, qui diceret ſcientiarum actus eo eſſe certiores quo ſunt ſenſibus proximiores. qualiter ſunt actus Phyſiologiæ, vt pote prędicantes de ſubiectis plerumque ſenſibilibus, plerumque ſenſibiles operationes, & ſubinde ſcientias omnes naturales quodãmodo ſubijci, & ſubalternari huic, ac tandem corporeis ſenſationibus. hæc enim eſt conditio imperfectæ naturæ noſtræ, ac ſcientiæ.

7 Prima verò pars huius Philoſophiæ dicta quaſi ſuo nomine proprio *Phyſica, & libri Phyſicorum*, ſiue ſcientia, quę in eis traditur, & continetur, non eſt formaliter loquendo volumen aliquod ſcriptum, nec res in eo contentæ, ſed nec collectio actuum definientium, ac diuidentium naturam res naturales, earum principia, & quæuis prędicamenta, vel de eis prędicantium aliquid eſſentiale; nam ſimiles actus ad Metaphyſicam pertinent: nec enim Phyſica, ſicut nec Logica, aut alia ſcientia auulſa, ac ſeparata ab illa, tradi vnquam potuit; ſed eſt numeroſa congeries (loquor de Phyſica actuali) partim practica, partim ſpeculatiua actuum intellectus ſcientificorum, & opinatiuorum, (vt ſcilicet à nobis habetur) qui prædicant de ſubiectis quibuſlibet aliquem motum, vel operationem, ſubiectum quoduis ſub eo prędicato, ſiue ratione formali cognoſcentium, id quod eſt, quod circumfertur, nempe verſari Philoſophiam naturalem circa *corpus*, aut *ens mobile, vt mobile*. & non poteſt eſſe aliud, ita ſunt, & verſantur actus hi. *Deus creauit omnia, cœli influunt, [illegible] Cœlo, terra germinat, Petrus intelligit, amat, ſentit, dormit, vigilat, mouetur*. & quotquod propoſitiones pertinent ad Prędicabile quintum. & plerę què ex his quæ ſpectant ad quartum, ideſt, ad Proprium, & accidens.

Phyſicorum ergo obiecta materialia, ſiue ſubiecta ſunt Deus, ac decem rerum Prædicamenta, ſeu quidquid actiuè, & paſsiuè, ac formaliter mouens & mobile eſt; formalia vero ſiue prędicata ſunt motus, vel operationes, quorum ſunt cauſæ actuales illa ſubiecta; quod pari modo dicebam ſupra de obiectis Phiſiologię vniuerſę. Hæc enim traditur à nobis regula generalis pro quauis ſcientia naturali, ac iudicio. *quidquid in propoſitione mentali directa cognoſcitur ex parte ſubiecti, eſt materiale obiectum: quidquid autem ex parte prædicati formale obiectum eſt*. id enim eſt ratio formalis, ſub qua res ſubiecta cognoſcitur. 8

Sed in eo diſcerni putamus partem hanc Phyſiologię à reliquis de cœlo, de Generatione, de Anima, & cęteris, quod hę determinent ſibi particularia mobilia, & particulares motus, deſcendendo ad magis ſpecialem ipſorum conſiderationem, vt puta corruptibilia, incorruptibilia, corporea, ſpiritualia, viuentia, & ſic aliter minus vniuerſaliter; Phyſica vero non ſic, nec tantùm determinat, nec deſcendit, ſed ſolum prętendit tangere mobile, & motum vt ſic, ſiue mobilia omnia etiam ſingularia, vt loquitur Ariſtoteles, *vſque ad motum*: ideſt, vt mouentur, mouent ſe, & motu fuerunt, non curando de alijs perfectionibus, aut conditionibus obiectorũ ſuorum, quas relinquit conſiderandas ab illis alijs partibus naturalis Philoſophię; quamuis & ipſa Phyſica rationes corruptibilis, incorruptibilis, increati, vitalis, & reliquas materialiter, vt aiũt, & implicitè attingat, vt apparet ibi. *Petrus intelligit*. qui Phyſicè actus eſt quatenus pręciſe cognoſcit Petrũ mouétem ſe peractum qui eſt motus: animaſticus vero, quatenus cognoſcit Petrum vitale principium mouens ſe per actum, qui eſt motus vitalis, per quem ille ſpiritualiter mouetur, & viuit.

Quamuis autẽ conſideret hęc pars Philoſophię, mobilia omnia, & mouentia ſiue operatoria, inter quę ſunt multa ſpiritualia, & ſupernaturalia, 9

nos

Digitized by Google

nos tamen quia maiori ex parte corporei, & omnino naturales ſumus, fuſius hic tractamus de mobilibus, de cauſis, de Prædicamentis naturalibus corporeis; & *Corpus* opinamur cum Metaphyſicis eſſe *quidquid habet trinam dimenſionem, & quidquid ad ipſam componendam ordinatur*, & ſpiritum oppoſito modo eſſe. aliud corpus eſt ſimplex, vti forſam eſt Empyreum, aliud compoſitum materia, & forma vnitis, & aliter multifariam.

10 Compoſitum id corporeum hic nos (vt morem geramus multis Philoſophis aliud diſcentibus eſſe ſuæ Phyſicę obiectum, & aliud eidem tractatione dantibus, & fortaſſe ſibi contradicentibus) pro nunc excluſis partibus huius Phyſicæ, quæ directè conſiderant Deum primum motorem, & alias cauſas extrinſecas, & intrinſecas naturales, vel ſupernaturales, & ſpirituales, & ea item principia, quæ componunt accidentalia, & artificialia compoſita cum motibus, & effectis, quæ ex ipſis, & ab ipſis proficiſcuntur, licet ea omnia gregatim conſtituant obiectum adæquatum dictum aggregationis Phyſicorum, volumus ijs libris aſsignare pro obiecto quaſi adæquato attributionis *naturale compoſitum ſubſtantiale corporeum* ſiquidem ipſum, vt ait *S. Auguſtinus* ſuſtinet, & habet quaſi pro ornamento, & complemento naturali, reliquas omnes categorias, quæ propterea à nobis Phyſicis tractantur, & explicantur in ordine ad ipſum, & quatenus ſunt motus, & effectus ipſius; ipſum enim & eſt cauſa naturalis illarum, & in ipſo reſidet *natura*, quæ definitur *principium motus & quietis*, motus autem, & quietes ſunt categoriæ quotquot veram entitatem, & producibilem habent. Sed vero aſsignatio hæc noſtra, & reductio, licet fundamentum in rebus habeat, eſt libera, & voluntaria, & ideo prudentius iudicabit aliquis procedere, & arbitrari eum, qui dicat Deum rerum omnium Authorem, & motorem primum, dignius multo obiectum attributionis eſſe ad quod omnes tractatus noſtri tanquam ad Principium, & Finem eorum omnium referantur.

Poſtremò methodum in tradenda hac Phyſica commendat nobis in ſua Præfatione Philoſophus dicens ita nos eſſe à natura conſtitutos, vt prius confuſe cognoſcamus magis confuſa, ideſt, magis communia; poſterius autem diſcernamus clarius, & diſtinctius principia, & elementa, deueniendo quaſi per gradus ad completa ſingularia cognoſcenda. natura quippe ſemper procedit de imperfecto ad perfectum, ideo prius generat animal, quam hominem, hoc eſt, prius hoc animal ſenſitiuum, quam hoc animal rationale. oculus reſpiciens à longe prius videt magis confuſum, & commune, ideſt, hoc corpus, deinde magis appropinquans apprehendit id eſſe hoc animal priuſquam hunc hominē, & poſt *Socratem* eſſe, & *Platonem*. & idem proceſſus cognitionum contingit in intellectu tranſeunte de neceſſitate per eos gradus manuductus à ſenſibus, per cognitiones imperfectiores, & incompletiores in principio, quam in fine, quando tandem *Socrates* in ſe ipſo cognoſcitur, qui prius cōfuſe partialiter, ſiue ſecundum ſui partem, & elementum alterum, & ſic incomplete cognoſcebatur, cognitis ſuo genere, vel ſpecie. hic eſt diſcurſus. *S. Thomæ* 1 p. q. 85. à & *Caietani* ibi, & loco, vbi ſe citat, ſtrenue defendens doctrinam S. Doctoris ab argumentis *Antonij de Trombeta*. 11

Ex quibus colligo duo. primum eſt primum noſtrum cognitum, tam ſecundum ſenſum, quam ſecundum intellectum, eſſe quidem ſingulare, ſed id prius cognoſci ſecundum prædicatum magis commune, intelligendo tale commune ſingularizatum ſaltem reſpectu ſenſus, qui proprie abſtrahere non poteſt; quod ſimiliter poteſt intelligi reſpectu intellectus, ſed non neceſſario, ipſe enim præciſiuus eſt. vocat vero *S. Thomas* anteriores iſtas cognitiones verſantes circa gradus ſuperiores, imperfectas, incompletas, confuſas, tum propter obiecta, quæ per eas imperfecte, incomplete, & non totaliter, & confuſe tanguntur: tum comparatiue ad cognitionem completam, qua tandem ſingulare totaliter comprehen- 12

ditur. quemadmodum via generationis, generatio formæ embryonis imperfecta, licet integra ipſa ſit, & ſuo modo perfecta, cēſetur reſpectiue ad generationem huius leonis, vel cuiuſdam hominis ad quas illa prior præmiſſa, & ordinata eſt à natura.

Secundum eſt, ſapienter ab *Ariſtot.* tractatum in ſequentibus libris de compoſito in communi, ſiue coniuncto ſubſtantiali, accidentali, etiam artificiali, & poſtea deſcenſuro ad cõpoſita minus communia incorruptibilia, corruptibilia, mixta, viuentia, & ad inferiora magis particularia, hic præmitti tractatum de Principijs in communi; id enim applicanti animum ad cognoſcendum hunc hominem, hocue compoſitum, quaſi prædicatum communiſſimum prius occurrit, vt patet reflectenti.

13 Atqui ex tota doctrina Præfationis huius euidenter appares, quam facile lector poſsit ſcientias cognoſcere, ac diſtinguere: & quo pacto poſsit quæ audierit, quæ legerit, quæ loquetur ipſe, reducere ad claſſes ſcientiarum; ſiquidem omnes intellectuales propoſitiones directe pertinent ad quinque Prædicabilia, vel reductiue, & obiter magno bono ſuo notabit harmoniam Prædicabilium, & Prædicamentorum, & ipſorum vtilem inuentionem ad comparandas ſcientias traditam à noſtris Maioribus pro quorũ facili intellectu nos pauca addimus, ac Deo bene iuuante alia ſuperaddemus.

Sed non oportebit quemquam conturbari, quod nos ſcientiam nominemus iudicia immediata etiam verſantia circa contingentia, ſingularia, & entia per accidens tum quia certiora ſunt ita, quam demonſtrationum concluſiones iuxta illud, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*, & ſufficit ſcientiæ ſi ſit certa & euidens, qualiter eſt cognitio immediata Dei, & Angelorum & primorum noſtrorum principiorum. tum etiam, quia ſi de medio tollas cum *Ariſtotele*, neſcio quid obſcuritate ſua prætendente, cognitiones certas, ſeu ſcientiam de Petro e. c. colorato, currente, vel aliter ſe habente, aut operanti ad præſentiam ſenſuum noſtrorum, tollis omnino humanam omnem ſcientiam, quæ finaliter reducitur ad ſentationes corporeas, & tota, aut ex maiori parte finaliter eſt à poſteriori, ideſt, originem ducens ab effectis ſenſibilibus ſingularibus, & contingentibus, & ſubinde accidentalibus cognitis per ſenſus exteriores, quos eludi, & falli in præſentia obiectorum, ſuorum, non ſinit facile diuina Prouidentia.

Doctrina libri primi.

Compoſiti naturalis geniti elementa, ſiue principia exiſtunt, 14
& in illius primo fieri ſunt tria, nempe materia, forma, & carentia eius formæ tempore præexiſtens neceſſario in materia: quæ tria ad omnem generationem, qua motus ipſa eſt, concurrerunt: ſicut & ad generationes ordinarias, quas omnes partiales conuerſiones eſſe contingit, concurrunt principia quatuor, quæ ſignanter magis apparent in generatione cadaueris, vbi præter dicta elementa tria, præit de neceſsitate deſitura eſſe forma viua. Sed principia geniti in facto eſſe ſunt tantum duo, ea ſunt forma, & materia vnitæ. *Principia vero ſunt quæ neque ex ſe ipſis, neque ex alijs, sed ex ipſis omnia fiunt.*

Materia prima eſt primum ſubiectum immediate in ſe recipiens formas ſubſtantiales: dicitur, & eſt pura 15
potentia incompleta entitas, & incompletæ ſpeciei. ingenerabilis eſt, & natura ſua incorruptibilis; quæ licet à parte rei ſit vna relatio realis, non ſolum totaliter ſumpta, ſed etiam ſecundum quamlibet portionem, & partem ſufficientis magnitudinis, erga omnes formas; tamen probabile videtur ſecari poſſe per intellectum in eadem ſingulari portione materiæ, tot partiales reſpectus, quot ſunt formæ phyſicæ reſpectæ, quos ita ſemel quaſi diſſectos, ac diſtinctos, non ſe inuicem claudere, ſed eſſe formalita-

tes

tes modo quaſi numero, modo quaſi ſpecie, ac genere inter ſe differentes nempe ſecundum formarum ad quas formaliter referuntur, diſtinctionem. pluſquam probabiie videtur.

16 Adornatur materia ad reciplendas in gremio ſuo formas, quantitatẽ ſibi coæua plena accidentibus ad illas diſponentibus, ſed nulla portio materiæ recipit, aut poteſt reciperẽ pluſquam vnam formam ſubſtantialem in potentia naturali; capit autem plures huius ſui, vel alterius ordinis, ac retinere valet ſimul in potentiã obedientiali, ea quippe dicitur potentia obedientialis paſſiua, quæ communis eſt ſubiectis receptiuis; eſt & alia in creaturis omnibus dicta *potentia obedientialis actiua*, mediante quã poteſt Deus facere quidquid ad extra ſolus ipſe poteſt. atque illa eleuatur à Deo per productionem vnionis formæ cum ſubiecto, hæc vero per ſimultaneum concurſum vberiorem. ergo *potentia* materiæ *obedientialis paſſiua eſt, quæ explebilis eſt per vires agentis ſuperioris Dei*; & naturalis, *quæ expleri poteſt per vires agentis naturalis*, vtraque in re eadem materia prima, connotatis, aç nominibus diuerſis ſolũ diſcreta: quod ſi ratione diſcernatur duplex formalitas, vtraque naturalis eſt. atque potentia, quam habet quæuis pars materiæ ad recipiendas formas deſtructas naturalis quoque videtur.

17 Etſi omnes materiæ portiones conditæ à principio, ſint eiuſdem infimæ ſpeciei, poſsibiles ſint aliæ ab hac, & ab ſe inuicem ſpecie diſtinctæ, nõ ſolum ſpirituales, ſed etiam corporales, quæ tamen reſpicere, ac recipere poſſent vel formas alterius ordinis, vel ex his, quas reſpicit noſtra materiã, aliquas, aut omnes. quælibet materia non tantum habet proprium eſſe, & quaſi actum incompletum, entitatem ſuam; & ſubinde actum metaphyſicum differentiale ſuum; ſed etiam propriam exiſtẽtiam diſtinctam ab exiſtentijs formarum; & ideo ſine dubio poteſt ſola ſine formis exiſtere diuinitus; ſed non ſine vberiori creatione. nunquam tamen videtur aliqua pars materiæ extitiſſe naturaliter vacua, neque in mundi principio materia vniuerſa condita fuiſſe ſine formis.

Forma, quæ eſt alterum principium compoſiti naturalis *eſt actus phyſicus materiæ, vnum totum per ſe cum ipſa conſtituens*, compoſiti potior pars. actue diſtinguens, non tota eſſentia, nec toto perfectior. vnica de facto eſt in quaquis parte materiæ, ſi in vna ponerentur diuinitus formæ plures, vel vna forma replicata in materijs multis, multa compoſita reſultarent. an vero id monſtrum externis oculis appareret, curioſam quæſtionem habet. Formæ omnes corporeæ ſemper eductæ fuerant, & educuntur de potentia materiæ, vbi præextitit ſemper prius priuatio, vel carentia illarum. priuatio ergo. hæc eſt tertium principium geniti, dictũ *ens negatiuum*, varium, & multiplex pro varietate formarum, quas remouet à ſubiecto. namque multæ differentes priuationes ſunt in quolibet ſubiecto. in ſunt præterea compoſito tres partiales ſubſiſtentiæ correſpondentes materiæ, formæ, & vnioni ſubſtantialibus, eaſque complentes in ratione ſubſtantiæ. Vniones vero Bucoephali, & Petri corporeæ omnino ſunt, & vna tantum eſt in quolibet compoſito, eſt entitas modalis pluſquam realiter ab extremis diſtinctã, & in vtroque recepta, vnionum præterea poſsibilium, imo, & iam exiſtentium varietas eſt admirabilis. 18

Compoſitum ergo naturale eſt *quidquid conſtans materia, forma, & vnione ſimul ſubſiſtentibus*. ſolet autem, aut poteſt eſſe tripliciter: vnũ omnino corporeum. vt quidam Leo. aliud partim ſpirituale, vt Petrus. tertium omni ex parte ſpiritualẽ conſtitutum ex materia, forma, & vnione ſpiritualibus, quod foret quaſi Angelus Dei, aliud eſt compoſitũ per ſe, & ens per ſe, cuius partes debent eſſe eiuſdem prædicamenti, ambæ incompletę, vel ſaltem altera, ſecus facient compoſitum per accidens, vt eſt album, quod eſt aliud genus compoſiti, aliud denique dicitur compoſitum, ſiue compactum artificiale, vt ſcabellũ; ad quod genus ſpectant congeſta per accidens, vt Populus, aceruus lapidũ, 19

tali cauſæ impreſſam, acuatur ad opus, pręmoueaturuè à ſua cauſa principali.

24 Ergo cauſa efficiens alia eſt prima, alia ſecunda, alia vniuerſalis, alia particularis; alia libera, alia neceſſaria; alia primo producens, alia conſeruans; alia ſubſtantialis, alia accidentalis; alia totalis, & adæquata, ideſt, continens perfectionem effectus, alia partialis; alia principalis, alia inſtrumentalis. & aliter multis modis. quamuis autem ex dictis certum ſit cauſas naturales eſſe operatorias aliarum ſubſtantiarum, & actiones merito attribui ſuppoſito, ſiue compoſito, veruntamen liquido non conſtat inter Doctores, quæ pars, aut virtus compoſiti proximè, & immediatè influendo cauſet ſubſtantiales effectus; ego probabilius opinari reor eos, qui docent ſubſtantias immediate per ſe ipſas producere alias ſubſtantias, & accidentales potentias ab ipſis emanantes, tributas eis fuiſſe, vt eas adornent, tueantur, iuuentque ad operandum ſolummodò diſponendo ſubiecta per productionem duntaxat accidentium diſponentium ad formas, vel effectus ſubſtantiales non has immediate attingendo, ad quos ſupereſt virtus ſubſtantialium agentium.

25 Deus ſępæ ſolus conſeruat effectus cauſarum ſecundarum; aliquando etiã illæ cum Deo adiutorio conſeruant effectus, quos primo produxere, & per ſe loquendo tanta virtus requiritur ad conſeruandum, quam ad primo producendum. actiones itèm primo productiuæ, & conſeruatiuæ eorundem effectuum, ſolis nominis ſolent diſcrepare. Et quidẽ cauſę declaratæ, & ſimiles dicũtur cauſę per ſe effectuũ ſuorum; sũt, & alię dictæ cauſę per accidẽs, quę dicũtur *caſus*, & *fortuna*. *Fatum* vero eſt quod ineuitabiliter futurũ ex vi cauſarum naturalium, etiam liberarum à Deo ante fatum, & præloquutum eſt.

26 Sunt & aliæ duę cauſę phyſicæ cõpoſiti naturalis, forma, & materia, illud cauſantes iuxta modũ, & genus ſuũ, mediante vnione veluti cauſalitate cõmuni; qua itẽ eædẽ cauſæ ſeipſas cauſant inuicẽ, excluſa quauis alia cauſalitate per modum influxus, tam à forma erga materiam, quam huius erga formam, quem quidam *eductionem* vocant. ex quo fit vnionem eandem & eſſe primariam cauſalitatem primarij effectus, hoc eſt, compoſiti, & ſecundariam earum cauſarum inuicem: ac Deum ſupplere poſſe munus vnionis, ſecundum quod eſt ſecundaria, non autem ſecundum quod eſt primaria cauſalitas.

Finis eſt illud, *cuius gratia aliquid fit*. eſt cauſa moralis, ſed realis, licet non phyſica, finalizat ſine dubio ſecũdum eſſe reale, ideſt obiectiuũ. Eius proprij effectus ſunt ſolæ electiones mediorũ. intentio finis, ſiue eius deſiderium nõ eſt proprie effectus finis, vt finis. atque eius cauſalitas moralis, & metaphorica, mediante qua mouet, attrahit, & ſollicitat voluntatem, eſt tum cognitio ſui, tum illud deſiderium. Sola agẽtia rationalia operantur propter finem. Bruta non item. ſed quoniam ipſa, & inanimata etiã aguntur, ac diriguntur à diuina Prouidentia ad conſequendos fines per proportionata media, quos tandem certiſſimè aſſecuntur, ideo ipſorum opera, opera Numinis, & Intelligentiæ eſſe dicuntur. & quia vniuerſæ cauſæ, & creaturæ habent certos præfixos ſibi fines, qui reſpectu irrationalium, non proprie fines, ſed magis *termini* vocantur ideo *Finis* vulgo *cauſa cauſarum nominatur*. 27

Exemplar quoque eſt cauſa moralis, ſiue intentionalis, ſed realis, & vera: dicitur eſſe *forma, quam imitatur effectus ſuus, ex intentione agentis vel artificis determinantis ſibi finem*. quod dupliciter eſt, aliud obiectiuum, aliud formale: illud ſolum eſſe cauſam exemplarem volunt plerique, atque ex his nonnulli addunt formale reflexe cognitum. Alij acriter contendunt fore tantum formale, excludentes ab eiuſmodi cauſa obiectiuum. Ego nequeo ſatis mirari inutilem altercationem doctiſſimorum hominũ, etiam Theologorum, in re euidentiſſima; quia video rem totam pendere à libero artificis arbitrio, qui poteſt aſſumere exemplar imitandum, quod volet, & quod libeat magis, ſiuè obiectiuum, ſiue formale ſiue vtrumque ſimul, vel etiam modo initio operis vnum, poſtmodum in medio, alterum, etiam vt perficiat idem 28

num e-

numero artefactum, cuius iam perfecti, ſine dubio, exemplar fuerit illud, quod æmuletur effectus ex intentione agentis, ſiquidem ſic cauſa exemplaris definitur. ergo exemplaris cuiuſcumque effectum eſt quidquid imitatur illud non caſu, ſed ex propoſito artificis; & illius cauſalitas eſt interior cognitio directa, vel reflexa, quæ ſibi proponit artifex quodlibet imitandum exemplar.

29 Sunt præterea aliæ cauſæ morales, vt premia, merita, demerita, ſiue delicta, beneficia, iniuriæ, preces, minæ, & huiuſmodi motiua, quæ varios affectus, & effectus mouendo cauſant medijs ſui cognitionibus, & informationibus, vt cauſalitatibus, & motionibus. etſi autem multæ ſint cauſæ ex moralibus fictæ, & negatiuæ, omnibus tamen datur ratio communis cauſæ. duæ res, quæ ſolent eſſe cauſæ finales, & exemplares, poſſunt ſe mutuò cauſare. cauſæ item efficiens, & finalis, ſicut & cauſæ materialis, & formalis de facto ſe mutuò cauſant. Cæterum duæ cauſę efficientes non niſi de potentia abſoluta, at poſsibile nó eſt rem eandem ſe primò cauſare, aut conſeruare, licet finis quidam non factus, & exemplar non factum, ſed faciendum, ſe ipſa reſpectiuè poſsint cauſare. poſſunt denique duæ cauſæ finales eumdem effectum, etiam internum adæquate cauſare naturaliter; ac ſupernaturaliter duæ, aut plures cauſę efficientes cauſæ verò materiales duæ, & formales per nullam potentiam.

30 Cauſa Phyſica, vt operetur, indiget phyſica exiſtentia; moralis intentionali, contenta eſt. quælibet debet eſſe prior natura effectu ſuo, & ſæpe exiſtit prius tempore, ſed non de neceſſitate: & prior item ſolet eſſe cognitione intellectiua, non ſenſitiua. atque aliæ cauſę cum effectibus ſuis conuertuntur, nimirum naturales, & neceſsariæ, non autem libere. vt habes in *Tripartita* n. 1023. & licet cauſę omnes etiam vniuerſales attingant productione effectus ſuos particulares, & eorum entitates ſingulares, dicitur quaſi per prouerbium, cauſæ vniuerſali correſpondere effectum vniuerſalem, & cauſę particulari effectum particularem, quod verum eſt, ſed ſcitum parum vtilitatis habet.

31 Ad nullum effectum particularem concurrerunt vnquam, aut poſſunt concurrere infinitæ cauſę eſſentialiter ſubordinatæ, nam cuilibet effectui quamtumuis perfecto ſufficit certa, & finita collectio cauſarum partialium, vt experientia monſtrat. finitæ item ſunt; & fuerunt cauſæ effectus cuiuſcumque accidentaliter ſubordinatæ, v. g. Maiores noſtri Progenitores, ſiquidem mundus non fuit ab æterno, & ſubinde omnes in Adamo finem, ſiue principium habent. de cauſis finali, & exemplari, & alijs moralibus res videtur arbitraria, & libera. illud certum videtur à nullo prudenti Agenti creato, de facto præfigi ſibi infinitos fines, vel infinita exéplaria, quæ conſequatur, & imitetur, tametſi illi concedamus voluntarie poſſe, ſi poteſt mente concipere infinitos fines, vel exemplaria infinita, & ſibi propoſita efficaciter velle fines illos omnes per vtilia media conſequi; & ſimiliter exemplaria ea omnia, vel ad vnicum effectum efformandum imitari. id quod nec dici, nec fieri poterit ſine cerebri diſpédio.

Doctrina libri tertii.

32 MOtus *eſt actus entis in potentia prout in potentia*. ideſt, quicumque actus phyſicus etiam perfectus, quæuis forma cuiuſuis prædicamenti, nempe omnis operatio cuius principium eſt cauſa naturalis, & natura, quæ definita ſupra eſt *principium motus*. ideo ait Ariſtoteles *motus, & mutationis ſpecies tot ſunt, quot entis.* duo vero requirit ad motum cum Philoſopho S. *Thomas*, primum eſt, quod ſit actus ſubiecti imperfecti, hoc eſt potentialis, & incompleti, & propterea excludit a proprio motu intellectionem, & amorem, lationem, & huiuſmodi, quia ſunt actus hominis, ſubiecti completi. Secundum eſt, quod motus faciat de nouo ſubiectum aliter ſe habere, ac erat antea, vnde excludere videbitur à ratione motus creationem, ſiue res quæ creantur extra ſubiecta, quæuè

ſubie-

Digitized by Google

ſubiecta non alterant, & conſequenter effectus concreatos, etiamſi formæ ipſorum educantur à ſubiectis, & qui à rebus per emanationem fiunt in primo eſſe ipſarum. ſed tamen abſolute ipſe S. Doctor cum *Ariſtotele* eiuſmodi effectus *mutationes* vocat, & in vero ſenſu motus ſunt, quatenus nimirum immutant vel ſubiecta ſua intrinſece, vel etiam cauſas ſuas extrinſece faciunt aliter ſe habere, ac antea. Sane motus grauium, & leuium, quocumque tempore per emanationem facti, motus dicuntur, & ſunt; & cauſa prima ea generans, ſicut & alias quaſcumque cauſas, & mouiſſe, & præmouiſſe dicitur, quatenus in primo eſſe ipſis impreſſit facultates & inclinationes ad proprias cuiuſque operationes. & expreſſe e ſimpliciter *Ariſtoteles* vocat *motus*, lationes, nempe *volutationes*, *ſaltationes*. & reliquos locales motus. qui tamen ſunt actus ſubiecti perfecti.

33 Calor E. C. in via *Ariſtotelis* SS. PP. *Auguſtini* & *Thomæ*, & Interpretum antiquorum, eſt *motus*, quatenus eſt actus ſubiecti exiſtentis in potentia, per eum tranſeuntis de non eſſe calido, ad eſſe calidum: & eſt calefactio, ſiue *actio*, vt eſt actus cauſæ ipſum producentis; ac demum *paſſio*, vt eſt actus ſubiecto inhærens, & vnitus ipſi, & quaſi faciens ſubiectum ipſum pati recipiendo in ſe calorem ipſum: ita quod eadem entitas caloris dicatur, & ſit *motus*, *actio*, & *paſſio* diſcreta ſolum per connotata, ſiue ratione, diuerſimodè rem eandem concipiéte.

34 Modiſtæ autem motum dicũt *actionem modalem*, quam item vocant *paſſionem*, tres formalitates in eadem entitate modali diſtinguentes per intellectum, in ordine ad dicta tria connotata. Ego vero licet credam ijs tribus nominibus ſignificari eandem realitatem actionis, quæ quoque eſt paſſio, & eductio ſui, ſed capere non potui quo pacto modus iſte accidentalis dictus *eductio*, ſit ratio formalis, qua paſſum, v. g. materia prima recipit, & patiatur formam ſubſtantialem Leonis cum hoc materia exequatur vel ſe ip a, vel vnione mediante, quæ ſubinde conformitùs ad *Ariſtotelem*, *paſſio* dicitur: nam ratio eductionis ſolum petit talis, & tam tenuis conditionis eſſe, vt neceſſario reponat in aliquo ſubiecto effectum, quem producit, quin extra ſubiectum illum poſſit conſeruare, vti facit creatio eductioni oppoſita; & fortaſſe propter reſpectum, & indigentiam hanc ſubiecti, quam eductio habet, dici poterit ipſam totaliter quidem *inhærere* termino producto à ſe educto, ſed & *adhærere* ſubiecto termini ſui; quamuis nec hoc iuuat, *vt paſſio* termini dicenda fuerit.

35 Infinita multa exiſtere in actu, probabiliter opinantur multi, non illa mole grandia, quæ ponebant *Antiqui*, contra quos diſputat Philoſophus, ſed alia ſpiritualia, vel minus ſenſibilia. *infinitum* autem *eſt quod caret fine*. & eſt multipliciter, aliud ſimpliciter tale, aliud ſecundum quid. infinitum ſimpliciter, omiſſis alijs diuiſionibus, aliud dicitur ab *Ariſtotele* actu eſſe, aliud *poteſtate*, ſiue potentia; illud nos vocamus *categorematicum*, quia actu habet omne ſuum eſſe, & complementum, vt foret lancea infinitè longa, hoc dicimus *ſyncategorematicum*, quod conſtat parte aliqua exiſtente finita, & alijs in potentia, ſeu poſſibilibus, ſed futuris ſine fine, vt eſſet numerus annorum conſtans, nimirum, finitis annis tranſactis, & alijs futuris infinitis, ſi Deus decerneret eos fluere, & fore ſine fine.

36 Quamuis verò tamquam dogma certum tenendum ſit dari infinita ſyncategorematica & ſubinde nullam quantitatem finitam eſſe poſſe omnium maximam, aut quæ certa, ac determinata menſura, vel numero concludatur, quin poſſit à maiori ſuperari; inde tamen non concluditur indifferenter, omnia ſic poſſibilia infinita poſſe actu totaliter produci, ſed illa ſolum, quorum partes non repugnet eſſe in actu ſimul. & ideo actu fieri diuinitus poſſunt infinita multitudo, infinita intenſio, infinita aliqua extenſio, vt longitudo, non autem ſphera infinita, aut ſemiſphæra, aut eis ſimile, aut quod gyratum eas efformet. Sed creatura infinitè perfecta in omni, vel in aliquo genere perfectionis implicat actu fieri, & impoſſibilis eſt, licet inter formicam, ac

Deum

Deum ſunt poſsibiles, & ſyncategorematice producibiles infinitæ perfectiores, & perfectiores, ex quo non ſequitur infinito alicui aſsignari poſſe terminos, hoc eſt principium, & finem, & conſequenter nec eſſe, nec videri creaturam infinite perfectam.

37 Infinita omnia tam increata, quam creata aut creabilia ſunt inter ſe comparabilia: referuntur enim ea multis modis, nempe, vt eadem, diuerſa, ſimilia, diſsimilia, æqualia, & aliter, materialiter, & formaliter ſumpta; ſed tamen formaliter ſumpta, id eſt, vt infinita ſunt, licet dictis relationũ generibus comparentur, nequaquam tamen vt inæqualia, hoc eſt, vt maiora, aut minora, perfectiora, aut imperfectiora, quia taliter nunquam erunt pluſquam materialiter.

Doctrina libri quarti.

38 Locus eſt *prima ſuperficies corporis continentis* locatum, fixa, & *immobilis*, hoc eſt concauum illud immediatum, quod circumcludit locatum, quod *immobile* dicitur ratione poli, aut alterius termini fixi veri, aut ficti, à quo talis locus æqualiter diſtare creditur: & ideo locus eſt quoddam complexum ex concauo, & termino, quod iudicant ſapientes, & inſipientes dum dicunt res eſſe in tali loco, vt puta naues in mari, aues in aere, & Petrum in foro, ſine memoria modi alterius intrinſeci. locus alius eſt *communis*, alius *proprius*, & his alius *circumſcriptiuus*, alius *definitiuus*. atque licet impoſsibile ſit naturaliter eſſe in eodem loco duo corpora quanta, neque id fieri repugnat diuinitus. neque idem corpus, eſſe replicatum in eodem, aut in multis locis, vbique circumſcriptiue, aut quaſi definitiue. vel etiam in vno loco definitiue, & in alio circumſcriptiue.

39 Petrus E. C. ſic poſitus in duplici loco, habere poſſet accidentia, & proprietates independentes à loco, quaſi ex conſequentia miraculoſæ replicationis eius, alia non, quæ nimirum aſfixa ſunt vni loco, niſi ſuperaddat Deus extraordinaria miracula. ſed Petri potentiæ naturales actiuæ, & receptiuæ etiam replicatæ in multis locis, non ideo potentiores forent, aut ceſſatiores. quocirca non poſſet plura ſimul loqui, intelligere amare, aut portare plura in duplici, quam poſſet in vno loco; poſſet tamen ad ſeipſum, ſi tamen ex alterius reuelatione, vel ex aliquibus ſignis, ſciret ipſe, ſe eſſe in multis locis, mittere curſores, literas, munera & huiuſmodi ſequaq; viſitare, ſecum colloqui, ac ſeipſum ſine penetratione complexari: ſibi ſeruire, vt ſolet formulus, & miniſtrare in menſa, & ſi ſacerdos eſſet in altari, & alia obſequia præſtare ſibi, quæ ſolent duo homines, aut plures ſibi mutuo præſtare, cum debita ſupra indicata limitatione operationum. an vero poſſet, qui replicatus ſic eſt, noſſe naturaliter replicationem ſui, dicent nobis Doctiores. dupliciter fieri poteſt replicatio, primò per iteratam replicandæ rei productionem in duplici loco. ſecundò per productiones multarum in varijs locis, quas Recentiores voluerunt nominare *vbi intrinſeca*, ſiue *vbicationes* per quamdam largam acceptionem vocabuli, ſiquidem nomen *vbi* ad ſignificanda extrinſeca loca declarata ſupra, impoſitum videtur, nec aliud apud Antiquos vſquam ſignificauit.

40 Sed in hoc tempore *Communis* admittit præſentias iſtas intrinſecas diſtinctas à locis, & locatis, quæ ſunt modi, quibus res fixæ fiunt, & immobiles ſuis locis, & quibus mouentur de loco in locum, per certum tamen ſpatium, ideo diſtinguit vbi intrinſecum in permanens, & ſucceſsiuum. Vtrumque ergo re, & prædicamento differt à ſubiecto ſuo, & multiplicatum eſt in eodem compoſito pro multiplicatione rerum inibi exiſtentium. differunt vbi inter ſe prout ſubiecta differunt, ſed nullam capiunt eſſentiam, aut differentiam ab ſpatijs imaginarijs, quia hæc loca, niſi fingantur, non ſunt, ficta vero ad rem non pertinent, atqui vbi circumſcriptiuum extenſio localis, ſitus, figura, raritas, & denſitas, quando iunguntur, nominibus ſolis diſtinguuntur.

41 Sunt namque ſpatia, aut loca, iſta imaginaria, id eſt, quæ nos imaginamur eſſe ante Mũdi conſtitutionem,

nihil,

nihil, præter poſsibilitates poſitiuas, & negationes actuales corporum, ſiue locorum horum communium realiũ, quæ nunc exiſtunt, nimirum, cælorum, elementorum, & huiuſmodi, neque intelligibilis eſt alia vera *capedo* dicta *negatiua*, quamtumuis nominetur capacitas immenſa, improducta, æterna, incorruptibilis, quaſi tribus dimenſionibus negatiuis compoſita, potens in ſe recipere omnia creata, & creabilia etiam extra cælũ Empyreum in inani; ad quam tranſcendentali reſpectu forantur præſertim loca intrinſeca, vel vbicationes, ſumpturæ ab illa immobilitatem ſuam, fatemur tamen poſſe, & ſolere cum vtilitate Sapientes fingere eiuſmodi entitates, & capedines metaphoricas ad inſtar ſpatiorum realium horum, quæ propterea à *P. Thoma* ſcite dici potuerunt ſpatia *imaginata*, vel *imaginaria*, quia ante intellectum nuſquam in re fuerunt.

42 Vacuum eſt *locus corpore liber, aptus id habere*. non datur in natura, quod abhorret ipſa ob conſeruationem vniuerſi. cauſari poteſt à Deo, & fortaſſe ab Angelis, ſi à Deo non prohiberentur. ſi daretur, in eo poſſet eſſe motus horum corporum, ſicut datur de facto, & Beatorum corporum, & ſpirituum, aut dabitur in inani. ad vacuum repiendum corpora trahuntur & à nobis cogentibus corpora alia ab alijs diſiungi, & ab ipſis corporibus recedentibus. motus ergo, quo vacuo ſucurritur, abſolute violentus videtur, præſertim grauium aſcendentium ſed *naturales* vocatur à *S.Thoma*, attento bono vniuerſi, quod cuncta præferre debent particulari.

43 Quando ſiue *duratio eſt perſiſtentia rei exiſtentis in eſſe*; qua res durantes correſpondent tanto, vel tanto tempori, & ipſi coexiſtunt, non eſt entitas modalis, vel abſoluta, diſtincta à re durante, & ab ea perpetuo fluens, ſed ipſa res exiſtens, & tempus, in quo exiſtit, ideſt, complexum extrinſecum, vt apparet ibi, *Petrus habet annos vndeuiginti*, licet nunc præcipuam rationẽ durationis intrinſecam ponamus ſubiecto duranti, tempus tamen connotanti, vt menſuram. alia duratio eſt permanens, vt ſunt Aeternitas Dei, æuum Angelorũ, & ætas rerum permanentium. ſucceſsiua notabilior eſt tempus. quod definitur *continua multitudo partium priorum, & poſteriorum ſibi ſuccedentium*. tempus per antonomaſiam dictum, vnicum tantum eſt, nempe duratio motus *primi mobilis*, quia id ſolum eſt ſumme æquabile, & vniforme, & quo menſurantur temporalia reliqua etiam ſucceſsiua: dici autem poſſunt reliqui motus ſucceſsiui *tempora*, quatenus, & ipſi habent numerum partium priorum, & poſteriorum, & aliarum durationum, & rerum ſolent eſſe menſuræ.

Sed quia video doctiſsimos viros 44 hic diſcordare, nempe alij acriter aſſeuerant durationem eſſe entitatem intrinſecam quidem rebus, ſed ab ipſis prædicamento, & re diſtinctam, alij vero non, & vtriuſque partis authores afferre textus Præceptorum communium per æquiuocationem, debui illam tollere per facilem textum explicationem, quorum verus intellectus, in hac propoſitione continetur. tempus, hoc eſt, duratio cæli dicti *primi mobilis*, indiſtincta omnino eſt ab ipſo motu, à quo ſubinde ad ſummum erit ratione diſtinguibilis: quoniam verò illud eſt communis duratio Petri, & reliquarum rerum temporalium, ab his pluſquam realiter diſtinguitur, non ſicut effingunt nimirum *Modiſtæ*, vt entitas pululans à redurante, ſed ſicut diſtinguitur locus communis à locatis, quod ab *Ariſtotele*, *Auguſtino* & *S.Thoma* cohærenter ad ſuas opiniones dictum eſt, ipſi enim ſex vltima prædicamenta eſſe extrinſeca prædicata, vbique tradiderunt: & ideo maxime opponunt ſe aduerſarijs noſtris, qui diſtinguentes realiter durationes ſuas modales à rebus, tantorum authoritate non bene penetrata ſibi videbantur triumphare.

Doctrina libri quinti.

TAntum diſtamus in præſenti ab antiqua *Ariſtotelis*, & inter pretum doctrina, vt multum laborauerimus, vt 45 quoquo modo traheremus ſuos ad noſtros terminos, ſed fruſtra & ideo ſatius eſſe iudicauimus ipſius

mentem ediſſerere, & deſerere, ſecus
exſibilabimur. ergo Philoſophus hic
iterum tractaturus de motu, repetit
id ipſum, quod lib. 3. nempe *tot ſpecies
motus eſſe quot entis*, ideſt, motus eſſe
quoſcumque effectus receptos in ſu-
biecto potentiali. exemplificat autẽ
in motibus accidentalibus, etiam
quando enumerat varios motus, &
tranſitus de vno in aliud, quia ſimiles
motus ſunt nobis notiores: ſed quan-
do ſubiungit tantum *dari motum ad qua-
litatem, & quantitatem*, & *vbi*, loquitur
de motibus item magis cognobilibus,
non vero excludit motus permanen
tium rerum, & ſubſtantialium, quos
tamen plerumque *mutationes* vocat:
ad motum itẽ dixit *non dari motum*, ideſt,
calorem, v. g. non eſſe per ſe mobilẽ
per alium calorem, quamuis per ac
cidens contingat ſubiectum iam cali-
dum, fieri adhuc magis calidum, &
ſubinde calorem præexiſtentem mo-
ueri per accidens moto, videlicet, per
ſe proprio ſubiecto, per caloris noui
aduentum, & prioris augmentum.

Deinde aſſerit primò quemuis mo-
tum pertinere ad prædicamentum ſui
46 termini, quia eſt inchoatio eius, vel
ipſe terminus in fieri & ſubinde iden-
tificari cum termino excepta latione,
quæ eſt motus localis inhærens mobi-
li, ipſum deferens ad locum extrinſe
cum, qui eſt terminus extrinſecus *ad
quem*, illius ſpecialis motus. ſecundò
ait motum realiter diſtingui ab agen
ti, & paſſo, ſiue à motore, & mobili.
tertiò dixit motum ſpecificari à ter-
mino *ad quem*, quia ſolet eſſe ipſamet
entitas motus in eſſe quieto. non
autem à termino *à quo*, neque à mobi-
li & alia proſequitur quæ nullatenus
cõpetunt motibus modalibus, ſed ipſo-
rũ terminis, illud tamen Philoſophus
pulchre aſſeruit, nimirum, motum ſu
biectari in mobili, quod ſi aliquando
in agẽti, quia id ſimul fit paſſum mo-
bile, non id contingere inquantum
agens præciſe eſt, ſed inquantum paſ-
ſum eſt, & mobile, quod dicimus nos
agens immanenter.

Venio nunc ad noſtros motus mo-
dales, & actiones, & dico eas eſſe
47 entitates intermedias inter agentia
& effectus, dictas *rationes formales a-
gendi*, quibus agentia operentur. quæ
quoque ſunt multipliciter. alia enim
eſt creatio, alia eductio, alia genera-
tio, alia permanens, alia ſucceſsiua, &
aliter, vt ex liquet ex dictis: earum
cauſa *efficiens* eſt agens, *materialis*, ter-
minus, quem producunt, cauſa *forma-
lis* ſuamet ipſarum eſſentia modalis, &
tandem *finalis* eſt terminus, ad quem
efficiendũ deſtinatæ ſunt, qui plerũ-
que compoſitum erit. diſtinctæ ſunt
realiter, & prædicamento ab agenti-
bus, & à terminis ſuis. & quia per a-
ctiones varias producuntur decẽ præ-
dicamenta, ſi totidem habent entita-
tem veram producibilem, dici poteſt
dari motum ad ea omnia, ſed ſignifi-
cantius ad tria, nempe ad qualitatem,
quantitatem, & vbi, quia hæc ſolent
acquiri cum magis ſenſibili motu,
qui is nobis videtur ſucceſsiuus.

Habent ergo actiones cauſas, vel a-
gentia, à quibus fiũt terminos *ad quos*,
quos ipſe faciunt, & terminos à *quibus* 48
quaſi recedunt, & plerũq; ſubiecta in
quibus reponunt & à quibus educunt
effectus ſuos, ſed ipſæ non ſpecifican-
tur niſi ab agentibus, & terminis ad
quos, ideſt, à ſuo principio & fine, quod
verum tenet etiam quãdo eb eodem,
vel ſimili agenti diuerſæ actiones in
ſpecie proficiſcuntur; licet tunc ſigna-
tius à terminis ad *quos* diuerſis, per id
agens productis æqualiseæ ſpecificen-
tur, & inter ſe diſcernantur. opinor
item nunquam actiones, & ſimilia
tranſcendentaliter relata, eſſe inter ſe
ſpecie differentes præciſe ex diuerſo
modo tendendi, pluſquam formaliter,
ideſt, ſine vllo reſpectu ad ſpecificati-
ua, & diſtinctiua radicalia, & extrin-
ſeca.

Rurſus *Ariſtoteles* proſequendo do-
ctrinam de motu ſuo, quæ facilius ap-
plicatur modali noſtro & actioni, di- 49
ſtinguens varios terminos, tradit illũ
habere duos, nempe vnum. à quo fa-
cit recedere mobile dictum *à quo*, &
alterum ad quem facit id accidere, di-
ctum *ad quem*, atque eumdem mo-
tum exiſtere inter duos contrarios ter-
minos, & item contradictorios, &
per eumdem fieri receſſum ab vno, &
acceſſum ad alium, vbi nota motus
Ariſtotelicos eſſe ſolere inter ſe oppo-
ſitos, alios contrariè, alios relatiue,
alios dici incompatibiles, nunquam
vero

vero contradictorie, ſemper enim ij ſunt entitates poſitiuæ. licet ipſe Philoſophus dicat *motum opponi priuationi quietis*, quatenus, calor, v. g. inquietus, & *in fieri* opponitur ſibi ipſi quieto & *in facto eſſe* habenti iam priuationem inquietæ ſucceſsionis. doctrina hæc accommodabitur actionibus modalibus, quibus tota quadrat ratione terminorum ſuorum. deniq; concluditur nõ poſſe mobile adæquate ſumptũ moueri ſimul duplici motu locali oppoſito, licet poſsit, & ſoleat moueri motu duplici non locali, in gradu remiſſo.

Doctrina libri ſexti.

COntinuũ eſt *cuius partes vnitæ ſunt termino, nexuuè communi*. aliud eſt
50 permanens, vt quantitas, & quoduis corpus præter punctum, & ideo ſubſtantia quoque corporea vt pote trinã dimenſionẽ habens, continuum eſt, & ſubinde etiam ſeparata à quantitate, licet in minus ſpatium redigi poſſet, nequaquam flueret ad punctum. aliud continuum eſt ſucceſsiuum, vti ſunt lationes, & vbicationes, quibus præſentantur ſucceſsiuè ſpatijs diuerſis cum correſpondentia ad ea, & ad temporis partes, corpora, & ſpiritus, dum mouentur localiter.

Omnia continua habent infinitas
51 partes actu realiter diſtinctas, non actu diuiſas, ſed vnitas totidem vnionibus, quæ dicuntur *indiuiſibilia* vnitiua, qua carent dimenſione, ſecundum quam partes vniunt. habent etiam indiuiſibilia terminatiua poſitiua, quibus cum eadem continua vndiq; definiuntur. Vnde non credimus cõtinua conflari punctis, aut indiuiſibilibus inflatis, vel alio quoquo modo compoſitis, & nominatis, tametſi demonſtrationibus vtrimque preſſi deſideremus magis nobis eluceſcere veritatem de compoſitione, hominibus ferme in intelligibili, continui.

Partes ergo continui infinitæ ſunt
52 actu, & categorematicè, non quidem æquales inter ſe, aut vni ſignatæ, ſed proportionales minores, ſcilicet, & minores in infinitum. quæ quoque æquales cõmunicantes dici & eſſe poterunt. Verumtamen nec continuum poterit diuidi in omnes ſuas partes, nec in infinitas, ita quod diuiſæ perſeuerent, licet quotidie ſucceſſiuè diuidantur omnes partes alimenti vniẽdæ cum ſubſtantia aliti, eadem ſucceſſione, qua diuiduntur. Vbi notabilis hoc argumentum non valere. Continuũ diuidi poteſt in partes plures, & plures, ita vt maneant hæ omnes diuiſæ; ergo poteſt diuidi in infinitas, vel etiã in omnes, ita quod diuiſæ perſeuerent ita ait communis, ſed ego demonſtro in continui infinitas partes æquales vni ſignatæ, trine dimenſas. & ſuſpicor earum vniones inſtatas forſan debere eſſe.

De Terminis paruitatis, & magnitudinis rerum naturalium alibi, de 53
modis incipiendi & deſinendi ipſarũ, dico nũc res permanẽtes incipere per primum ſui eſſe, & intrinſece, ideſt, in inſtanti perfici; deſinere vero per primum ſui non eſſe, & extrinſece, ideſt, ſui non eſſe, & extrinſece, ideſt, in inſtanti. Etſi valde probabile ſit res quoque ſucceſſiuas incipere quoque in inſtanti, & indiuiſibilia initiatiua in tempore, res autem ſucceſſiuas è contra incipere per vltimum ſui non eſſe, & intrinſece. ideſt, in tempore. ac deſinere per primum habere. poteſt quoque Angelus, vel ignis diuinitus produci in tempore, & forſan generationes in tempore quoque fiunt.

Doctrina libri ſeptimi, & octaui.

OMne *quod mouetur ab alio mouetur*. 54
hoc eſt, quidquid moueri contingit ſiue per ſe, ſiue per accidens, ſiue naturali motu, ſiue violento, locali, vel non locali, moueri neceſſe eſt ab alio ab eo mobili, aliquo modo diſtincto quod axioma non ſolum verificatur de motu, quo formaliter mobile quodcũque mouetur, ſiquidem euidens eſt entitatem, quæ eſt motus, realiter diſtingui à mobili ſiue à re mota; verum etiam de cauſa mouente, ipſa enim ſemper ſaltem inadæquatè, & per aliquid ſui videbitur diſtingui à re mota, aut mobili. 55

Præterea ex eodem principio deducunt noſtri Præceptores dari vnum primum motorem, vnũ mouens immotum ipſum, paſſiuè videlicet, & intrinſecè; Deus enim nec ab alio anteriori mouetur, nec immutatur ab aliquo motu in ſe recepto, quamuis mo-

bile extrinſecus dicatur, & ſit, quia
mouet,& creat omnia extra ſe poſita.
id quod facile deprehendit Angelus
dum ſic aſcendit. hic homo eſt filius
illius, & ille alterius, & ille alter tan-
dem *Adami*, qui à Deo primum con
ditus eſt. & ſimili aſcéſu inuenit Deũ
primum mouens aſcendendo per aliũ
quemuis effectum, eſt enim impoſſi-
bilis proceſſus infinitus ſimilium cau-
ſarum, qui *accidentaliter ſubordinatæ* di-
cuntur, quia ſine earum ſerie effectus
vltimus fieri etiam potuit, ad differé-
tiam aliarum, quæ ſunt *eſſentialiter ſub
ordinatæ*, quia omnes debent ſimul ad
effectum hic, & nunc producendum
56 concurrere.

Quoniam verum certum ſit cauſas
omnes naturales congruè dici aut mo,
uere ſemetipſos, aut ab alio moueri
dum actu operantur. ſuperaddimus in
bono,& vero ſenſu tradi à noſtris præ-
ceptoribus *Ariſtotele, Auguſtino, & Tho-
ma* cauſas ſecundas moueri, & appli-
cari, à cauſa prima, primo,quia ab ip-
ſa ſunt conditæ cum potentijs & incli-
nationibus ad motus ſuos, ob quem
titulum grauium, & leuium motus
tribuuntur generanti, à quo ea præ-
mota dicuntur,quia ea fecerit cum ijs
potentijs deſcendendi, & aſcendendi.
Secũdò, quia omnes cauſas applicat ad
agendũ per immediate per ſe, vel etia
per Angelos mouentes cælos, cauſas
vniuerſales, ac eos applicãdo materijs
vt influant, & comproducant cũ ele-
mentis, & cauſis reliquis inferioribus
in ſimul applicatis motu etiam locali
tractionis, eleuationis, depreſſionis,
aut alio opportuno generationibus,
multa effecta, quæ hic apud nos, &
in ſublime viſuntur. Tum præſertim.
quia Deus ipſe ſpeciali modo cauſas
cognoſcitiuas præſertim liberas præ-
mouet per iniectas cogitationes,& af-
fectiones erga cogitata obiecta,ipſa ſic
inuitãdo ad motus,ſiue ad opus. quod
ita tamẽ exequitur,vt has, & illas cau-
ſas coefficere *proprios effectus ſinat*, atqui
mouere quoq; cauſam primam ſecun-
das per eam ſimultaneam coefficien-
tiam dicere ſolent graues Doctores.

57 Motus grauium,& leuium fiunt per
emanationem à grauitate,& leuitate,
quæ ſunt ſpeciales qualitates eorum
agentium. Cauſæ vero motuum vio-
lentorum ſunt variæ, quas monſtrabit
obſeruatio,principalis videtur eſſe im
petus, quæ eſt qualitas impreſſa corpo
ri violẽter moto, à proiciente ipſum,
nonnihil conferente ad magis citatũ
motũ aere intermedio,mobile à tergo
vrgẽte,dum citatus procurat ſuccurre
vacuo. Solent etiam propellentia
cauſare impetum ſimul, & motum,&
propellẽtium vnum videbitur raritas,
vt apparet in Bõbarda puluere ſuccen-
ſo, & rarefacto, eructante globos. 58

Motuum alij ſunt veloces, & alij
velociores, ſicut & alij tardi, alij tar-
diores. omnes ſunt vere continui,
vnde motus tardior non dicitur quia
habeat plures interruptionum moru-
las, nec velocior quia pauciores: ſed
nec tarditas, & velocitas ſunt aliqui
mo di, vel differentiæ materiales mo-
tuum,ſed ipſorum partium quaſi di-
ſpoſitio varia, qua tardus maiori tem-
pori,velox minori reſpondet,quamuis
autem poſſint dari motus tardiores,&
tardiores, & velociores, & velociores
in infinitum, nequit aliquis eſſe neq;
infinite velox, nec infinite tardus.
denique mobile quodcumque debet
eſſe motori propinquum, vt hic natu-
raliter illud poſſit mouere, nec con-
trarium vllæ experientiæ conuincent.

Poſtremo Deus O. M. in principio,
omnino libere creauit vniuerſa cum
illo ordine, quem ſcripſit *Moſes* ab ini-
tio *Geneſis*, & quidem ſi noſtri Philo-
ſophi naturalem Philoſophiam trade-
rent in ſcholis ſecundum ordinem
creationis rerum naturalium, fortaſſe
ructuoſius procederent. Mundus er-
go non fuit ab æterno, vt falſo puta
uit *Ariſtoteles* ſed demonſtrari non po-
teſt fide ſecluſa ab æterno non fuiſſe,
poteſt autem æternari cum iſto ge-
nerationum ordinario proceſſu à par-
te poſt; quinimo opinamur potuiſſe
Deum mundum condere ab æterno
non ſolum ſecundum eius creaturas
permanentes, ſed etiam ſecundum
ſucceſſiuas, & quaſi ſucceſſiuas. Vn-
de quidam homo, aut Angelus, & ge-
nerationes infinitæ, cælorumque gy-
rationes potuerunt eſſe ab æterno, per
abſolutam potentiam Dei, in cuius
ſunt dicta hæc maiorem gloriam, &
honorem.

F I N I S.

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
In quo Numerus indicat continuatum numerum Marginalem.

Accidens.

ACCIDENS *nequit producere ſubſtantiam. à numero 482. plerumque eſt cauſa inſtrumentalis. ibi, & nu. 466. & 478. aliquando eſt principalis nu. 478.*

Actio, & Actus.

Actio quid, nu. 809. quotuplex. nu. 809. diſtinguitur ab agenti. nu. 801. eſt eius cauſalitas à n. 399. ſubiectatur in termino ſuo. num. 812. ab eo item diſtinguitur realiter. num. 811. ab eodem ſpecificatur potiſſimum, & ab agente, non præciſe ex modo tendendi. *à numer. 817. & 821. dici poteſt paſsio ſui ipſius, non termini ſui à num. 834. eſt duplici titulo motus. nu 606. recauſatur à ſuo ſubiecto, vel termino. num. 608. eſt vna ſola cauſarum concurrentium. num. 426. quæ conſeruaret materiam ſine forma, eſſet vberior ordinaria, à nu 255. actio duplex adæquata poteſt idem facere diuinitus, à num. 622. primo productiua poteſt eſſe conſeruatiua durando, à n. 504. actio vera condiſtincta ab emanatiua, nu. 809. Eductio, & creatio quæ, à n. 274 actio non eſt vnio, nu. . 19. actio ſimultanea, & ſucceſsiua quæ. num. 810.*
Actio metaphorica. Vide Finis.
Actus phyſicus. Vide Forma.
Actus Materiæ. Vide Materia.
Actus primus, & ſecundus. Vide Cauſa.
Actus contrarij in eodem, in diuerſis locis exiſtenti. à nu. 748.
Actus omnes humani an propter finem. num. 555. imperantes qui, num. 552. & qui imperati ibi & qui dicantur eliciti, conſenſus, & vſus. à n. 578.
Aeternitas. Vide Mundus.

Agens.

Agentia rationalia agunt propter finem, non ſic naturalia, & Bruta. à num. 558. Agens neceſſarium poteſt operari propter finem. num. 574. & propter exemplar. num. 580. Vide v. Axiomate

Angelus.

Angeli non producunt immediate ſubſtantias inferiores. n 491. non conſtant materia, & forma ſpiritualibus. 347.

Anima.

Anima quid. n. 7 . rationalis non educitur ex materia. n. 278. an ab ea cauſetur nu. 525.
Appetitus. Vide Materia.
Ars. Vide Natura.

Axiomata explicata.

Pluribus intentus minor eſt ad ſingula. n. 1.
Vexatio dat intellectum. nu. 2.
Generatio vnius eſt corruptio alterius. nu. 106. 125. 130. 166, & contra. *Corruptio, &c. nu. 258.*
Non datur regreſſus de priuatione ad habitum. nu. 186. & 193.
Impoſsibilis eſt potentia, quæ non poteſt reduci ad actum. n. 133. 198. 204. 210. 242.
Fruſtra fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora. n. 416. Nihil ſuperfluit in natura. Natura nihil facit fruſtra. n. 496. 164.
Entitates non multiplicandæ ſine neceſsitate. num. 472. 482.
Si non eſt potentia actiua, non erit paſsiua nu 188. 224.
Pulchrum vnicuique ſuum. nu. 13.
Quod tibi non vis, alteri ne feceris. nu 7.

Suſtin

Suſtine, & abſtine, nu. 7.
Recte ſe habet, quod ſecundum artem fit. nu. 39.
Actiones ſunt ſingularium, ſeu ſuppoſitorum, & ad ſingularia ſeu ſuppoſita terminantur. num. 45. 320. 443. 144. 295. 480.
Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. n. 634.
Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. num. 79.
Vnum oppoſitorum tot modis dicitur, quot alterum. n. 75.
Omnis noſtra ſcientia incipit à ſenſibus. nu. 97.
Beatius eſt dare, quam accipere. n. 132.
Actus & potentia ſunt in eodem genere. nu. 132.
Ab actu ad potentiam valet conſequentia. nu. 201. 133.
Potentiæ ſunt propter operationes. num. 137. 175. & 273.
Cui conuenit prædicatum, conuenit incluſum in eo prædicato nu. 144.
Nemo dat, quod non habet. nu. 149. 404. 481.
Idem manens idem, ſemper eſt natum facere idem nu. 189. 760.
Deficiente fine, deficit quod ordinatur ad finem. n. 193. 223.
Nihil vacuum in natura. nu. 197.
Potentia non dicunt actum, ſed aptitudinem n. 204.
Nihil violentum eſt perpetuum. 204.
Ex duobus entibus in actu non fit vnum per ſe. à nu. 356.
Contraria ſunt circa idem. nu. 243.
Anima magis eſt vbi amat, quam vbi animat num. 299.
Natura arte perficitur. nu. 378.
Vniuerſa fiunt ab vniuoco. nu. 397. 599.
Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. num. 383.
Nihil volitum quin præcognitum. n. 427. 451.
Habitibus vtimur, dum volumus nu. 455.
Ex obiecto, & potentia paritur notitia. nu. 475.
Paſſiones tribuuntur generanti. n. 480.
Quid dat formam, dat conſequentia ad formam. nu. 480.
Finis eſt cauſa cauſarum. nu. 535.
Nullus reſpiciens ad malum, operatur. nu. 574.
Bonum eſt quod omnia appetunt. n. 600.
Regis ad exemplum totus componitur orbis. nu. 503.
Quidquid fit, ab alio fit n. 629.
Quidquid mouetur, ab alio mouetur. à nu. 880.
Finis prior in intentione, & poſterior in executione. nu. 632.
Finitum additum finito non facit infinitum. num 671.
Quod non eſt, non ſcitur. n. 672.
Contrariorum contraria diſciplina. n. 702.
Quidquid corrumpitur, vbique perit nu 750.
Quidquid eſt alicubi eſt. n 765.
Per quæ res componitur, per ipſa diſſoluitur. num. 76.
Optimum in vtroque genere eſt menſura cæterorum. num. 789.
Non datur actio ad actionem, nec motus ad motum. nu. 813.
Motis nobis, mouentur ea, quæ ſunt in nobis. num. 888.
Nihil agit in remoto, quin agat in proximo. à nu. 898.
Agens fortius agit in proximo, quam in remoto. à nu. 899 ad 902.
Ceſſante fine ceſſat ordinatum ad finem. n. 510.
Indiuiſibile additum indiuiſibili non facit maius. num. 841.
Subſtantia fluet ad punctum ſublata quantitate. nu. 76. & 74. declaratur à nu. 865.
Medium promouet motum. num. 888.
Omne quod eſt ex ſuppoſitione quod eſt, neceſſe eſt eſſe. num. 43.
Fruſtrà num eſt actum agere. num 922.

Bonum Bonitas.

B*Onum quid. nu. 600. quotuplex nu. 538. quod ſolet eſſe finis, & quod medium? ibidem bonum triplex definitur. n. 574. bonum vtile ſemper eſt medium. num. 573. bonitas ſua ineſt medio. num. 576.*

Cauſa.

C*Auſa vt ſic quæ num. 385. quotuplex* ibidem. *phyſica, & moralis definitur. num. 389. quæ ſit in actu primo, & ſecundo. a n. 390. & adæquata. n. 398. debet eſſe prior effectu. nu. 632. differre ab ipſo. num. 388. 628. phyſica phyſicè debet exiſtere vt cauſet. num. 627. nulla ſe ſolent cauſare in eodem genere. à num. 606. bene in diuerſo pleraque. à num. 603. an efficiens ſola ſe poſſint diuinitus mutuo cauſare. à num. 608.*
Cauſa efficiens quid, & quotuplex. à num. 395 prima, & ſecunda deſcribuntur à num. 407. ſecundæ cauſæ operantur. à num. 4 9. non ſola ſed cum prima cooperante. à num. 4. 9. Dei primæ cauſæ multiplex concurſus explicatur. à n. 427. & decreta ipſius abſolutum, & conditionatum de concurrendo. à num. 431. ad 443. cauſa prima concurrit ad omnes actiones num. 419. etiam malas. à num. 443. quo pacto determinat actiones omnes cauſæ ſecundæ. à num. 451. an cauſæ ſecunda determinet quandoque primam. num. 459.
Cauſa principalis, & inſtrumentalis quæ. à num. 462. Hæc non indiget motione, præuiaue actione. à num. 469. eleuata diuinitus attingit immediate effectus Principalis. num. 493. naturaliter non ſolet ſed ſola ſubſtantia cauſæ principalis

prodú-

Digitized by Google

producit ſubſtantias. à num. 482.
Cauſa primo productiua, & conſeruatiua quæ. nu. 504. *& per ſe, & per accidens. à num.* 499. *& morales numerantur, & reducuntur. à num.* 596.
Cauſa omnis debet eſſe prior effectu num. 632. *ſed ſat eſt ſi ſit prior natura, vel quaſi natura. num.* 620.

Cauſalitas.

Cauſalitas quid. n. 394. *quæ ſit cauſa efficientis. à n.* 399. *cauſa materialis, & formalis eſt vnio, non influxus. à num.* 513. *ad* 535. *Finalis eſt cognitio ſui, & deſiderium à num.* 541. *Exemplaris eſt item cognitio ſui à num.* 586. *& ſimiliter ſunt cauſalitates reliquarum cauſarum moralium. à num* 596.
Quæ dicantur cauſalitas primaria, & ſecundaria. num 529.
Cælum. vide Materia.
Chriſtus. vide Ens.

Compoſitum.

Compoſitum quid. n. 344. *nec ratione differt à ſuis partibus. à num.* 326. *eſſe poteſt omni ex parte ſpirituale. à num.* 346 *nobilitas huius compoſiti. à num.* 352. *compoſitum per ſe, & per accidens, & vtriuſque conditiones quæ. à nu.* 356.
Compoſita plura erunt, ſi in vna materia adſint plures formæ. à num. 211.
Concurſus. vide Cauſa, *&* Deus.

Continuum.

Continuum, quid, & quotuplex. num 837. *conſtat partibus infinitis realiter diſtinctis. à num* 838. *in infinitum ſectilibus, adeo, vt omnes ſecari ſoleant. à num.* 851. *partes vniuntur indiuiſibilibus, à num.* 844.
Continua rara, & denſa, tarda & velocia ſunt vere continua nullis interrupta corpuſculis, aut moralis, ſed conſtituta propriis punctis, & partibus inter ſe vnitus. à num. 892. *ea dicuntur proportionales. nu.* 855. *habent quoque continua terminatiua. à num.* 846.
Continui compoſitio exponitur. nu. 845. *partes eius videntur inter ſe æquales, nu.* 860.
Diuerſitas compoſitionis continui permanentis, & ſucceſſiui, quanta à nu. 846. *nullum continuum conſtat ſolis indiuiſibilibus. à num.* 847. *an ea poſſint poni, aut debeant inflata. num.* 864.
Compoſitio continui hominibus videtur inſuperabilis. à num. 863.
Continuum ſpeciale permanens quid, & quotuplex. à num. 865. *& quid, & quotuplex ſucceſſiuum, habes à nu.* 867. *& ibi de ipſius compoſitione, & terminatiuis, & nominibus pluribus, & an habeat initiatiua. num.* 875.
Conuerſio. vide Principium.

Corpus, & Spiritus.

Corpus quid ſit, & quotuplex, habes ſuſe à num. 62. *& ibi quod non ſit ſola materia, aut quantitas, nec ſolum compoſitum, ſed corpora eſſe omnia corporea, ſicut & ſpiritus ſunt omnia ſpiritualia.*

Deus, & decretum.

D*Eus in principio temporum creauit omnia, cælum, & terram &c. à n.* 905. *creauit cauſas ſecundas operatiuas à n.* 909. *neceſſarias ſiue naturales, & liberas à nu.* 427. *cum omnibus ipſe debet concurrere ad omnes earum effectus.* 419.
Nec poteſt committere quaſi delegando alicui cauſæ creatæ, vt vel ipſa mere cauſa vniuerſalis concurrat cum aliis cauſis. à num. [illegible] *vel ſola aliquem effectum exequatur ibidem.*
Dei concurſus, & Decreta de concurrendo ſunt multiplex, vt videbis à num 327. *& V.* Cauſa.
Deus dum eſt opus, ſolus effectu conſeruat. num. 504. *eſt vbique, etiam ſpatiis imaginariis præſens; in ſe ipſo tamen. num.* 777. *eſt principium motus effectiue. nu* 58. *primus motor. num.* 504. *quo pacto præmoueat cauſas ſecundas. nu.* 47 *&* 459. 429. *& determinet indiuidua. à nu.* 451. *& ipſa determinetur à creatura. num* 458. *an efficaciter decernat opera noſtra. à num.* 440. *an operetur propter finem. num.* 558.
Decretum hoc volo concurrere cum cauſis liberis, vel quando ipſæ volent prudens eſt. à num. 436.

Determinatio Prædeterminatio.

Quid protendant iſta nomina, & ſimilia. num: 429.
Determinatio quo ad ſpeciem quæ. 452. 459. *quoad indiuiduum. à num.* 451. *& vltima dicta quoad exercitium. num.* 454. 457. *ex determinatione Dei ad ſpeciem, & indiuiduum non minuitur libertas noſtra. à num.* 451. *&* 460. *quia nobis relinquitur exercitium liberum,* ibidem.

Duratio Tempus.

Duratio quid, & quotuplex. num. 785. *quid æternitas, & æuum. à num.* 785. *duratio creata eſt relatio ſiue complexum duorum. num.* 796. *vt ſe tenet ex parte rei durantis, nec ratione differt ab ipſa. num.* 792. *vt ſe tenet ex parte termini ſiue menſura, diſtinguitur pluſquam realiter à re durante, quia eſt tempus dictum vulgo duratio tempora-*

peralium. num. 803. *duratio ergo non eſt modus diſtinctus, nec regula. à num.* 796.

*Duratio alia dici poteſt intrinſeca. num.*7˙6. *alia extrinſeca quid eſt tempus, quod definitur, & diuiditur. à num.*787.

*Non differt à motu primi mobilis, nec ab alio motu, cuius duratio intrinſeca ſit. num.*803. *eſt quoddam continuum. num.*791.

Dari poteſt aliud tempus tardius. & velocius. num. 893. 894.

*Tempus imaginarium quid. num.*781.788.

Inductio, Creatio, Emanatio, vide Actio.

Ens.

E*Ns mobile quid, & quotuplex, & quid ens naturale mobile. a num.*57.

*Et quid ens per ſe, & per accidens. à num.*355.

Et ibi an Chriſtus D. ſit ens per ſe. Vide Compoſitum.

*Etnica. Vide num.*7.

Exemplar.

*Exemplar quid. num.*479. *quotuplex. num.* 585. *tam obiectiuum, quam formale, ſi obiiciatur, eſt cauſa exemplaris. à num.*582 *&* 592. *eius cauſalitas eſt cognitio ſui. nu.*586. *poteſt exemexemplar ſe cauſare. num.*592.

Vide Cauſa.

Exiſtentia.

Exiſtentia rei eſt quaſi modus eius. num 245.

Exiſtentia realis vel intentionalis ſemper requiritur vt cauſa operetur. à num. 627.

Finis, ſeu Cauſa finalis.

F*Inis quid, & quotuplex. à num.*536. *Eſt vera cauſa realis, ſed moralis. a num.* 539. *ratio finis eſt eius obiectiua bonitas. num.* 566. *dicta ratio mouendi vt* quæ. *à num.* 566. *poteſt, & ſolet eſſe cauſa ſui ipſius. num.* 555. *dicitur prior in intentione, & poſterior in executione. num.*555. *eius effectus enumerantur. num.* 552. *non ſunt proprie eius effectus cognitio ſui, & deſiderium. num.*553. *ſunt vero ii actus finis cauſalitates. num.*553. *dicta rationes formales quibus; mouet Finis. num.* 566. *& motiones* quibus. *num.* 572. *& actiones* metaphoricæ. *num.* 540. *explicantur exemplo modo cauſandi Finis, eius cauſalitas, & effectu. num.* 539. *propter Finem operantur rationalia omnia. non Bruta, nec rationalia. à nu.*558. *Vide* Cauſa.

Forma.

Forma quid, & quotuplex. à num. 271. *eſt principium, & pars potior compoſiti. a num.* 200. *&* 322. *actus id diſtinguens. num.* 272. *vnica in eo. num.*155. *non vnica in omnibus compoſitis. num.* 285. *corporea educitur ex materia: à num.* 274. *non eſt formaliter materia exiſtentia. a num.* 245. *licet eam retineat in eſſe. num.* 247. *eſt vera cauſa compoſiti. a num* 512. *& materia.* ibi. *& a num.* 549. *& a num.*530. *cauſalitas forma eſt vnio, non alius influxus. a num.*513. *&* 531. *eſſe nequit naturaliter ſine materia. num.* 258. *quando ſola exiſteret, indigeret vberiori actione.* ibidem. *Eſt ens in completum. a num.*271. *facit vnum per ſe cum materia.* ibi. *& a num.* 356. *eſt operatiua, num.* 273.

Forma attributa qua. a num. 285. *Vide* Cauſa, *&* Materia.

Figura. Vide Vbi.

Generatio Genitum.

Vide. Principium.

Grauitas, & leuitas. Vide Motus.

Humanitas.

H*Vmanitas Chriſti D. qui facit vnum per ſe cum perſonalitate verbi, explicatur contra Antimodiſtas. a num.* 360. *non habet ſpeciale reſpectum ſibi ſoli proprium ad verbum. num.* 306.

Vide Ens, *&* Vnio.

Impetus.

I*Mpetus quid ſit. a num.*888. *quorum motuum ſit cauſa.* ibidem. *qua ſint cauſa impetus ipſius. a num.* 889.

Influxus.

Influxus ſolum procedit à cauſis effectiuis. num. 522. *tanquam earum cauſalitas,* actio modalis *dicta. num.* 390. *non ab aliis cauſis, quorum cauſalitates, & modi cauſandi ſunt valde differentes, ſed dici poſſunt influxus, & actiones metaphoricè, ob ſimilitudinem & conuenientiam cum efficienti, in cauſare, vt habes v.* Finis, Materia, Forma *& exemplar, & à num.*543.

Digitized by Google

Infinitum.

Infinitum quid, & quotuplex. à num. 649. & 654. *quid categorematicum, & ſyncategorematicum clare exponitur.* à num 654 *aliquot categorematica actu ſunt.* à num. 651. *dantur item ſyncategorematica plura* à num 659 *nulla ſpecies rerum coevoetur determinate numero.* à nu. 662. & 668. *infinitum in eſſentia, & perfectione eſt ſolus Deus.* num 649. & *nihil aliud poteſt eſſe infinitum in eſſentia, vel in aliqua perfectione.* à num. 675. *poſſibiles ſunt ſpecies perfectiores in infinitum.* à num. 678. *inter eas non datur infima, nec ſuprema.* 681. *infinitum in numero, actu poni poteſt diuinitus.* num. 687. & *in intentione.* à num 692. & *ſecundum extenſiones plures, licet non omnes.* à num. 698. *infinita multifariam comparabilia ſunt.* à num. 713. *quod finem habet, infinitum eſſe nequit, nec impertranſibile.* à num. 700.
Indiuiſibile. *Vide* Continuum.

Inceptio, & Deſitio rerum.

Quot modi incipiendi, & deſinendi rerum permanentium. & ſucceſſiuarum, habes. à num. 871.
Inſtans. *Vide* Continuum.

Intentio.

Intentio eſt amor Finis. num. 541. *non eſt propriè effectus eius.* num. 553. *eſt ipſius cauſalitas.* num. 541. *Vide* Finis.
Liberum. *Vide* Natura.

Locus.

Locus quid. num 73?. *quotuplex.* num. 731. *quis extrinſecus.* à num. 730. *cur immobilis.* ibidem. *quæ eius proprietates.* num. 731. *an Deus, & reliqua ſint in loco, & quo modo.* à num. 734. *quæ poſſint eſſe in eodem loco, & quæ non, niſi diuinitus.* à num. 735. *res vna poteſt à Deo poni in multis locis.* à num. 737.
Quis ſit locus intrinſecus. à num. 751. *is vbi dicitur, & eſt multiplex in eodem ſuppoſito.* nu. 784. *quando vbi differant numero.* num 756. *quando ſpecie* ibiedm. *non reſpiciunt ſpatia imaginaria.* num. 752. & 779.
Vbi corporeum non ſolet differre ab extenſione, figura, & ſitu. num. 757.
Vbi angelicum indiuiſibile. num. 81. *ſi ſucceſſiuum eſt diuiſibile.* num. 79.
Logica. *Vide* num. 8.

Materia.

Materia deffinitur. à num. 120. *cur ſit ſubiectum,* ibi, & à num. 153. *eſt vnum e tribus elementis.* à num. 101. *ens incompletum.* num. 253. *vnum per ſe completum conſtituens cum forma.* num. 267. *eſt pura potentia,* num. 259. *habet tamen actum entitatiuum, & alios.* à num. 259. & *exiſtentiam.* num. 245. *eſt ingenerabilis, & incorruptibilis.* à num. 123. *habes alia attributa eius.* à num. 283. *recipit immediatè formas* à num. 128. *ipſas appetit, & ad ipſas refertur.* à num. 126. *habet varios reſpectus diſtinguibiles penes formas reſpectas.* à num. 140. & 146. *qui reſpectus ſunt aliquando eſſentialiter diſtincti, & non claudentes.* à num. 143. *materia potentia radicalis non differt à proxima.* num. 141.
Qualibet portio materiæ vnicam ſolam formam habet. à num. 155. *poteſt recipere natura ſua formas amiſſas.* à num. 183. *diuinitus poteſt recipere ſimul formas plures.* à num. 195. *etiam alterius ordinis.* à num. 199. *ex receptione plurium formarum in vna materia plura compoſita reſultarent.* à num. 212. *nequit materia recipere plusquam vnam formam in potentia naturali.* à num. 219. *poteſt recipere quaſcumque formas in potentia obedientiali.* à num. 225. *forte nullam excludet.* ibidem.
Materiæ omnes creatæ ſunt eiuſdem ſpeciei. à num. 229. *poſſunt creari aliæ diuerſæ ſpeciei.* à num. 230. & *fuſius.* à num. 236. *poteſt alia materia à noſtra reſpecire formas haſce, vel ex eis aliquas.* ibidem. *poſſibilis eſt materia ſpiritualis.* à num. 346. *ſpeciem ſumunt materiæ à formis Solis plerumque, vel etiam à diuerſis diſpoſitionibus.* ibidem
Materia nunquam extitit ſine formis. à num. 257. *nec ſine illis exiſtere naturaliter poteſt.* nu. 249. & 256. *poteſt tamen diuinitus, ſed vberiori actione.* à num. 255.
Materia eſt cauſa materialis, & media vnione ceu propria cauſalitate cauſat compoſitum, & formas. à num. 543. *ſine alio influxu in eas.* à num. 521. & 52?. *pendet à formis tanquam à cauſis recauſantibus ipſam.* à num. 517. & 520. *an materia efficiat aliquid in genere cauſæ efficientis.* n. 263.
Materia alia attributa habes. à num. 267.
Vide Cauſa, Principium, Forma.
Mathematica. *Vide* num. 8.
Medium. *Vide* Bonum.
Metaphyſica. *Vide* num. 6.
Modus. *Vide* Actio, Vbi, Vnio.

Motus, & Quies.

Motus quid, & quotuplex. à num. 641. & 826 *motus ſunt decem prædicamenta* ibi, & nu. 642

quo differat à quiete. num. 645. & 828. & ab actione. & paſſione. a num. 646. quis motus cauſaliter. & quis formaliter? num. 646. cur dicatur dari motus ad tria prædicamenta? à num. 810. & 816. Motuum termini, ipſorum oppoſitio, & diuerſitas explicantur. a num. 828. motu duplici oppoſito nihil poteſt moueri. a num. 832. motus localis explicatur. num. 845. & 851.

Motus tarditas, & velocitas quæ? à num. 891.

Motus naturalis, & violentus qui. a num. 896. quando ſit motus violentus, & quibus partibus ſubiecti habet. a num. 384. cauſa violenti quæ. num. 888.

Motus nequit fieri in inſtanti, num. 897. nempe localis, qui dici ſolet Latio, & vbi ſine continuum ſucceſſiuum. num. 896. 895. 851.

Motus nequit eſſe infinitè velox, nec infinitè tardus. num. 896.

Motus potuit dari ab æterno. a num. 924.

Mobile, Motor, ſeu Mouens.

Quid ſit mobile? a num 889. debet diſtingui a motore. ibidem. *huic debet eſſe mobile propinquum vt moueatur. a num 898.*

Motor primus quis. num. 904.

Mundus.

Mundus non fuit ab æterno. a num. 905. quo ordine conditus. ibidem. *ſola fide conſtat ab æterno non fuiſſe. à num. 909. quomodo æternandus, & meſurandus.* ibidem. *potuit eſſe ab æterno ſecundum creaturas permanentes. a num 911. & ſecundum generationes ſucceſſiuè factas. a num. 917. & item ſecundum motus ſucceſſiuos. à num. 924.*

Natura, & Ars. Naturale. Artificiale, &c.

Naturæ nomen, & eſſentia explicata. a num. 365. quæ res ſint natura, quæ non. a num. 368. an natura completa, debeat eſſe ens incompletum. num. 374. naturale quid ſit. num. 383.

Ars definitur. num. 377. quo differat à natura. num. 378. in quantis conueniat. num 380. effecto mirabilia ſunt artis. ibidem. *vſque ad 383 vbi nonihil de auro facte poſſibili per artem, & arte magica, & an poſſint fieri per aliquam artem effectu omnia, quæ fiunt à natura. num 382. & 51. ars vero non eſt nobilior natura. num 378.*

Artificiale deſcribitur. num. 383. violentum. num. 384. liberum. num. 385. obedientiale. num. 386. præter naturale ibidem. *ſupernaturale.* ibidem. *tranſnaturale. num. 387. triplex artefacturum genus. num. in quo conſiſtat artificium. num. an præexiſtat in rudi materia. num.*

Negatio. vide Priuatio.

Obiectum. vide Philoſophia, & Scientia.

Paſſio. Vide Actio, & Vnio.

Peccatum. Vide Cauſa, & Deus.

Philoſophia in communi.

Philoſophia quid. a num. 4. quotuplex. ibidem. *ſcientiæ omnes ſeu philoſophiæ partes, & ſingularum actus dilucide explicantur, & ipſarum obiecta indicantur. a num. 6.*

Obiectum Philoſophiæ, tam materiale, quam formale, quod? a num. 11. eſt ſcientia perfecta. a num. 37. ad 48. partim practica, & partim ſpeculatiua, effectiua item, & actiua. a num. 48. ad 57.

Phyſica in communi.

Phyſicæ in communi partes, cauſa, obiecta. & nomine declarnetur. a num. 14. ad 18. cui ſcientia Phyſica ſubalternetur, & an ſit ipſa ceteris certior? a num. 93.

Pyſicæ obiectum ſolet eſſe ens per accidens. num. 23.

Phyſica præſens.

Phyſicæ huius, ſiue Phyſicorum octo librorum obiecta quæ, & quod ſint formaliter ii libri? explicatur. à num. 19. vſque ad 36. diſtinctio eorum ab aliis libris, & Ariſtotelis intentio in eiſdem prædocendis qualis. à num. 23.

Potentia.

Potentia naturalis, & obedientialis quæ. a num. 168. hæc eſt naturalis realiter, & formaliter. a num. 171. non eſt entitas impreſſa. a num. 173 eſt ipſa res obediens poſitiuè inclinata ad obediendum Deo. a num. 174.

Alia eſt paſſiua. num. 169. alia actiua. nu. 170. per vtramque quodlibet forſam poteſt producere. & recipere quodlibet. a nu 176. explicatur clare modus eleuationis vtriuſque potentiæ ibidem.

Principium.

Principium quid nominis. a num. 99. tria concurrunt ad geniturn, & aliquando quatuor. a num. 100. & 104. tria concurrerunt in prima rerum conditione. a num. 114. principium definitur. num 100.

Vide Materia. Forma. Priuatio.

Priua-

Digitized by Google

Priuatio, & Negatio.

*Deſiniuntur, & diſcernuntur. num.*114. *alterutra ſemper concurrit vt principium generationis. nu.* 106. *&* 114 *priuatio ſit negatio, & e contra* ibidem. *&* 295. *cur dicatur principium per accidens, & cur per ſe. num.* 102. *& a num.* 110. *nec priuatio, nec negatio concurreret ad generationem ab æterno. num.*116 *rurſus an ſit priuatio, quid, quotuplex, à quo, & in quo. & propter quid. à quo ſpeciem ſumat, & eius attributa habes. a num.*288.

Prædicabilia. Prædicatio. Vide Vniuerſalia.

Prædicamenta.

*Omnia ſunt motus & quies. num.*639. *&* 641. *ſunt obiecta ſcientiarum. a num.* 4. *& Phyſica ſunt obiecta materialia. a num.*6. *alia alijs ſunt cognobiliora. num.*7. *qua arte vſus ſit intellectus, vt ea comprehenderet. num.*7. *tripliciter ſe habent inter ſe, & in ordine ad Phyſicam. num.*38.

*Præter naturale. Vide num.*386.

Punctum *ſeparatum poſſet moueri, num.*878. *Vide* Continuum.

Q*Vantitas. Vide* Corpus, Continuum.

R*Aritas, & denſitas explicantur. numer.* 893.

Recauſatio.

Recauſant ſe de facto materia, & forma. a num 608. *nequeunt ſe recauſare naturaliter cauſa efficiens, & effectus eius. a num.*606. *an poſſint diuinitus. num.*608. *quid euenire poſſit in aliis cauſis circa recauſationem, habes. a num.*603.

Vide Cauſa. Materia. Forma.

Scientia.

S*Cientia non neceſſario eſt diſcurſiua. num.* 10. *& a num.*37.

Scientia omnes conueniunt in obiecto materiali. num. 12.

Spatium.

Spatium imaginarium quid. a num 773. *non eſt capacitas negatiua. num.*775. *non reſpicitur ab vbi, num.* 782. *&* 779. *in eo concomitanter eſt Deus.* 777.

Subiectum.

*Quid ſit. à num.*20. 35. *& quid ſubiectum primum num.* 120.

Vide Materia.

Subſiſtentia. Suppoſitum.

Subſiſtentia quid, & quotuplex. a num. 320. *Suppoſitum vt* quod *dicitur operari, & terminare operationem. & cur?* ibidem. *& num.*345.

Superficies. Vide Continuum.

*Supernaturale. Vide num.*386.

Theologia, vel Fides.

T*Heologia actus variis, vel etiam Fidei, ad quas ſcientias reducendi. num.*8. 11. *&* 27.

Tarditas, & Velocitas. Vide Motus.

Tempus. Vide Duratio.

Terminus. Vide Motus.

Totum. Vide Compoſitum.

*Tranſnaturale. Vide num.*387.

Vacuum. Inane.

V*Acuum quid? a num.*781. *quo diſtet ab Inani. num.*784. *dari nequit viribus naturæ. num.*782. *quo pacto ei ſuccurrant Creata?* ibidem. *à Deo cauſari poteſt. num.*783. *an ab aliqua creatura?* ibidem. *in eo fieri poſſet motus ſucceſſiuus. num.*783.

Vbi. Vide Locus.

Violentum. Vide Natura, & Motus.

Vnio.

*Vnio deſinitur. num.*300. *eſt modus diſtinctus.* ibidem. *& num.*303. *vnica in compoſito, & corporea etiam in homine. num.* 301. *& a num.*306. *ſubiectatur in vtroque extremo num.*301. *ſine vnione diſtincta nihil vniri poteſt. a num.* 314. *nequeunt extrema vniri ex ſolo Dei beneplacito. à num.*318. *neque verbum, & humanitas vniri potuerunt ſine vnione diſtincta.* ibidem. *& fuſe contra Nominales. a num.*360. *& ideo vnio verbi cum humanitate nequit eſſe reſpectus tranſcendentalis huius ad illud. a num.* 306. *an actio poſſit eſſe vnio ſubſtantialis duorum, puta verbi, & humanitatis. a num.*318. *vna forma vniri poſſet cum materia vnione duplici. num.* 314. *& vna vnio poſſet vnire pluſquam duo extrema. nu.* 315. *noſtra poſſet eſſe ſpiritualis.* ibidem. *an vnio creari poſſit? num.*317.

*Vnio ſola ſiue ea ſit res diſtincta, ſiue non, in Peripatetica ſchola, eſt paſſio prædicamentalis. a num.*835.

Vnio eſt cauſalitas materiæ, & cuiuſuis ſubiecti receptiui. à num. 543. eſt item cauſalitas Formæ. num. 513.
Vide Cauſalitas. Materia. Forma. Actio.

Vniuerſalia. Singularia.

Cur, & quo modo, & quanto fructu inuenta? nu. 9. eorum prædicationes ſunt veluti axiomata. ibidem. quæ vniuerſalium prædicationes ſpectant ad Phyſicam. à num. 6. quæ ad alios ſcientias; à num. 6.
Vniuerſalia dici ſolent notiora nobis. à num. 96 licet prima cognita ſint ſingularia. num. 97. quia, ea incipimus cognoſcere ſecundum prædicata vniuerſalia, hæc dicuntur cognoſci prius, licet abſolute quaſi poſterius cognoſcantur. à num. 96 ſiquidem ſingularia ſolent eſſe ſenſibus peruia, à quibus ſcientia noſtra initium ſumit. à num. 97. vt item experius in fabrica vniuerſalium, quam leges in Tripartita ſæpe, ſed præſertim, à n. 506.

Digitized by Google

ERRATA, SIC CORRIGE.

PAgina 3.columna 2.linea 29.explanaturos.lege,explanaturus. pag.4.col.1 lin.35. placidum. lege placitum.p.7.c.2.l.33.augendum lege,agendum.p.1 .c.1.l.35.quoſdam.lege,qualdam. p. 12. c.1. l.40. intimios. lege, intimiùs. & col.2.l.47. poſt. formalia. adde, ad. p.24.col.2. l.43. falſi. lege, falſi. p.27.c.2 l.41.collegit lege, collegij.p.30.c. 1.l.3.ipſcrum.lege,ipſorum.p.31.c.1. l.50 argumentorum. lege, argumentor. p 52.c.2.l.21. aliqum.lege, aliqua.p.61.c.1.l.8.tria.lege, trita.p 85.c.2.l.46. oculis. lege, oculi. p.131.c.1.l.35.dici. lege,dicitur.p.136.c.1.l.48. fulci. lege, fulti.& col.2.l.51. fundam. lege, fundatam p.138.c 2.l.25.ad.lege, adhuc,& l.31.aliuu.lege,aliud p.139.c.2.l.42 vnim. lege, vnit.p.141.c.2.l.53.a ionem. lege,creationem.p.142.c.1.l.28. intelligibile.lege, inintelligibile. & c.1.l.10.patentibus.lege, petentibus.p.190.c. 2.l.19. affectiuæ. lege, effectiuæ.p.193.c.1.l.38.liberam.lege, liberum. p.208.col.2.l.28. deleuantur. lege, & eleuantur. p.215.c.1.l.4.faciet. lege, fauet. p.225.c.1.l.9.impedimento.lege,impediendo.p.227.c.1.l.2. detractione. lege, duratione.p.229.c.2 l.31.recuſationis. lege,, recauſationis.p.236.c.2.l.38.recuſari.lege.recauſari.p 241.c.2. l 1.modo, quomodo.lege,bona quoquo modo.p.245.c.2.l.1. ratios. lege, ratio.l.2 bonita.lege, bonitas.l.3.influæres.lege, influere.l.4.dicelt.lege,diceus.l.5.vuerſ.lege, vulr.l.6.partialiſe, lege, partialiter.l.7.manis.leges, manlfe.p. 248.c.1.l. penult. moties. lege, motus & col.2.l.14.cognitio. lege, cognitio.p.251.c.2.l.33.naturalium. lege,rationalium.p.256. c.2.l.27.vltimis. lege, vltimi. p.260.c.1.l.15. poſt vt, adde vt.p.266. c. 1.l.22.ad lege, id. & c.2. l.46.alius. lege, alias p.268 c. 2.l.18.legitime. lege, legite. & l.45. qui. lege, quia. p.272. c.1.l.46. confundantur. lege, confundentur. & col.2.l.vlt. realita.lege,realiter.p. 274. c.1.l.20.confrigantes. lege.confricantes. & col.2.l.28.poſt materiales.lege,& receptiuæ earum proprietatum,quo pacto ſunt hæ. & radices ſimul natura. ob mutuam dependentiam.p.275.c.1.l.35.requiritur.lege, requirit,& c.2 l.8.eſſe.lege.ſe.& l.38.non.lege,nota.p.276.c.2.l.30.aperte.lege,à parte.l.31.&.lege eſt.p.279.c.2 l.8.noſtris.lege,noſtis.p.280.c. 1.l.3.natura .lege,naturis.p.281.c.2.l.26.inpromptus. lege,in prõptu,& 25.eſt.lege,ef.p.283.c.1.l.31.ſoluta..ſolutu.p.284. c.1.l.12.quidẽ.lege,quidni.& 17.lucet,licet.& l.29.& lege vt.p 293. c. 2.l.1.quæ.lege,que.& l.38.creat,careat.p.298.c 2.l. 48.cõſueuir. lege,cenluerint.& c.2.l 43. comprehendit.lege, comprehendi. p.299.c.1.l.29.Henrici.lege, Hæretici,& l.36.animalium.lege animarum.& 37.errorũ.erro em. p.300.c.2.l.51.ſoles.Solis p.301. c.2 1. minus. lege. niues, & 25. vnito.vnico. p.302.c.1.l. 10.dicentes.lege,decentes,& c.2.l.8. infinitius, lege, infinities. p.303.c.2.l.7.verum. lege, vero.p. 306. c.2.l.5.perfectionem. lege perfectiorem. p.308.c.2. l.47.facitoribus. lege, fauitoribus. p.31 . c.1.l.42. in. lege, fin. & col 2.l.37. fenrit.lege.ſentio.p.311.c.2.l.11.& 43.vtrumque,lege vtrumq. p.312. c.1.l.15. ad. lege, adde & l.19. potius. lege potitus.p.315.c.2.l.vlt.mei. lege,Dei.p.317 c.1.l.23.ſed. lege,ſeu.& c.2.l.33.demus.debemus.p 321.c.1.l.50.ita qui. lege,itaque.p.323.c.2 l.43.iſtas, lege,ſiſtas. p.327.c.2.l.19.& 20.partium.lege,partim.p.328.c.1.l.28.tuam.lege,tria.& poſt qualitatem.adde,quaſi quanitatem p.330.c.2.l.31 inſeparabilem.lege,inſuperabilem.p.331.c.l.13.efficacitas. lege efficias.& l.23.poſt altera.repete,altera.p.333.c.2.l.6.excidere.lege,excedere.p.335.c.1.l.10.dicto.lege,diſto.p.343.c. 1.l.4.reſponderam.lege,reſpondeã.& c.2.l.43.diſtrictæ.lege,diſtinctæ,p.344.l. vlt.inaduer-in hoc. lege,aduer.p.346.c.2.l.10.poſt fit,adde,dũ nos mouemus.p.347.c. 2.l.29 tacto. lege,tracto p 348. c.1.l.17.alias.lege,aliud c.2.l.29.conſeruata.lege coaceruata.p.350.c.1.l.33.poſt titatis.adde poſitionem.& c.2.l.31.negationis.lege,negotiationis.p.352.c.1.l.41.mutans ſe. lege,mutaſſe. & c.2. l.31.domus.lege,demus.p.353.c.1.l.8.permanet.lege,permemet.& l.30.mutanda.lege,mutando. p.356.c.1.l.26 tuedatur. lege,trudatur.& c.2.l.14.fugitur.lege, figitur. p.363.c.1.l. natum med ate, lege,natura mediante.& c.2.l.vlt.poſt ſimul,adde,implere,&. p.370 c.1.l.34. poſt nullum. lege,ſic tempus connotetur.non dicetur res permaneas durare,ſed tãtum exiſtere. p.372.c.1.l.18.recepto. lege,repeto.p.373.c.2.l.53.diſponi.lege,diſploſi.p.380.c.2.l.36.ſolum.lege.Solem. p.385.c.1. l.39. reſpondet.lege,reſplendet.p. 394.c.1.l.8. appetenti.lege,agenti, p.406.c.1.l.1. poſt æquales. adde, puta.& l.6.&.lege,eſt.p.408.c.2.l.28.minor.lege,mitor.& l.40.ciraclati.lege,circulari.p.409.c.1.l.31 ductus.lege,doctus.p.411.c.2.l.6.maius,lege,mauis.& l.38.ad hoc.lege,ad hæc. p.416.c.1.l.2. redeundo,lege,reducendo.p.417.c.1.l 52.modales.lege,modo res.p.423.c.2.l.19.modo.lege,moto. p.433.c.1.l.21.quitatis.lege,quitatem.c.2.l. 14.eſt.lege,ſed.& l.19.intenſionem.lege,intenſiorem.p. 434.l.14.immobiles.lege,immobile & quo.lege,quod. & l.21.generationem . corruptionem. lege, generationum.corruptionum.p.440.c.1.l.32.reſpondeo.lege,reſpondet.c.2.l.1.vigebant.vegebant l.vlt.ad.lege.ad 2.p.450.c.l.49.poſt illa. adde qua.& c.2 l.38.ſe cludẽtes.lege,ſe claudentes.& l.45. cuius.lege,cuiuis.p.456.c.2.l.37.motu,lege,mota.p.457.c.1.l.24. poſt nos.adde, tractamus & l.15. diſcentibus.lege,dicentibus.p.460.c.1.l.34.effectiuè.lege,effectrice.p.463. c.1.l.46. vii.lege,ui.p.464 c.2.l.3.ceſſationes.lege,capaciores,& l.13.formulus.famulus, Reliqua facilius Lector corriget in ſuo quiſque libro,

R E-

REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo. Omnes ſunt folij ſimplices.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



R O M AE.
Typis Hieronymi Barberij, Sumptibus eiuſdem, & D.
Petri Guiginea Presbyteri Hiſpani Oſcens.
Anno ſalutis. 1645.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

SCHER RESTAURO 1971

Google